CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXII

S. HILARII
EPISCOPI PICTAVIENSIS
TRACTATVS SVPER PSALMOS

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

S. HILARII

EPISCOPI PICTAVIENSIS

TRACTATVS SVPER PSALMOS

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

ANTONIVS ZINGERLE

PRAGAE VINDOBONAE LIPSIAE

F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

Typis Expresserunt Fratres Stiepel Reichenbergenses.

GVILELMO · EQVITI · AB · HARTEL

S

PRAEFATIO.

Hanc partem operum Hilarianorum recensenti maxime dolendum est plurimumque difficultatis adfert, quod nullus liber manu scriptus extat, qui quasi dux fidus semper et ubique præsto sit. atque augentur difficultates eo, quod ex ipsis duobus codicibus uetustissimis alter, qui ætate omnes superat, etiam ubi nobis subuenit sæpius iam est decurtatus uel aperte interpolatus, alter, qui præstantia fideque excellit, ultimam tantum huius operis partem eamque lacunosis codicis rescripti uestigiis nobis tradidit. sed nihilominus hæc uestigia ibi cum aliorum librorum lectionibus conparata normam quandam suppeditauerunt, qua in ceteris quoque partibus meliores et deteriores accuratius diiudicari possent. quas res cum in libello „Studien zu Hilarius' von Poitiers Psalmencommentar"[1]), ubi etiam alia omnia ad has quæstiones pertinentia pertractata exemplisque inlustrata sunt, fusius exposuerim, non iam huius loci est dicta repetere. conferas ea quoque, quæ de his et similibus inserui „Wiener Studien" 1886 p. 331 sqq., 1889 p. 314 sqq.[2]), „philolog. Abhandlungen" III. IV.[3]), „Archiv für lat. Lexicographie und Grammatik" II.[4]), „Beiträge zu griechisch-lateinischen Worterklärungen"[5]). itaque hoc loco summas tantum res, quæ ad adnotationis criticæ indolem intellegendam necessariæ uidentur, paucis repetam nonnullaque supplementa adiungam.

[1]) Vindobon. 1885 (Sitzungsber. d. kais. Akademie d. W. CVIII); siglo *Acad.* in apparatu crit. usus sum. [2]) = Stud. [3]) Innsbruck 1882—87. = Abh. [4]) = Arch. [5]) Leipzig 1891. = Beitr. — ex aliis abbreuiationibus, quas in adnotatione inuenies, hoc loco hae explicandae uidentur: Brambach Orth. = die Neugestaltung der latein. Orthographie

Libri igitur manu scripti, quibus usus sum, hi sunt:
G Cod. rescriptus Sangallensis 722 sæc. VI—VII[1]), qui olim sine dubio Ps. CXIX—CL conplexus nunc reliquias Ps. CXIX—CXLVII, 7 (excepto Ps. CXLIIII) suppeditat. liber, quem nemo adhuc adhibuerat, optimus est omnium, nullis interpolationibus inquinatus, quamuis satis magnus numerus uolgarium errorum iam ex archetypo ortorum ne ab eo quidem absit.

V Cod. Veronensis bibl. cap. XIII, 11 sæc. VI[2]) nunc continet quæ ex hoc opere Hilarii nobis seruata sunt usque ad Ps. CXXXII, 4[3]), sed ita, ut initium prologi uel instructionis (1—8) et Ps. LV, LVI, CXXII, CXXIII prorsus desiderentur ac multa (præsertim Ps. LXIII—LXV; CXIX—CXXI; CXXIIII—CXXV; CXXXII) iam a prima manu in angustum coacta sint et uariata eo fere modo, quem apud Zenonem quoque et in libro Parisino 1692 sæc. X, qui in catalogo S. Hilarii nomen præ se fert, deteximus.[4]) præterea prima manus ubique tot errores omnis generis commisit ut alteri, quæ iis corrigendis operam nauauit, alium codicem correctiorem consulendum fuisse statuamus necesse sit. itaque me amplis illis dittographiis, quas dicunt, iam a secunda manu

---

von W. Brambach; Buecheler Decl. = Grundriss der latein. Declination von F. Buecheler — I. Windekilde; Draeger Synt. = Historische Syntax der latein. Sprache von A. Draeger[2]; Georges Wortf. = Lexikon der latein. Wortformen zusammengestellt von K. E. Georges; Georges Lex. = ausführliches lateinisch-deutsches Handwörterbuch von K. E. Georges[7]; Hartel Stud. = patristische Studien von W. v. Hartel Sitzungsber. der kais. Akademie in Wien CXX; Neue Formenl. = Formenlehre der latein. Sprache von F. Neue[2]; Paucker Suppl. = Supplementum lexicorum latinorum scripsit C. Paucker; Roensch Ital. = Itala. u. Vulgata v. H. Roensch; Sabatier = Bibliorum sacrorum latinae uersiones ed. Sabatier; Sittl V. = die lokalen Verschiedenheiten der latein. Sprache von K. Sittl; Stolz L. = Laut- und Formenlehre der latein. Sprache von F. Stolz (Iw. Mueller Handbuch d. kl. A. II[2], 287 sqq.); Wattenbach Pal. = Anleitung zur latein. Palaeographie von W. Wattenbach[3]. [1]) cf. Acad. p. 5 sqq. [2]) cf. Acad. p. 47 sqq. [3]) olim, id quod ex indice saec. X—XI codici inserto conperimus, etiam Ps. CXXXIII, CXXXVI, CXXXVIII, CXL, CXLI, CXLIII praebuerat; cf. Acad. p. 50. [4]) cf. Acad. p. 51; 98. adde de Veronensi etiam Pitra Analecta sacr. III, 74.

obelo notatis. ubi nihil utilitatis ad rem criticam factitandam adferebant, adnotationem non onerauisse uix est quod dicam: immo complura istius modi, quæ initio adscripseram, postea ut inutilia delenda erant. nihilominus hic liber uetustissimus ab altera manu correctus iis locis, ubi non decurtatus est et G nos destituit, ad antiquas lectiones diiudicandas haud parui est momenti; atque in rebus orthographicis[1]) et in s. scripturæ locis secundum antiquas uersiones traditis proxime ad G accedit.[2])

Cod. Vaticanus Regin. 95 sæc. X[3]), cuius prima folia *R* simili modo ut in V temporum iniuria iacturas fecerunt, subministrat nobis, qualis nunc est, partes prologi uel instructionis (1—5; 22 med. usque ad finem), Ps. I—II, secundam partem Ps. XIII (3—6), Ps. XIIII, LI—LXIX, CXVIII—CXXXI, CXXXV, 1 fin. — CL, sed in fine (f. 228 et 229) permultæ litteræ prorsus euanuerunt atque ultima Ps. CL capita sine

---

[1]) plerumque *GV* in hac regione consentiunt. ubi semper fere dissentiebant, codicem *G* utpote emendatiorem praeferendum putaui et e. g. constanter cum eo *impius* scripsi, quam formam etiam totiens optimis T. Liui libris confirmatam inueneram, non *inpius* cum *V*; uel *sexagesimus*, *nonagesimus*, quas formas plerumque *GR* praebebant, non *sexagensimus*; ubi ipsi *GVR* in singulis uocabulis scribendis non eandem semper rationem seruabant, uelut *expecto* et *exspecto*, *obprobrium* et *opprobrium* sim. in omnibus promiscue interdum leguntur, certe in tali quoque editione a summa constantia quaerenda abstinendum ac potius uetustissimorum codicum imago exprimenda uidebatur. sed, singula uestigia formarum illarum pronominis *hic*, quas Buecheler Decl. p. 42 „incorrectas" uocat, adnotationi tantummodo inserui; formam genetiui *Hierusales*, de qua Acad. p. 28 dixi, ibi tantum in textum quoque admisi, ubi uel ipse *G* uel *V* alio insuper codice confirmatus eam repraesentabat. similia ualent de forma uerbi *defatigare* et *defetigare* (cf. Georges Wortf. 197), in qua re ipsi uetustissimi interdum magno opere fluctuant (cf. e. g. p. 150, 14). [2]) cf. quae de codicis *V* auctoritate in his rebus fusius exposui Abh. IV, 75 sqq., ubi omnia, quae ad hoc argumentum in nostro libro pertinent, explicata sunt. repeto id hoc loco, ne mireris, si forsitan interdum in ipso textu Hilariano lectionem *R*, in s. scripturae locis lectionem *V* praelatam uideas; res sunt ualde diuersae. a *V* uel *G* in talibus ibi tantum rarissime discessi, ubi apertae aberrationes aderant (cf. Abh. IV, 86) uel ipse liber in sequentibus priorem lectionem ut mendosam corrigebat. [3]) cf. Acad. p. 61 sqq.

dubio perierunt. R non tot mendis scatet ut V, nusquam consulto decurtatus est, immo, si orthographiam et s. scripturæ locos, qui in hoc libro sæpius iam Vulgatæ accommodati sunt excipias, codici G similior, quamuis ei non omnino bonitate sit conparandus atque interdum paullo grauioribus iam corruptelis deprauatus. haud raro in eo singula uocabula propter similes litteras in fine uerbi præcedentis exciderunt, id quod propterea nominatim commemorandum esse uidetur, ne quis me reprehendat, si forte in eius generis prætermissionibus me hunc librum ceteroqui in ipso Hilarii textu post G maxime respiciendum non secutum esse animaduertat.[1])

P Cod. Parisinus 1691 sæc. IX—X[2]) conplectitur, si paruas quasdam lacunas et ea, quæ Ps. LXVII, 20 interciderunt[3]), excipias, tractatus in Ps. LI—LXIX et CXIX—CXXXVIII, 24: in fine sine dubio est mutilatus. hic liber a Benedictinis, qui eum parum diligenter contulerunt, certe nimis æstimatus etsi iam quædam interpolationis uestigia magis manifesta prodit, tamen, si subsidiorum in hoc Hilarii opere recensendo condicionem modo delineatam spectas, ne a nobis quidem erat spernendus, cum in nonnullis partibus, uelut psalmi CXXXIIII, ubi alii nos destituunt, uetustissimus nunc nobis sit testis atque in rebus a prima manu exaratis multa contineat, quæ ad textus historiam, quam dicunt, errorumque originem inlustrandam sint utilia. talia igitur semper diligenter enotata sunt; ceterum in iis partibus, ubi meliores præsto erant, ex hoc et sequentibus libris, quamuis omni ex parte accuratissime essent excussi, minutias quasdam prorsus inutiles adnotationi non esse insertas unusquisque haud grauate probabit.

T Cod. Turonensis sæc. X—XI[4]) codici P simillimus, eiusdem certe familiæ eadem continet usque ad Ps. CXXXVIII, 10 med., nisi quod hic illic plura exciderunt (Ps. LI, 1—5; LIII, 10—LIIII, 3; LXIII, 9—LXV, 11; LXVII, 30 fin. — LXVIII, 19; LXIX, 5 fin.; CXXII, 6—CXXV, 8; CXXXVIII, 3—5); sed maiore etiam cum cautela est adhibendus, quia

---

[1]) sic e. g. in hoc libro p. 435, 26 *scientiam* post *etiam* excidit; 831, 12 *etiam* post *abstinentiam;* 595, 9 *sicut* ante *scriptum* sim. [2]) cf. Acad. p. 72 sqq. [3]) cf. infr. p. 295, 2. [4]) cf. Acad. p. 76 sqq.

interdum ea, quæ in ipso P uolgaribus tantum mendis deprauata sunt, proprio Marte restituere conatus est ac tali modo bonis quibusdam emendationibus remedia quoque magis uiolenta admiscuit. ea autem re sine dubio excellit, quod græcam s. scripturæ interpretationem, quæ ab Hilario totiens laudatur, minus corruptam haud raro seruauit quam omnes alii ac rationem, qua uerba græca tum in scholis pronuntiabantur, addidit.[1])

Ex libris, qui Ps. CXVIII solum uel paucis tantum adiunctis nobis tradiderunt,

Cod. Coloniensis XXIX, Darmst. 2025 sæc. IX[2]) solum Ps. CXVIII continet, *C*

Cod. Parisinus 1693, olim Mazarin. sæc. XI[3]) Ps. CXVIII *p* et CXLII. quorum librorum naturam atque indolem paucis uerbis uix melius delineare possis quam ita, ut C cum P conpares et p cum T, etsi non easdem operis partes atque illi prodiderint. sed cum ex ceteris, qui plura praebent, huic parti VR soli subuenirent, facere non potui, quin ex cohorte eorum codicum, qui ipsam illam ut praecipuam sibi elegerunt[4]), Coloniensem adhuc incognitum huiusque stirpis uetustissimum præter Parisinum ætate proximum respicerem. codicis p adseclam

Albinensem sæc. XI—XII, ut uidetur, a Benedictinis totiens *A* cum Parisino conparatum satis ea adfinitate perspecta non denuo contuli, sed siglum A uncinis inclusum addidi, ubi Benedictini consensum illum notauerant.

Inter libros recentiores, qui ob uetustiorum lacunas descriptas difficultatesque inde ortas ex parte saltem consulendi erant, primum locum obtinet:

Cod. Vaticanus 251 sæc. XIII[5]), qui præter orthogra- *r* phias in omnibus Veronensi simillimus atque in eo quoque eius socius est, quod Ps. IX, XCI et priorem Ps. XIII partem continet. et cum præterea prologum, ubi VR interdum temporum iniuria mutilos esse diximus, integrum seruauerit, sane in primis dignus erat, qui iis locis codicis V uice fungeretur. in psalmis

---

[1]) cf. Beitr. p. 216. [2]) cf. Acad. p. 84. [3]) Acad. p. 85. [4]) cf. Acad. p. 97. [5]) cf. Acad. p. 91 sq.

igitur, quos supra nominaui, et in prologo constanter eum atque accurate conlatum, ut res poscere uidebatur, adhibui; ex ceteris. quæ examinanda curaui, nonnulla, quæ mentione digna uidebantur, hic illic, præcipue in tractatibus posterioribus, ubi hic codex ea, quæ olim etiam in Veronensi usque ad Ps. CXLIII fuerant, plerumque conseruauit, adnotationi inserui.

D (*d^1d^2*) Cod. Vaticani 249 et 250 sæc. XV[1]) nullius fere pretii sunt. itaque eos non ferme nominaui nisi in prologo, ubi interdum aliorum testium penuria horum quoque lectiones accuratius exquirere atque, ubi notatu dignæ uidebantur, adscribere coactus eram.[2])

Farraginem prorsus singularem congessit librarius codicis *Δ* olim Aquiscinctensis nunc Duaceni 220 sæc. XII. ex quo Martenius quondam tractatus illos in Ps. XV, XXXI, XLI deprompsit, quos nunc in editione Migniana I p. 891 sqq. operi Hilariano adiunctos inuenis. quibus accurate examinatis quamuis plurimis argumentis mihi persuasissem recte Reinkensium eos s. Hilario abiudicasse[3]), tamen codex ipse, ex quo postea Card. Pitra aliud quoque fragmentum ediderat[4]), ita saltem inspiciendus uidebatur, ut de eius indole uniuersa paullo accuratius iudicari posset. quod negotium C. Vrba, uir doctus, cum nuper Galliæ bibliothecas perlustraret, comiter suscepit. continet igitur iste liber præter alia, quæ huc non pertinent, non solum tres illos tractatus, de quibus supra dixi, sed præterea prologum*[5]), Ps. I et II*, deinde „item de primo“, ex quo tractatu Pitra l. c. quædam publici iuris fecit ac recte Hilario abiudicauit, de V°, de psalmo VI° et VII°, de VIIII°[6]), de XIII°*, de XIIII, de psalmo XV°, de psalmo XXXI°, de psalmo XLI°, de LI°*, de psalmo LXXVIIII°, de psalmo LXXXVI°, de psalmo LXXXIX, de XC°. de psalmo XCI°, de XCV°, de psalmo XCVI°, de psalmo XCVII°, de

[1]) Acad. p. 94. [2]) Cod. Tellerianum (*t*) a Bened. conlatum, cum magis etiam interpolatus uideretur, paucissimis tantum locis commemoraui. [3]) cf. Hilarius v. Poitiers (Schaffhausen 1864) p. 305. [4]) cf. Spicilegium Solesmense p. 165 sqq. [5]) asterisco eas partes notaui, quarum initium et finis Hilarianis ferme respondent. [6]) haec prorsus ab iis abhorrere uidentur, quae *Vr.* tradiderunt.

psalmo XCVIII°, de psalmo CVIII°, de psalmo CX°, de psalmo CXIIII°, de CXV°. de psalmo CXXX° (sed est textus psalmi CXXXV, initium et finis explicationis ab Hilarianis abhorrent), de centesimo tcesimo II° (sed est textus psalmi CXXXVII, tractatus a nostro alienus). quæ secuntur inscriptione carent, sed sunt psalmi CXXXIX, CXLII, CXLVII et initium finisque nihil cum Hilarianis habent commune. in fine legitur: centesimus quadragesimus nonus psalmus lectus est, qui habet in principio antate *(sic)* dño canticū nouū etc.

Cuius indicis natura quamuis codicis indolem forsitan satis iam depinxerit, tamen, ne ulla posset restare dubitatio, nonnulla etiam accuratius exscribenda curaui; ac primum hoc loco in adnotatione priorum prologi capitum lectiones a nostro textu dissonantes adiunxi[1], ex quibus apparet paucas quoque illas libri partes, quæ Hilariana præbent, ualde esse interpolatas ac codici Telleriano (*t* cf. supr. p. XII adn.) simillimas; deinde ex ceteris duo exempla appendici in fine huius uoluminis positæ inserui (cf. infr. p. 878 sqq.), ex quibus facile intelleges quanto opere talia ab operibus uere Hilarianis dissentiant. id quoque ex

[1]) p. 3, 1 uarias in libro psalmorum opiniones esse ex ipsis libris quos diuersi tractatores scriptos reliquerunt (= *t*) 6 ab eo 9 conclaudatur 10 *om.* psalmo 13 et nunc cantauim' et scripsimus (et nunc cantamus et scribimus *t*) 14 in actus dictum inuenimus 15 in librum 16 episcopatum accipiat alter p. 4, 1 secundum plurimorum 5 *om.* Dauid auctôr — Salomon 7 moysi inuenim' ex quo absurdum 8 cognominare cum tot 9 titulis credantur (= *t*) 10 prophetis 11 *om.* et auctorum et 12 in quorundam 13 cum eorum nichil 14 ita edictum 15 at ego ut etiam in plurimis latinis et grecis codicibus inueni insertis auctoɽ| nominibus simplices tantum psalmorum tituli p̃feruntur 17 dies autem quis in eis auctorum scripserit sub diuersis subscriptionibus 19 quod si alicui psalmo auctor in superscriptionib; 20 sine auctoris subscriptione 21 eius anteriori psalmo 22 cui nomen p. 5, 1 et si subscriptio talis est 3 donec prophetae 5 editi sunt 8 detrahit 11 samuhel inter eos inuocantes nomen eius dicens non posse 12 *om.* eum uideri samuhelis nomen 13 *om.* extet in psalmo 15 *om.* in Regnorum libris 17 altare altare 18 *om.* dauid 19 eius nomen non est incredibile esse oportere 20 praedictus 22 et equatus 24 *om.* profecta et improbabilis p. 6, 1 non est enim 5 et incorporationis *om.* et regni et ad resurrectionis 6 sunt

duobus illis exemplis non temere electis disces, ipsos etiam tractatus suppositos multum interdum inter se differre: prior enim explanatio cum eo usque insulsitatis procedat, ut audientes ad patientiam audiendi reuocentur, altera compilandis saltem quibusdam locutionibus Hilarianis paullo prudentius operam dedit. iam uero hac occasione oblata uix est quod pluribus exponam, cur in illa appendice aliis quoque exemplis tractatuum mutilatorum uel Hilario falso adscriptorum ex codicibus a sæc. VI. usque ad XII. selectis imaginem totius rei exprimere conatus sim; potius id hoc loco addere possis, forsitan etiam tractatus de titulo IX et XCI psalmi solis codicibus Vr traditos ob uarias causas illuc transponendos fuisse. de qua re alibi dicam.

α Ex editionibus prioribus principem a. 1510 ualde raram, Basiliensem a. 1550, Parisinam a. 1572 ac Benedictinorum librum constanter ante oculos habui; consensum omnium
E, *e* siglo E, ueterum usque ad Benedictinos *e*, recentiorum ubi ab
ε, *b* *α* dissentiunt *ε*, ipsos Benedictinos *b* significaui. editio Parisina 1605, quæ Ps. CXLIX et CL prima ex codice R descripsit,
π littera *π* designata est.

Quibus omnibus hoc loco breuiter repetitis atque uno in conspectu positis nemo, opinor, qui talium rerum iudex est expertus, ualde miretur adnotationem criticam in hoc uolumine interdum paullo ampliorem extitisse. primum enim iis locis, ubi G adest, ex cuius reliquiis haud raro pauca tantum uerba uel singulæ sententiæ etiam nunc legi possunt, aut ubi V decurtatus est uel uariatus atque ex ipso textu Hilariano solum disiecta quædam membra seruauit, id unicum remedium, quod perspicuitati satis consuleret, bene omnia ponderanti restare uidebatur, ut in apparatu non tantummodo lectiones uariæ, quas

---

enim 8 isayae et erit uobis uisio om̄ium tamquam (= *t*) 9 *om.* huius (= *t*) quem cū dederint scienti litteras dicent (= *t*) 11 istum (= *t*) signatus (= *t*) 12 et dabitur liber hic nescienti litteras 18 utriusque 21 cum glorificatis p. 7, 1 denegarunt 7 *om.* abnegata 11 intelligentia earum obsignata (= *t*) tamen pie nequaquam (= *t*) 16 et nemo claudit et qui claudit 17 per haec 18 *om.* quae (= *t*) 20 prophetiā absoluit (= *t*).

uocant, sed ipsæ etiam in textum receptæ codicum siglis additis notarentur. ubi V in eius generis farraginibus, ut ita dicam, pauca interdum uocabula sola ex ueris Hilarianis seruauit, ea uncinis inclusa adscripsi. quod remedium nisi in illis partibus, quæ ex rebus expositis nunc omnibus notæ sunt, adhibuissem, certe, non dicam perspicuitati, sed ipsi etiam breuitati minus consuluissem; quid enim aliud restabat illud remedium euitanti quam sescenties eadem uerba repetere ueluti: „h. l. G legi non potest“ uel „h. l. V mutilus est atque interpolatus“ et quæ eius modi sunt similia?[1]) deinde cum mihi primo sermonis Hilariani proprietates, res orthographicæ atque eius s. scripturæ interpretationes ex antiquis codicibus restituendæ, præterea tot sententiæ optimorum librorum apicibus adhibitis emendandæ essent sciremque non philologos solos hunc librum nouis curis editum desiderare, haud superfluum esse putaui eas similesque res, quæ non unicuique statim conspicuæ sunt, librorum uel libellorum, ubi accuratius sunt explicatæ, titulis adiunctis confirmari.[2]) denique cum in hoc opere interdum, ubi plures optimorum codicum aut omnes nos destituunt uel manci sunt, quidam ex iis, qui ætate pretioque proximi sunt, uiam quodam modo monstrare debeant, facere non potui, quin et eorum ubique imaginem exprimerem ita certe fidam, ut unusquisque iudicium ferre posset incorruptum. ceterum me in talibus libris exscribendis, ubi plures et uetustiores testes aderant, ultra modum non egressum esse iam supra dixi.

Itaque, ne loquar de illis huius operis partibus, in quibus R uel Vr uel RD soli nobis subueniunt, de reliquis generatim atque uniuersim hæ leges sanciendæ uidentur, ut codicis G, ubi deest, uicem consensus VRPT (in Ps. CXVIII VRCp) suppleat ac, si hi ipsi inter se discrepant, sermone Hilariano et errorum fontibus bene obseruatis plerumque ii præferendi sint, quibuscum R facit. TCpA ubi soli lectionem tradunt, caute adhibendi sunt; nam etsi leues quosdam errores, id quod supra

[1]) uix autem est quod dicam iis locis, ubi errores a *GV* commissi notandi erant, in apparatu eos solos nominari. [2]) cf. indicem horum librorum et sigla adhibita supr. p. VII.

dixi, interdum bene emendauerunt, tamen sæpius suspecta præbent. omnium autem horum codicum stemma usitato more uix accurate depingi posse, ex condicionibus modo expositis et ex eo patebit, quod antiquis iam temporibus in multis libris singulæ tantum operis partes propagabantur. nihilominus omnes fere ac præcipue uetustiores quædam proprietatum errorumque genera totiens præ se ferunt, ut iam ex archetypo uel ex eius apicibus male lectis ea fluxisse haud temere conicias. ac, ni omnia fallunt, archetypus ille satis neglegenter scriptus erat. cuius neglegentiæ uestigia eadem fere numerosissimaque in omnibus libris occurrunt, prætermissiones, aberrationes, additamenta a prima uel secunda manu in margine adposita: nusquam alibi tot eius generis errores adhuc inueneram.[1]) singulæ litteræ, præsertim *u* et *s*[2]), et syllabæ, ueluti *bi, bu, li, di, den, ni, ti, te, at*[3]) ubique haud raro supra scriptæ sunt aut omissæ aut falso additæ. uocabula ***sicut, scit, sit*** iam in antiquissimis libris interdum inter se permutantur[4]), item ***non*** et ***nunc***[5]), sæpissime in omnibus ***enim, autem, igitur, ergo, etiam, uero***[6]), item sescenties *quia, qui, qua*[7]), ***est*** et *sit*[8]), *ex* et *et*[9])

---

[1]) cf. Acad. p. 30 sqq. [2]) cf. Acad. p. 25; de *s* adde e. g. p. 21, 25, ubi *V similis* ex *simili* recte restituit; 838, 29 *contemptus* pro *contemptu R*; 841, 20 *eius modis* pro *eius modi G*; 852, 12 *laudis* pro *laudi R*; 868, 3 *temperantes* pro *temperante R*; ib. 23 *exultatione* pro *exultationes R*; 817, 15 *ei G eis R* sim. si talia respicis, non uiolentum uideatur, si e. g. 835, 1, ubi solus *R* subuenit, *opulentiori* ex *opulentioris* restitui. [3]) cf. Acad. p. 31 et Abh. III p. IX; nihilominus *nos*, ubi expectes *nobis*, iis locis non mutaui, ubi, uelut p. 595, 24, consensus optimorum librorum eum usum etiam apud alios scriptores obuium (cf. Hartel Lucifer p. 364) commendabat; sed paullo aliter res se habebat p. 592, 5 et 255, 5 ubi uide adn. — de syllabis *is* et *ibus* confusis adde exempla p. 131, 12; 400, 16; 408, 19; 572, 12; 868, 21. [4]) cf. Acad. p. 29. [5]) Acad. p. 67, ubi nunc addas etiam exemplum p. 843, 7. [6]) cf. e. g. p. 6, 1 (ubi *uero R, autem r, enim Δ, ergo e!*); 30, 6; 59, 10; 239, 14; 245, 13; 252, 18; 308, 13; 334, 5; 360, 12; 438, 17; 461, 21; 585, 14; 618, 15; 756, 15. [7]) exempla innumerabilia inuenies, saepe correctiones $\overset{a}{qui}$, $\overset{i}{qua}$ sim. [8]) cf. p. 296, 16; 336, 16; 352, 14; 511, 5; 620, 1; 625, 19; 628, 16; 631, 18; 642, 22; 665, 13; 767, 5 sim. [9]) cf. e. g. p. 410, 5; 510, 24; 603, 14; 605, 18; 747, 22; 809, 18; 873, 18.

in ipsis antiquissimis, *præ* et *pro* etiam iam in antiquis[1]); inter quos Veronensis scriptura unciali, quam dicunt, exaratus similibus non contentus eo usque processit, ut *aliam* et *uel iam* confunderet![2]) præter hæc mendorum genera, de quibus breuiter disputatum est, nullum in archetypo magis propagatum fuisse apparet, quam quod uocalium *a* et *u*[3]), *e* et *i*[4]), *u* et *o*[5]) permutatione continetur. haud raro etiam *a* et *o*[6]), *a* et *i*[7]) confunduntur. ex consonantibus sæpissime *d* et *n*[8]), *b* et *p*[9]), *d* et *t*[10]) permutantur; interdum etiam *s* et *r*, *s* et *t*, *c* et *t*, *s* et *c*[11]), *p* et *f*[12]), *m* et *h*[13]), raro *c* et *g*[14]). nonnumquam libri uetusti inter formas uerbi finiti, quod dicunt, et participii uacillant; interdum hæc res facile litterarum permutationibus, quas modo commemoraui, et lineolis pro *m* et *n* certe iam in

---

[1]) exempla huius rei interdum iam in paucarum paginarum spatio coaceruantur uelut p. 606, 26; 613, 4; 615, 2; 657, 1; 678. 10. [2]) cf. Acad. p. 14; ex exemplis prorsus singularibus in Acad. non commemoratis, quae ad errorum genera hactenus h. l. breuiter tantum repetita ex parte pertinent et forsitan nihilominus ad rem melius etiam inlustrandam quaedam conferre possint, haec adicienda uidentur: p. 14, 18 *ueri* pro *numeri* scripsit *V*; 24, 14 *ueteris* ex *teris* restituit *m. 2 V*; 128, 11 pro *ecclesiae PT* scripserunt *ac desideria;* 440, 19 *semper* pro *serpens* scr. V^1 (alibi uocabula *semper* et *se per*, *spe* et *saepe* confusa sunt, cf. Acad. p. 30); 481, 1; 529, 23; 657, 18 uoces *utiliter* et *humiliter* ab antiquis librariis inter se permutantur; 505, 18 *terrena* ex *rena m. 2 V*; 615, 13 *ianuam* pro *eam* scr. *G*; 840, 21 *eam* pro *animam* scr. *R*; 777, 12 *diaboli* pro *doli* scr. *G* [3]) cf. Acad. p. 14. [4]) Acad. p. 17. [5]) Acad. p. 24. [6]) etiam haec permutatio latius patet, cf. p. 295, 10; 308, 4 et 6; 323, 7; 367, 4; 381, 11; 393, 2 et 13; 417, 1; 422, 8; 425, 3; 442, 11; 443, 2; 445, 1; 473, 25; 520, 21; 533, 15; 584, 7; 732, 12; 822, 24; 825, 13, ideoque dubitatio illa, quae de loco p. 804, 9 Stud. 1889 p. 319 accidit, euanuit. [7]) cf. e. g. 128, 13; 451, 19; 473, 18; 713, 12; 714, 12; 813, 18; 814, 23; 847, 18. [8]) cf. praeter ea, quae dixi Acad. p. 22, infr. p. 49, 9; 73, 14; 137, 25; 143, 8; 146, 13; 183, 10; 329, 18; 337, 21; 397, 18; 422, 4; 426, 5; 500 10; 518, 5; 567, 9; 622, 12; 695, 25; 757, 18. [9]) cf. Acad. p. 15. [10]) Acad. p. 16. [11]) Acad. p. 20; 60, adde e. g. infr. p. 877, 2; 78, 17; 94, 23; 868, 24; 190, 25. [12]) Acad. p. 21, adde infr. p. 395, 8; 441, 3; 450, 3 sim. [13]) cf. Stud. 1889 p. 322; adde infr. p. 326, 14; 328, 21; 485, 21. [14]) Acad. p. 21; ex rebus singularibus h. l. adiungo *V* interdum *oe* et *y* confundere, cf. p. 70, 20; 518, 19 (p. 316, 12 etiam P^1 similia indicare uidetur); idem *zabolum* saepius, semel (p. 322, 24) *ladiarum* (= *lazarum*) praebet.

archetypo satis abunde aut recte aut falso adhibitis[1]) explicatur, cf. e. g. insulsum illud *expellans* G p. 601, 17, ubi RP recte *expellas* seruarunt; uel 657, 2 *postulans* P, ubi GVRT bene *postulat* tradiderunt; uel 193, 1 ubi solus V[1] *ostendit* pro *ostendens* scripsit, quod m. 2 correxit; quædam huius generis etiam eo inlustrantur, quod litteræ finales, de quibus supra diximus, exciderunt, e. g. p. 212. 7 *conseruant* VR pro *conseruantes* (e contrario p. 232, 13 solus P *uulnerantes* præbet pro uera lectione *uulnerant)*; alibi autem dubitare possis ibique meliorum librorum consensum secutus sum uno loco excepto, ubi usus sermonis Hilariani id dissuadere uidebatur. itaque p. 153, 16 cum VRP *requiescens* seruaui, ubi uide adnotationem. item p. 221, 13 *confirmans* cum VRP, quamuis ibi *confirmat* ex uestigiis cod. T ualde adrideret. p. 197. 16 *suscipiens* cum VR, de quo loco in Addendis Hartelii explicationem adiungam; tantummodo p. 652, 5, ubi solus T participium *habens,* quod ibi ex usu Hilar. expectes, præbet (VRP *habet*), ei codici ceteroquin caute adhibito obtemperandum esse putaui. iam uero de archetypi scriptura quamuis difficile sit certam sententiam expromere, tamen, si omnia respicis, haud temere in eo præter alias neglegentias fuisse formas quasdam litterarum maiuscularum ita deprauatas suspicari possis, ut interdum cursiuæ, quam uocant, fere similes existerent;[2]) ac talis antiqui archetypi condicio, qua forsitan multorum mendorum in nostris libris occurrentium origo inlustretur, et ipso argumento huius operis, quod mature in tot ecclesiis recitabatur ac iam sæculo sexto talem in usum decurtabatur, eo facilius sit explicanda.[3])

Iam ea omnia, quæ ad apparatum criticum intellegendum rationemque, quam in hoc opere recensendo adhibui, cognoscendam breuiter hoc loco repetenda erant, uno in conspectu posui; sed identidem eos, qui hoc libro utentur, rogatos uelim, ut etiam alia illa opuscula, in quibus codicum condiciones

---

[1]) Acad. p. 40. [2]) cf. de rebus similibus nunc etiam C. Paoli lat. Palaeographie p. 15 ac de corruptelis, quibuscum nostrorum librorum menda saepissime conparari possunt, Reifferscheidii Arnobium p. VIII sq. [3]) forsitan et ipsa s. Hilarii uerba, quibus de s. Pauli epistulis infr. p. 523, 9 sqq. utitur, h. l. mentione sint digna.

meæque emendationes accuratius expositæ sunt, inspiciant: tum id mihi concessuros esse spero, fundamentis in nostro libro, qui re uera nonum premebatur in annum, diligenter positis textum huius operis Hilariani tot difficultatibus onerati plurimis locis a fœdis erroribus esse liberatum ipsumque scriptoris dicendi modum nunc demum ex libris manu scriptis optimis melius inlustratum. indices postremo huius editionis uolumini adiungentur.

Postquam aliis uiris doctis, qui in hoc longo labore quodam modo me iuuerunt, iam alibi gratias egi, hoc loco grato animo mihi nominandi sunt: *Guilelmus de Hartel,* qui primus ad hoc opus incohandum me excitauit ac, qua est beniuolentia, in eo persequendo semper me adiuuit, *Carolus Schenkl,* præceptor optimus, qui summa liberalitate uarias obseruationes emendationesque mecum communicauit, *Hartmannus Grisar,* conlega doctus ac comis, qui quædam ex codicibus Vaticanis recentioribus denuo Romæ meum in usum contulit, *Iosephus frater meus,* ecclesiæ cathedralis Tridentinæ canonicus, qui multas plagulas perlegit ac præsertim ad s. scripturæ locos, qui in hoc opere totiens sed non ubique satis dilucide laudantur, nunc accuratius inuestigandos multa contribuit. in plagulis corrigendis Iosephus filius diligenter me adiuuit.

Dabam Oeniponte mense Septembri a. p. Chr. n. MDCCCXC.

ANTONIVS ZINGERLE.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag.

3, 9 *habeant: fiat, fiat* interpunge.

4, 6 *Idithun* lege.

19, 12 *octogesimo et octauo]* haec numerorum ordinalium, quos dicunt. forma Hilario ualde familiaris saepius ex uetustis libris restituta est, cf. e. g. p. 21, 8; 313, 11; 340, 21; 357, 20; 724, 16; 823, 16; 824, 25; 867, 12 sim.

21, 25 *instituta]* etsi sermo Hilarianus a similibus non omnino abhorret, tamen h. l. ex coniectura *institutae* scribendum uidetur.

40, 6 *quibusque (= quibuscumque) postea* uel *quibus postea quoque* infra lin. 8 simplici *cum* non mutato coni. *G*. de Hartel. interpunctionem ne forte abundantem putes, cuncta quaeso bene ponderes.

40, 12 *hebraicam] hebreicam* ex *V* hoc quoque loco in textum recipias, quia hanc formam postea saepius antiquissimis libris confirmatam recepi; cf. Georges Lex.[7] I, 2796.

59, 26 in adnotatione *pertinent* l.

62, 21 in adn. adde: curuent *V*.

64 infr. in sacri textus indice 8 corrige: I Cor. 4, 21.

106, 4 adnotationi inseras: PẎ)-(ATA *T*.

115, 9 in adn. adiungas: *cf. Abh. IV, 89.* — postea 10 lege: & *ex parte eras. R.*

128 in adn. lin. 7 ante *iudicia* num *13* intercidit.

162, 23 in adn. apices codicis *T* accuratius ita exprimendi erant: CTЄΛΑΓΡΑΦẎΑ)-((in his prioribus plagulis librario nondum omnes eius generis litterarum formae praesto erant.)

188, 20 in indice locorum s. script. lege: Esai. LIX, 20 (LXX).

192, 20 in adn. adde: *an* gestorumque finem? *cf. infr. p. 328, 8.*

197, 16 *suscipiens]* h. l. participium codicum meliorum interpunctione a nobis Hartelio suadente adhibita sic explicari potest: *Sicima Samaria est, quae eadem et Sichem est, quam Iacob ...... deputauit, haec (= illa), cum ...... mansisset, euangelium domini ex parte suscipiens.* de simili usu pronominis *hic* cf. e. g. p. 178, 20; 735, 29, de ceteris supr. p. XVIII.

209, 10 adn. *cf. praef.] cf. Addenda* l. — in archetypo saepius formam

pag.

ecfero extitisse ex multis uetustissimorum librorum uestigiis uidebis; cur hoc loco *ec* in V interciderit, ex apicibus cod. P (*ec* confundebatur cum *haec*) facile intelleges.

224, 18 in adn. adiunge: *erue h. l. V, sed infra et ipse* eripe.

266, 7 *cum Graecis* l.

266, 10 de forma τράγως cf. quae dixi Beitr. p. 217.

283, 6 quod solus *R gentium* omisit, praetermissio illius codicis est similis earum, de quibus supr. p. X disputauimus, cum alibi in talibus haec uox semper addita sit; cf. p. 89, 13; 348, 14; 481, 9; 509, 17; 680, 26.

391, 16 in adn. adde: *cf. Roensch Ital. p. 470, Stplz L. 316, Georges Wortf. 543.*

407, 18 adn. *cf. praef.] cf. Addenda* l. — uitiosum illud *est* (ẽ post) *cuiusque* in lectione R ceteroquin sana ac s. Ambrosii textu confirmata ex antiqua dittographia, ut saepius, ortum uidetur errorque mature alios librarios ad interpolationes adduxit.

420, 2 notandum est formam *quisque* pro *quisquis* (cf. Acad. p. 29) ibi tantum in textum esse admissam, ubi uel codice G uel consensu VR (VRPT, VRCp) confirmabatur.

595, 16 *tamen]* cum *R* seruaui; cf. de simili eius uocis usu (ubi fere = *certe)* Hartel Stud. p. 44 et infr. p. 872, 5.

627, 6 ubi *quid* ex *quin (G)* frequenti illa litterarum *n* et *d* permutatione (cf. supr. p. XVII) correcta restitui, ne forte credas simpliciter ex *VR qui (qui = quomodo)* recipiendum fuisse, conferas uelim p. 684, 6, ubi idem *V* aperte peccans denuo *qui* pro *quid* scripsit.

658, 3 ubi in adn. *ut semel in quod elati sunt perseuerent* ex *ut semel in id quod elati sunt perseuerent* reficiendum esse putaui, ea coniectura illis, quae supra p. XVII de *in* et *id* confusis ideoque interdum falso repetitis diximus, ualde commendari uidetur (p. 137, 25 pro *in ea, quam adsumpserat, humilitate VR* similiter *in id ea, quam adsumpserat, humilitate* praebent!); sed cum h. l. *in id quod* forsitan nihilominus apud eius aetatis scriptorem quodam modo explicari posse Hartelius me monuisset (= *in eo, in quod*), textum non mutaui. idem uir doctissimus etiam de coniectura *in id* (= *in eo*) *quo* cogitari posse benigne mecum communicauit.

692, 22 lectio librorum uetustiorum a nobis restituta *nox enim iam proficit*, si *in lucem* ex antecedentibus simul auditur, idem sane exprimit, quod altera recentior *nox enim iam proficiscitur;* cf. de sim. uerbi *proficio* usu Hartel. Stud. I, 27.

733, 10 si omnia bene ponderaueris, non cum Benedictinis lectionem *R* glossema uocabis, sed eam, quae a librario codicis *T* efficta est ad coruptelas illas suae familiae sanandas, quarum ueras origines uestigia *P* satis manifeste etiam nunc produnt; cf. quae de rebus similibus exposui Acad. p. 77 sq.

pag.

735, 27 notandum uidetur me non temere etiam in uocula *id* ante *quod* omittenda optimum librum *G* omnibus aliis neglectis esse secutum, cum talem pronominis demonstratiui, quod grammatici uocant, praetermissionem Hilario haud raro familiarem fuisse alibi ceterorum quoque consensu confirmetur; cf. p. 232, 6; 342, 8; 343, 19; 350, 6; 772, 18 sim.

736, 11 in adn. uerba *aut si* a sequentibus spatio quodam interposito disiungenda sunt.

786, 17 hoc etiam loco codicis G uestigia me secutum esse uix miraberis si bene omnia examinaueris. quod *hac* (simul auditur ablatiuus *diapsalma*) ex *ac* restitui, simplex emendatio est erroris in nostris libris uolgatissimi, cf. Acad. p. 27; cur librarii posteriores, qui in praecedentibus pro genetiui forma *diapsalmae* a G seruata atque apud Hilarium saepius usitata (cf. Abh. IV, 56) iam *diapsalmi* uel *diapsalmatis* inuenerunt, illud *ac* (*hac*) aut omiserint aut in *se ad* mutauerint, facile unicuique patebit.

835, 1 in adn. post *opulentioris RE* adde: *cf. praef. p.* XVI.

INDEX NOTARUM.

G = cod. rescriptus Sangallensis 722 saec. VI—VII.
V = cod. Veronensis XIII. 11 saec. VI.
R = cod. Vaticanus Regin. 95 saec. X.
P = cod. Parisinus 1691 saec. IX—X.
T = cod. Turonensis saec. X—XI.
C = cod. Coloniensis XXIX, Darmst. 2025 saec. IX.
p = cod. Parisinus 1693, olim Mazarin. saec. XI.[1])
r = cod. Vaticanus 251 saec. XIII.
D (*d*¹, *d*²) = cod. Vatican. 249; 250 saec. XV.[2])
Δ = cod. Duacenus 220 saec. XII.
α = ed. princ. Paris. 1510.
b = ed. Benedictin. Paris. 1698; Veron. 1730.
E = consensus ed. *α*, *b*, Basil. 1550, Paris. 1572.
e = consensus earundem ed. *b* excepta.
ε = consensus earundem ed. *α* excepta.
π = ed. Paris. 1605.

---

[1]) de codice Albinensi (*A*) cf. praef. p. XI.
[2]) de Telleriano (*t*) cf. ibid. p. XII adn.; XIII. — de codice olim Salisburgensi, qui periisse uidetur, cf. Acad. p. 95.

TRACTATUS

SANCTI HILARII EPISCOPI PICTAUIENSIS

SUPER PSALMOS.

1—3 *sic R, V h. l. deest.*

INSTRUCTIO PSALMORUM.

Diuersas esse plurimorum in psalmorum libro opiniones, ex libris ipsis, quos scriptos reliquerunt, compertum habemus. nam aliqui eos Hebræorum in q u i n q u e libros diuisos uolunt esse, ut sit usque in quadragesimum psalmum liber primus et a quadragesimo usque in septuagesimum primum liber secundus et ex eo usque in octogesimum octauum liber tertius et usque in centesimum quintum liber quartus — ob quod hi omnes psalmi in consummatione sua habeant, f i a t, f i a t —, concludatur deinde in centesimo quinquagesimo psalmo liber quintus. alii uero ita inscribendos psalmos existimauerunt: p s a l m i D a u i d, quo titulo intellegi uolunt, eos omnes a Dauid fuisse conscriptos. sed nos secundum apostolicam auctoritatem l i b r u m p s a l m o r u m et nuncupamus et scribimus. ita enim in Actis apostolorum dictum meminimus: s c r i p t u m e s t e n i m i n l i b r o p s a l m o r u m: f i a t d o m u s e i u s d e s e r t a, e t e p i s c o p i u m e i u s a c c i p i e t a l i u s. ergo

12 Act. ap. I, 20.

1 *sic V in seq. superscriptionibus cf. Acad. p. 49, om. R*   2 diuersas *RrDα* uarias *e*   plurimorum *RDE* plurium *r*   in *R* de *rDE*   oppiniones *R*   3 reliquerunt *RrD* reliquere *E*   4 eos Hebraeorum *R* Hebraeorum eos *rDE*   ut sit usque *RDE* ut usque *r*   5 liber primus *RDE* sit liber primus *r*   6 ex eo *Rrd*^{2}*α* ab eo *d*^{1} usque in *rD* usque *R* usque ad *e (cf. v. 7)*   7 quintum *RDE* quartum *r*   8 ob quod *RE* ob hoc quod *r* ob hoc *d*^{2} ob haec *d*^{1} 9 in centesimo quinquagesimo psalmo *DE* in centesimum quinquagesimum psalmum *R* centesi *** (*sequitur lacuna usque ad uerba* episcopium eius) *r*   10 ita scribendos *R*   11 *inter* uolunt *et* eos *ras. 6—7 litt. R*   12 scdum (dum *in ruptura pergam.*), *in marg.*: secuti *m. 2 R*   16 episcopium eius *scripsi (cf. Paucker suppl. lex. lat. p. 240 et Arch. II., 604)* episcopon eius *R* episcopatum eius *DE* ** conpetentius *r*   accipiet *R* accipiat *rDE*   alius (*post* alius *spatium 3—4 litt. in fine lin.*) *R* aliter *r* alter *DE*.

neque secundum quosdam Hebræos quinque libri, neque secundum aliorum simplicitatem psalmi Dauid dicendi sunt, sed secundum apostolicam auctoritatem liber psalmorum esse noscendus est.

2. Sunt autem plures eorundem psalmorum scriptores. nam aliquibus Dauid auctor præscribitur, in aliquibus Salomon, in aliquibus Asaph, in aliquibus Idithum, in aliquibus filiorum Chore, in aliquo Moyses. et quidem absurdum est psalmos Dauid nominare, cum ibi auctores eorum ipsis inscriptionum titulis commendentur. et liber psalmorum rectius esse dicatur, diuersis in unum uolumen prophetiis diuersorum et auctorum et temporum congregatis. uisum autem aliquibus est Hieremiæ et Aggæi et Zachariæ quorundam psalmorum superscriptionibus nomina prænotare, cum horum nihil in authenticis septuaginta translatorum libris ita editum reperiatur, adeo ut etiam in plurimis latinis et græcis codicibus sine horum nominibus simplices tantum psalmorum tituli præferantur.

3. De his autem, qui sine diuersorum auctorum nominibus sub diuersis superscriptionibus habentur, antiquorum uirorum ista traditio est, quod ex eo psalmo, cuius auctor in superscriptione ponitur, qui deinceps sine auctorum superscriptione succedunt, illius esse existimandi sunt, qui anterioris psalmi auctor inscribitur, usque in eum psalmum, in quo nomen auctoris

1 secundum aliorum *R* secundum pluriū *r* secundum plurimorum *DE* 2 Dauit *R* 5 nam aliquibus *R*d^2*e* nam in aliquibus *r*d^1 tamquam Dauid *r* 6 idithun *r* idichun *R* 7 filio^{rū} chore *R* filii chore d^1 moses *R* moyse *m. 1 r* Mosi *α* Moysi *ε* et quidem *R* ex quo *rDE* 8 nominare (*in marg. add.* dicer^{e} uel) *R* cognominare *r*d^2*E* cognominari d^1 cum ibi *R* cum tot *rDE* 9 commendentur *R* edantur *rDE* et laber *R* 10 dicatur *R* dicetur *rDE* in *supr. add. m. 1 R* prophetis *r* 11 congre^{gatis} *R* 13 suprascriptionibus *r* ni^{hil} *R* 14 ita dictum d^1 *α* repperiatu^{r} *R* 15 sine *ex* sint *R* 16 pferantur *R* 17 qui sub (sub *in marg.*) *R* diuersorum *om. re* auctorum *om. R* 18 antiquorum latinorum *R*, *sed cf. infr. p. 5, 23* 20 ponitur *R* (*cf. infr. p. 5, 4*) praeponitur *rDE* quae deinceps *R* 21 illiu' *R* eius *rDE* existimant *r* ante prioris psalmi *R*, *sed cf. infr. p. 5, 5* 22 usque eum *R* in quo *r*d^2 (*cf. infr. p. 16, 10*) quo *R*d^1*e* auctoris alterius *R* alterius auctoris *re* alicuius auctoris d^1 auctoris alicuius *α*.

alterius præferatur: ut si psalmi alicuius superscriptio talis sit: psalmus Dauid, ceteri, qui sine titulo consequantur, Dauid esse credantur, donec cum prophetæ alterius nomen in superscriptione ponatur; et ex eo usque in alterum prophetam, qui sine inscriptione medii sunt, eius sint, qui in anterioris psalmi superscriptione auctor cœptus sit anteferri.

4. Quod si forte aliquis per id intellegentiæ huic fidem detrahet, quod in his psalmis, qui eum psalmum, cui Moyses auctor prælatus est, subsecuntur, scriptum sit, id est in nonagesimo octauo: Moyses et Aaron in sacerdotes eius et Samuel inter inuocantes nomen eius, non posse a Moyse eum prophetatum uideri, cum Samuel nomen, qui tanto postea, quam Moyses, natus est, extet in psalmo, meminerit, nulli mirum aut difficile uideri oportere, ut tantus propheta tanti prophetæ, postea licet futuri, nomen ediderit, cum in Regnorum libris Iosiæ regis nomen sit, antequam nasceretur, prophetatum, propheta dicente: altarium, altarium, hæc dicit dominus: ecce filius nascetur Dauid, Iosias nomen eius, per quod non incredibile esse oportere, ut Samuel a Moyse prædicatus sit, maxime cum secundum Hieremiam dicentem: nec si stet Moyses et Samuel, Moysi cognominatus et coæquatus sit ex merito sanctitatis. quæ traditio ab Esdra, quantum creditur, psalmos post captiuitatem in unum librum colligente profecta si falsa aut inprobabilis existimabitur, ab his, qui contradicent, auctores horum psalmorum demonstrari necesse est. absolutum enim est, non potuisse eos nisi prophetis prophetantibus prophetari.

10 Ps. XCVIII, 6. 17 III. Reg. 13, 2. 21 Hierem. XV, 1.

2 consecuntur *rd*[1] 3 donec cum *Rr* (*cf. Draeger hist. Synt. II, 611 et Arch. II, 604*) donec *DE* 5 aediti sunt *r* sit *r* 6 superscribtione *R* 11 inter inuocantes *Rr* inter eos inuocantes *E* 12 sumuhel *R* 14 nulli mirum aut *RE* nimirum haud *r* *inde ab uerbis* ut tantus *usque ad finem primi folii alia manus R* 16 nasceretur *r* nascitur *R* nascatur *E* 17 profetatum *R* altare altare *r* 19 nomen est eius *r* oportet *r* 20 prædicatus *R* praedictus *rDb*, *cf. p. 7, 7* 21 et samuhel, samuhel moysi *r* 22 aequatus *r* 24 profecta *re* profetia *R* prophetia *a* *cf. Acad. p. 23* 25 eorum *r* 27 profetis *R*.

5. Non est uero ambigendum, ea, quæ in psalmis dicta sunt, secundum euangelicam prædicationem intellegi oportere, ut ex quacumque licet persona prophetiæ spiritus sit locutus, tamen totum illud ad cognitionem aduentus domini nostri Iesu Christi et corporationis et passionis et regni, et resurrectionis nostræ gloriam uirtutemque referatur. sunt autem omnes prophetiæ ad mundialem sensum et prudentiam sæculi clausæ atque obsignatæ, secundum illud Esaiæ: et erunt uobis uerba omnia hæc tanquam eloquia libri huius signati. quod si qui dederint homini scienti litteras dicentes: lege ista, et dicet: non possum legere, signatum est enim. et si dabitur liber hic in manus hominis nescientis litteras, et dicetur ei: lege hunc, et respondebit: nescio litteras. imperitia legendi et intellegendi librum prophetiæ sub persona utriusque hominis monstrata est, cum intellegentia docti ad legendum, signaculum clausi mysterii non adeuntis, illius indocti ignorationi per communem utrique intellegendi inopiam comparatur. sunt enim uniuersa allegoricis et typicis contexta uirtutibus: per quæ omnia unigeniti dei filii in corpore et gignendi et patiendi et moriendi et resurgendi et in æternum cum conglorificatis sibi, qui in eum crediderint, regnandi et ceteros iudicandi sacramenta panduntur. et quia scribæ et pharisæi dei filium natum in corpore non recipientes omnibus propheticæ

8 Esai. XXIX, 11 sq.

1 non est uero ambigendum *R* non est ergo ambigendum *e* non est autem ambiguum *r* 3 prophetae *r* *inter* locutus *et* tamen *litt.* sp *supr. scr. R* 6 refertur *r* sunt enim *r* 7 alem — clausae *om. r* 8 omnia uerba haec *rE* 9 quod si qui dederint *scripsi (cf. quae dixi Stud. 1886, 331)* quod si quiderit *R* *ut uidetur*, quod si quidem *rE* 10 dicentes *Ra* dicas *r* dicetur *E* 11 et dicent *R* dicet *rE* 12 hominis *om. r* 14 et respondet *R* et respondebit ei *r* respondet *E* *pro* imperitia *lacunam habet r* 15 liber *r* 16 monstrauit *r* cum intelligentiam docti ad intelligendum *r* 17 claustri misterii *R* non adeuntes illos *r* 18 utrique *R* utriusque *rE* comparentur *r* 19 contexta *RE* conscripta *r* 20 omnia illa unigeniti *r* 21 et in aeternum conglorificandi *r* 22 et regnandi *r* 23 *post* panduntur *des. fol. 1 R; quae secuntur usque ad uerba* sub gestorum historia *in hoc cod. desunt, quia aliquot folia interciderunt.*

intellegentiæ aditum denegarent, sub denuntiatione pœnæ ita a domino arguuntur: uæ uobis legis doctores, qui abstulistis clauem scientiæ: ipsi non introitis et introeuntes non sinitis introire. negantes enim Christum, cuius aduentus opus est prophetarum, clauem scientiæ abstulerunt; quia cognitionem legis, quæ aduentum domini corporeum prædicauit, fides corporei aduentus abnegata præcludit.

6. Et hoc quidem ex omni scripturarum propheticarum genere dictum esse intellegendum est, ut, nisi in aduentum domini ex uirgine in hominem procreandi intellectæ et recognitæ fuerint, intellegentiæ earum uis obsignata habeatur et clausa. tamen nequaquam psalmorum librum nisi per fidem aduentus eius posse intellegi, ita beati Ioannis Apocalypsi docemur: et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe: hæc dicit sanctus et uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, et nemo claudet; qui claudit, et nemo aperiet. clauem igitur Dauid habet, quia ipse hæc septem quædam signacula, quæ de corporalitate eius et passione et morte et resurrectione et gloria et regno et iudicio Dauid de eo in psalmis prophetat, absoluit, aperiens, quod nemo claudet, et claudens, quod nemo aperiet; quia per hanc, quæ in illo expleta est prophetia, aperiet, quod nemo præcludet, et contra expletæ in eo prophetiæ fide abnegata claudet, quod nemo possit aperire. nullus enim nisi ille, in quo hæc prophetata sunt et expleta, clauem intellegentiæ huius impertiet. denique id ipsum in consequentibus docuit, dicens: et uidi super dexteram sedentis in throno librum scriptum de intus et de foris, signatum signaculis septem; et uidi alterum

2 Luc. XI, 52. 13 Apoc. III, 7. 26 Apoc. V, 1 sq.

3 ipsique *r* 11 intelligentiairūuis *a* intelligentiarum uis *D* intelligentia earum (*om.* uis) *rt* 16 et nemo claudet et claudet et nemo *r* 17 haec septem quaedam *scripsi* (*cf. quae dixi Stud. 1886, 339 et infr. p. 8, 14*) per haec septem quaedam rd^1b per hoc in quedam d^2 per haec ui quadam *e* 20 absoluit *DE* absoluet *r* aperiens *om. r* et claudens *DE* et claudet *r* 21 quia per haec q̄ *a* 22 prophetia *rDa* prophetiam *e* 25 in consequentibus *r* consequenter *DE cf. Stud. 1886, 332.*

angelum ualidum prædicantem in uoce magna: quis est dignus aperire librum et soluere signacula eius? et nemo potuit neque in cælo neque in terra neque infra terram aperire librum. neque uidere ipsum. et ego flebam multum. quia nemo dignus repertus esset aperire librum. neque uidere ipsum. et unus de senioribus ait mihi: noli flere. ecce uicit leo de tribu Iuda. radix Dauid aperire librum et septem signacula eius. liber iste et præterita et futura in his. quæ intro et foris scripta erant, continens a nemine dignus est aperiri: et apostoli fletus ob desiderium intellegentiæ et dolorem difficultatis exoritur. sed uicit leo de tribu Iuda et radix Dauid. librum et signacula eius aperire: quia solus septem illa, quæ superius docuimus, signacula, quibus liber clausus est, per sacramentum corporationis suæ et diuinitatis absoluit. id ipsum autem dominus post resurrectionem testatus est, dicens: quoniam omnia oportet inpleri. quæ scripta sunt in lege Moysi et in prophetis et in psalmis de me. per hæc ergo omnis prophetiæ liber et signatus et clausus est: quia creditis his, quæ inpleta per eum sunt, cuncta illa. quæ signata et clausa sunt, et aperientur et absoluentur.

7. Et quamquam omnia a diuino spiritu per Dauid dicta esse ipsa domini professione noscamus, tamen etiam id ipsum prophetiæ huius species docet. supernæ et cælestis in eo doctrinæ

17 Luc. XXIV, 44.

1 in uoce *rD (cf. Tischendorf Nou. Test. Vat. p. 262 ἐν φωνῇ μεγάλῃ)* uoce *E* 4 neque infra terram *om. r* 5 et ego flebam multum *r (cf. Tischendorf l. c.)* et flebam *DE* quia nemo — uidere ipsum *om. r* 7 ait *rd²E* dixit *d¹* 10 intro *r* intus *DE* 11 dignus est *rE* est dignus *D* apostoli *rDe* apostolo *b* 12 exurit quia uicit *r* de *rb* ex *De* 14 *pro uoce* solus *lacunam habet r* illa ** superius * *** signac **** liber; *linea quae hanc lacunosam sequitur uacat r* 16 absoluat ipsum ut autem *r* 17 quoniam omnia oportet impleri *D* quoniam oportet inpleri *r* quoniam oportet omnia impleri *e* quoniam oportet impleri omnia *b* 20 est signatus et clausus *r* *** ditis his **** pleta per **** cuncta ***** signa *lin. seq. uacat r* 23 a *re om. Da* 25 docet *rb* edocet *Da* doctrinae scientiam *r* doctrinam scientiae *DE.*

scientiam extitisse. eo enim organo prophetatum est, græce psalterium, hebraice nabla nuncupato, quod unum omnium musicorum organorum rectissimum est, nihil in se uel peruersum continens uel obliquum, neque quod ex inferioribus locis in sonum concentus musici commouetur: sed in formam dominici corporis constitutum organum sine ullo inflexu deflexuue directum est, organum ex supernis commotum et inpulsum et in cantionem supernæ et cælestis institutionis animatum, non humili et terreno spiritu, ut cetera terræ organa, personum. non enim ille humilia atque terrena in illo corporis sui organo prædicauit, sicut ipse testatus est: q u i e s t d e t e r r a, d e t e r r a e s t e t d e t e r r a l o q u i t u r, q u i a u t e m d e c æ l o u e n i t, q u æ u i d i t e t a u d i u i t, t e s t a t u r. per hunc ergo supernum spiritum deus cantatur in psalmis, in forma dominici corporis, in quo cælestis spiritus est locutus, forma quoque terreni huius et musici et ex supernis concinentis organi conparata.

8. Non est autem ignorandum, indiscretum apud Hebræos numerum esse psalmorum, sed sine ordinis adnotatione esse conscriptos. non enim illic primus aut secundus aut tertius aut quinquagesimus aut centesimus prænotantur, sed sine discrimine aliquo ordinis numerique permixti sunt. Esdras enim, ut antiquæ traditiones ferunt, incompositos eos et pro auctorum ac temporum diuersitate dispersos in uolumen unum collegit et rettulit. sed septuaginta seniores, secundum Moysi traditionem ad custodiam legis doctrinae in synagoga manentes, postea quam illis a rege Ptolomæo transferendæ ex hebræo in græcum sermonem totius legis cura mandata est, spiritali et cælesti scientia uirtutes psalmorum intellegentes in numerum eos atque ordinem

11 Ioh. III, 31.

2 psalterium *r* psalterio *DE* nuncupatum *r* 10 in illo *r* in ipso *DE* 14 in forma *rDe* in formam *b* 19 numerum *om. r fort.* et sine 21 praenotantur *r* d^1e praenotatur d^2b sed sine discrimine aliquo *rb* sed sine prescriptione aliqua *De* 26 ad custodiam legis doctrinae *scripsi (cf. Ps. II cap. 2)* ad custodiam legis et doctrinae $d^2\alpha$ ad custodiam legis et doctrinam *r* ad custodiendam legis doctrinam d^1e 27 illis *om. r* a rege Antiocho rd^1 28 spirituali *r*.

redegerunt, singulis quibusque numeris pro efficientia sua et absolutione perfectis perfectorum et efficientium psalmorum ordinem deputantes.

9. Et quamquam id ipsum ex singulorum psalmorum uirtutibus intellegi possit, tamen absolutissime in gestorum et temporum historia edocemur, psalmorum scilicet conlocationes secundum perfectorum numerorum esse efficientias ordinatas. psalmus enim tertius secundum historiam quinquagesimo psalmo posterior est; inscriptio namque utriusque multo interuallo temporis ætatisque diuersa est. nam ille, quæ sub Uria et Dauid sunt gesta, conplectitur: ille autem fugam Dauid Abessalon filio suo eum persequente significat; sed uirtus ac sacramentum numeri perfecit, hunc et illum pro conpetentibus et sibi congruis numeris conlocari.

10. Inscriptio uero quinquagesimi psalmi secundum historiam quinquagesimi et primi psalmi inscriptione posterior est. sed quinquagesimi numeri uirtus exigebat et Doec Idumæi inpænitens in Dauid odium postulabat, anteriorem postponi et posteriorem anteferri, ut remissio peccatorum in numero quinquagesimo conlocaretur et pœna perfidiæ numerum constitutæ remissionis excedens careret uenia, cum et tempus et numerum pænitentiæ perdidisset. nam cum in quinquagesimo, in quo sunt sabbata sabbatorum, secundum iubelæi anni præformationem peccatorum remissio sit constituta, conpetenter hic psalmus, in quo pænitentia lata peccatorum remissio postulatur, in ordine est huius numeri conlocatus.

11. Tribus uero quinquagesimis psalmorum liber continetur: et hoc ex ratione ac numero beatæ illius nostræ expectationis

1 redegerunt ut in singulis *r* 3 *pro* ordinem deputantes *r haec habet*: uirtus intelligi possit 4 et quamquam — intellegi possit *om. r* 6 edocemur *r* docemur *DE* 7 efficientias *r* efficientiam *DE* 8 *Incip. cod. V* quinquagensimo *V* 9 inscribtio *V* 12 olim persequente *e* sed uirtus *scripsi*, et uirtus *VrDe* et tamen uirtus *tb* 13 perfecit *Vr* perficit *DE* pro *VrDe* sic pro *t b* 16 quinquagesimi primi *rd*[a] 17 uirtus exigebat *Vr* (*cf. Ps. LI cap. 2* numeri uirtutem) uirtus et perfectio exigebat *DE* doec idomaei *V* doech idumei *r* 20 numero *r* 21 carere *V* 22 in quo sunt *r* in quo est *VE* 23 iubelei *V* 25 lata *Vr* añlata *D* antelata *E*.

existit. namque qui et primæ quinquagesimæ et secundæ deinde quinquagesimæ et tertiæ rursum quinquagesimæ, in qua finis est libri, consummationem diligenter aduertat, prouidentiam dispositorum in hunc ordinem psalmorum cum dispensatione salutis nostræ intelleget conuenire. cum enim primus gradus sit ad salutem, in nouum hominem post peccatorum remissionem renasci, sitque post pænitentiæ confessionem regnum illud domini in sanctæ illius ciuitatis et cælestis Hierusalem tempora seruatum, et postea consummata in nos cælesti gloria in dei patris regnum per regnum filii proficiamus, in quo debitas deo laudes uniuersitas spirituum prædicabit: facile intellegemus in singulis psalmorum uirtutibus sub quinquageno numero conlocatis sacramentum dispositionis huius quinquagenariæ contineri.

12. Esse autem hæc sabbata sabbatorum, septenarius numerus per septem in septuplum connumeratus ostendit; quem tamen ogdoas, quia dies eadem prima quæ octaua, secundum euangelicam plenitudinem in ultimo sabbato adiecta consummat. et hæc quidem sabbata sabbatorum ea ab apostolis religione celebrata sunt, ut his quinquagesimæ diebus nullus neque in terram strato corpore adoraret neque ieiunio festiuitatem spiritalis huius beatitudinis inpediret; quod ipsum extrinsecus etiam in diebus dominicis est constitutum, qui ultra sabbati numerum per plenitudinem euangelicæ prædicationis accedunt. namque cum in septimo die sabbati sit et nomen

1 et secundae deinde quinquagesimae et tertiae rursum *t* et secundae deinde quinquagesimae (quinquagensimae *V*) centesimum (centensimum *V*) psalmum et tertiae rursum *Vr* et secundae deinde quinquagesimae psalmum et tertiae rursum *E* 3 aduertit *r* prouidentia *V* 4 dispensatione *ex* dispensationem *m. 2 V* 7 sitque *ex* sitquae *m. 2 V* 9 seruatum *Vr* reseruatum *E* consummatae *V* 10 fili *V* 11 intellegemus *V* intelligamus *r* intelligimus *E* 12 sub quinquageno numero *Vr* sub quinquagenario numero *t* sub quinquagenariae numero *e* 13 dispositionis *Vr* dispensationis *De* 15 esse autem sabbata sabbatorum haec *r* 17 ocdoas *V* 18 adiectum *Vr* 20 religione *ex* regione *m. 2 V* regione *t* quinquagesimae *ex* quinquagesime *m. 2 V* 22 spiritualis *r* 23 in diebus est dominicis *V* 25 namque *ex* namquae *V*.

et obseruantia constituta, tamen nos in octaua die, quæ et ipsa prima est, perfecti sabbati festiuitate lætamur.

13. Et dignum est hanc ogdoadis perfectam sacramentis cælestibus uirtutem in psalmo eo, qui octauo in numero dispositus est, contueri, cui pro torcularibus titulus adiectus est, uasculis in nouos fructus præparatis et ad feruentis musti calorem continendum innouatis. et numerus iste ad percipiendos fructus euangelicos, caducis his corporum nostrorum uasculis reformatis, secundum ogdoadem est euangelicam destinatus. et hoc psalmi istius textus et sermo testatur. ogdoadis quoque istius uirtus tamquam in uirtute sexti psalmi et numeri, quo pro octauo oratio est, continetur: et hoc numeri ratio perfecit, ut et in sexto pro octauo esset oratio et in octauo titulus pro torcularibus adderetur. tribus autem in numeris hæc torcularium superscriptio reperitur. nam et octauus et octogesimus et octogesimus-tertius psalmus hunc habent titulum, ut in numeris perfectis perfectæ huius beatitudinis ordo consisteret; ita tamen, ut simplicem ogdoadem et ogdoadis decadem sacramentum triadis, quæ nostris Trinitas est nuncupata, concluderet.

14. Et hanc quidem ogdoadis perfectionem etiam in centesimo atque octauo decimo psalmo cognoscere possumus. namque in octonum numerum per octonos uersus secundum Hebræos singularum litterarum initia collecta sunt; sed et ipsa uirtus psalmi sacramentum ogdoadis edocet. sunt autem in eo ogdoades uiginti duæ. nam octoni uersus singularum litterarum initiis deputantur: et hoc ea ratione efficitur, ut, quia psalmus iste perfectum uirum secundum doctrinam euangelicam consummat, per omnes uiginti et duas Hebræi sermonis litteras sub sacramento ogdoadis erudiremur.

3 ocdoadis *V* 4 in psalmo eo *d*[a]*e* in psalmo et *V* in psalmo *r* 5 contueri *VE* contineri *r* 6 musti liquorem *d*[1]*e* 9 ocdoadem *(et sic semper) V* 11 tamquam in uirtute *Vr* etiam in uirtute *E* 12 pro *h. l. om. Vr (sed cf. lin. seq. ubi hi quoque cod.* pro octauo *praebent)* et hos *V* 13 perfecit *Vr* perficit *E* 15 repperitur *Vr* 16 et octogensimus tertius *V* et centesimus tertius *r* 19 quae nostris *Vr* quae a nostris *E* 20 in centesimo adque octauo decimo *V* in centesimo atque decimo octauo *rE* 25 ocdoades XXII *V* ogdoadis XXII *r* 28 uiginti duas et *r* hebrei *ex* hebreis *m. 2 V.*

15. Et ea causa est, ut in uiginti duos libros lex Testamenti Veteris deputetur, ut cum litterarum numero conuenirent. qui ita secundum traditiones ueterum deputantur, ut Moysei sint libri quinque, Iesu Naue sextus, Iudicum et Ruth septimus, primus et secundus Regnorum octauus, tertius et quartus in nonum, Paralipomenon duo in decimum sint, sermones dierum Esdræ in undecimum, liber Psalmorum duodecimus sit, Salomonis Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum in tertium decimum et quartum decimum et quintum decimum, duodecim autem minores Prophetæ in sextum decimum, Esaias deinde et Hieremias cum lamentatione et epistula, sed et Daniel et Ezechiel et Iob et Hester uiginti duum librorum numerum consumment. quibusdam autem uisum est, additis Tobia et Iudith uiginti quattuor libros secundum numerum græcarum litterarum connumerare, Romana quoque lingua media inter Hebræos Græcosque collecta; quia his maxime tribus linguis sacramentum uoluntatis dei et beati regni expectatio prædicatur: ex quo illud Pilati fuit, ut his tribus linguis regem Iudæorum dominum Iesum Christum esse præscriberet. nam quamuis multæ barbaræ gentes dei cognitionem secundum apostolorum prædicationem et manentium hodie illic ecclesiarum fidem adeptæ sint, tamen specialiter euangelica doctrina in Romano imperio, sub quo Hebræi et Græci continentur, consistit.

16. Consequens autem est, secundum octonarium hunc uiginti et duarum ogdoadum numerum eum, qui subiectus est in quindecim canticis graduum, psalmorum numerum

2 deputetur *ex* deputemtur *m. 2 V* 3 moysei *V* (*cf. Neue Formenl. I, 333*) moysi (mosi *α*) *rE* 5 octauus *Vr* in octauum *E* 7 hesdrae *V* duodecimus sit *Vr* in duodecimum *E* solomonis *V* 8 aecclesiastes *V* ecclesiasten *r* 9 quartum decimum *ex* quartum decim *V* duodecim *ex* duodecimum *V* 10 minores *scripsi Bened. adnotatione usus*, ones *V* omnes *rt*, *om. E* (*cf. Stud. 1886*, *332*) profetae *V* eseias *V* 12 hester *ex* ester *V* uiginti duum *V* XXII *r* uiginti et duorum *α* uiginti et duum *s* 13 tobiae *r* 14 graecarum *ex* graecorum *m. 1 V* 16 qui his *V* 18 illut *V* 20 barbarae *ex* barae *m. 2 V* 21 illic hodie *V* eclesiarum *V* 22 in romano imperio *Vr* in Romani imperii *E* 23 consistit *Vr* sede consistit *E* 24 octonarium numerum *r* 25 ocdoarum *V* ogdradarum *r* numerum *h. l. om. r* eum *om. Vr.*

contueri. post perfectam enim illam præcedentium ogdoadum doctrinam hoc canticum graduum in quindecim psalmos ex duobus perfectis numeris oportuit conuenire, hebdomade scilicet et ogdoade, id est septimo et octauo numero. namque per obseruantiam legis, quæ in hebdomade est constituta, et euangelicum profectum, qui ogdoadis et præsenti religione et sperata expectatione perficitur, hoc cantico graduum in cælestia et æterna conscenditur. nam et in templum per hunc numerum graduum principes sacerdotum in sanctorum sancta scandebant: ut, quia neque hebdomas legis sine euangeliorum ogdoade, neque ogdoas euangeliorum sine legis hebdomade uirum posset præstare perfectum, quisque perfecte credidisset perfectum hunc uerumque, qui in quindecim graduum cantico est, hebdomadis et ogdoadis numerum, ille in his perfectis et beatis et sanctis sanctorum locaretur.

17. Quamquam uero hæc a nobis secundum numeros et legis obseruatione conplacitos et in sacramento euangelico distributos ita dicta sint, tamen absolute uniuscuiusque numeri uirtutem ex superscriptionibus psalmorum et dictorum ipsorum intellegentia consequemur. sunt autem superscriptionum om-

1 contineri *Vr α*, *sed cf. supr. p. 12, 5* pos (t *superscr.*) *corr. m. 1 V* 2 gradum *V* 3 ebdomadae scilicet ocdoade *V* epdoade scilicet ocdoades *r* 4 namque *Vr* nam *E* 7 hoc *Vr* isto *E* 8 nam et *ex* nam *corr. m. 2 V* 9 scandebant *VrD* conscendebant *E* 10 hebdomas *Ed. Basil.* obdomades *V*[1] ebdomades *V*[2]*r* ebdomada *Dt α* 12 *cf. quae de hoc loco, qui nota illa uerborum perturbatione in nostris libris totiens obuia ualde corruptus est traditus, probabiliter ita sanando disputaui Stud. 1886 p. 335.* quisque ille perfecte (perfectae *V*) credidisset in his perfectis et beatis et sanctis sanctorũ perfectum hunc uerumque, qui in quindecim graduum (gradum *V*) cantico est, ebdomadis et ogdoadis (ocdoadis *V*) numerum (numero *r*) locaretur *Vr* quisque ille perfecte credidisset in his perfectis et beatis sanctis sanctorum perfectum hunc uirum q ĩ quindecim graduum cãtico est hebdomadis et ogdoadis numerũ locaret *αd*[2] quo usque illa (ille t) perfecte credidisset in his perfectis et beatis sanctis sanctorum perfectus in hoc utroque, qui in quindecim graduum cantico est, hebdomadis et ogdoadis numero locaretur *tb* 16 et legis *ex* et legis et *m. 2 V* et legis *r* in legis *s* sine legis *Dα* 17 conplacitos *V* complacitos *rDα* completos *s* distributus *V* 18 sint *Vrd*[2]*α* sunt *s* absolute *V* absolutae *r* absolutius *E* ueri uirtutem *V* uiri uirtutes *r* 20 intellegentiam *Vr* conseq.mur *V* superscribtionum *V*.

nium tituli diuersi. nam præter eos, qui auctorum suorum nominibus aut causarum uel temporum significationibus prænotantur, sunt alii, quibus titulus in finem est; alii, quibus tantum psalmus cantici, uel canticum psalmi: et necesse est diuersas causas diuersarum superscriptionum extitisse. non enim sine causa tanta rerum diuersitate hic titulorum ordo conuertitur, ut nunc in finem, nunc psalmus, nunc canticum, nunc canticum psalmi, nunc psalmus cantici ad distinctionem psalmi, qui subiacet, præferatur. et quamquam in singulis quibusque psalmis singularum quarumque inscriptionum causas præstare nitamur, tamen ad conpendium studiosæ intellegentiæ in breuem sermunculum uirtutem superscriptionum omnium coartamus.

18. Finis est, cuius causa cetera sunt; ipsum autem nulli alii causam suam præstat. ob finem enim omnia, nihil uero aliud post finem. namque ad finem tenditur et ad finem desinitur. ita finis et anteriorum perfectio est et ex se nihil in aliquid aliud protendens propria in semet sui ipsa possessio est. psalmi igitur, qui inscribentur in finem, ita intellegendi sunt, ut ex perfectis atque absolutis bonorum æternorum doctrinis et spebus existant: quia ad ea, quæ in his dicentur, fidei se nostræ cursus extendat et in his, nullo ulteriore procursu, ipso suo optatæ et adeptæ beatitudinis fine requiescat.

19. In musicis uero artibus hæ sunt officiorum et generum uarietates. psalmus est, cum cessante uoce pulsus tantum organi concinentis auditur. canticum est, cum cantantium chorus, libertate sua utens neque in consonum organi adstrictus obsequium, hymno canoræ tantum uocis exultat. canticum autem psalmi est, cum organo præcinente subsequens et

2 uel temporum *VrDa* aut temporum *e* 3 ali[i] *corr. m. 2 V* in fine *ra* 7 in finẽ *ex* in fine *m. 2 V* 11 causas praestarent amore tamen *V* causas p̄ rarent amore tamen *r* 12 sermunculum *Vr* sermonem *e* 14 ipsum autem *Vre* ipse autem *b* 16 aliut *V* et ad finem *Vr* sed in fine *E* 17 ex *om. r* nichil *r* in aliquit (*om.* aliud) *V* 18 ipsa *Vr cf. Neue Formenl. I, 674*, ipso ipse (*om.* sui) *Da* 19 inscribuntur *rE* 20 adque *V* 21 speb. *V (cf. Ps. LI cap. 1)* speciebus *rE* adsistant *Vr* dicuntur *E* 22 se *sup. lin. a m. 2 V* nullo ulteriore procursu *VrDe* nullo ulteriore tendens procursu *b* 28 canore *V*.

æmula organo uox chori canentis auditur, modos psalterii modulis uocis imitata. psalmus uero cantici est, cum choro ante cantante humanæ cantionis hymno ars organi consonantis aptatur, uocisque modulis præcinentis pari psalterium suauitate modulatur. his ergo quattuor musicæ artis generibus conpetentes singulis quibusque psalmis superscriptiones sunt coaptatæ. ex uirtutibus autem psalmorum et ex ipsis doctrinæ musicæ diuersitatibus causa uniuscuiusque superscriptionis ostenditur.

20. In eo enim psalmo, in quo tantum psalmus inscribitur, fidelium operum et religiosorum gestorum aut doctrina aut confessio continetur, cum propheta commemorando, quæ egerit, ad doctrinam nos gestorum similium instituit, motibus corporei organi nostri ad pios officiorum usus temperatis. at uero cum canticum tantum in titulo præponitur, scientia in eo spiritalis et intellegentia cælestis arcani, quam quis per cognitionem sapientiæ consequitur, existit: cum non commemoratis fidei operibus solam doctrinam perfectæ de deo cognitionis ostendit. non enim statim omnis scientia in bono opere est; neque rursum omne opus bonum ueram scientiam consequitur. ob quod est et illud, quod in tertio superscriptionum genere est, canticum psalmi, cum bonorum operum efficientiæ scientiæ doctrina coniungitur. prius enim in bonis operibus uiuendum est, ut perfecta possit ea, quæ deinceps succedet, diuini sacramenti esse cognitio, secundum id quod dictum est: desiderasti sapientiam? serua mandata, et dominus præstabit tibi eandem. præstat ergo dominus sapientiam his, qui per meritum operum gratiam intellegentiæ

26 Eccles. I, 33.

1 modos *V(?) r* modum *E* psalteri *ex* psalteriu *V* 3 cantionis *Ed. Basil. (cf. Ps. LXIV cap. 3; II cap. 31; LXVII cap. 4; CXLIII cap. 6)* canticum *Vr* cãtatiõis *a* ymno *V* consonantis *ex* consonantes *m. 2 V* 8 superinscribtionis *V* 12 quae gerit *Vr* 13 motibus *r* motu *V* (?) *E* 14 usibus *V* temperatis *Vr* temperato *E* ad uero *V* 15 in *ante* titulo *sup. lin. a m. 2 V* spiritualis *re* 16 archani *ra* 20 consequetur *V* 21 illut *V* generue *corr. m. 1 V* 24 succedet *Vr* succedit *E* 27 tibi *ex* obi *corr. m. 2 V* 28 qui *ex* que *m. 2 V* operum *Vre* bonorum operum *b.*

consequuntur. ex his igitur operum doctrinæque studiis psalmi illius, qui canticum psalmi superscribitur, erit causa noscenda. ubi autem est psalmus cantici, illic per cognitionis scientiam usus boni operis tractatur, cum quando desiderabilem nobis fidelium gestorum efficientiam præstet anterior de deo adepta cognitio.

21. Hæc igitur musicæ artis quadrifaria diuersitas psalmorum est diuersitatibus coaptata: ut psalmus per corporei organi motum in commemoratione gestorum sit, canticum uero per sapientiæ cognitionem habeat in se doctrinæ scientiam; canticum uero psalmi est, cum præeunti gestorum merito cognitio scientiæ præstatur, psalmus deinde cantici, cum per adeptæ scientiæ cognitionem fidelium gestorum opera inchoatur et geritur. per has ergo superscriptionum proprietates intellegentiam psalmorum quæri oportebit, quia unicuique generi prophetiæ in proprietate titulorum unumquodque genus musicæ conparationis aptatum est. eos uero, qui sine inscriptione ulla significationis alicuius habeantur, ut est primus et secundus et ceteri conplures alii, intellegendum est ex doctrina spiritus sancti ad spiritalem cognitionem generalis scientiæ fuisse cantatos, ut unusquisque ex his secundum fidei suæ sinceritatem rationem intellegentiæ spiritalis expeteret.

22. Aliæ uero superscriptiones, quæ aut res gestas secundum historiam significant, aut tempora, aut dies, aut aliud aliquid conplexæ sunt, uel ex interpretatione nominum, uel ex comparatione gestorum, uel ex consimilium specie, ex quibus rebus psalmus consistat, ostendunt: ut, sicubi est pro die sabbati,

1 consequantur V his *ex* is *m. 1 V* igitur *V* ergo *rE* operantium *V r cf. de hoc errore et sim. Acad. p. 31.* studiis insistentium psalmi illius *r* 4 tractatur *ex* tractur *m. 2 V* 5 praestat *r* 8 diuersitatibus *Vr* diuersitati *E* per corporei organi *V* per organi corporei *rE* 9 in commemorationem *r* 10 hāt in se *r* 11 preeunti *V* praeeunte *E* 12 scientiae *h. l. om. Vre, sed cf. uersum sequentem* cum *om. r* 13 opera *Vr* opus *E* 15 quaeri *r* quaerere *ex* quaere *m. 2 V* quaerere *E* 16 generi *ex* genere *m. 2 V* profetae *V* 18 sine scribtione *V* habentur *b* 19 primus et secundus *Vr* primus uel secundus *E* 20 et doctrinae *r* 23 aliae *ex* alie *m. 2 V* 24 aliut *V* 25 conplexa *Vr* sunt *om. Vr* interpraetatione *V*.

aut pro occultis filii, aut pro die octaua, per corporalem superscriptionum significationem spiritalis psalmi intellegatur editio; uel, cum illius Dauid, uel illi Dauid, uel Abessalon, uel Saul, uel Doec in titulo sub gestorum historia prænotantur, in eo aut per pronominum qualitates, ut illi uel illius Dauid, aut per nominum uirtutes, ut est in Abessalon et Saul et Doec, prophetiam, quæ in psalmo sit, consequamur.

23. Diapsalma uero, quod interiectum plurimis psalmis est, cognoscendum est, demutationem aut personæ aut sensus sub conuersione modi musici inchoari: ut, sicubi diapsalma intercesserit, aut aliquid aliud dici, aut etiam ab altero dici, aut in altero artis musicæ modulo cantari intellegendum sit. et de personis ac sensibus, ubi diapsalma intercedere reperiemus, rationem adferre temptabimus. ceterum modi musici disciplinam conseruare translatio græca et latina non potuit. hæc autem in conpendiosam breuitatem festinus ad ipsam psalmorum expositionem sermo collegit.

24. Est autem diligens perpensumque iudicium expositioni psalmi uniuscuiusque præstandum, ut cognoscatur, qua unusquisque eorum claue intellegentiæ aperiendus sit. nam liber omnis similis est urbi pulchræ atque magnæ, cui plures ædes diuersæque sint, quarum fores propriis clauibus diuersisque claudantur: quæ cum unum in locum congestæ permixtæque sunt, uolenti unamquamque ædem aperire maximam ignaro adferant difficultatem, ut clauem uniuscuiusque ædis inueniat; sitque aut familiaris scientiæ, cognitam clauem cito ex copia illa congestæ in unum uarietatis eligere, aut ingentis laboris, aptam et congruam clauem aperiendi uniuscuiusque aditus in-

1 fili *V* 4 doech *r* *post* historia *incip. fol. 2 R* 5 praenotatur *b* in eo aut per pronominum qualitates *scripsi Stud. 1886 p. 336* in eo pronominum qualitates *R* in eo per pronominum qualitates *e* in eo pronominum qualitatibus *Vr* 5 ut illi^{us} *R* 6 aut *om. r* per *sup. lin. a m. 1 V* 7 profetiam *V* 8 diapsalma *R* in diapsalma *VE* in diapsalmo *r* 10 sub conuersatione *Vr* 11 aliut *V* 12 intellegendum est *Vr* 13 repperiemus *VR* 14 temptauimus *V* 21 adque *VR* complures aedes *a* aedes complures *s* 23 in unum locum *r* 24 sint *E* aperire *om. r* 26 necesse *in marg. add. m. 1 R* 27 congesta *r* aut ingentis *ex* ad ingentis *in marg. corr. m. 1 R*.

uenire, quia ratio et qualitas non sinat, non suas claues claustris disparibus coaptare. itaque secundum domini misericordiam aperiendi uniuscuiusque psalmi clauem reperturi huius ipsius primi psalmi aditum propria sua et congrua claue pandamus.

PSALMUS PRIMUS.

1. Principalis hæc in psalmis intellegentia est, ex cuius persona, uel in quem ea, quæ dicta sint, intellegi oporteant, posse discernere. non enim uniformis et indiscreta eorum est constitutio, ut non et auctores habeant et genera diuersa. inuenimus enim in his frequenter personam dei patris solere proponi, ut in octogesimo et octauo psalmo, cum dicitur: exaltaui electum de plebe mea. inueni Dauid seruum meum, in oleo sancto unxi eum. ipse inuocabit me: pater meus es tu et susceptor salutis meæ. et ego primogenitum ponam eum, excelsum super omnes reges terræ. personam uero filii in plurimis fere introduci, ut in septimo decimo: populus, quem non cognoui, seruiuit mihi; et in uicesimo primo: diuiserunt uestimenta mea sibi et super uestem meam miserunt sortem. nunc autem primum hunc psalmum uel ex persona patris, uel ex persona filii non posse intellegi, res ipsa absolute docet: sed in lege domini fuit uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. in eo enim psalmo, in quo personam patris designari meminimus, propria et apta memorantur, cum dicitur: ipse inuocabit me: pater meus es tu, deus meus, et susceptor salutis meæ.

12 Ps. LXXXVIII, 20 sq. 18 Ps. XVII, 45. 19 Ps. XXI, 19.

1 sinat *ex* sinit *R* 2 dmi *V* dni *Ra* 3 aperiundi *V* repperituri *R* 4 propria et *R* 6 inc. psalmus I. *V duo uersus uacui R* 7 intelligenti = = a *R* 8 sunt *Ve* 9 est eorum *E* 10 diuisa *V* 11 persona *V* 12 octogensimo et octauo *V* LXXX. VIII. (VIII *in ras.*) *R* octogesimo octauo *E* 14 sancto meo *E* inuocauit *R* 16 super reges *RE* 18 ut in XVII. *R* ĩ septimo decimo *V* ut in decimo septimo psalmo *E* 20 sibi uestimenta mea *E* 21 hunc primum *V* uel ex persona patris *sup. lin. add. m. 1 V* 22 fili *V* 23 *post* docet *VE add.:* cum in eo ait et *add. m. 2 V* 25 propria ei et *e* 26 inuocauit *R* 27 *inter* susceptor *et* salutis *spatium uacuum 7—8 litter. R.*

et in eo, in quo filius loqui docetur, ipse se ex his, quæ commemorat, dictorum suorum profitetur auctorem, dicens: populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. dum enim et pater dicit: ipse inuocabit me et filius ait: populus seruiuit mihi, ipsos se esse, qui de se loquantur, ostendunt. at uero nunc cum dicitur: sed in lege domini fuit uoluntas eius, nulla domini persona de se loquentis ostenditur. sed alterius potius, beatitudinem eius scilicet uiri, cuius in lege domini uoluntas sit, prædicantis. persona itaque prophetæ, cuius ore spiritus sanctus loquatur, nunc esse noscenda est officio oris eius ad cognitionem nos sacramenti spiritalis erudiens.

2. Et cum hæc loquatur, quærendum est, de quo uiro eum loqui intellegere debeamus. ait enim: beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiæ non sedit. sed in lege domini fuit uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. et folium eius non decidet: et omnia, quæcumque faciet, bene dirigentur. multos uel præsenti sermone uel ex litteris ac scriptis eorum conperi ita sensisse de psalmo hoc, quod significari in eo dominus noster Iesus Christus intellegi debeat, cuius beatitudo in his, quæ subiecta sunt, prædicetur. sed id nec modo, nec ratione docuerunt; bonæ quidem opinionis affectu, quia omnis ad eum prophetia est referenda psalmorum: sed ubi et quando ad eum prophetiæ ipsius sermo se referat, rationabilis scientiæ discernendum est ueritate.

4 ipse inuocauit *V* inuocabit (*om.* ipse) *RE* 8 alterius *ex* alrius *m. 2 V* beatitudine *R* uidelicet *Ve* 9 praedicantis (i *in ras. a m. 2*, *prob. erat* praedicantes) *V* predicatur *R* 10 loquatur *ex* loquantur *R* loquitur *E* *inter* est *et* officio *2 litt. in ras. R* 12 et quia infusus huic profetae sp̄s sanctus haec loquatur *V* 16 lege *ex* le *corr. in marg. m. 2 V* 20 non defluet *RE* 21 fecerit *R* 22 scribtis *V* 23 hoc *om. Ve* atque intelligi *E cf. Abh. IV, 64* 25 *ante* id *una litt. eras. R* docuere *E* 26 referenda est profetia *V* 27 profetae illius sermo referat *V*.

3. Ea autem, quæ in exordio psalmi posita sunt, minime personæ eius dignitatique conueniunt; et incautam hanc ita prædicandi facilitatem ipsa illa coarguunt, quæ continentur in psalmo. cum enim dicitur: et in lege domini fuit uoluntas eius, cum lex per dei filium lata sit, quomodo ad eum ob id beatitudo referetur, quia uoluntas eius in lege domini fuerit, cum dominus ipse sit legis? quod autem lex eius sit, in psalmo septuagesimo et septimo ipse testatur, quo ait: adtendite, populus meus, in legem meam, inclinate aurem uestram in uerba oris mei. aperiam in parabola os meum. et hæc Matthæus euangelista ab ipso dicta esse confirmat, dicens: ideo in parabolis loquebatur, ut inpleretur quod dictum est: aperiam in parabolis os meum. prophetiam ergo suam dominus rebus inpleuit. nam in his, in quibus locuturum se spoponderat, parabolis est locutus. id autem quod ait: et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum — in quo conparatiue beatitudinis profectus ostenditur — quomodo personæ eius poterit coaptari, ut sit dei filio plantatum lignum beatius, ob quod beatus sit, quia aliquando similitudinem eius profectu beatitudinis consequatur? dehinc cum secundum Sapientiam et apostolum et ante sæcula et ante tempora æterna sit et primogenitus omnis creaturæ sit, et in ipso et per ipsum creata sint omnia, quomodo his rebus cum fiet similis, beatus est, quæ ab ipso sint instituta? cum neque creatoris uirtus ad beatitudinis suæ perfectionem conparatione egeat creaturæ, neque primogeniti antiquitas in eo, quod erit

9 Ps. LXXVII, 1 sq. 12 Matth. XIII, 35.

1 ea *ex* et *m. 2 V* minimae *R* 2 incautae *R* 3 illa ipsa *ε* 4 cum enim dicitur *om. V* 5 Inlata sit *R* 6 ob id *om. V* 8 in *om. V* septuagēsimo et septimo *V* LXXVII. *R* septuagesimo septimo *E* testatus est *Vε* cum ait *ε* 9 popul' (*om.* meus) *α* popule meus *ε* in legem *ex* in lege *m. 1 V* 10 aures uestras *ε* in parabolis *E* 11 Mattheus *V* Matheus *R* euuangelista *R* ab eo *e* 14 suam *om. V* rebus dominus *E* 15 expleuit *VE* quibus (*om.* in) *R* se locuturum *V* 18 conparatiuae *R* 20 ob quod beatius sit *Rα* 21 cum ipse sapientia et apostolus *V* 22 ante *ex* inte *m. 2 V* 25 similis *V* est *V* sunt *VE (praeter Basil.)* 26 conparationem aegeat *V*.

tamquam lignum, tempus præposteræ conparationis admittat. id enim, quod erit per expectandum adhuc tempus, non potest uideri ut aut fuerit, aut iam sit in rerum natura. quidquid autem iam est, non eget dilatione temporis, ut ad id, quod erit, inchoetur, quia antiquitate exordii sui esse iam permanet.

4. Itaque quia hæc a diuinitate unigeniti dei filii domini nostri Iesu Christi intelleguntur aliena, uir ille hic a propheta beatus prædicari opinandus est, qui se ei corpori, quod dominus adsumpsit, in quo homo natus est, conformem studio æquitatis et totius iustitiæ perfectione præstiterit. et sane id ita intellegi oportere, plenior psalmi expositio monstrabit.

5. Speciosissimum autem hoc et dignissimum incipiendorum psalmorum sanctus spiritus sumpsit exordium, ut humanam infirmitatem per spem beatitudinis ad innocens religionis studium adhortaretur, ut sacramentum dei corporati doceret, ut communionem gloriæ cælestis polliceretur, ut pœnam iudicii denuntiaret, ut differentiam resurrectionis ostenderet, ut prouidentiam dei in retributione monstraret. perfecta scilicet consummataque ratione tantæ prophetiæ ordinem inchoauit, ut hominum inbecillitatem ad fidei studium beati uiri spes inliceret, spei beatitudinem conparata ligni beatitudo sponderet, insolentem impietatem intra metum denuntiata impiis seueritas coherceret, meriti differentiam in consiliis sanctorum condicionis ordo distingueret, dei magnificentiam in cognoscendis iustorum uiis æquitas constituta monstraret. sed res ipsas et earum uerba tractemus.

1 praeproperae *V* admittit *V* 3 aut fuerit aut *om. V* iam sit habere naturae *VR* quod autem *V* 4 iam *om. V* ut ad aliquid erit inchoetur *R* ut ad aliquid inchoetur *e* 5 qui (a *sup.*) *corr. m. 2 V* 6 d̃i fili d̃oni ñ ĩhs (u *sup.*) (*corr. m. 2*) x̃pi *V* filii dei domini nostri Iesu Christi *E* 7 aliena (ena *in ras. et postea 4 litt. eras.*) *R* profeta *V* 9 In quo *Ra* id est in quo *Ve* 15 adortaretur *R* ut *ante* communionem *sup. lin. a m. 2 V* 17 differentiam *ex* differrentiam *m. 2 V* 19 tanti profetae *V* tantae prouidentiae *e* ut humanam infirmitatem *V* 21 ligni beatitudo *Vr* ligni similitudo *RE* (*sed cf. infr. cap. 14*) 22 inpiis *ex* impiis (s *sup. lin. add. — ante hanc uocem una linea eras.*) *R* in his *V* 23 coerceret *ex* coherceret *R* differentiam *ex* differentia *m. 2 V* 25 sed (s *eras.*) *R* nunc et *E* eorum *RE*.

6. Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiæ non sedit. sed in lege domini fuit uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. quinque generum obseruantiam beato uiro subesse propheta commemorat: primam in impiorum consilio non eundi, alteram in peccatorum uia non consistendi, tertiam in cathedra pestilentiæ non sedendi, tum deinde uoluntatis in lege domini ponendæ, postremo in ea die noctuque meditandi. ergo necesse est differre impium a peccatore, peccatorem a pestilente; maxime cum sit impiis consilium, peccatori uia, cathedra pestilenti. dehinc cum in consilio impiorum eatur potius quam stetur, in uia uero peccatoris stetur magis quam eatur. quarum rerum causas ut intellegere possimus, discernendum est, quanto differat peccator ab impio, ut per id intellegi possit, cur peccatori uia, et impio consilium deputetur; dehinc cur et in uia standum et in consilio eundum sit, cum humana consuetudo et in consilio standum et in uia eundum esse decernat. non omnis, qui peccator est, et impius est: impius autem non potest non esse peccator. et sumamus ex usu conscientiæ communis exemplum. patres suos amare possunt filii, licet ebriosi sint et lasciui et prodigi; et inter hæc uitia carent impietate, qui non carent crimine. impii uero, licet in præcipuis sint continentiæ frugalitatisque uirtutibus, omne tamen, quodcumque aliud extra impietatem erit crimen, in contumelia parentis excedunt.

7. Igitur secundum hoc propositum exemplum impium discerni a peccatore non dubium est. et impios quidem eos esse natura ipsa iudicii communis ostendit, qui cognitionem dei expetere fastidiunt, qui nullum esse mundi creatorem inreligiosa opinione

4 et in lege dñi meditabitur *V* hac nocte *R* 6 propheta *om. V* in consilium *VRe, sed cf. Acad. p. 24 et infr. cap. 7* non ineundum *V* 7 in *ante* peccatorum *sup. lin. a m. 2 V* uiam non cōsistendum *V* 8 sedendum *V* 9 meditandum *V* 12 in consilium *VRe* *ante* eatur *una litt. eras. R* 13 eatur *ex* ineatur *m. 1 V* 14 es(t) *corr. m. 2 V* quantum *Ve* 15 qur *R* 17 in consilium *Re* 21 filii (lii *in ras.*) *R* 23 uero *om. V* in *eras. R* praecipui *ex* praecipuis *R* 24 aliut *V* extra inpietatē *ex* exintra pietatē *corr. m. 2 V*.

præsumunt, qui mundum in hunc habitum ornatumque fortuitis motibus constitisse commemorant, qui, ne quod iudicium creatori suo ob uitam recte criminoseue gestam relinquant, uolunt ex naturæ necessitate se nasci et ex eadem rursum necessitate dissolui. horum igitur omne consilium fluctuans, incertum ac uagum est et in isdem ac per eadem sine ulla consistendi statione differtur; non enim tenet modum definitionis alicuius. creatorem mundi disputatio docere ausa non est. cum enim quæras, cur mundus et quando et in quantum? et utrum mundus homini, an homo mundo? et mors ob quid, uel quo usque, uel qualis? circa hæc impietatis suæ consilia agitur semper et uadit, loco consistendi in his consiliis non reperto.

8. Sunt et alia consilia impiorum, eorum scilicet, qui in hæresim delapsi nec noui nec ueteris Testamenti legibus continentur. quorum sermo in orbem semper et circulum erroris inflexus, nihil tenens et in nullo consistens indefinitæ sententiæ cursu recursuque iactatur. quorum impietatis est, deum non ex dei ipsius professione sed ex arbitrii sui uoluntate metiri; ignorantes non minoris impietatis esse, deum fingere, quam negare; a quibus cum requiras, quo spei ac fidei suæ fine sic sentiant, confunduntur, perturbantur, dissimulant, circumerrant et finem ipsum eius, de qua quæritur, disputationis euitant. beatus ergo uir est, qui in hoc impiorum consilio non abiit, id est, qui ipsam illam in hoc consilio eundi non admiserit uoluntatem: quia quæ impia sunt, uel cogitasse iam crimen sit.

9. Sequens autem est, ut qui in impiorum consilio non abiit, in peccatorum quoque uia non stet. plures enim sunt, qui, cum per confessionem dei ab impietate discreti sint, non tamen a

1 in *eras.* *R* 2 commemo(rant) *corr. m. 2 V* 3 criminose ... ue *R* 4 se nasci — necessitate *om. V*, *in marg. inf. add. m. 2*: necessitate se nasci et ex eadem rursum 5 ac *om. V* 6 uagū *V* uacuum *Ra* hisdem *VR* *cf. Neue Formenl. II, 200* nulla consistendi ratione *V* 7 defertur *E* alicuius *ex* alicus *m. 2 V* 8 non esse *VR* 9 qur *R* 12 et (e)uadit *R* 13 in heresī *VR* 14 dil(i)apsi *R* ueteris *ex* teris *m. 2 V* 16 et *om. V* 17 impietas *V* 20 requiras *R* 23 consilium *VRe* 24 consilium *VRe* non eundi *V* 26 consiliū *ex* consilio *V* consilium *Re* 28 discreti sunt *Va*.

peccato per id liberi sint, in ecclesia quidem manentes, sed ecclesiæ disciplinam non tenentes: ut auari, ebriosi, tumultuosi, procaces, superbi, simulatores, mendaces, rapaces. et ad hæc quidem nos uitia naturæ nostræ propellit instinctus; sed utile est, nos uia hac, ad quam ferimur, abscedere, neque consistere illic, adhibito decedendi ex ea non moroso recursu. et idcirco beatus uir est, qui in uia peccatorum non stetit, natura quidem in uiam hanc deferente, sed ex uia hac fidei religione referente.

10. Tertius quoque hic obtinendæ beatitudinis ordo est, in cathedra pestilentiæ non sedere. sederunt in cathedra Moysi pharisæi docentes, sedit et Pilatus in tribunali: cuius itaque cathedræ sessionem existimabimus pestilentem? non utique Moysi. domino sedentes potius quam sessionem cathedræ inprobante, cum dicit: s u p e r c a t h e d r a m, inquit, M o y s i s e d e r u n t s c r i b æ e t p h a r i s æ i; q u æ c u m q u e d i x e r i n t f a c i t e. q u æ a u t e m f a c i u n t, f a c e r e n o l i t e. cathedræ huius sessio pestilens non est, cuius oboedientia dominica auctoritate præcipitur. illa ergo erit pestilens, cuius contagium Pilatus manus abluendo deuitat. multos enim etiam in metu dei constitutos sæcularium tamen honorum ambitio corrumpit: et uolunt ecclesiæ legibus subditi fori legibus iudicare. sed quamquam ad hæc ipsa officia, quæ agunt, ferant secum religiosam uoluntatem, beniuolos sese continentesque præstando, tamen necesse est eorum, in quibus deuersabuntur, negotiorum quodam pestilenti contagio polluantur. publicarum enim causarum ordo

14 Matth. XXIII, 2.

1 in eclesia *V* in aeccta *R* 2 eclesiae *ex* eclesiam *m. 2 V* aecclesiae *R* 3 quidem uitia naturae nostrae nos propellit *V* 4 sed ut utile est *E* nos *om. V* a uia hac *ε* 5 ad quam (ad *sup. lin. m. 2 V*) *Vr* qua *Re* abscaedere *R*[1] sic neque *E* adibito *R* 6 decedendi *ex* decidendi *R* 11 farisei *VR* docentes *om. V* 12 existimauimus *ex* existimabimus *V* 13 mo^y^si *R* 14 inquit *ex* inquid *R* mosi *R* 15 scribae et pharisaei *om. V* dixerint uobis *R* 17 oboedientia *ex* oboediaentia *m. 2 V* 18 illa enim *V* contagio *V* 20 bonorum *Ra* 21 eclesiae *V* f = ori (*eras. l*) *R* 22 aguntur *R* agent *ex* agerunt *V* ferunt *V* 23 beneuolos *ε* sé *R* continentesq. *R* 24 diuersabuntur *VE* (*sed. alibi etiam V* deuersari) quodam *om. V* 25 *ante* contagio *in marg.:* q‹ publicarum rerum necessitudines n̄ sine macula exerceantur *add. m. 1 R.*

manere eos uolentes etiam in ecclesiasticæ legis sanctitate non patitur. et quamuis religiosi propositi tenaces sint, tamen per necessitatem sedis obtentæ tum ad contumeliam, tum ad iniuriam, tum ad pœnam cunctante licet uoluntate coguntur, facitque eos necessitas necessitatis ipsius esse participes, cum tamquam lue morbida imbuuntur. et idcirco hanc eorum cathedram cathedram pestilentiæ propheta cognominat, quia contagione sua etiam uoluntatem religiosæ mentis inficiat.

11. Sed beatitudinem uiri nondum uel in impiorum consilio non isse, uel in peccatorum uia non stetisse, uel in pestilentiæ cathedra non sedisse consummat. possunt enim hæc et in sæculari uiro reperiri, ut unum deum esse creatorem mundi opinetur, ut a peccatis se per studium modestæ innocentiæ referat, ut honorum dignitatibus priuatæ et tranquillæ uitæ otia anteponat. sed perfectum nunc deo uirum propheta conformans, et quem in magnis æternæ beatitudinis constituat exemplis, non communibus eum ad id docet usurum esse uirtutibus, sed his consummandum esse, ut beatus sit, quæ secuntur: sed in lege domini fuit uoluntas eius. abstentio superiorum inutilis est, nisi in consequentia adhibeatur intentio: scilicet ut in lege domini uoluntas sit. non expectat propheta, ut metus sit. plures enim intra legem metus cohibet, paucos uero uoluntas constituit in lege: quia timoris est, non audere timenda neglegere; perfectæ uero religionis est, præscriptis uelle parere. et idcirco beatus ille est, cuius in dei lege non timor est, sed uoluntas.

12. Sed deest interdum et aliquid uoluntati; et perfectam beatitudinem solum uelle non obtinet, nisi uoluntatem sequatur

1 eos *om.* *V* eclesiasticae *V* aeclesiasticae *R* sanctitate *ex* sanctitatem *m. 2 V* 3 optentae *R* cum ad *(et sic ter)* *Ve* 4 cunctata licet uoluntate concurrunt *V* facit *E* 5 luce *V* 7 qui *V* 9 in ipsorum consiliū *V* in impiorum consilium *Re* 10 non abisse *V* 11 enī *sup. lin. R* et *sup. lin. a m. 2 V* 12 repperiri *VR* 13 modestiae *Va* 14 refrenet *e* honore *V* otium *e* 15 nun^{c} *R* 16 constituat *ex* constituta *m. 2 V* 17 usurum esse suffragiis sed *V* 18 sequuntur *E* 19 abstinentia *ex* abstentio *m. 2 R* 21 ut *in ras. a m. 1 V* 22 uero *om. V* 23 constituet *V* q‹ timoris est *R* 24 est *om. R* praescribtis *VR* 27 aliquid *(om. et)* *V* 28 optinet *R*.

operatio. sequitur namque: et in lege eius meditabitur die ac nocte. beatum hunc uirum continua legis meditatio et indefessa consummat. sed forte id humanæ infirmitatis natura non patitur, per quam quiescendum, dormiendum, cibo uacandum est; ob quæ a spe consequendæ beatitudinis etiam necessitate naturalium decidamus, cum quando a meditatione diurna atque nocturna negotii corporalis intercessione sit desinendum. simile quoque huic dicto apostoli dictum est: sine intermissione orate. quasi uero non occupanda in res suas naturæ nostræ necessitas possit sine interpellatione temporis semper orare. meditatio itaque legis non solum in uerbis legendi est, sed in operis religione; neque ut libros tantum et scripturas recenseamus, sed ut ea, quæ scripturis ac libris continentur, gestis rebusque meditemur, et diurna nocturnaque opera legem semper exerceant, ut illud apostoli est: omnia quæcumque facietis in gloriam dei, siue cum manducatis, siue cum bibitis, siue cum aliud agitis. per hoc enim efficitur, ut sine intermissione oremus, cum per opera deo placita et in gloriam eius semper exercitata sancti cuiusque uiri uita omnis oratio sit; ac sic secundum legem noctu dieque uiuendo uita ipsa nocturna legis erit et diurna meditatio.

13. Sed consummata uiri huius beatitudine, qui impiorum consiliis et peccatorum uiis et pestilentiæ cathedra se abstinens

8 I Thess. 5, 17. 15 I Cor. 10, 31.

3 infirmita = = tis *R* 5 utque a spe *V* consequendae *ex* consequentae *R* 6 cum aliquando *e* 7 adque *V* 8 huic dicto illut apostoli dictum est *V* 9 orantes *Re* 10 nostre (a *sup.*) *corr. m. 2 V* 11 legi = = s *R* 12 legentis *Ed. Basil. et Paris.* legendis b sed et in operis *e* 13 recenseamus sed ut ea quae scribturis *ex* recenseamus sed ut eamus sed ut ea quae scribturis *m. 2 V* recenseamus sed (ut ea q. = in *sup.*) scriptoris (u *sup.*) (in *diuers. liq. m. 2*) *R* 15 opera (p *sup.*) legē semper se = = (er *sup.*) ex c - - e - (u *sup.*) ant (p *sup. lin. m. 2* — u *supr. add. m. 3*) *R* 16 quaecumq. *V* quecūquae *R* facitis *RE* in gloria dei *V* in gloriam dei (*sup. lin. m. 2 add.* facite) *R* in gloriam dei facite *E* (*cf. Abh. IV p. 80*) 18 ut *sup. lin. m. 2 V* orem' (*in marg.:* quomodo omni tempore oratur *m. 1*) *R* 19 in gloria *VR* exercita *VE* 20 cuiusquam *V* fit *ex* sit *m. 2 R* 21 diuque *V* 22 huij *R*.

dei legem uolens die et nocte meditetur, docendum est, quantus ei fructus adquisitæ huius beatitudinis sit futurus. uelle enim beatum esse ex beatitudinis ipsius expectatione proficiscitur. sequitur namque: et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. et folium eius non decidet. ridiculum hoc forte et ineptum conparatæ beatitudinis credetur exemplum: in quo ligni plantatio, decursus aquarum, fructuum datio, suum tempus et folium non decidens prædicatur. hæc quidem secundum homines sæculi nulla forte existimabuntur. sed uideamus secundum propheticam doctrinam, quanta in his ipsis rebus ac uerbis conparatæ beatitudinis gloria collocetur.

14. In libro Genesis, ubi plantatum a deo paradisum legislator ostendit, omne quoque lignum specie pulchrum et ad esum bonum productum esse monstrauit; esse quoque et in medio paradiso lignum uitæ et lignum sciendi boni et mali exposuit; inrigari deinde paradisum flumine, quod postea in quattuor principia diuisum sit. quod autem esset hoc lignum uitæ, propheta Salomon docuit, dicens de adhortatione sapientiæ: lignum uitæ est omnibus, qui conplectuntur eam et qui incumbunt in eam. lignum hoc ergo uiuens est; neque solum uiuens, sed etiam rationale; rationale autem in tantum, ut fructus det, det uero non confuse, non inportune, sed tempore suo. et plantatum hoc lignum est secus decursus aquarum, in possessione sci-

14 Gen. II, 9. 21 Prov. III, 18.

1 die eam et nocte (*ex* noctem) *V* quantus *ex* quantum *m. 2 V* 3 enim *sup. lin. add. m. 2 V* 5 iuxta decursus *e* 7 defluet *RE* 8 ligni == *R* lignum *V* 9 non deciditione *V* non defluens *RE* 10 forte *ex* forte et *m. 2 V* 14 paradysum *R* paradisi *V* legis labor *V* 15 quoque *ex* quodque *R* ad usum *Re* 16 et *om. V* 18 paradysum *R* paradisi *V* 20 profeta solomon *V* de adhortatione sapientiae *scripsi cf. Stud. 1886 p. 337* de adortatione sapientiae *R* de odoratione sapientiae *a* de adoratione sapientiae *e* de sapientie (de *sup. lin. m. 2*) *V* 22 *post* incumbunt in eam *R add.:* sicut in dnm̄ (sicut in domino *E*) 23 ergo hoc *E* rationabile *ex* rationabilem *m. 1 V* 24 rationabile *V* ut fructus det fructus det uero *V* non confusae nō inportunae *VR* 26 iuxta decursus *e*.

licet regni dei, id est in paradiso, et unde flumen exiens in quattuor principia diuiditur. non enim ait: post decursus aquarum, sed: secus decursus aquarum, unde primum decursum aquarum diuisiones sortiuntur. illic enim plantatum hoc lignum est, quo latronem illum, se dominum confitentem, dominus, qui sapientia est, introducit dicens: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. et quia sapientiam, quæ Christus est, lignum uitæ cognominari de sacramento futuræ corporationis et passionis prophetica auctoritate docuimus, etiam ex euangeliis intellegentiæ huius est proprietas adstruenda. dominus namque ipse se arbori conparauit, cum in Beelzebul dæmonia eum Iudæi eicere dixissent: aut facite, inquit, arborem bonam et fructus eius bonos, aut facite arborem malam et fructus eius malos; ex fructu enim arbor cognoscitur. quia cum fructus esset optimus dæmonia eicere, Beelzebul eum, cuius fructus pessimi sunt, esse dicebant. huius quoque beati ligni non dedignatus est in se docere uirtutem, cum pergens ad crucem ait: quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? per humidi ligni exemplum nihil in se ariditati mortis obnoxium esse significans.

15. Huic itaque ligno beatus ille uir similis fiet, cum, translati latronis in paradisum modo, secundum decursus aquarum et ipse plantetur: et fiet beata illa et non eradicanda nouella plantatio, quam in euangeliis dominus significat, cum de aliena plantatione conqueritur, dicens: omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. hoc ergo

6 Luc. XXIII, 43. 12 Matth. XII, 33. 19 Luc. XXIII, 31. 26 Matth. XV, 13.

3 sed — aquarum *add. m. 2 V* iuxta decursus *s* 5 latronē (ē *in ras.*) *R* 6 introduxit *s* 8 quae *ex* qui *R* qui *Vs* ꝗ *α* cognominari *ex* cognorminari *m. 1 V* 10 ex euuangeliis *R* intellegentiae istius est *V* 11 conparatum *V* 12 Beelzebub *E* 13 inquit *ex* inquid *R* 16 Beelzebub *E* e = ū *R* 17 non dedignatus est conparationem cum pergens *Vr* 19 in umido *V* 20 ariditati *ex* aridati *m. 2 V* 21 significandū *V* 22 fiet similis *V* 23 in paradysum *R* in paradisi *V* 24 ^{e}radicanda *R* 25 in euuangeliis *R* aliena *sup. lin. m. 2 V* 26 conquaeritur *VR* 27 pater meus coelestis *ε* ergo *sup. lin. m. 2 V* enim *R*.

lignum dabit fructus suos. ubicumque autem de fructibus arborum aliquid diuinus sermo significat, facere potius eas fructum, quam dare memorat, cum ait: non potest arbor bona malos fructus facere, et cum secundum Esaiam querella de uinea est: expectaui, inquit, ut faceret uuas, fecit autem spinas. lignum autem hoc dabit fructus suos, arbitrio dandi et ratione moderatum. nam in tempore suo dabit. et quo tandem tempore? nempe eo, de quo beatus apostolus ait: ut notum faceret uobis sacramentum uoluntatis suæ secundum placitum, quod proposuit in ipso, in dispensatione plenitudinis temporum. hoc ergo dispensationis est tempus, quo et accipiendi et dandi oportunitas temperatur, cum suum erit tempus, ut accipiant quibus dabit. temporis autem mora in plenitudine temporum pendet. dispensatio enim dandi fructus plenitudini temporum reseruatur. et qui tandem hic dispendendus erit fructus? nempe ille, de quo idem apostolus meminit, dicens: et transformabit, inquit, corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ. hos ergo nobis fructus suos dabit, quos iam in eo, quem sibi adsumpsit et qui significatur in ligno, homine perfecit, quem in inmortalitatis suæ naturam absorpta mortalitate transfudit. erit ergo ut hoc lignum beatus ille uir, cum quando ipse in gloria dei domino suo conformis adstiterit.

3 Matth. VII, 18. 5 Esai. V, 2. 9 Ephes. I, 9. 17 Philipp. III, 21.

1 de frugibus *V* 2 diuinus sermo aliquid *V* 3 fructū *R* fructum *ex* fructus *m. 1 V* fructus *e* potes^t *corr. m. 2 V* 4 fructus malos *E* eseiam *V* 5 quaerella *VR* de uinea est (ea est *in ras.*) *R* inquit *ex* inquid *R* ut faceret uuas fecit autē *ex* ut facere duas autē *corr. m. 2 V* 6 lignum igitur *V* lignum ergo *e* dauid *V* 9 apostulus *V* ut *om. Rα* facere *Rα* 10 secundum beneplacitum *RE* 11 in dispensationem *RE* 12 oportunitas *VR* opportunitas *E* 13 cum suum enim erit *V* dabitur *V* autem' ora *R* 14 pendet — temporum *om. V* 15 et qui tandē *R* 16 dispendendus *VRα* (*cf. Prud. in Symm. I, 584*) dispensandus *e* 17 et transformauit *VRα* 18 nrā =: *R* conforme *V* conformatum *RE* corporis *V* claritatis suae *RE* 20 in ligno hunc perficit *V* 21 absorta *VR* 22 quando *ex* cū quando *R* in gloriam *R* 23 dom° *corr. m. 2 V*.

16. Folium autem ligni huius non defluet. nec mirum si folia eius non defluunt, cuius fructus dabuntur potius, quam decident, non maturitate depulsi, non ui exteriore decussi, sed rationalis officii dispensatione demensi. et quid in foliis significet, ex conparatione rerum corporalium absolutum est. namque hanc esse naturam foliorum contuemur, ut ad custodiam fructuum fructibus ipsis circumiecta prorumpant, ut quodam uallo tenera pomorum initia communiant. doctrina ergo uerborum dei, quæ promissos nobis fructus conuestit, significatur in foliis. his enim uerbis spes nostræ inumbrantur, horum inter has sæculi tempestates munimine conteguntur. non defluent igitur hæc folia, id est dei uerba; quia per dominum dictum est: cælum et terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt. nihil enim ex his, quæ a deo dicta sunt, dilabetur aut decidet.

17. Quod autem hæc folia ligni huius non inutilia sint, sed salutaria gentibus, sanctus Iohannes in Apocalypsi testatur dicens: et ostendit mihi flumen aquæ uitæ, splendidum tamquam crystallum, exiens de throno dei et agni, in medio plateæ eius et ex utraque parte fluminis arborem uitæ, quæ facit fructum duodecies, singulis mensibus reddens fructum suum, et folia arboris illius sunt ad sanitatem gentium. cæleste sacramentum ita per corporales species exponitur, ut rationem spiritalem corporalia ipsa quamquam inplere non possint, tamen ad corporum rationem mutila sint. conuenerat enim dixisse, ex utraque parte fluminis demonstrati arbores esse, non arborem. sed quia uitæ arbor ubique in sacramento

13 Matth. XXIV, 35. 18 Apoc. XXII, 1.

1 defluet *ex* defluent *m. 2 V* nec mirum — defluent *(sic) infr. add. m. 2 V* 3 decidentur *R* decus = si *R* decursi *V* 4 dimensi *Ve* demessi *coni. Bened.* 6 foliorum *ex* filiorum *m. 2 V* ut *add. m. 2 V* 7 circumtecta *R* 11 in has *V* 12 non decident *V* dei *om. V* 13 transibunt *R* 15 quae ab eo *V* delabetur *V* 19 de trono *V* de trhono *R* 20 agni *ex* angi *R* 22 fructum suum *ex* fructuum suum *m. 2 V* 25 corporalia *ex* corporalium *m. 2 V* 26 ad corporum rationem mutila sint *scripsi, cf. Stud. 1886 p. 338* ad corporata non mutilent *Rα* ad corporata non mutilentur *VrD* 27 arbores *ex* arboress *m. 1 V* 28 uitae arbos *V*.

baptismi una est, undique ad se uenientibus apostolicæ prædicationis fructus subministrans, ideo ex utraque parte fluminis una uitæ arbor adsistit. unus enim agnus est in dei throno uisus, et unum flumen, et uitæ arbor una: quæ omnia in se conplectuntur mysteria corporationis, baptismi, passionis, cuius folia, id est prædicationis uerba, salutem gentibus per doctrinam eloquii non decidentis inpertiunt.

18. Et omnia, inquit, quæcumque faciet, prosperabuntur. iam non, sicut in Adam, donum eius et statuta perturbabuntur — quia ille constitutæ inmortalitatis beatitudinem peccato transgressæ legis amisit —, sed per redemptionem ligni uitæ, id est dominica passione, cum ipsi ligno uitæ similes erimus, iam, quidquid in nobis fiet, æternum est, æternum autem cum beatitudinis sensu. prosperabuntur enim omnia illa, quæ fient: non demutatione incerta, non in natura infirma, cum incorruptio corruptionem et æternitas infirmitatem et forma dei formam terrenæ carnis absorbuerit. huic igitur plantato ligno, in tempore suo hos fructus suos danti, beatus ille uir erit similis, ipse quoque in paradiso plantatus, ut plantatio dei non eradicanda permaneat; in quo omnia a deo facta prospere dirigentur, nulla deinceps demutatione uel infirmitatis nostræ eradicanda uel temporis.

19. Demonstrata autem perfecta huius uiri beatitudine consequens erat, quæ impios pœna maneret, ostendere. sequitur namque: non sic impii, non sic, sed tamquam puluis, quem proicit uentus a facie terræ. non est impiis conparatiuæ huius beatitudinis spes relicta, sed uagum eos.

1 undique ex saeuientibus *V* 2 subministros *V* 3 arbos *V* agnus *ex* magnus *m. 2 V* in dī t[h]rono *V* in dī trhono *R* in throno dei *E* 8 inquit *ex* inquid *R* prosperabuntur *VR* bene dirigentur *E* 10 perturbantur *Ra* illae *R* 11 trangressae *R* 13 quicquid *R* aeternūest *R* 14 prosperabuntur enim *VRa* prospere dirigentur autem *e* 15 non in natura (in *sup. lin.*) *V* non natura *Re* infirma *ex* infirmi *R* 16 incorruptio *ex* incorruption *V* 17 absorb[s]erit *R* absorpserit *E* 18 dante *VR* 19 uir *om. R* 21 nulla *ex* ualla *m. 2 V* 22 *post* temporis *V add.* demonstratur 24 quae *sup. lin. a m. 2 V* ostenderet *V* 25 inpii *V* 27 uagum os *Ed. Par. 1572b.*

obtritum, uentilatum, dispersum et inquietum manet, ut ex illa corporalis soliditatis firmitate decussi ludibrio pulueris differantur in pœnam: non in nihilum dissoluti, ut sit in his materies pœnalis, sed in inane ac leue aridumque protriti, ut ludibriosa pœnæ mobilitate iactentur. cuius pœnæ et loco altero idem propheta meminit, dicens: comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo illos. comparatio itaque ut beatitudinis, ita et pœnæ est constituta. quam enim nullus labor est uento puluerem dissipare et quam lutum in plateis ingredientes se prope calcasse non sentiunt, ita pœnæ illi infernæ facile est impios delere atque dispergere, quos peccatorum ratio et in lutum soluerit et comminuerit in puluerem, non relicta neque substantia firmitatis, cum puluis et lutum sint et per id quod puluis et lutum sunt, in naturam tantum pœnalis substantiæ reseruati.

20. Et quia per hanc demutationem obtritæ in puluerem firmitatis non erunt eius boni participes, quod beato uiro ex fructu ligni dabitur in tempore, ideo consequenter adiecit: propterea non resurgunt impii in iudicio. non abolitio his, qui utique puluis erunt, per id quod non resurgent denuntiatur, sed resurrectio his in iudicium denegatur. non enim per id quod non erunt, sensu pœnæ carebunt: quia lucri pœnam faciet, quod non subsistet ad pœnam. subsistent autem, quia erunt puluis. puluerem uero effici uel ariditate uel adtritu, non est subsistendi amisisse naturam, sed in naturam alteram substitisse. per id autem, quod in iudicium non resurgent, absolutum est non resurgendi eos caruisse natura, sed

6. Ps. XVII, 43.

2 infirmitate *V* discussi *V* puluis *V* 3 ni||hilū *(1 litt. eras.) R* dissoluit *R* 4 poenae sed *V* in *om. R* ut ludibriosae poenae et loco altero (*om. uerba* poenae — cuius) *Rα* 7 comparatio *R* 8 quomodo enim *Ed. Par. 1572 b et sic* 9 quomodo lutum 9 est *sup. lin. a m. 1 V* 10 prope *om. V* 11 inferni *E* 13 non *sup. lin. R* 14 et per $\overset{\text{i}}{\text{d}}$ *R* 15 poena *V* 18 adeo *V* 19 resurgāt *α* resurgent *b* in iudicium *E*; *R h. l. in marg. hanc notam add.*: ñ resurrectio impiis sed iudiciū denegatur 20 his *ex* is *m. 2 V* resurgunt *E* 21 in iudicio *etiam h. l. et in seqq. V* 23 poena faciet *R* 24 aridate *V* 25 $\overset{\text{sub}}{\text{sistēdi}}$ *V* $\overset{\text{is}}{\text{amisse}}$ *R*.

resurgendi in iudicium ordinem perdidisse. qui autem resurrectionis et iudicii ordo intellegendus sit, dominus in euangeliis ostendit dicens: qui credit in me, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est. hoc est autem iudicium, quia lux uenit in hunc mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lumen.

21. Neglegentem audientium et incuriosam legentium facilitatem dicti dominici sermo perturbat. cum enim dicit: qui credit in me, non iudicabitur, exemit iudicio fideles; et cum subiecit: qui autem non credit, iam iudicatus est, non admisit ad iudicium infideles. ergo si credentes exemit et reppulit infideles, nec in hos nec in illos iudicii sorte permissa, quomodo conuenire sibi in hoc, quod tertium ait, existimabitur: hoc est autem iudicium, quia lux uenit in hunc mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lumen? non enim potest locus relictus esse iudicio, cum neque infideles nec fideles sint iudicandi. et hæc quidem ita esse auditoribus neglegentibus et lectoribus incuriosis uidebuntur: ceterum in se uirtus ipsa uerborum proprietatem dicti et intellegentiam continet.

22. Qui credit, inquit, non iudicatur. quid enim necesse est iudicare credentem? iudicium enim ex ambiguis rebus existit, et ambiguitate adempta iudicii non desideratur examen. ex quo ne infideles quidem necesse est iudicari, quia ambiguitas, quin infideles sint, non resedit, sed adempto in credentes non credentesque iudicio causam dominus iudicii et auctores, in quos iudicari necesse esset, adiecit. sunt enim aliqui,

3. Ioh. III, 18, 19.

1 perdidisse ordinem *E* 2 in euuangeliis *R* 4 est hoc *sup. lin. a m. 1 V* 6 *ante* tenebras *tres litt.* (quā ?) eras. *R* 7 neglegentiā (*sed* iā *ex corr.*) *Rb* audientiam *Ve* et incuriosam neglegentium *V* 9 ademit iudicio *ex* ademit non iudicio *V* 12 ademit *V* nec in hos *ex* ergo in hos *corr. m. 2 V* 13 sibi hoc (*om.* in) *Ve* 14 ait *ex* ad *corr. m. 2 V* existimatur *R* est *om. R* 15 hunc *om. E* 16 lucem *E* 17 relictus *om. R* neque fideles *E* 20 dicit *R* 21 inquit *ex* inquid *R ex* inquoit *m. 2 V* iudicabitur *E* 22 existet *V* 24 nec infideles quidem *R* 25 quin *ex* qui *m. 2 V* 26 dm̄s in iudicii auctores *V* 27 in quo *R* necesse est *V* aliqui *ex* aliquid *m. 2 V*.

inter pios impiosque qui medii sint, ex utroque admixti, neutri tamen proprii, quia in id ipsum constiterint ex utroque: nec fidei admiscendi, quia sit illis aliquid infidelitatis insertum, nec infidelitati deputandi, quia aliquid habeant et fidei. plures namque dei metus in ecclesia continet: sed eosdem tamen ad sæcularia uitia sæculi blandimenta sollicitant. orant, quia timent; peccant, quia uolunt. Christianos se nuncupant, quia bona est spes æternitatis: gentilia agunt, quia blanda præsentia sunt. impii non manent, quia his dei nomen in honore est: pii non sunt, quia quæ pietatis sunt aliena sectantur. et necesse est ea magis diligant, per quæ id quod se nuncupant esse non possunt, secundum nuncupationis uoluntatem operum uoluntate potiore. et idcirco dominus postea quam credentes non iudicandos et non credentes iam iudicatos esse dixerat, addidit: hoc est autem iudicium, quia lux uenit in hunc mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lumen. in eos ergo iudicium est, quod iam et in incredulos actum est et in credentes non necessarium est: quia magis tenebras quam lumen dilexerint; non quod non dilexerint et lumen, sed quod dilectio illis fuerit magis propensa tenebrarum. præferri enim solet dilectioni ex comparatione dilectio: et hinc iudicium est, quia, cum dilexerint Christum, magis tamen tenebras dilexerunt. hi ergo iudicabuntur, qui neque ut pii non iudicabuntur, neque iam fuerint ut impii iudicati, in quos ex prælata potius dilectione iudicium est.

23. Huius quidem euangelicæ dispositionis tenuit et propheta rationem, dicens: propterea non resurgunt impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.

1 inter impios piosque *E* 2 proprie *E* ipsut *V cf. Acad. p. 28* 3 quia sit illis in aliquid *V* quia sit aliquid (d *ex* t) *R* 4 aliquit *V* 5 in eclesia *V* in aecclesia *R* tamen in saecularia *V* 9 'is *V* 10 quia *ex* quian *m. 1 V* pietati *VE* 11 nuncupant esse *ex* nuncupantes se *R* pant esse — secundum nuncu *add. m. 2 V* 12 operum uoluntate *add. m. 2 V* 13 potio^e^re *R* 15 hunc *om. e* 18 et — necessarium est *om. V* 19 quia magis *ex* quia lex magis *corr. m. 2 V* 23 tenebras dilexerint *V* hii *V* 24 non *sup. lin. R* ut *ante* impii *add. sup. lin. m. 2 V* 25 potius dilectione *sup. lin. R* 26 huius *ex* husius *R* et huius *Ve* et *ante* propheta *sup. lin. R om. Ve.*

impiis iudicium, quia iam iudicati sunt, non relinquit; peccatoribus autem, quos superiore sermone discerni ab impiis docuimus, consilium iustorum, quia iudicandi sint, denegauit. illos enim præiudicatos impietas facit, hos uero peccatum detinet iudicandos. itaque neque impietas, quæ iam iudicata est, peccatorum est permissa iudicio, neque peccatores, qui iudicandi sunt, iustorum, qui non iudicabuntur, meriti sunt digni esse consilio.

24. Et huius differentiæ hinc ordo proficiscitur: *quia cognoscit, inquit, dominus uiam iustorum, et uia impiorum peribit.* consilium iustorum peccatores idcirco non adeunt, quia uiam iustorum dominus cognoscit. cognoscit autem non ignorationis scientia, sed dignatione noscendi. neque enim hæc in deo passionum humanarum demutatio est, ut aliquid aut cognoscat, aut nesciat. beatus apostolus Paulus, qua ratione a deo cognosceremur exposuit, dicens: *si quis est in uobis propheta aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt: si quis autem non cognoscit, non cognoscitur.* eos ergo cognosci a deo ostendit, qui, quæ dei sunt, cognouerint: tum cognoscendi, cum cognouerint, dignationem scilicet cognitionis per meritum religionis cognitæ consequentes, ut quod cognoscitur, non ignorantis profectus intellegatur esse, sed cogniti. absolute autem dominus ostendit in Adam atque Abraham peccatores se ignorare, cognoscere autem fideles. namque Adæ post peccatum dictum est: *ubi es, Adam?* non quod deus, quem adhuc in paradiso habebat, in paradiso esse nesciret; sed quod, dum ubi sit interrogatur, indignus cognitione dei per id, quod peccauit, ostenditur. Abraham autem diu ignoratus, scilicet ad quem septuagenarium iam dei fuit sermo, cum se per oblationem

16 I. Cor. 14, 37. 26 Gen. III, 9.

1 iam *ex* dam *m. 2 V* relinquit *ex* relinquid *R* 2 quo^s^ *R* superiore (i *supra* e) *R* superiori *E* sermone *ex* sermo *m. 2 V* 3 iudicati *V* 4 fecit *V* 6 peccatorum ē (ē *ex* aē? *post* ē *2—3 litt. eras., fortasse litt.* rit.) *R* 12 *inter* cognoscit *et* cognoscit autem *eras.* dñs *R* 15 aliquit *V* 16 ab eo cognoscentem *V* 19 cognoscetur (e *supra* e) *R²E* 20 quia quae *R* 21 cognouerit *V* 24 adque *VR* 27 in paradyso *R* 30 dei iam *E*.

Isaac fidelem domino probasset, tali in diuinam familiaritatem dignatione suscipitur: nunc cognoui, quia times dominum deum tuum et non pepercisti filio tuo dilecto propter me. non ignorabat utique Abrahæ fidem, quam ei de generando Isaac credenti et ad iustitiam deputauerat: sed quia magnum timoris sui dederat filium offerendo documentum, nunc cognoscitur, nunc probatur, nunc dignus est, qui non ignoretur. sic itaque deus et agnoscit et nescit, cum Adam peccator nescitur et Abraham fidelis agnoscitur, dignus scilicet, qui a deo nihil utique ignorante noscatur. cognita ergo est deo iustorum non iudicandorum uia: et idcirco peccatores, qui iudicandi sunt, eorum consilio submouentur. impii autem in iudicium non resurgent, quia deperdita eorum uia iam fuerint iudicati per eum, qui ait: pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS II.

Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? et reliqua.

1. Plures nostrum ambiguos facit apostolica auctoritas, utrum psalmum hunc cohærentem primo et ueluti primi extimum putent esse, an uero subiacentem et secundum potius connumerent. namque in Actibus apostolorum primum hunc haberi atque esse, sub oratione beati Pauli ita docemur: nosque uobis euangelizamus eam, quæ ad patres facta est

2 Gen. XXII, 12. 14 Ioh. V, 22. 24 Act. ap. XIII, 32.

1 Isac *V* fidelem deo *V* 2 nun[c] *corr. m. 2 V* 5 ιcodē generando isac *R* ei de nascendo isac *V* et *om. V* 6 sed qui *R* 7 documentum *R²E* *inter* nunc *et* cognoscitur *una litt. eras. R* probatur *ex* probantur *m. 2 V* 10 qui deo nihil utique ignorante *R* qui non ab ignorante *V* 12 eorum consilio *ex* eorum consiliu — *V* ab eorum consilio *ε* 13 in iudicio *V* quum deperdita *ε* 14 qui ait *ex* quia ait *m. 2 V* 15 dō n[m] n̄ ιħu x̄po *V* 17 Explic. psalmus primus incip. psalmus II. *V* Explicit psalmus I. incipit psalmus II. *R* 21 coherentem *VR* 22 connumerarent *V* 23 actis *VE* apostolorum *ex* apostorlorum *m. 1 V* primo *V* 24 adque *VR* 25 uobis *ex* nobis *R* euuangelizam' *R* euuangelizamur[s] *V* ea *V*.

promissio: hanc deus expleuit filiis nostris. suscitans dominum nostrum Iesum, sicut et in psalmo scriptum est primo: filius meus es tu, ego hodie genui te; cum suscitauit eum a mortuis amplius non regressurum in interitum. ob hanc ergo apostolicam auctoritatem errore scribentium fieri creditur, ut in ordine secundus psalmus iste numeretur, cum primus esse ipso doctore gentium testante noscatur. cognoscenda itaque ea ratio est, cur et a nobis secundus esse intellegendus sit, et ab apostolo esse primus ostensus sit.

2. Mediis namque legis temporibus, priusquam unigenitus dei filius, ante sæcula manens deus uerbum, homo nascitur, poscente rege Ptolomæo septuaginta seniores libros Veteris Testamenti ex hebræis litteris in græcas transtulerunt. erat autem iam a Moyse antea institutum, in synagoga omni septuaginta esse doctores. nam idem Moyses, quamuis uerba Testamenti in litteras condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat. cuius doctrinæ etiam dominus in euangeliis meminit, dicens: super cathedram Moysi, inquit, sederunt scribæ et pharisæi: omnia ergo, quæcumque dixerint uobis, facite et seruate: secundum uero facta eorum nolite facere. doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum et numero et officio conseruata est.

20 Matth. XXIII, 2.

1 repromissio *RE* deus *E* (*θσ nou. Test. Vat.*) dī *V om. R* 2 sicut et in psalmo scriptum est secundo [primo] (*corr. m. 1*) *R* sicut et in psalmo scribtum est *V* sicut in psalmo primo scriptum est *E* 7 esse *ex* esset *R* doctore *ex* doctor *V* testant-- e (*in ras. fuit* ur) *V* 8 noscatur *ex* noscantur *R* qur *R* 11 nasceretur *E* 12 Ptolomeo *VRa* 13 hebreis *VR* grecas *R* 14 [a]moyse *R* sinagoga *R* omni *ex* omne *m.* 2 *V* 15 esse *ex* osse *m. 2 V* Moysis *V* quamuis ueteris testamenti uerba in litteris *E* 16 iam separatim *R* 17 mysteria secretiora *V* seniorib. *ex* seniores *corr. m. 1 V*; *R post* senioribus *haec praebet in marg.:* q‹ LXX seniores a mose instituti p ‹p›genies in posterū sunt seruati 18 intimauerat *ex* intimauerant *m. 2 V* 19 euuangeliis *VR* 20 inquid *R*[1] [in]quid *V* farisaei *R* farisei *V* 21 seruate et facite *E* 22 facta uero *V* 24 *ante* numero *2—3 litt. eras. R.*

hi itaque seniores libros hos transferentes et spiritalem secundum Moysi traditionem occultarum cognitionum scientiam adepti ambigua linguæ hebraicæ dicta et uaria quædam ex se nuntiantia secundum uirtutes rerum certis et propriis uerborum significationibus transtulerunt, doctrinæ scientia multimodam illam sermonum intellegentiam temperantes. et ex eo fit, ut, qui postea transtulerunt, diuersis modis interpretantes magnum gentibus adtulerint errorem, dum occultæ illius et a Moyse profectæ traditionis ignari ea, quæ ambigue lingua hebræa commemorata sunt, incerti suis ipsis iudiciis ediderunt. ambiguitatis autem linguæ hebraicæ unum adferemus exemplum, ex quo cetera istius modi esse atque ita, ut sunt, intellegantur. Bresith uerbum hebraicum est. id tres significantias in se habet, id est, et in principio, et in capite, et in filio. sed translatores septuaginta in principio ediderunt ceteris diuerse transferentibus: et secundum hanc ambiguitatem hæc ab illis in omni translatione est facta confusio.

3. Sed perfecta horum septuaginta interpretum auctoritas manet. primum, quod ante aduentum corporalem domini transtulerunt, nec adulatio interpretandi adhibita tempori arguetur, tanto anteriore interpretationis ætate; dehinc, quod ipsi illi principes doctoresque synagogæ et præter scientiam legis per Moysen quoque doctrina secretiore perfecti non potuerunt inprobabiles esse arbitri interpretandi, qui certissimi et grauissimi erant auctores docendi. hi ergo psalmos inter ceteros libros

1 trasferentes *V* 2 cognitiouum *ex* cognitionem *m. 2 V* scientia *V* 3 ambigua[e] *R* hebraeicae *V* uario *V* nuntia[n]tia (*quae litt. correcta sit non apparet*) *R* 5 *post* transtulerunt *1—2 litt. eras. R* multimodu[a]m sermonum intellegentiam *V* 6 ut *om. Rb* 7 interpraetantes *VR* 8 attulerint *RE* occulte *V* moysi *VR* 9 traditionis profectae *V* ambiguae *VR* hebrea *V* 10 cōmemorata (cō *i. ras.*) *R* incertis ipsis *Va* 11 lingue hebraice *V* 13 Bresith *in ras. a m. 2 V* ΒΡΘΙCΙΘ *R* hebreicum *V* significantias *ex* significantia *m. 2 V* 14 id est in principio *E* 15 diuersae *RV*[1] 17 in omnem translationem *V* 18 interpraetum *V* 20 adula[ti]o *R* adibita *R* arguitur *ε* 23 doctorina (na *in ras. a m. 1*) secretina secretrinore *V* non probabiles *ε* 24 interpraetandi *VR*.

transferentes et in numerum redegerunt et in ordinem conlocauerunt et diapsalmis distinxerunt, qui omnes secundum Hebræos confusi et habebantur et habentur. horum igitur translationes Hebræis tum lingua tantum sua utentibus non erant necessariæ. ipsis tamen, omnibus diligenti et religiosa custodia obseruatis, quibus postea dominus legem omnem sacramento et corporationis suæ et passionis et resurrectionis inpleuerat, cumque his libris, quos regi idem translatores ediderant, conlatis et fideliter consonantibus repertis, indissolubilis constituta est priuilegio doctrinæ et ætatis auctoritas.

4. Beatus ergo apostolus Paulus, secundum professionem suam Hebræus ex Hebræis, etiam secundum hebraicam cognitionem et fidem psalmum hunc primum esse dixit, translatorum distinctione non usus: cui maximum hoc prædicandi ad synagogæ principes studium erat, ut dominum nostrum Iesum Christum dei filium, natum, passum, resurgentem regnare in æternum ex doctrina legis ostenderet. tenuit itaque hunc modum, ut Hebræis prædicans Hebræorum consuetudine uteretur. sed nobis translatorum utendum auctoritate est, legem non ambiguitate litteræ, sed doctrinæ scientia transferentum.

5. Præstat autem nunc absolutissimam intellegentiam personæ, temporis, causæ apostolica auctoritas. nam quid in libro Actorum suorum de hoc eodem psalmo idem apostoli senserint, uerbis ipsorum loquemur. scriptum namque est: ipsis dicentibus: domine, tu es, qui fecisti cælum et terram et mare et omnia, quæ in illis sunt, qui per os patris nostri Dauid, sancti pueri tui, dixisti: quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt

25 Act. ap. IV, 24.

1 redigerunt *V* 2 et in diapsalmis distincxerunt *V* hebreos *VR* 3 tran^s^lationes *R* 4 cum lingua *R* 5 diligentiae re^li^giosa *V* 6 postea *scripsi* posteaquam *cod. cf. Addenda* omne *V* sacramento corporationis *R* 8 cumque *scripsi* cum *cod.* idem *VRα cf. Neue Formenl. II, 200* iidem *ε* 9 compertis *ε* 12 hebreus *VR et sic fere semper* hebreicam constitutionem *V* 16 xp̄m *supr. add. V* 18 te^u^ne^r^tur *corr. m. 2 V* 20 transferentū *V* trāsferēdū *α* transferendo *R ε* 23 actorū *ex* auctorū *m. 2 V* 24 loqmur *R* scribtum namquae ita est *V* 25 et ipsis *R* tu *ex* ou *corr. R* 26 et mare *in marg. add. m. 1 R* illis *ex* illius *R*.

inania? adstiterunt reges terræ, et principes conuenerunt in unum id ipsum aduersus dominum et aduersus Christum eius. conuenerunt enim in ueritate in ciuitate ista aduersus sanctum tuum filium Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus et populus Israhel facere, quanta manus tua et consilium præscripsit fieri. et nunc, domine, respice in minas eorum, et da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum. non ergo ambiguum est, quid tanto anteriore tempore prophetiæ psalmus ostenderit. nam permixti tum sibi in Herode atque Pilato gentes frementes et populi uana meditantes in unum cum ipsis suis regibus et principibus adstiterunt. communi enim et prætoris et tetrarchæ iudicio in dominum confirmata damnationis est passio.

6. Et quidem diligenter secundum propheticam scientiam unicuique generi et nomini singulorum quorumque uerborum est proprietas coaptata: ut gentes fremuerint, inperito scilicet motu inconditoque commotæ, dei filium in corpore cernentes et audientes. quæ usque adeo fremuerunt, ut corona spinea conpunxerint, ueste regia indutum salutatione atque honore regis inluserint, harundine caput contuderint, aceto ac felle potauerint, lancea latus foderint. cohors enim militum Pilato subditorum ex fremitu iræ intemperantis hæc gessit.

7. Populi autem inania meditati sunt id est inani in doctrinis dei meditatione uersati, cum per meditationem legis non intellexerint, qui prædicabatur in lege. iam enim tum non tantum ex illa secundum carnem Abrahæ generatione synagogæ populus abundabat, sed ex multis populis; in uno Israhel populi nomine multorum populorum diuersitas contine-

2 id ipsum *om.* *RE* 3 *post* eius *R h. l. inepte etiam uers. 3. psalmi adiunxit* disrūpamus uincula eorū et ꝓiciamus a nobis iugū ipsorū 7 ei consilium *R* praescribsit *VR* 8 illorum *RE* 9 omni fiducucia *ex* omnib fiducuciae *m. 2 V* 10 profetiae *V* 11 adque *VR* 12 principibus et regibus *E* 13 tetrachae *V* 14 in dño *V* 15 scientiam *sup. lin. a m. 2 V* 19 quaeq *R* queq. *V* usque ad dm̃ *V* 20 adque *V* adq *R* honore *sup. lin. a m. 2 V* 21 capud *VR* 24 id est inania *V* 25 eum *E* 26 intellexerunt *E* 27 non *sup. lin.* *V* tantum *ex* tanto *m. 2 V* habrahae *R* 29 istrahel *V*.

batur. et hoc in Actorum libro ita scribitur: erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi, uiri timentes deum, ab omni gente, quæ sub cælo est. populi itaque isti meditati inania sunt ex multis populis in unum populum congregati.

8. Reges quoque adstiterunt, Pilatus scilicet et Herodes, in quibus reges terræ intelleguntur: et uterque pro legum, quibus præerant, necessitate præsentiæ suæ adhibuit officium. qui autem impio inreligiosoque consilio multis conuentibus aduersus dominum tractabant, hi principes conueniunt in unum: frequenter scilicet in domum Caiphæ omnibus sacerdotum principibus congregatis. denique reges terræ cognominati sunt Herodes tetrarcha et Pilatus prætor, quia iure terreni imperii adstiterunt. ceteri autem, qui in unum conuenerunt, neque principes terræ sunt, neque principes sacerdotum, quia nec ius regni sui prætori Romano et tetrarchæ subditi obtinebant, neque ultra iam principes sacerdotum cognominari merebantur, quia impii in deum ac dominum ipsius sacerdotii extitissent.

9. Et quia non ambiguum est, ex persona dei Patris secundum apostolicam auctoritatem psalmum cœptum esse, quippe cum dixerint: qui per os patris nostri Dauid. sancti pueri tui, dixisti, idcirco enim ad intellegendam personæ demutationem ab interpretantibus interiectum diapsalma est, licet in libris Hebræorum non contineretur. persona ergo, quæ demutatur, apostolorum esse intellegenda est, dicentium: disrumpamus uincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum. detestari eos necesse est quod arguunt. horum ergo, qui et fremuerunt et inania meditati sunt, uincula disrumpunt et iugum abiciunt. et non ambiguum est, quin differat iugum abicere et uincula rumpere: quod utrumque

1 Act. ap. II, 5.

3 dm̄ *V* dominum *RE* 4 meditati *ex* meditatis *m. 1 V* sunt inania *E* 6 herodes *ex* herodis *m. 2 V* 9 aduersum *V* 10 dm̄ *V* tractabant *ex* tractabunt *m. 2 V* 11 caifae *VR* 14 neque reges terrae *ε* 16 subditi obtinebant (ant *ex* unt *m. 2*) *V* obtinebant subditi *E* 18 sacerdotū *R* 21 dixerit *V* quip̄ per os *corr. m. 1 V* Dauid *om. R* 22 enim *om. VE* 23 ab interpraetantibus *VR* 24 contineretur *ex* continetur *corr. m. 2 V* 26 abiciamus *RE*.

utrique superius memorato et generi et nomini conuenit. ut uincula gentium rumpant, iugum autem populorum abiciant. quia gentes peccatorum suorum uinculis conligentur, a quibus absoluere se per infidelitatem non possunt, secundum id quod dictum est: fasciis peccatorum suorum constrictus est peccator, Iudæi uero iugo legis onerentur, quod a se apostoli abiciunt, beato Petro dicente: nunc uero quid temptatis dominum, ponere supra collum discipulorum iugum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare? hoc ergo populorum iugum a se abiciunt, quia subditi eo fuerunt: uincula autem non sibi, sed gentibus disrumpunt. et ita utriusque sermonis ratio seruata est, ut, ubi uincula disrumpuntur, nullam personæ suæ significantiam addant, ubi uero abiciunt iugum, illic dicendo: abiciamus a nobis, non de aliis quam de se ipsis locuti intellegantur: ut graui isto et intolerabili abiecto suaui illo ac leui, ad quod inuitati sunt, euangelicæ sanctificationis se iugo subderent, gentium autem uincula per libertatem prædicationis abrumperent, secundum illud, quod in eiusdem psalmi commemoratione dixerunt: et nunc, domine, respice in minas illorum et da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum. hæ enim apostolicæ doctrinæ omnium infidelitatum et peccaminum laqueos abrumpunt.

10. Et quia superius duplex persona seruata est, cum ait: aduersus dominum et aduersus Christum eius gemina quoque nunc ridentis et subsannantis significatio

5 Prou. V, 22. 7 Act. ap. XV, 10. 20 Act. ap. IV, 29.

1 et homini *V* ut *ex* et *R* 2 uincula quidem gentium *ε* 3 colligantur *E* 4 absoluere super infidelitate *V* 5 fasciis *ex* fasceis *V* fasceis *R* constrinctus *R* 6 iudei *V* onerantur *VE* 10 a se *sup. lin. a m. 2 V* 11 ei *E* 12 permonis (s *sup.*) *V* 13 & ubi *R* ubi *b* nullam *ex* ullam *m. 2 V* 14 addant (v *diuers. liq.*) *R* 15 de ipsis *R* de semetipsis *E* intelliguntur *ex* intelligantur *R* 16 suaui illi et *E cf. Bücheler lat. Decl. p. 114* 22 hae (*1 litt. eras.*) *R* hoc *V* 23 peccatorum *ε* 24 seruata *ex* serua *m. 2 V* 26 ridentis *ex* ridentes *m. 2 V* subsannantis *ex* subsantis *m. 2 V* significatio *ex* significationibus *m. 2 V*.

consecuta est. non enim discernitur contumelia alterius ab altero, neque discretus est honor religionis ad utrumque. qui enim per genuinam patris et filii secundum se legitimamque naturam in gloria diuinitatis unum sunt, unum etiam sunt uel in contemptus iniuria, uel in honore reuerentiæ, et alter in altero aut honorificatur aut spernitur. atque id ipsum dominus testatus est dicens: sicut pater suscitat mortuos et uiuificat, sic et filius, quos uult, uiuificat. nec enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. non distinguitur honor, non discernitur contumelia: æqua in utrumque religio expectatur, et iniuria unius contemptus utriusque est. ita cum in uno uterque spernatur, qui unum sunt in diuinitate ambo per gloriam, unum quoque sunt in religione ambo per honorem. ut nunc qui aduersum dominum conuenerunt, conuenerunt quoque aduersum Christum eius: et quos in cælo habitans inridet, hos et dominus subsannat.

11. Non quod non et dominus esset semper in cælo, quippe qui de se ipse testatus sit: nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. non abest ergo a cælo, quia, cum de cælo descenderit, filius hominis manens atque loquens, esset tamen, cum hæc loqueretur, in cælo. descenderat quidem filius hominis, sed per naturæ uirtutem non aberat filius dei, unde descenderat, neque se ex eo, quod antea erat, tum, cum homo est natus,

7 Ioh. V, 21. 21 Ioh. III, 13.

1 consecuta (con *ex parte euan. laesione pergam.*) *R* subiecta *V* ab *supr. add. R* 2 honor est *E* 3 fili *V* 4 in contemptu iniuriae *R* 5 in honoris reuerentia *ε* 6 adque *VR* 12 distinguitur *ex* distingui *m. 2 V* 15 *post* spernatur *4 uel 5 litt. eras. R* 16 et nūc *a* et hinc *ε* 17 quia aduersum *V* 18 aduersus Christum eius *VE* hibitans *V* inridit *V* 19 hoc et *V* subsannat — non et dominus *om. V* 20 quippe de se *ex* quippe cum de se *m. 1 V* 22 de caelo descendit *R* 23 descenderet *V* 24 adque loquens ẽ& *R* adque loquen^s^ esset (*corr. m 2*) *V* atque loquens est *E* 27 ante *V*^1^*ε* erat *ex* ereat *m. 2 V* t um oum *V*.

absumpserat; neque factus filius hominis, filius dei esse defecerat. sed adeo filius hominis filius dei est, ut descendens de cælo filius dei per uirtutis suæ substantiam idem filius hominis esset in cælo.

12. Sed uolens propheta sub personæ distinctione significare patrem, qui, filio suo etiam in filio hominis consistente in terris, in illa æterna sua sede ac beata maneret et sine descensionis alicuius dispensatione requiesceret, ait: q u i h a b i t a t i n c æ l i s, i n r i d e b i t e o s, e t d o m i n u s s u b s a n n a b i t e o s: ut per eum, qui inrideret habitans in cælo, intellegeretur et dominus, qui subsannaret e cælo. non differt autem subsannare et inridere; utrumque enim secundum uoluntatis adfectum officio oris efficitur. namque secundum intellegentiam nostram per corporales species diuinarum rerum sensus exponitur, ut subsannatio et risus in eludendis his, qui aduersus dominum et aduersus Christum eius conuenerant, nominaretur, non quod in incorporalem deum aut resolutio aut obductio oris incideret, sed ut ex naturæ nostræ consuetudine nosceremus, quali in impios esset iudicio diuinæ uoluntatis inlusum. subsannati igitur et inrisi sunt. nam qui testes falsos concinnauerant, qui proditionem mercati erant, qui super se ac filios suos sanguinem eius receperant, qui: c r u c i f i g e clamauerant, qui: d e s c e n d e d e c r u c e, s i f i l i u s d e i e s dixerant, qui sepulchrum obsignauerant, qui resurrectionis silentium a militibus et famam furati corporis emerant, perdiderunt tantum impietatis suæ laborem. deus est, quem cruci adfixerant: æternus est, cuius

3 *post* dei *1 litt. cum uirgula supr. scr. eras. R; E h. l. uoces* esset et *inter* dei *et* per *inser.* per uirtutem suae substantiae *E* 6 consistente *ex* consistentente *m. 2 V* 7 discessionis *V* 10 qui irridet *e* 11 subsannaret (e *ex corr.*, t *in ras.*) *R* differt *ex* defert *m. 2 V* 15 in cludendis *R* d°m̄ *corr. m. 2 V* 16 conuenerat *V* 17 dōn au relutio (m, t, so *supr.*) *corr. m. 2 V* incideret (t *in ras.*) *R* incederet *V* 18 in pios *V* 19 esse *V* iudiciū *V* subsannati ergo *E* 20 nāq. *R* namque qui *Va* falsos testatus *V* concinnauerat (n *supr.*) *corr. m. 2 V* 22 eis receperat (u, n *supr.*) *corr. m. 2 V* crucefige *V* clamauerant *ex* clamauerunt *m. 2 V* 23 es dei *R* sepulcrū (h *supr.*) *m. 1 R* 24 silētium *ex* simlētium *m. 1 V* 26 cruci (ci *in ras.*) *m. 1 R* fixerant *Ve*.

sepulchrum obsignauerant. inridetur impietas, dum ad inlicita nititur, dum inconcessa expetit, dum quod obtinuisse se sperat amittit, dum deum esse, quem tamquam hominem condemnat, agnoscit.

13. Ob quod conpetenter hoc sequitur: tum loquetur ad eos in ira sua et in indignatione sua conturbabit eos. postea enim quam resurgente a mortuis deo, in quem mors per speciem corporis, quod adsumpsit, inciderat, temeritas infructuosæ impietatis inrisa est, deus ad eos, quos subsannauerat, loquitur eosque in indignatione conturbat. ac priusquam, qui iste iræ sermo et quæ hæc indignationis perturbatio sit, ostendimus, admoneri legentes atque audientes oportet, ne aliquas demutationes passionum perturbationesque motuum cadere in deum credant. nihil enim in æternam illam et perfectam naturam nouum incidit: neque qui ita est, ut qualis est, talis et semper sit, ne aliquando non idem sit, potest effici aliquid aliud esse, quam semper est. terrenæ istud imperfectæque causæ habent generis, ut demutabiles fiant conuersione naturæ, cum lætitiam mæror, placabilitatem ira, beniuolentiam offensa, æquanimitatem inuidia, securitatem sollicitudo perturbat: sumusque per hæc aliud aliquando, quam fuimus, cum eam, quæ præsens sit, mentis adfectionem subrepens per inconstantiam infirmitatemque nostram motus adpetitionis alterius inquietet et ex eo, quod fuimus, in id, quod sumus, conuersio nos repentina demutet. deus autem beatus atque perfectus profectu non eget, cui nihil deest: demutatione non nouus est, qui origine caret. Ipse est, qui, quod est, non aliunde est: in sese est, secum est, a se est, suus sibi est et

1 saepulchrum *V* 2 se *sup. lin. a m. 2 V* 5 tunc *E* loqtur *R* 6 in *sec. l. om. V* conturbabit *ex* conturbauit *VR* 7 ex mortuis *V* dei filio *ε* 8 adsumit *V* 10 in *om. V* 11 qui (*sic*) *R* quis *ε* quae *R* 12 ostendamus *E* adque *VR* 14 in dom̄ *V* enim *om. R* 16 alis *corr. m. 1 V* 20 beneuolentiam *ε* aequanimitatem *ex* aequaminitatem *m. 2 V* et securitatem *E* 22 cum ea *V* 24 inquiet& (et& *in ras. m. 3*) *R* 26 adque *VR* 27 car& (& *diuers. liq.*) *R* qui *ex* quid *m. 2 V* 28 in esse est *V* cum est *Ra* se est *V* ad se est *Re*.

ipse sibi omnia est, carens omni demutatione nouitatis, qui nihil aliud, quod in se posset incidere, per id, quod ipse sibi totum totus est, reliquit.

14. Ex huius igitur optima ac beniuola beatitudine per dominum nostrum Iesum Christum profectæ omnes sunt cælestium et inuisibilium creationes. spiritalium et corporalium constitutiones, non ut profectum sibi aliquem ex his, quibus originem inpertiebat, adquireret. neque enim quisquam eo indiget, quod ex se tribuit, aut per id proficit, cui ad id, quod est, auctor est. exteriora autem sunt, quæ adferunt profectum; quia ea, quæ inopiæ medentur, aliena sunt. deus igitur, ex quo omnia sunt, nullo eorum indiget, quibus id quod sunt esse largitus est: omnia uero ad profectum eorum, quæ gignerentur, creauit. et quia longus erit sermo, si etiam de cælestibus et inuisibilibus inchoetur, ex nobis ipsis, ad quos prophetiæ psalmus est, tractemus.

15. Hominem, non quod officio eius in aliquo eguerit, instituit, sed, quia bonus est, participem beatitudinis suæ condidit et rationale animal in usum largiendæ æternitatis suæ uita sensuque perfecit; et hoc ex ipsius dictis absolute intellegitur ait enim: sed nunc Israhel, quid dominus deus tuus poscit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in omnibus uiis eius et diligas eum et seruias domino deo tuo ex toto corde tuo et ex tota anima tua et custodias præcepta domini dei tui et iustificationes eius, quæ ego præcipio tibi, ut bene sit tibi? nullum a nobis, nisi innocentiæ et reli-

21 Deut. X, 12 sq.

1 caret *ex* carunt *m. 2 V* 3 totum *om. R* reliquid *R* 4 beneuola *ε* 7 ut *om. R* 8 indiget *ex* indicet *m. 3 R* 10 profectum *ex* profectam *m. 2 V* quia ea — profectum *om. V* 11 nulla *ex* nullū *R* 13 gignentur *ex* tignentur *m. 2 V* 14 inco^{h}etur *corr. m. 2 V* 15 prophetia (profetia *V*) psalmi *Vε* 17 sed qui^{a} *corr. m. 2 V* sed qui *Rε* condidit *ex* condit *m. 2 V* 18 suae aeternitatis *ε* uita sensusque *VR* uitae. sensusque *α* 19 absolute *ex* absolutae *R* intellegetur *ex* intellegatur *m. 2 V* 20 et nunc *ε* istrael *V* 24 *inter* anima tua *et* et custodias *add. ε*: et ex tota uirtute tua 25 tui *om. RE.*

gionis et fidei obsequium deus postulat. amari se a nobis exigit, non utique amoris in se nostri fructum aliquem sui causa ipse percipiens, sed amore ipso nobis potius, qui eum amabimus, profuturo. nam amari se, sibique nos obsequi idcirco ut nobis bene sit, expectat, ut digni beatitudinis ac bonitatis suæ munere per meritum amoris sui et obsequii iudicemur. bonitatis autem usus, ut splendor solis, ut lumen ignis, ut odor suci, non præbenti proficit, sed utenti. quod ergo sumus, profectus noster est potius, quam eius, qui nos in id, quod sumus, instituit; quia deus bonorum eorum, quæ in se sunt æterna, non inuidens in sensum nos atque usum beatæ suæ bonitatis adsumit.

16. Sed qui perfectus ac bonus, et bonitate in nos ac beatitudine sua non sine ratione ac modo usus est. nam unicuique nostrum libertatem uitæ sensusque permisit, non necessitatem in alterutrum adfigens, ut unumquemque ex natura bonum malumue esse lex cogeret; sed qui nos per beniuolentiam utendæ beatitudinis suæ creasset, profectum nobis ad id per meritum uitæ innocentis honestæque constituit. quid autem honoris ac præmii bonitatis necessitas mereretur, cum malos non esse uis quædam nobis conserta non sineret? uoluntati ergo permissa bonitas est, ut præmium sibi uoluntas bonitatis adquireret, et esset nobis æternæ huius beatitudinis profectus atque usus ex merito, non necessitas indiscreta per legem. et quamquam nos ad uoluntatem bonitatis, id est ad bene honesteque uiuendum per spem promerendæ et utendæ suæ bonitatis inliceret, pœnam tamen deuitatæ et contemptæ bonitatis adiecit: ut, cum libertatem nobis uoluntatis ad bonitatem promerendam reliquisset, quia meritum naturæ necessitas non haberet, libertatem ipsam cotidie propositus e contrario pœnæ terror argueret.

4 nos *ex* nobis *m. 2 V* obsequi *ex* absequi *m. 2 V* 5 expectat *R* expetit *e* beatitudinis suae ac bonitatis *e* beatitudinis suae ac bonitatis suae *b* 8 succi *E* praebenti *ex* probanti *m. 2 V* 12 ac bonus est, bonitate *e* in *om. Rα* 13 unicuique (que *sup. lin. a m. 2*) *V* 15 ea natura *R* 16 malumq. *V* per beneuolentiam *e* 19 ac *ex* hac *R* 20 conserta *ex* conseria *corr. m. 3 R* uoluntati — praemium sibi *om. V (sed linea dimidia uacua relicta)* 22 aeternae *ex* aeterna *m. 2 V litt.* aeternae hu *in ras. R* 23 adque *VR* 24 quamquam *ex* quam *m. 2 V* honestaeque *R* 26 deuitatae *ex* deuitati *m. 2 V*.

atque ita et per rationem æqui atque iusti ad meritum præmii permissa libertas est et per bonitatem dei ius libertatis metu constitutionis artatum est, ut bene uelle meriti spes moneret, malum nolle propositæ ultionis pœna suaderet.

17. Itaque his, quibus ex uoluntatis libertate malitia magis placuit, ultio constituta ira esse dei creditur, non quia indemutabilis illa dei et quieta natura motu impetus turbidi incalescat, sed quod ille, qui per constitutionem pœnæ maneat in pœna, sentiat sibi auctorem huius constitutionis iratum. pœna enim patientis ira esse creditur decernentis. atque ita irascitur deus, cum per pœnæ dolorem iram decreti in se sentiant esse puniti, quæ non per demutationem naturæ in iram ex placabilitate commotæ, sed ex constitutione pœnæ ira sit puniendis. hanc autem pœnæ constitutionem iram nuncupari atque esse, Iohannes in euangelio ostendit, dicens: natio uiperarum, quis monstrauit uobis fugere a futura ira? cum enim debitum illis esset ob impietatem suam pœnæ constitutione puniri, iram tamen hanc futuram pænitentiæ confessione fugiebant. apostolus quoque iræ huius ita meminit, dicens: quia si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc per sanguinem eius liberabimur per illum ab ira, iram uidelicet pœnam manentis constitutionis ostendens.

18. Non itaque ad demutationem deus mobilis est neque ad aliud ex alio transferendus: cum certæ ipse constantisque naturæ est, manet ut est, quippe qui dixerit: ego sum qui

15 Matth. III, 7; Luc. III; 7. 19 Rom. V, 10. 26 Exod. III, 14.

1 atque *ex* adque *R* adque *V* 2 ius *V* uis *R* (?) *E* libertis *V*¹ 3 ar≡tatū *(eras.* c. *?) R* artata *E* meriti≡ *(eras.* s *?) R* merenti *V* 4 praepositae *V*¹ poenae *V* 9 sentiat *ex* sedtiat *V cf. praef. et Acad. p. 22* 10 decernentis *ex* decernitur *V* atq. *V* adque *R* 12 que (a *sup.*) *m. 2 V* per denotationem *V* 13 commota est, sed *E* 14 adque *VR* 15 in euuangelio *R* 16 monstrabit *ex* monstrauit *R* 17 suaᵐ *corr. m. 2 V* 18 poenitaentiae *ex* poenaentiae *m. 1 R* 19 huius *ex* eius *m. 1 R* 22 liberabimur *ex* liberamur *m. 2 V* ab ira per illum *R*ₑ 23 iram uidelicet poenam *V* constitutionis est *V* 24 non itaque — mobilis est *om. V* 25 et ex alio *VR* incertae ipse (ipsae *V*) inconstantisque naturae est manet *VR* certe ipse cōstantisq; naturae est manet α cum certae ipse constantisque naturae sit maneatque ε

sum et non demutor. beata illa et perfecta æternæque uirtutis bonitas non patitur conuersionem nec demutatur ex alio in aliud motu accidentis instinctus. et hoc hic idem sic sancto spiritu loquens propheta testatur, dicens: deus iustus iudex, fortis et magnanimus, numquid irascetur per singulos dies? nisi conuertimini, gladium suum uibrauit, arcum suum tetendit et parauit illum; et in ipso parauit uasa mortis, sagittas suas arsuris operatus est. non ergo ad iram magnanimus demutatur, sed potens iudex pœnam decreuit ad culpam. nam non conuertentibus gladium uibrauit et arcum tetendit et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas arsuris operatus est. operatus autem est non ad motum iræ repentinæ, quæ per cupiditatem ulciscendi subito accensa sit, sed operatus arsuris est, qui per inpænitentem uoluntatem ipsi se constituent urendos. et his, qui non conuerterentur, gladius uibratus est, non ex demutatione iræ promendus ad singulos — neque enim, qui magnanimus est, per dies singulos irascitur — sed quia iudicium decreuit, gladius eius ex pœnæ constitutione iam promptus est. psa autem pœnalis iudicii spiritalia ministeria in gladio, arcu, sagittisque memorantur; quæ quia præparata habentur arsuris, non ex motu iræ temporariæ præparantur, sed ea ex decreti constitutione temperatissima deus bonitatis suæ æquabilitate moderatus est: non occultam scilicet constitutionis ipsius huius seueritatem et incognitam relinquendo, terroremque eius denuntiationibus præmonendo, et ipsam illam, constitutam licet, longa tamen ad peccati pænitentiam dilatione remorando.

4 Ps. VII, 12.

1 et perfectae aeternaeque *V* et perfecta aeternaque *E* 3 accedentis *V* et hoc hic idem sancto *V* et hoc idem hic sancto *E* *cf. Ps. CXX cap. 11* 4 profeta *V* prophaeta *R* 5 iudex iustus *RE* magnanimis *R* irascitur *R* 6 conuersi fueritis *RE* 7 et arcum suum *RE* 8 et in eo *RE* 9 magnianimus *V* 10 deputatur *R* 11 uibrabit *R* 12 et sagittas suas *VE* 13 repentinae irae *E* quae per *ex* quer *corr. m. 2 V* 15 constituent^{ars}ur^{os} et his *corr. m. 2 V* 16 conuertuntur *ex* conuerterentur *m. 2 V*(*e*) 17 magnianimus *V* 20 arcus *V* 21 quae quia praeparatus *V* q; q< praeparata *R* quia praeparata *E* 23 aequalitate *R* 24 huius *om. V* 25 et incognitā *R* 26 longanimitatem ad *R* 27 dilatione *ex* dilatatione *R*.

19. Atque ideo, posteaquam fremuerunt gentes et adstiterunt reges, posteaquam inania meditantes populi in unum conuenerunt aduersus dominum Christumque eius et posteaquam inrisi subsannatique sunt, subiectum est: tunc loquetur ad eos in ira sua et in indignatione sua conturbabit eos. qualiter autem loqui semper in ira sua dominus solitus sit, unum propheticæ doctrinæ grauissimum et maximum adferemus exemplum, Esaia dicente: audite uerbum domini, principes Sodomum; adtendite uerbum dei, populus Gomorrhæ. quo mihi multitudinem hostiarum uestrarum? dicit dominus; plenus sum. holocausta arietum et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum nolo; nec si ueniatis apparere in conspectu meo — quis enim exquisiuit hæc de manibus uestris? — calcare aulam meam non adponetis. si adferatis similaginem, uanum est; thymiama abominatio mihi est. neomenias et sabbata et diem magnum non sustineo, ieiunium et ferias et neomenias uestras et festiuitates odit anima mea. facti estis mihi in abundantiam, iam non sustineo peccata uestra. cum extendatis manus uestras, auertam oculos meos a uobis; et si multiplicetis precem, non exaudiam uos; manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. et hæc quidem atrocia et plena iræ, principes Sodomum generosam Abrahæ familiam nuncupari, populum Gomorrhæ electum in hereditatem Israhel dici, inprobabiles esse hostias, abominabiles

8 Esai. I, 10 sqq.

1 adque *VR* 2 conuenerant *VR* 3 aduersum *V* 4 loqtur *R* 5 et indignatione (ne *sup. lin. a m.* 2) *V* conturbabit *ex* conturbauit *m. 2 V* 6 d̄s *V* 7 profeticae *VR* et *ex* est *m. 2 V* maximum *ex* maximus *m. 2 V* 8 Eseia *V* 9 Sodomorum *RE cf. Stud. 1886 p. 341* domini *E* 10 gomorrae *VR* mihi *om. R* 15 apponitis *R* 16 thimiama *ex* thimiamna *m. 2 V* 17 est mihi *E* numenias *V* et sabbata uestra *Re* 18 ieiunia *RE* 19 et neomenias *om. V* 20 facti enim mihi estis *E* in abundantia *VR* 21 extenditis *R* 22 uestras *om. RE* 23 praecem *VR* 24 sanguinae *V* 25 Sodomorum *RE* generosa *V* generosum *R* 26 Abraham *R* familia *VR* Gomorrae *VR* 27 Istrael *V*.

sollemnitates, pertæsa ieiunia. auertendi ab aspectu adeuntium oculi, obstruendæ ab auditu precantium aures, quia manus sanguine plenæ sint: quid hac comminatione grauius est? quid his minis seuerius? sed uideamus, qualiter in ira sua deus loquatur.

20. Sequitur enim, posteaquam dictum est: manus uestræ sanguine plenæ sunt, lauamini, mundi estote, auferte nequitias ab animis uestris, a conspectu oculorum meorum: discite bonum facere, exquirite iudicium, liberate iniuriam accipientem, iudicate pupillo et iustificate uiduam: et uenite, disputemus, dicit dominus. et si fuerint delicta uestra sicut phœnicium, ut niuem dealbabo: si autem fuerint ut coccum, ut lanam candidam efficiam. et si uolueritis et exaudieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis: quod si nolueritis neque audiueritis me, gladius uos comedet. os enim domini locutum est hæc. sequitur terrorem benignitas. et quibus iam ultio criminis debita est, his adhuc superest pænitentis conscientiæ beata confessio. non enim statim deus in ira sua perimit, sed loquitur et dissimulata adhuc pœna tantum in indignatione perturbat. qui enim ut coccum et phœnicium erant, redundanti in manus sanguine decolores, hi in niuem albescent eruntque ueste beati uelleris candidati. et hæc quidem ex auctoritate Testamenti ueteris præsumpta sint: uideamus, an etiam in nouo dei ira talis esse intellegatur, ut saluet.

21. Namque Iohannis eos, quos esse nationem uiperarum ob malitiam paternæ in se impietatis exprobrat, ita ad salutem

1 pertesa *R* spreta *V* ab conspectu *E* euntium (aduidendū *supr. scr. m. 1*) *R* 2 oculi *ex* oculis *R* ab *sup. lin. a m. 2 V* p̄cantium *R* praecantium *V* sanguinae *V*[1]*R* 3 plaenae *V* sunt *VE* hac *ex* haec *R* 4 loquitur *Ra* 9 indicate orfano *R* E 10 et uenite arguamur *RE* 12 sicut foenicium *V* (e) ut fenicium *R* 14 et audieritis *R Ed. Par. 1572 b* 15 neque obaudieritis mihi (ihi *in ras.*) *R* 16 comedet *ex* comedit *R* 17 haec *om. E* et quibus — adhuc *om. V* 18 paenitentis *R* paenitentis *ex* paenitentes *V* 21 foenicium *V* fenicium *R* 22 hi *om. Re* 23 erunt : : que *V* uestae *R* uelleris *ex* uelleres *m. 2 V* 25 esse *sup. lin. a m. 2 V* 26 namque *ex* nam *m. 2 V* Iohannis *V* Ioannes *ex* Ioannis *R* quos esse fructum uiperarum *V*.

monet: facite dignum fructum pænitentiæ. et rursum dominus ipse: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. frementibus autem aduersus se et non tantum in passione, sed etiam post passionem, non dico in unum conuenientibus, sed persecutionem ecclesiæ, apostolorum fugam, cædem martyrum spirantibus deus sic loquitur iratus: Saule, Saule, quid me persequeris? ait autem: quis es, domine? dominus uero: ego sum Iesus Nazareus, quem tu persequeris. at ille tremens et pauens in eo, quod sibi acciderat, dixit: domine, quid me uis facere? sic loquitur iratus, sic in indignatione conturbat, cum, quibus ob meritum impietatis pœna decreta est, ipsis per admonitionem desinendi metus et terror adfertur.

22. Sed ne ipsam quidem principalem et maximam loquendi in ira et in indignatione conturbandi prædicationem prætermisit propheta. namque post id quod ait: tunc loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos, ut ostenderet, qui ille iræ sermo esset et quæ ex eo conturbatio gigneretur, adiecit: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, adnuntians præceptum eius. dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. posce a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. reges eos in uirga ferrea, tamquam uas figuli confringes eos. iratus loquens atque in indignatione perturbans et irascendi modum temperat et loquendi. nam neque iram dissimulat potestate prælata, neque

1 Matth. III, 8. 2 Matth. XI, 28. 7 Act. ap. IX, 4.

2 ipse dn̄s (dn̄s *add. m. 2 ?*) *V* (*s*) omnes *om. V* 3 honerati *R* 4 aduersum *V* 5 conuenientibis *R* 6 eclesiae *V* ecclaesiae *R* 9 Nazarenus *RE* ad ille *V* 13 paena *R* 15 et maxime *R* 16 in iram *R* et in indignatione *ex* et indignationem *m. 2 V* et indignationē *R* praedicatioiē (tio *in ras.*) *R* 17 profeta *VR* loqtur *R* 18 conturbabit eos *ex* conturbauit *corr. m. 2 V* 19 illae *V* irae *sup. lin. m. 1 R* 21 praedicans praeceptum eius *R* 22 meus *om. V* 23 odie *R* 24 tuam *post* possessionem *om. V* 25 et tāquam *R* (b) 27 ꝑturbat (t *in ras. 2 litt.*) *R* conturbans *V* 28 namque ira *V*.

a bonitate sua excedit terrore præmisso, ut ad pietatem nos metus eius, cuius potestas esset demonstrata, reuocaret. conturbantur ergo frementes et uana meditantes, cum regem sciunt, cum filium dei audiunt, cum possessorem eum finium terræ et heredem esse gentium discunt, cum regendi ius in uirga ferrea eius esse cognoscunt, cum modo ac facilitate uasis figuli comminuendos populos intellegunt. sic loquitur iratus, sic conturbat indignans, non puniens admissam impietatem, sed impænitentem ad pænitentiæ confessionem commemorato potestatis terrore perturbans.

23. Quamquam uero per spiritum prophetiæ, pro gerendis gesta memorantis, quia solitus sit per non ambiguam prouidentiam gerendorum deus futura pro præteritis significare, absolute intellegi possit, omnia hæc ex persona unigeniti filii dei domini nostri Iesu Christi dicta esse, et infidelitas maxima sit trepidum ad hæc sensum ambiguæ opinionis adferre, tamen etiam euangelicis atque apostolicis doctrinis ostendendum est, nihil eorum prophetam, quæ gerenda prædicandaque essent, non antea prophetasse, maxime cum non exiguus ignorantibus atque simplicibus error oriatur in eo, quod dictum est: e g o h o d i e g e n u i t e. cum enim ante tempora unigenitus dei filius maneat, non conueniens et consonans esse intellegitur, ut in die genitus sit, cum dies omnes in tempore sint. tempora enim secundum præscriptam nobis a Moyse cognitionem, in hunc suum motum atque cursum ab origine sæculi et constitutione dimensa sunt, cum per momenta et horas et menses et annum

1 ad pietatē *R* ad pietatem *ex* ad inpietatem *m. 2 V* 2 potestatem (tem *in ras. m. 3*) demonstrat (t *in ras. m. 3*) *R* uocaret *R* reuocare *V* conturbabantur *V* 4 possessorem eum *ex* possessorem cum *R* possessorem eum *corr. m. 2 V* 5 discunt *ex* dicunt *R* 6 ac *supr. scr. R* uasi *corr. m. 2 V* 9 impaenitentē *V* in—p°enitentē *R* penitentiae *ex* paenitaentiae *R* penitentiae *ex* penitentiam *m. 2 V* cōmemorato (o *in ras.*) *R* commemoratae *ex* commemorantur *m. 2 V* 11 profetiae *V* prophetiae *ex* prophetae *R* 12 memorantis *ex* memorantur *m. 1 V* 15 ess[e] *V* 16 ambigue (ue *in ras.*) *R* 17 euuangelicis *VR* adque *VR* 18 profetam *VR* gerenda *ex* generanda *R* 22 nec conueniens nec consonans *e* 23 omnis *ex* omnes *m. 2 V* omnis *RE* sit *VE* 24 praescribtam *VR* a nobis a Moyse *V* in hac suum *R* 25 et *om. R* 26 oras *R*.

reuolubili in se successione discreta sunt; institutumque est tempus ex tempore, quia tempora omnia mutua temporum substitutio et gignit et terminat. atque ob id dies in tempore est, per quam tempus uniuersum et inchoatum desinit et desinens inchoatur. unigenitus uero filius dei, ut dei uerbum, ita est deus uerbum; non cum temporibus est, sed ante tempora; non in aliquo, sed ante omnia est. erat enim, cum tempora facta sunt, quippe qui ea fecerit. erat ergo semper. non enim est definitus in tempore, non subiectus in numerum; sed per quem est eorum omnium, quæ et sunt et esse dici possunt, origo, ipse ille infinitæ æternitatis suæ ortu, ut ab æterno genitus, esse persistit. ut igitur dicti prophetici, quo ait: ego hodie genui te, ratio possit intellegi, adhibenda nobis est euangelica atque apostolica auctoritas, ut uel prophetam de apostolo uel apostolum de propheta intellegamus. tenendus autem idem euangelicorum dictorum ordo, qui psalmi est.

24. Nam id primum est: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. et nescio, cui Christum regem esse ambigere sit tutum, latrone hoc ipso in crucis passione confitente: memento mei, domine, cum ueneris in regnum tuum. sed non sufficit confessio latronis, regem esse profitentis. testantur etiam adoraturi magi, cum interrogant: ubi est, qui natus est rex Iudæorum? testatur et Pilatus interrogans: tu es rex Iudæorum? profitetur et dominus respondens: tu dixisti. non negat interrogatus, nec gloriatur humiliandus ad mortem.

20 Luc. XXIII, 42. 23 Matth. II, 2. 24 Matth. XXVII, 11.

2 omnia *sup. lin. a m. 2 V (E hoc uerbum* ante tempora *ponunt)* 3 germinat *V R* 4 per quam ═ ═ *R* per quem *ε* inooatum *V (sed mox* inchoatur) 5 dei filĩus *ε* ut dĩ uerbum ita et dš uerbum *V* ut dei uerbum ita est: deus erat uerbum *α* ut dei uerbum est ita et deus erat uerbum *ε* 6 sed ante — ante omnia est *om. V* 8 fecerit *ex* facereit *m. 2 V* 9 diffinitus *Rb* 11 illae infinitae *V* ille et infinitae *α* ille ex infinitae *ε* 13 euuangelica adq. apostolica auctoritas *VR* euangelica et apostolica atque prophetica auctoritas *E* 15 idem (em *in ras.*) *R* 16 euuangelicorum *R* euãgeliorum *V* 20 profitente *Ve* 21 subficit *V* 22 profitentis *ex* profitentes *m. 2 V* 24 testatur ═ ═ ═ ═ et Pilatus — rex Iudaeorum *in marg. scr. m. 1 R* 26 ne^c *corr. m. 2 V*.

cum non sit nisi ex responsione confessio, ita neque se protulit professionis auctorem, neque interroganti cognitionis ueritatem inuidit.

25. Sed non sufficit respondisse, quod rex sit; audiamus etiam illud, et qui sit iste, qui rex est. princeps namque sacerdotum etiam cum sacramento interrogat, dicens: adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. et dicit illi Iesus: tu dixisti. interrogatio nunc quoque non inprobatur, sed et iactantia et gloriatio spontaneæ professionis effugitur; quæsita tamen ueritas non negatur. ac sic uerecundia humilitatis et ueritatis confessio temperantur, ut sit et in responsione officium et in interrogatione cognitio. sed expectandum est, qui tandem sit responsionis huius profectus, quod Christus filius dei est; nempe quid sequitur ad id, quod dictum est: tu dixisti? uerum dico uobis, a modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis et uenientem cum nubibus cæli. qui filius hominis est, idem et filius dei est: natura generositatis in filii hominis adsumptione non deperit. nam non idcirco non dei filius, quia et hominis filius est. non enim cum diuinitatis decessione fit humilitatis accessio; nec per consortium infirmitatis contumeliam uirtus excepit, quippe cum infirmitas honore sit donata uirtutis. nam hominis filius a dextris dei adsidet, ueniens cum nubibus cæli contuendus. quo dicto prophetia consummatur illa, quæ dixit: dicit dominus domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scamillum pedum tuorum.

26. Hic ergo rex super Sion montem sanctum dei constitutus est, præceptum domini adnuntians: non super illum utique

6 Matth. XXVI, 63. 15 Matth. l. c. 64. 25 Ps. CIX, 1.

1 cum non sit *ex* cum sit non sit *m. 2 V* ita *om. V* praetulit *V* 2 interroganti (og *sup. lin.*) *V* cognitionem ueritatis *V* 5 qui rex sit *V* 6 interrogat (t *in ras. 2 litt.*) *R* 7 per dñm *V* 10 quaesita (a *supr. scr.*) *R* 11 ac si *V* 12 temperatur *V* 14 nempe quid *ex* nempes quid *m. 1 V* nempe quod *e* 17 ad dextri[s] *V* uirtutis dei *E* in nubibus *E* 19 in fili *V* 20 et *sup. lin. a m. 2 V* est filius *VE* 24 cum caeli nubibus *VE* 25 profetia *VR* dixit *RE* 27 scabellum *RE* 28 Sio[n] *corr. m. 2 V.*

deperditæ ciuitatis montem, conploratæ scilicet et homicidæ et parricidæ Hierusalem; sed Hierusalem eius, quæ in cælis est, quæ mater est nostra, quæ ciuitas regis magni est, cuius, ut existimo, hodie incolæ sunt in passione domini resurgentes. dei itaque præceptum hic rex constitutus adnuntiat, ut uenturum eum cum nubibus cæli meminissent, aduersus quem fremerent et conuenirent, ut per cognitionem diuini aduentus conturbati super contumelia inlusæ humilitatis corporeæ pæniterent.

27. Tenet autem ordinem prophetiæ euangelica doctrina. nam in eo ipso dicti utriusque ratio continetur, huius scilicet dicti: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, adnuntians præceptum eius. dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te; cum enim ait: a modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis, tempus, quo filius hominis, qui et Christus et dei filius est, consessu dei dignus esset, ostendit: ut, quia antea dei filius, tum quoque et hominis filius esset, id, quod tum hominis filius est, ad perfectum dei filium, id est ad resumendam indulgendamque corpori æternitatis suæ gloriam per resurrectionis potentiam gigneretur: quam gloriam a patre corporeus reposcebat. qui enim in forma dei erat, formam serui acceperat. et acceptæ huic formæ serui gloriam dei, in qua mansit, expostulat, dicens: pater, clarifica me apud te ipsum ea claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te. non noua quærit, non aliena desiderat: esse talis, qualis fuerat, postulat et precatur id se, quod ante erat, esse, gigni scilicet

14 Matth. XXVI, 64. 24 Ioh. XVII, 5.

1 perditae $R^{2}b$ terrenae *e* 2 Hierusales sed Hierusales *V* 3 quae mater nostra *V* magni regis est *V* 4 hodieque *ε* 5 itaque *ex* itaquae *m. 2 V* hic *ex* his *m. 2 V* ut *sup. lin. a m. 2 V* eum uenturum *V* 6 cum caeli nubibus *E* frement *V* 9 profetae *V* euuangelica *VR* 11 autem *om. ε* 15 uirtus dei *α* uirtutis dei *ε* 16 qui Christus *R* et dei filius (*om.* est) *Rα* et dei filius et *ε* consessu *ex* consensu *m. 2 V* 17 dignandus *ε* ut quia *corr. Bened.* ut qui *Vε* et qui *R* tunc quoque *V* 18 esset ut id *e* esset et id *b* filius hominis *E* 22 serui *sup. lin. a m. 1 V* 28 postulat *ε* 24 glorifica *RE* 25 habui priusquam *sup. lin. a m. 2 V* 27 et *scripsi* sed *cod.* praecatur *VR* *post* ante *3 litt. eras. R.*

ad id, quod suum fuit. non erat autem idipsum tunc totus, quod ut fieret precabatur: fieri autem totus non aliud, quam quod fuerat, postulabat. sed cum fit, quod fuit, et, quod non erat, est futurus, ad id, quod fuerat, id, quod totum non erat, quodam noui ortus nascebatur exordio. ergo hic resurrectionis suæ ad adsumendam gloriam dies est, per quam ad id nascitur, quod ante tempora erat. sed nascens ad id, quod ante tempora fuit, id tamen in tempore nascitur esse, quod non erat. atque ideo filius hominis a modo adsidens uirtutis dextris est uidendus, quia natura carnis post resurrectionem glorificata ad profectum eius, quam antea habuerat, claritatis prouehebatur: cum hominis filius consessurus patri et in inmortalitatem corruptione carnis absorpta in uiuentem tunc et non moriturum amplius dei filium nasceretur.

28. Tenuit autem beatus apostolus nouam hanc in eo temporariæ huius natiuitatis discretam ab ea, quæ ante tempora est, generationem et subdiuisam significationem. nam cum de beata illa et nullis circumscripta temporibus natiuitate dixisset: primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso creata sunt omnia in cælis et in terra, uisibilia et inuisibilia, primogenitum quoque etiam ex mortuis in resurrectione commemorat dicens postea: primogenitus ex mortuis, ut fieret ipse in omnibus primatum habens. nascitur enim ad id, quod non erat, cum tamen id fieret, quod fuisset. est enim primogenitus ex mortuis, qui erat primogenitus creaturæ:

19 Coloss. I, 15 sq.

1 tum totus *V* 2 quod ut fuerit *R* 5 nascibatur exordii *V* 6 ad *pr. l. supr. add. VR* nascitur *ex* nascetur *R* 7 *post* erat *incip. al. man. R* 8 fuid *V* no=scetur (i *supra*) (o *ex* a) *R* noscitur *α* esse — atque *in ras. R* 9 adque *VR* uirtutis dextris et uidēdus *V* uirtuti in dextris est uidendus (in *i. ras.*) *R* 11 prouehibatur *V* 12 consessurus *ex* consensurus *V*, *ex* consefsurus *R* patriae inmortalitatis *V* corruptione *ex* corruptionis *R* 13 et in uiuentem *E* 15 *post* autem *4—5 litt. eras. R* temporariae (te *ex corr.*, rariae *in ras.*) *R* tempore *α* 16 discretum *V* 17 generationē *ex* genirationē *R* generatione *b* de beat(a) ill(a)e *corr. m. 2 V* 19 primogenitus *ex* primagenitus *m. 2 V* 21 *post* ex mortuis *uerba errore huc quoque translata* ut fieret ipse in omnib. *del. m 1 V* 23 ut *h. l. om. V* 24 cum *suv. lin. a m. 1 V.*

idcirco primogenitus ex mortuis, ut maneret primogenitus creaturæ. idem enim est primogenitus ex mortuis, qui erat primogenitus creaturæ.

29. Non nunc aliud est, atque antea fuit, quamuis ipse etiam aliud fuerit ex alio; sed id, quod ex alio etiam aliud fuit, in id ipsum tamen, unde antea exstitit, aliud est renatum. nam qui natus ex uirgine homo est, erat et tum dei filius: sed qui filius hominis est, idem erat et dei filius. natus autem rursum ex baptismo et tum dei filius, ut et in idipsum et in aliud nasceretur. scriptum est autem, cum ascendisset ex aqua: filius meus es tu, ego hodie genui te.. sed secundum generationem hominis renascentis tum quoque ipse deo renascebatur in filium perfectum, ut hominis filio ita et dei filio in baptismate conparato.

30. Sed id, quod nunc in psalmo est: filius meus es tu, ego hodie genui te, non ad uirginis partum neque ad lauacri generationem, sed ad primogenitum ex mortuis pertinere apostolica auctoritas est. namque in libro Actuum apostolorum ita dictum est: nosque uobis euangelizamus eam, quæ ad patres facta est repromissio. hanc deus expleuit filiis nostris, suscitans dominum nostrum Iesum, sicut et in psalmo primo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te, cum suscitauit eum a mortuis, amplius non regressurum in interitum. uox ergo hæc dei patris secundum apostolum in die resurrectionis existit; et uideamus an idipsum et euangelistæ doceant. namque dominus resurgens tali ad apostolos usus est

19 Act. ap. XIII, 32 sq.

2 idem enim genitus est ex *V* 4 quamuis ipse etiam aliud (*ex* alio *m. 1*) *R* quamuis (*ex* quam *m. 1*) ipse etiam aliud *V* quamuis etiam aliud ipse *E* 5 set *R uerba* sed id quod ex alio *in marg. inf. add. m. 2 V* 7 filius dei *e* 8 erat *om. V* 9 et cum *V* 10 nosceretur *V* est enim *V* 12 *post* renascentis *desin. al. man. R* tũaqδ.quo *R* 13 profectum *VR sed cf. adn. Bened.* 16 neque *ex* neque neque *m. 2 V* 19 uobis *om. R* euuangelizamus *VR* ea *V* 21 dm̄ ñ ıh̄m *V* 24 regressurum *ex* regressuroum *m. 1 V* 26 die (*om.* in) *V* exstit *V* exstitit *E* 26 euuangeliste *V quae Bened. h. l. de V notant* euangelia sic doceant *ad a pertinet* 27 namq. *V* namque *ex* namquae *R.*

uoce: data est mihi potestas omnis in cælo et in terra. euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris et filii et spiritus sancti. resurgens enim in cælo et in terra ius omne sortitus est. in eo autem quod ait: data est, poposcisse id, quod accepit, ostendit.

31. Sequitur enim: posce a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. accepit ergo hereditatem gentium, quam poposcit. poposcit enim cum ait: pater, uenit hora, honorifica filium tuum, ut filius honorificet te. sicut et dedisti illi potestatem omnis carnis. ut, omne quod dedisti illi, det illi uitam æternam. et rursum: non pro his rogo tantum, sed et pro his, qui credituri sunt per uerbum eorum in me. hæc ergo hereditas eius, ut omni carni det uitam æternam, ut omnes gentes baptizatæ atque doctæ regenerentur in uitam; non iam secundum diuinam illam Moysi cantionem angelorum dominatui deditæ neque secundum eorundem numerum diuisæ, sed in dominicam familiam susceptæ et in domesticos dei deputatæ et ex iniusto atque peccatore et peruerso iure dominantium in regnum æternum diuinumque translatæ. neque enim adhuc tantum portio domini Israhel, neque funiculum hereditatis eius Iacob, sed gentes omnes, secundum numerum angelorum ante diuisæ, nunc iam unius atque unus omnis hæc uniuersitas gentium dei populus est: et æterna hæc omnium ex mortuis resurgentium primogeniti huius ex mortuis æterni heredis hereditas est.

1 Matth. XXVIII, 18. 10 Ioh. XVII, 1 sq. 13 Ibid. 20.

1 omnis potestas *R* 3 eos *RE* fili *V* 4 enī *supr. scr. R* 8 terminos *sup. lin. a m. 1 V* 10 poposcit *h. l. sup. lin. a m. 2 V* 11 ut filius tuus *E* sicut dedisti *RE* 13 illi ui uitam *V* illi^s uitam *R* 14 sed pro his *R* sed et pro iis *α* sed et pro illis *ε* 16 baptizat^a e adque eductae *V* 17 regenerentur *om. V* 18 illam diuinam *E* cantationem *R cf. p. 16, 3* dominatui (tui *in ras.*) *R* 20 deputate *ex* depotate *R* 21 peccatore et *om. Ve* 22 enim *om. Vα* 23 istrahel *V* funiculus *E post* sed *eras* s? *R* 24 ante *sup. lin. a m. 2 V* 25 populus *ex* populos *R* 26 est *om. V* resurgentium — mortuis *om. V* 27 et aeterni *V.*

32. In eo autem, quod subiectum est: et possessionem tuam terminos terræ, non est existimandum, quod id ipsum repetitus sermo significet, tamquam illi sola gentium terras inhabitantium donata possessio sit. non enim ait: et possessionem tuam usque ad terminos terræ, sed terminos terræ. ab eo autem, quod terminatur, id, quod terminat, differt. neque id ipsum est finitum atque finire. neque unum est modum sumere atque moderari: quorum aliud interius modum accipit, aliud exterius quodam ambitu suo obiectuque moderatur. non enim ita in profundum demersa terra est aut in latitudinem extensa aut prolata in altum est, ut non undique secus aut circumfusæ aut subiacentis sibi naturæ contineatur obiectu. hanc enim infernæ uastitudinis demersa et inmensa abyssus sustentat, hanc circumfusi et superni æris spiritus inumbrat atque ambit. quod autem subiecta sibi abysso suspensa sit, propheta testatur dicens: ipse super maria fundauit eam et super flumina præparauit eam. et rursum: qui firmauit terram super aquas. et hanc inmensam atque infinitam uastitatem abyssum scriptura solita est nuncupare, cum Iona intra cetum orat et dicit: abyssus multa circumfudit me. atque hæc quidem infinita inmensitas, quæ secundum uerbi proprietatem in abysso significari intellegitur, spiritali diuinæ substantiæ est circumscripta uirtute secundum illud apostoli: quoniam omnia in ipso et per

16 Ps. XXIII, 2. 18 Ps. CXXXV, 6. 20 Ion. II, 6. 24 Rom. XI, 36.

1 autem *om.* *V* adiectum est *Ve* 3 rep&itus (*& ex parte eras.*) *R* soli *R* solo *V* terra[s] *R* 4 est *V* et *in ras.* *R* 5 sed terminos terrae *om.* *V* 7 finium *V* finitum esse *s* adque *VR et sic fere semper* 9 cipit — obiectuque *om.* *V* habitu *R* 10 demersa est terra *E* 11 latitunem *V* 12 subiacentes *V* 13 obiectum *V* demersa et inmersa *R* 14 abusus *V* aeri[s] *V* 16 profeta *VR et sic sescenties* testatur *ex* taestatur *m. 2 V* mariam *V* fundauit illam *R* 17 praeparauit illam *RE* et iterum *V* 19 scribtura *V* 20 *sic V cf. quae dixi Abh. IV, 58* cum Iona[e] intra coetum oranti = dicitur *R* cum Iona intra cetum orante dicitur *E* habyssus *R* 22 que *V* 23 spiritali et diuinae *Vb* spiritualis et diuinae *Ed. Basil. et Par. 1572* 24 omnia in ipsum *V sed cf. Ps. CXXIX cap. 1.*

ipsum, ipsi gloria in sæcula sæculorum. esse autem infernæ huius regionis uastæque abyssus incolas plures, beati Iohannis Apocalypsi docemur, cum nullus, neque in cælo, neque supra terram, neque infra terram obsignatum librum dignus est repertus aperire. non utique de mortuis et in terram sepultis significare intellegitur, cum ad tertii incolatus demonstrationem non qui intra terram, sed qui infra terram, neque qui mortui sunt, sed qui uiuunt, nullum in se resignandi libri habuerint auctorem. cum ergo possessio terræ finium domino donatur, non tam terra donatur, quam ea, quibus terra finitur. terræ enim terminos, quibus terra ipsa determinatur, accepit.

33. Cuius rei sacramentum omne beatus apostolus Paulus, quippe cuius ore Christus de se est locutus, exposuit dicens: qui cum in forma dei esset, non rapinam existimauit se esse æqualem deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominis constitutus et habitu repertus ut homo: humiliauit se factus obaudiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu curuet cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria dei patris. in forma itaque dei manens formam serui accepit, scilicet ex deo homo natus. et post mortem crucis in nomen, quod super omne nomen est, exaltatur: in deum namque, quia nullum ultra deum nomen est, prouehitur, eique hoc petenti, id est, ut esset, quod fuerat ante, donatur. formam enim serui in forma dei manens sumpserat. accepit deinde possessionem finium terræ.

14 Phil. II, 6 sqq.

2 huius infernae *E* abyssos *V* abyssi *E* 4 super *V* 6 sepultis *ex* sepultam *m. 2 V* 8 mortui *ex* mortuis *m. 1 V* uiuant *VRα* ullum *Vb* illum *R α* 10 non tam terra donatur *om. V* 12 sacramētum *ex* sacramētaum *m. 1 V* 14 in *sup. lin. a m. 1 V* 17 rep[illegible]tus *R* 18 oboediens *R* crucis *ex* faucis *m. 2 V* 21 genu *ex* genus *m. 2 V* flectatur *RE* 23 in gloria ē (ē *in ras.*) *R*(e) 24 itaque (ita *in ras.*) *R* 25 quod est super omne nomen *E* 29 promissionem *R*.

id est, ut in nomine Iesu omne genu flectat cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria dei patris: non terra solum, sed superna etiam infernaque donantur et ea, quibus terra concluditur. et in gloria dei patris hodie genitus nascitur, id est in manentem antea dei formam per præmium mortis formæ seruilis adsumptio honestatur; fitque sub tempore noua nec tamen inusitata natiuitas, cum ad resumendam gloriam dei patris, qui ex forma dei forma serui erat repertus, primogenitus ex mortuis nasceretur.

34. Sequitur deinde: reges eos in uirga ferrea, tamquam uas figuli confringes eos. multis aut male opinantibus aut uirtutem et proprietatem dictorum diuinorum ignorantibus aduersa hæc esse bonitati dei uidentur, ut gentes, quas filius dei in possessionem poposcit et in hereditatem accepit, terrore uirgæ ferreæ regat et modo uasis figuli confringat. neque enim boni cuiusquam est dare et accipere perdenda. et qui mauult peccatorum pænitentiam quam mortem, non existimatur secundum professionem naturæ suæ esse facturus, si uirga ferrea confringat, quos dari sibi in hereditatem poposcit.

35. Et primum, ne quis temerariæ huic et impiæ præsumptioni locus pateat, proprietates ipsæ uerborum in romanam linguam translatorum cognoscendæ sunt. namque id, quod nobiscum est: reges eos in uirga ferrea, quamquam ipsum reges non tyrannicum neque iniustum sit, sed ex æquitatis ac moderationis arbitrio regimen rationale demonstret, tamen molliorem adhuc regentis adfectum proprietas græca significat. quod enim nobiscum est: reges eos, cum illis est *ποιμανεῖς αὐτούς*, id est pastoraliter reges, regendi scilicet eos curam

1 flectãt *V* flectat' *R* flectatur *E* 2 terrestrium (*om.* et) *E* 3 in gloria ē *R e* 4 non terra solũ *VR* non terrena sola *E* 6 genitus *ex* genuitus *m. 1 V* 8 inusitata *ex* inusitatam *m. 1 V* 9 serui erat per primogenitum ex *V* 11 et tamquam *Rb* 14 bonitatis *V* 16 terrorae *VR* et in modo R^2 canfringat (can *ex parte in ras.*) *R* 17 pe⸗denda *V* 18 magis uult *ex* mauult R^2 (b) 19 promissionem *e* naturae *ex* nam terrae *m. 2 V* 22 ipsae (ae *in ras.*) *R* 24 eos *sup. lin. a m. 1 V* 25 regis non sit tyrannicum neq. iniustum sit *V* 28 ποιμανειcαυτουcι *V* ποιμανιαυουc *R* reges *ex* regis *R.*

adfectu pastoris habiturus: ipse est enim pastor bonus, cuius nos sumus oues, pro quibus animam suam posuit. ne autem ius tyrannicum significari arbitremur in uirga, quæ in uirgæ nuncupatione proprietas sit, ex nouo et ueteri Testamento noscendum est.

36. Beatus Paulus ad Corinthios scribens, quos ex multis peccatis ad pænitentiam moderata atque utili adhortatione reuocabat, ait: quid uultis? in uirga ueniam ad uos an in caritate et spiritu mansuetudinis? numquid Paulo ius prætorium erat, ut uirgam comminaretur et cum officio lictoris ad ecclesiam Christi adesset? non utique ita opinandum est. sed quia omnis dei sermo, quo ex errore in ueritatem retrahimur, quo per comminationem terroremque iudicii ad innocentis et sanctæ uitæ uiam regimur, uirga est nuncupatus, per quam, intra disciplinam diuini metus cohibiti, moderati ac prouidentis rectoris monitu cohercemur, beatus apostolus condicionem eligendi aduentus sui his, quos monebat, adiecit, utrum mallent eum in seueritate doctrinæ atque obiurgationis adesse, an in spiritu lenitatis. quod utrumque secundum modestiæ tenorem erat necessarium, ut obœdientibus lenior, insolentibus uero seuerior adueniret. et hoc quidem ex noui Testamenti auctoritate præsumptum est.

37. Hanc autem uerbi doctrinam uirgam nuncupari ex ueteri ita cognitum est, cum dicitur: uirga directionis uirga regni tui; quia hæc eadem est uirgæ directio, qua per doctrinam in æquam uiam utilemque dirigimur, et quæ uirga

8 I Cor. VI, 21. 24 Ps. XLIV, 7.

2 oues sumus *e* 4 ueteri *ex* uetere *m. 2* *V* 6 chorinthios *R* quos cũ ex *α* quos tum ex *e* 7 paenitentia^m *V* p≡enitentiam (o *supra*) *R* *post* utili *1 litt. eras.* *R* adhortatione *ex* adhortationem *m. 2* *V* 8 uenio *V* 10 ut in uirgā *V* ut uirga *Basil. et Par. 1572* ut in uirga *b* cum officia *V* 11 lectoris *VR* ad eclesiam *V* non — opinandum est *om.* *R* 12 dĩ sermone eũ ex *V* in ueritate *R* in ueritatem dei *E* 14 regimur *ex* regimurum *m. 2* *V* 16 coercemur *b* 18 eum in seuaritate (e *supra*) doctrinae *V* eum in seueritate eũ (e *ex* c) doctrinae *R* 20 obydientibus *V* 21 insolentibus *ex* insulentibus *R* uero *om.* *V* 23 ex ueteri (i *ex* e *m. 2*) ita *V* ex ueritate *sed. in marg.:* ex ueteri ita *R* 25 uirgae *ex* uirgatui *m. 2* *V* quo per *V* 26 uitam *V*.

regni est, necesse est ipsa illa doctrina sit regni. ipsum autem dominum nostrum ob doctrinæ suæ utilem ac moderatam prædicationem uirgam nuncupatum ita accepimus dicente Esaia: exiet, inquit, uirga de radice Iesse. ac ne tyrannicam in eo seueritatem per uirgæ nuncupationem auderet quisquam opinari, continuo propheticus sermo subiecit: et flos de radice ascendet et requiescet spiritus dei super eum, ut uirgæ seueritatem floris suauitas temperaret, cum unicuique nostrum doctrinæ terror regimen perfectæ beatitudinis admoueret. in hac ergo uirga reget datas sibi gentes: non corruptibili, non caduca, non fragili, sed ferrea, id est ualidissima et pro naturæ suæ soliditate firmissima.

38. Hac ergo uirga ferrea ut reget, ita et confringet uel conteret; nam magis hoc secundum septuaginta translatores græcitatis proprietas enuntiat. ita enim scriptum est: Ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. sed siue conterat, siue confringat, non idcirco existimandus est hereditatem poscere, ut eam ad perdendum atque abolendum confringat et conterat: quippe cui cor contritum sacrificium sit optimum. contritio ergo illa siue confractio est, quæ in nobis corporeas uoluptates et sæcularium uitiorum incentiua conminuit dignosque nos dignatione domini præstabit secundum dictum prophetæ: cor contritum et humiliatum deus non spernet. conparata autem uasis figuli confractio quantam absolutionem intellegentiæ huius inpertitur? non enim sine causa quos in hereditatem poposcit, uirga ferrea regens tamquam uas figuli confringet: nisi quod conparationis exemplo

4 Esai. XI, 1. 23 Ps. L, 19.

1 necesse est illa ipsa est doctrina sit regni *V* 3 uirga *V* Eseia *V* 4 inquid *VR* 6 de radice eius *RE* 7 super eum spiritus domini *RE* 13 ut reget ita confringet et conteret *Rb* reget ita ut confringat et conterat *e* 15 ωεςκευος κεραμεως ςυντρειψειc αυτουc = *V* ωccκεοc κεραμε. ωcε υντρυ ετcαυτουο *R* 18 atque abolendum *om.* *V* 19 contritum (bula) *R* contribulatum *VE* 22 praestabit *ex* praestauit *m. 2 V* 23 contribulatum *Rb* 24 spernet (i) *R* 25 iper = titur (*eras.* i) *R* inpertit *V* impartitur *e.*

fragmenti istius modi damnum proficere in restaurationem eiusdem uasis ostendit.

39. Qualis autem a deo secundum uas figuli nostra confractio sit, idem docuit per Hieremiam prophetam, dicens: surge et descende in domum figuli, et ibi audies uerba mea. et descendi in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus super lapides. et cecidit uas, quod faciebat in manibus eius; et iterum ipse faciebat uas aliud secundum quod placuit in conspectu eius ut faceret. et factum est uerbum domini ad me, dicens: si secundum figulum hunc non possum facere uos, domus Israhel? ecce sicut lutum figuli uos estis in manibus meis. in summa loquar super gentem aut super regnum, ut feriam eos et perdam: et si conuersa fuerit gens illa a malis suis, pænitebo de malis, quæ cogitabam facere illis. et in summa loquar super gentem et regnum, ut reædificem et plantem. et facient mala ante me, ut ne audiant uocem meam; et pænitebo de bonis, quæ locutus sum facere illis. sic petitas atque obtentas hereditatis suæ gentes deus confringet et conteret, ut reformet. confringet enim in omnibus omnes inexplebiles cupiditates et inlecebrosas lasciuias et feruentes iras et inanes superstitiones et tumentes fastus et impias opiniones. reformat autem nos ad rationabilem uitæ usum contemptu pecuniæ, luxus pudore, iræ moderatione, ueri scientia, communione uiuendi, religionis officiis, cum per doctrinæ regimen terroremque iudicii in has uirtutes post uitia illa reuiuescimus. non enim ait: tamquam

4 Hierem. XVIII, 1 sqq.

1 fracm̄ti *R* dā^{p}nū *R* 4 Ieremiam *V* 6 descendit *V* 8 fecit uas aliud *RE* 12 Istrahel *V* ecce *ex* ece *m. 2 V* 13 supra gentem *V* (*sed. infra* super) 15 paenitebao *corr. m. 1 V* 16 cogitabo *VR* 17 loquor *V* reaedificem *ex* reaedificet *m. 2 V* 18 ante me *ex* autem *corr. m. 2 V* 20 hereditates *V* 21 conterit (terit *sup. lin. a m. 2*) *V* ut — enim *om. V* 22 confringet enim in *R* confringit enim deus in *E* 23 inlecebras *V* lasciuias *ex* lasciuitas *m. 1 V* 24 fastus *ex* fastos *R* 27 doctrina^{e} *corr. m. 2 V* 28 per uitia illa *V* reuiuiscimus *E cf. Neue Formenl. II², 505.*

uas figulum confringes, ne per testæ fragmentum inreformabile uas posset intellegi; sed ait: uas figuli, quod in ipsa artificis molitione uas fieret, ut secundum prælatum exemplum prompta esset confracti eiusdem uasis ex artificis uoluntate reparatio.

40. Sed inrationabilis materiæ uas etiam sub alia intellegentia ad rationem humanæ uoluntatis aptatum est: homines quidem per hæc uitia sua cadere, sed si in his pæniterent, id est, si ab his desinerent, se quoque deus in his, quæ ad pœnam casus huius constituerit, pænitere, non quod hic motus mentis secundum humanam naturam in deum caderet, sed quia homini gestorum pænitentia modus est gerendorum: pænitentiam quoque suam deus memorat ad pœnam, quia puniri desinerent, qui esse impii destitissent. ut ergo figulo promptum est amissum uas ad eandem, uel quam uolet, speciem reformare, ita deo facile est, post uitiorum casus uolentes se erigi per doctrinæ suæ institutionem ad pietatem ex impietate reparare.

41. Sed et illa tamquam uas figuli non ignoranda confractio est, tum cum his corporibus dissolutis et casu mortis confractis pro uoluntate artificis restauratio adferetur. quod utrumque propheticus sermo significasse eodem dicto uidetur. nam cum pænitentiam utilem in his, quæ antea agebantur, ostendit, præsentis huius uitæ et corporalis ex uitiis in uirtutem nouam quasi instaurationem docet esse oportere, ira in eos dei sicuti criminum uoluntate cessante. et quamquam id ex figuli conparatione protulerit, tamen, cum de eodem figulo ait: et

26 Hierem. XVIII, 4.

1 figulum *Vr* figuli *R* figulus *α* *om. Basil. et Par. 1572* (*an* figlinum? *cf. Bened.*) confringes eos, ne *ε* teste (a *sup.*) *corr. m. 2 V* teste *R* fracmentum *R* 2 sad (e *sup.*) *m. 2 V* 4 uasi[s] *corr. m. 2 V* 6 sed hoc irrationabilis *ε* 11 dm̄ *ex* dōn̄ *corr. m. 2 V* 12 modus *ex* moduaus *corr. m. 1 V* p(o)enitentiam *et sic saepissime R* 13 poenam *ex* paenam *R* desiner(n)& *R*[1] 14 esse *ex* essent *R* 17 institutione[m] *corr. m. 2 V* ad pietatem *ex* ad inpietatem *m. 2 V* 19 tum *sup. lin. a m. 2 V* 21 significasse *ex* significasset *m. 1 V* 23 praesenti *V* in uirtutē *α* in uirtute *V* in uirtutes *ex* in uirtute *m. 3 R* 24 ira *ex* ita *m. 2 V* in eosdem sicuti *V*.

ipse fecit uas aliud secundum quod placuit in conspectu eius, significari intellegitur etiam illa, quæ secundum dei uoluntatem resurgentium corporum instauratio est futura. prout ei enim placet et in conspectu eius dignum est, confracta reparabit, non ex alia aliqua, sed ex uetere atque ipsa originis suæ materie speciem illis conplaciti sibi decoris inpertiens: ut corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam resurrectio non interitu naturam perimat, sed qualitatis condicione demutet. non enim aliud corpus, quamuis in aliud resurget, apostolo dicente: seminatur in corruptela, resurgit in incorruptione; seminatur in ignominia, resurgit in gloria; seminatur in infirmitate, resurgit in uirtute; seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. fit ergo demutatio, sed non adfertur abolitio. et cum id, quod fuit, in id, quod non fuit, surgit, non amisit originem, sed profecit ad honorem. confringi itaque nos, tamquam uas figuli, uel nunc, uel tunc gaudeamus: ut et nunc, modo figuli uasis, conmortui et consepulti domino in baptismate in nouitate uitæ ambulemus et in nouum Christi hominem deposito uetere renascamur, et tunc per hunc nouæ natiuitatis profectum in beatam illam ac deo placentem iteratæ reparationis nostræ speciem reformemur.

42. Cuius boni non ignarus propheta post hæc hortatur et dicit: et nunc reges intellegite, erudimini qui iudicatis terram. seruite domino in timore et exultate cum tremore. adprehendite disciplinam, ne forte irascatur dominus, et pereatis de uia iusta.

10 I Cor. XV, 42.

2 etiam intelligitur illa *E* 4 prout & enim *R* prout enim ei *VE* in *om. V* 5 ex ueteri *E* 6 materiae *R* 7 corporū incorruptionis *V* 11 in incorruptione *ex* in corruptione *m. 2 V* 12 resurgit *semper restitui, quia cod. V hanc formam, quae textui graeco et antiquis uersionibus Italicis respondet (Sabatier III, 718), primo loco excepto constanter repetit.* resurget *RE* 13 resurget spiritale (*om.* corpus) *RE* 16 confringit *VR* 19 uitae *om. R* 20 uetere *R* renascamur *ex* nascamur *m. 2 V* 23 ignarus *ex* ignoras *m. 2 V* 25 et exultate ei cum *RE* 26 adpraehendite *VR*.

cum exarserit in breui ira eius, beati omnes, qui confidunt in eum. doctrinæ hic ordo utilissimus est, ut eorum, in quæ nos adhortetur, beatitudinem cognitam præstet; quia difficile sit animum ac spem ad ignorata protendere. uolens igitur propheta ad eorum nos, quæ superius commemorauerat, intellegentiam cohortari intellegentiæ ipsius honorem ante memorauit, dicens: et nunc reges intellegite, eos scilicet, qui intellecturi essent, reges esse demonstrans. sed quærendum est, quos reges ad intellegentiam propheticæ huius adhortationis admoneat, ne forte quisquam eos significari intellegat, quorum nunc in humana corpora et in bellorum ministeria et in metum gentium regnum est. non sunt autem hi æterni et beati apud deum reges, quippe cum ipsi iam mandatis dei excidant et diabolo in regnum sint deputati, dicente eodem, cum dominum temptaret: et duxit illum diabolus in montem altissimum et ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis; ait ad illum diabolus: tibi dabo potestatem hanc et gloriam eorum, quia mihi tradita sunt. alios autem nobis reges euangelia demonstrant, scilicet in quos adpropinquauit dei regnum et eos, qui regnans in se peccatum deuicerint, qui sui ipsius corporis reges sunt, dominatui suo uniuersa uitiorum incentiua subdentes: hoc enim in nobis est dei regnum. sic iterum Christus regnat in nobis, cum per eum ipsi dominorum in nos iure regnamus secundum quod dictum est: non uenit regnum dei cum obseruatione, neque dicent: ecce hic, ecce illic. ecce enim regnum dei intra uos est. huius regni beatus apostolus meminit Corinthiis scribens: iam sine nobis regnatis;

15 Luc. IV, 5 sq. 25 Luc. XVII, 20 sq. 28 I Cor. 4, 8.

3 in qua *R* adhortatur *ex* adhortetur *m. 3 R* 4 ac spē *ex* a spe *R* 6 intellegentia ipsius *V* 8 sed quaerendum est — obsequii metus *p. 72, 6 om.* α 10 ne quisquam forte ε 11 in corpora humana *V*ε 12 aput *V* 13 ipsis *V* iam a mandatis (a *inser. m. 3*) *R* (b) dī *ex* ds̄ *m. 2 V* et *om. V* 14 diabulo *V* 17 & ait (& *supr. scr.*) *R* (b) 19 euuangelia *VR* 20 in quo *V* regnum dei ε regn(an)s *R* 23 est *om. V* regnum dei ε regnat *ex* regnauit *m. 2 V* 26 et ecce illic ε.

et utinam regnaretis, ut et nos uobiscum conregnaremus. hoc itaque regnum dei est, ubi peccatum uincitur, ubi mors perimitur, ubi non regnat hostis: mors enim regnauit ab Adam usque ad Moysen; et apostolus ait: iam non regnet in uobis peccatum. per hoc dei regnum regno peccati dissoluto ipsisque iam nobis regibus regno aduersante subuerso hoc nobis dei regnum est, cum omnibus uitiorum nostrorum aculeis contusis labes erit corporeæ infirmitatis absorpta.

43. Hos itaque reges propheta ad intellegendum cohortatur, ut sciant, aduersus dominum et Christum eius fremuisse reges et populos uana meditatos; intellegant quoque ridentem e cælis et in ira loquentem et super Sion montem sanctum regem constitutum, præcepta dei patris adnuntiantem; cognoscantque eum, qui sit genitus in filium, tempus quoque illud, quo, qui tempora fecit, sit in tempore genitus; intellegant, in quo et hereditatem gentium et possessionem terræ finium postulauit; non ignorent etiam, quæ hæc uirga sit ferrea, qua regens eos modo uasis figuli confringat. hæc enim intellegentes sacramentum omne diuinæ uoluntatis agnoscent: et cum per obœdientiam præceptorum heredes dei patris, coheredes autem domini nostri Iesu Christi erunt, per id, quod æterno regi coheredes sunt, id necesse est consequantur, ut reges sint.

44. Testantibus itaque euangeliis atque apostolo de regibus sequens est, ut cognoscamus, qui sint iudices terræ, quos adæque reges oporteat erudiri: maxime cum reges nudo tantum nomine

3 Rom. V, 14. 5 Rom. VI, 12.

1 et utinam regnetis *VR* (*sed V mox* conregnaremus *et Ps. LX, 5 VRPT* regnaretis; *cf. quae dixi Abh. IV, 84 et Sabatier III, 669, 8*) uobis conregnemus *R* uobiscum regnemus *Ed. Basil. et Par. 1572* 5 peccatum in uobis *ε* regnum dei *ε* 7 subuerso *ex* subuenrsante *V* erit regnum dei, cum *ε* omnibus uiuorum *R* 8 corporaee *R* 11 aduersū *R* fremuisse *ex* fremuisset *m. 2 V* 12 intellegunt *V* ridentem e ≡ *R* ridentem e *ex* ridente *m. 2 V* inridentem e *ε* 13 in *add. m. 2 V* 15 in *om. R* 16 tempora fecit *ex* tempore fecit *m. 2 V* 17 hereditatem (*om.* et) *ε* 20 diuinum *V* per obydientiam *V* 22 ·ihm xpi· *V* per qđ *R* 25 quos adeq. reges *V* quos ≡ ≡ aequae reges (*eras.* ad) *R* quosque ut reges *ε* 26 oporteare *V*.

sine regni alicuius designatione cognominet, ut eos suos atque in se esse reges doceret, iudices autem terræ dicat. differre uero iudicem atque regem, ipso usu terrenæ consuetudinis noscimus; quia non idem sit regnare, quod iudicare, quia regnum dominatio sit, iudicium uero modus sit æquitatis. sancti ergo quique intellegendi sunt esse iudices terræ, quorum uita atque fides infidelium iniquorumque iudicium sit. et hoc dominus in euangeliis ostendit dicens: *uiri Nineuitæ surgent in iudicio et iudicabunt generationem hanc, quia pænitentiam egerunt in prædicatione Ionæ; et ecce maior hic quam Iona. regina Austri surget in iudicio et iudicabit generationem hanc, quia uenit ab ultimis partibus terræ audire sapientiam Salomonis; et ecce maior hic Salomone.* tales erunt iudices terræ, quorum conparatio fidei ac timoris inpænitentes impiosque condemnet. si enim pænitentia Nineuitum ex Ionæ prædicatione suscepta fructum adepta est pænitendi, necesse est obœdiens eorum pænitentia insolentem horum inpænitentiam iudicabit. aut regina Austri ex ultimis partibus terræ desideratam Salomonis sapientiam audiens nonne infidelitatem et incuriam præsentium auditione peregrina damnabit? cum tamen inobœdientiæ atque inaudientiæ iudicium differens a Salomone atque Iona Christus auctor adcumulet. absolute autem hos esse iudices terræ apostolus demonstrat dicens: *an nescitis, quia sancti mundum iudicabunt, et in uobis iudicatur hic mundus?* cum per meritum adeptæ beatitudinis criminosorum uitam sanctitas conparata condemnet.

8 Matth. XII, 41 sq. 25 I Cor. 6, 2.

1 fine regni cuius *V* 3 cognoscimus *s* 4 quin regnum *V* 5 modus sit *ex* domus sit *m. 2 V* sit modus *s* 7 iniquorumq: *ex* iniquorum *R* in euuangeliis *VR et sic saepe* 8 Niniuitae *Rs* 10 Ionae *sup. lin. a m. 1 V* 11 quam Iona hic *s* 13 obaudire sapientiam *s* 14 Solomonis *V* Solomone *ex* Solomonis *m. 2 V* 15 fides ac timor *R* fidis ac mors *V* 16 paenitentiam *ex* paenitentes *m. 2 V* Nineuitum *ex* Nineuietum *m. 1 V* Ninniuetū *R* Niniuitarum *s* 18 oboydiens *V* poenitentia *ex* poenitendi *m. 2 V* 19 iudicet *Vs cf. Arch. II, 318; Stud. 1889 p. 322* regina *ex* regna *m. 2 V* 20 Solomonis *V* 21 auditio *R* 22 a Solomone *V* 26 iudicabitur mundus *R s* 27 sc̄itas *R.*

45. Intellegentiæ autem huius atque eruditionis opus continuo propheta subiecit, dicens: seruite domino in timore et exultate cum tremore. non securum patitur aut neglegens esse seruitium: uult in omni seruitutis officio admisceri timorem. ut enim metuentes serui diligentius dominis carnalibus seruiunt, cum uoluntatem sollertioris obsequii metus obsequellæ admixtus eliciat, ita et deo seruientes, si timeant per inminentem timorem, non neglegentes in ea erunt, quam susceperint, seruitute. ac ne tyrannici terroris hic metus esse fidelium crederetur, ad id, quod dixerat: seruite in timore, adiecit: et exultate: ut metum seruitutis gaudii exultatio temperaret, cum ipse timor causam lætitiæ per conscientiam seruitii fidelis adferret. porro autem, ne libertas gaudii fines congruæ moderationis excederet, ita subdidit: exultate in tremore, quia periculosa ad obliuionem timoris esset libera a tremore lætitia. atque ita hæc prophetici eloquii ratio seruata est, ut seruitutem timor detineret, timorem exultatio moderaretur, et exultationem tremor consequens contineret.

46. Huius autem seruitii et timorem exultantem et exultationem trementem docuit in eo, quod sequitur, consistere, dicens: adprehendite disciplinam. uirtute uerbi significationem inpatientis et uelut præproperæ ad id uoluntatis ostendit, non tam expetendam, quam adprehendendam potius disciplinam docens: non tepore fidei in huius obœdientiæ obseruatione contentus, sed ardorem spiritus in adprehendendi auiditate desiderans. sic in rapiendo regno cælorum raptores dominum delectant, cum ait: a diebus autem Iohannis

27 Matth. XI, 12.

2 et exultate ei *R e* 3 ut neglegens *V* 4 esse *om. b* 6 seruiunt et cum *V* solertioris *V* ubsequellae *R* 8 ea *sup. lin. a m. 2 V* 9 seruitute *ex* seruitem *m. 2 V* 10 credetur *V* seruite domino in timore *E* 11 et exultate ei ut *E* 13 adferret *ex* adferet *m. 2 V* finis *V* 14 tremore *ex* traemore *m. 2 V* 19 seruitii (*alterum* i *in ras.*) *R* 21 adpraehendite *R* uirtutem uerbi significatio ī patientis *V* 22 uelud *R* praepropere (e *in ras.*) *R* praepropere *V* properae *e* 24 tepore *R* tempore *Ve* obseruationem *V* 25 adprachendendi *ex* adpraehendi *m. 2 V* 26 raptores dominum delectant cum ait *scripsi* raptores dominum delectatū ait *R* raptores dn̄m delectatum ait *Vα* raptore dominus delectatus ait *e*.

regnum cælorum uim patitur, et uim facientes diripiunt illud; quia, cum regni cælestis possessio Israheli prædicaretur, fides tamen gentium possessionem hanc sibi Israhel diffidente præriperet.

47. Sic et Paulus currit, ut adprehendat, dicens: sequor autem ut adprehendam, in quo et adprehensus sum. non lento gradu properat neque otioso sequitur procursu; adprehensurus enim sequitur. et satis quidem dixisse uideretur, si consecuturus sequeretur, sed uim et ipse adferre optat et adprehendere properat et modo exempli corporalis inuadere. scit autem se eo ipso iam esse, quod adprehendere properat, adprehensum. si enim nos per corporalem naturam deus naturæ suæ dissidentes homo genitus adprehendit, factus ipse quod sumus, nostrum est, ad adprehendendum nunc id, quod est ipse, contendere, ut in eam gloriam, in quam naturam corporeæ huius corruptionis exemit, festinatio nostra se misceat: atque ita adprehendemus id, in quo fuimus adprehensi, si naturam dei consequamur, deo ante naturam hominum consequente. adprehendenda itaque disciplina et inuadenda est quodam amplexu et in uinculo corporali, ne elabatur aut decidat.

48. Causam autem diligentis huius amplexus ac uinculi propheta subiecit dicens: adprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, et pereatis de uia iusta, cum exarserit in breui ira eius. adest enim pœnæ dies, qui in exardescente ira domini significari intellegitur: in

5 Philipp. III, 12.

1 facientes *ex* facientis *R* 2 illud *ex* illum *m. 2 V* Istraheli *V* 5 sic et beatus Paulus *e* adpraehendat *VR et sic saepe* 9 et ipse *ex* ipse *m. 2 V* adferre cupiat *R cf. Acad. p. 24* 10 adpraehendere *V* 11 inuade ≡ ≡ ≡ re *V* quod adpraehendere poterat *V* 13 d̄s ad naturame *corr. m. 1 V* dissidentis *VR b* diffidentes *e* 14 adpraehendendum *R* ad praehendendū *V* nunc in quod *V* 15 ut *sup. lin. a m. 2 V* in eam *ex* in eum *m. 2 V* 16 eximit *b* 17 adpraehendemus *ex* adpraehensi *m. 2 V* id in quo fuimus adprehensi *sup. lin. a m. 2 V* 18 *post* consequamur *1 litt. eras. R* 19 itaquae *V* est *del. m. 2 V* 20 āplexu *ex* plexu *m. 2 V* et uinculo *V* ne ≡ labatur (*eras.* e) *R* excidat *e* 21 complexus *Ed. Par. 1572 b* ac *in ras. R* 23 uia *ex* uir *m. 2 V* 24 poene *R.*

quo si non adprehensam a nobis disciplinam tenebimus, perditi a iusta uia erimus. unicuique enim rei perit, quidquid aufertur; et quod deest, ei, cui deest, iam uidetur amissum. nam tametsi per naturam suam manet, ei tamen, cui abest, non manet. et idcirco de uia iusta impii pereunt, quia in ea non erunt. pereunt autem de uia iusta, cum exarserit in breui ira eius.

49. Non morosa hæc ira est, per quam a iusta uia pereunt, ne quis sibi interim pœnæ lucro inter moras iudicii blandiatur. in breui namque exardescit ira. excipit enim nos statim ultor infernus: et decidentes de corpore, si ita uixerimus, confestim uiæ rectæ perimus. testes nobis sunt euangelicus diues et pauper: quorum unum angeli in sedibus beatorum et in Abrahæ sinibus locauerunt, alium statim pœnæ regio suscepit. adeo autem statim pœna mortuum excepit, ut etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. nihil illic dilationis aut moræ est. iudicii enim dies uel beatitudinis retributio est æterna uel pœnæ. tempus uero mortis habet interim unumquemque suis legibus, dum ad iudicium unumquemque aut Abraham reseruat, aut pœna.

50. Et idcirco copiosum hunc sacramentis cælestibus psalmum sic propheta conclusit: beati omnes, qui confidunt in eum. non trepidam spem neque ambiguam perfectio beatitudinis exigit. confidentia ad id opus est, firmæ scilicet opinionis, et indemutabili uoluntate: quia plus sit confidere, quam sperare. confidendum ergo est, ne nos a uia recta exardescens breui dei ira deperdat. fidelis enim

2 a iusta uia (a *supr. scr.*) *R* a uia iusta *V* de uia iusta *E* re $\stackrel{i}{=}$ *R* 4 tametsi *ex* tamet *m. 2 V* manet *ex* namet *m. 2 V* maneat *E* & tamen *R* 5 impii pereunt — de uia iusta *om. R* 8 per qua^{m} a iusta *V* per quam iusta *R* per quam de iusta *E* 9 in poene lucro *R* (b) 10 in breui *ex* in brebi *m. 2 V* 11 decidentes *ex* decidintes *m. 1 V* decedentes *E* 12 de uia recta *E* sunt *om. b* 13 habrahae *R* 14 sinu *E* 16 adhuc *om. Va* 20 aut *sup. lin. a m. 2 V* poenae *ex* poena *m. 3 R* 21 sacramentis *ex* sacramentum *m. 2 V* 24 firmae scilicet opionis *V*[1] firmae opinionis scilicet *E* 25 sit *sup. lin. a m. 2 V* 27 in breui *ex* breui *m. 2 V* ira dei *E*.

est, qui ait: qui credit in me non iudicabitur, sed transiet de morte ad uitam, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

DE TITULO IX. PSALMI.

In finem pro occultis filii. Psalmus Dauid.

1. Quorundam psalmorum absoluta intellegentia est, quorundam obscurior sensus est; diuersitatem utramque adfert diuersitas prophetiæ. per multa namque et uaria genera sermonis ad agnitionem dei hominem spiritus sanctus instituit, nunc sacramentorum occulta per naturas et conparationes hominum conprehendens, nunc fidei simplicitatem uerborum absolutione conmendans, nunc uitæ ordinem præceptorum ueritate confirmans, nunc quid prouidendum sit et cauendum per personam prophetæ, qui psalmum scribat, ostendens: ut per hanc multiplicem et diuitem copiam doctrinæ, per quasdam partes et incrementa discendi totius intellegentiæ ædificatio conparetur. et erit nobis psalmus positus in exemplum, cuius superscriptio talis est: in finem pro occulta filii, psalmus Dauid. itaque per naturam eorum, quæ et occulta et in fine sunt, quærenda est psalmi intellegentia.

2. Psalmus inscriptus non est in finem pro occulta filii, nisi tantum in id, ut, ex quibus psalmus ipse consisteret, nosceretur. omnia autem, quæ ad titulum sermonis adduntur, ex quibus sermo sit initus, testantur. non enim conuenit, ut in sermone aliud sit, aliud in titulo, quia titulus uelut index eorum est, de quibus scribitur. uerbi igitur eius, quod in fine dicitur, ratio est intellegenda. in fine est, ultra quod nihil est,

1 Ioh. V, 24.

1 est *om. R.* Explicit psalmus II incipit de titulo noni psalmi feliciter *Vr* Finit psalmus II. incipit ═══ XIIII *R* 5 in finem — Dauid *del. V* filii *om. r* 6 quorundam *ex* quorumdam *V* 7 utraque *r* utique *b* 8 namque *ex* quae *corr. m. 2 V* 10 et *ex* et et *m. 2 V* comparationem *rb* omnium conpraehendens *V* 12 praeceptorum *ex* praeciceptorum *corr. m. 1 V* 15 quasdoam *corr. m. 1 V* 16 disce^{n}di *(corr. m. 2) V* 17 nobis *sup. lin. a m. 2 V* 18 pro occulta *Vr cf. Neue Formenl. II, 784 Sabatier II, 20* 19 et fine *V* 21 inscribtus est (est *sup. lin. a m. 2 V* 24 testantur *ex* uestantur *m. 2 V* 25 uelut *ex* ueluti *V* 26 e^{o}rum *(corr. m. 2) V* est *om. V* 27 nichil *r.*

in fine est, quod præsens tempus excedit; quia finis ex omnibus, non ex fine omnia: desinunt enim in ea cuncta, et est quoddam rei actæ dictæue postremum; et nisi in ea totius uniuersitatis postremitas erit, non erit finis; quia necesse est non esse ultimum, quod ultra se habeat aliquid postremum. ex quo intellegendum, quotiensque titulus habet in fine, non præsentia in his, sed ultima contineri. occulta autem sunt, quæ abscondita et latentia sunt, quæque reconditis et inaccessibilibus et inperspicabilibus occulantur sintque ei tantum, qui condiderit, conperta, aut nisi cum aliquibus cognoscenda protulerit. ergo psalmus inscribitur in finem pro occultis. et quia ex natura rerum, quid intellegentiæ in nominibus finis occultorumque sit, uidemus, res ipsas, quæ in fine atque occultis sint, conuenit explicari.

3. Et de his quidem testis est nobis beatus apostolus Paulus ita dicens: prout legentes potestis intellegere intellectum meum in sacramento Christi, quod aliis temporibus non est cognitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est. et rursum: mihi minimo omnium sanctorum hæc gratia data est in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi et inluminare, quæ sit distributio sacramenti eius, quod absconditum est a sæculis in deo. hoc est igitur occultum, de quo et dominus ait: non est absconsum, quod non cognoscatur. neque opertum, quod non reuelabitur. sed psalmus occulta continet, non occultum. recte ita: nam consequentia docent plura fuisse, non unum. est enim occultum, deum salutis humanæ causa non in cælesti gloria et claritate nominis sui adfuisse, sed

16 Ephes. III, 4. 19 Ibid. 8, 9. 24 Matth. X, 26.

2 enim *sup. lin. a m. 2 V* in ea *V cf. Neue Formenl. I, 672* in eo *rb* & est *ex* in est *corr. m. 2 V* 3 aptae *Vr* dictaeuae *ex* dictaeq. *m. 2 V* et *ex* at *m. 2 V* 5 esse *sup. lin. a m. 2 V* 6 quotiensque *V cf. quae dixi Acad. p. 29* quotiescumque *rb* titulos habent *r* 9 sintque ei *V* in quae et *r* 10 protulerint *Vr* 13 uidemus *scripsi* aedemus *V* aedem' *r* et deinde *b* edidimus *coni. Bened. in adn. cf. Acad. p. 93* 15 apostolus *sup. lin. a m. 2 V* Paulus *om. rb* 19 releuatum *V* michi *r* 24 est ergo *rb* 25 abcōsum *V* 29 caelesti *ex* caelestia *m. 1 V.*

formam humani corporis induisse. est et occultum, naturam in eo carnis humanæ non ex communi originis genere induisse, sed extitisse ex uirgine et editam uirgine fuisse et absque nascendi initio procreatam. est occultum, eum, qui mortuus sit, ex morte uixisse, gloriam inmortalitatis ex corpore resumentem. sed non is quidem finis est.

4. Finem autem non uelut quendam rerum occasum, sed decurrentium modum consummationemque significat; neque ut in abolitionem desinatur, sed ut in quendam manendi terminum ea, de quibus agitur, collocentur. quis ergo hic finis sit, id est quæ rerum omnium absoluta perfectio et quæ absconsa sit, beatus apostolus ad Corinthios ita loquitur: quomodo enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificantur. unusquisque autem suo ordine: primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt; deinde finis, cum tradiderit regnum deo patri, cum euacuauerit omnem principatum et potestatem. oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis: deus enim omnia subiecit sub pedibus eius. nouissima inimica deuicta est in eo mors. cum uero dixerit: omnia subiecta sunt, absque eo, qui subiecit illi omnia, tunc ipse subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. hic igitur est finis occultis, mortuorum resurrectio, sanctorum clarificatio, malitiæ dominantis abolitio, mortis interitus; et per hoc Christi regnum patris quoque dei regnum: his enim gestis postquam filio erunt a patre uniuersa subiecta, non ut per subiectionem regni adimatur æternitas, sed ut nos

12 I Cor. 15, 22—28.

3 et editam fuisse *V* et absque nostro nascendi *Bened. in adn.* 8 consummationemque *ex* consummationem quae *m. 2 V* 10 id est quae *V* id̄ q̄ *r* item quae *b* 11 et quam *b* abconsa *V* 14 ^{o}rdine *corr. m. 1 V* 19 inimicos *ex* inimicos suos *corr. m. 2 V (cf. Nou. Test. Vat. Tischend. 1475)* 21 cum uero indixerit omnia *sup. lin. a m. 2 V* (*de* indixerit *cf. Acad. p. 22*) 22 subiecta sunt ei *r* 24 ut sit deus omnia *om. r* 25 sanctorum glorificatio *b* 27 dei et regnum *rb* 29 subiectionem *ex* subreptionem *corr. m. 2 V* sed nos (om. ut) *Vr.*

clarificatos et inmortalitate coopertos et in corporis sui gloriam conformatos in regnum patris inducat, iam cohereditate sua dignos, iam in familiam patris adsumptos, iam bonorum eius gloriæque participes, ut patri conregnet in nobis sitque deus omnia in omnibus, cum subiectione obœdientiæ in diuinam naturam humanæ adsumptionis absorbeatur infirmitas. æterna hæc igitur per filium laus patri deo debita est, suscitatis omnibus, qui ab Adam usque ad regni tempus per fidem uixerint, et cælesti habitu a corpore transfiguratis, et iniquitate malitiæ omnis ablata, et diabolo in pœnam æterni ignis addicto, et de memoria hominum nomine eius exempto: hæc in psalmo occulta cantantur, hæc consummato fine celebrantur. et quia filius futurorum omnium conscius est, hæc tamquam iam perfecta laudantur, quia in eo et apud eum et per eum omnia sunt: ipsi gloria in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS XIII.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus et reliqua.

1. In multis nos erudiens apostolus etiam id edocet, cum omni reuerentia uerbum dei esse tractandum, dicens: qui loquitur, tamquam eloquia dei. non enim secundum sermonis nostri usum promiscuam in his esse oportet facilitatem; sed loquentibus nobis ea, quæ didicimus et legimus, per sollicitudinem sermocinandi honor est reddendus auctori. et exemplum nobis cælestis doctrinæ præstat humani officii consuetudo. si enim quis uerba regis interpretans et præcepta eius in aures

20 I Petr. 4, 11.

1 et inmortalitate *ex* et et inmortalitate *m. 2 V* gloria *rb* 3 iam in familiam *ex* in familiam *m. 2 V* 5 subiectione *scripsi* subiectionem *Vrb* per subiectionem *coni. Bened. in adn. — cf. de Trin. XI, 32, Stud. 1889 p. 320* 7 suscitatis in omnibus *r* 13 haec *ex* ham *m. 2 V* 16 Explicit psalmus VIIII incipit psalmus XIII feliciter *V* Explicit de titulo psalmi noni incipit psalmus XIII.Lege feliciter *r — in cod. R, qui omisso nono hunc psalmum secundo adnectit (uid. supra), post integrum ipsius psalmi textum desunt duo priora tractatus capita* in multis nos erudiens — exultet Israhel. 17 insipiens *ex* incipiens *m. 2 V* 19 in multis *ex* in mulmtis *m. 1 V* etiam inde docet *r* 21 eloquia *ex* eloquiia *m. 2 V* 26 interpraetans *V* in aurem *rb.*

populi deducens curat diligenter et caute per officii reuerentiam regis satisfacere dignitati, ut cum honore ac religione omnia et relegantur et audiantur: quanto magis conuenit dei eloquia ad cognitionem humanam retractantes dignos nos hoc officio præstare? sumus enim quoddam sancti spiritus organum, per quod uocis uarietas et doctrinæ diuersitas audienda est. uigilandum ergo et curandum est, ut nihil humile dicamus metuentes huius sententiæ legem: maledictus omnis faciens opera dei neglegenter; proposito contra præmio curæ et diligentiæ eorum, qui cum reuerentia ac metu sanctas scripturas sibi tamquam dei uerba conmendent et cum debita dignitate ea insinuent mentibus audientium, domino dicente: et super quem aspiciam, nisi super humilem et mitem et trementem uerba mea? oportet igitur et prædicantes existimare non hominibus se loqui, et audientes scire non hominum sibi uerba proferri, sed esse dei uoces, dei constituta, dei leges, et reuerentiam maximam utrique officio conuenire. maximi enim periculi res est, de thensauris dei, de sacramentis reconditis, de testamento æterno aliquid aut superuacuum proferre, aut neglegentem audire. consignanda sunt omnia animis, commendanda sensibus, quia nihil est uerborum dei, quod non sit inplendum; et omne, quod dictum est, habet quandam iam efficiendi necessitatem, quia dei uerba decreta sunt.

2. Qui lectus est psalmus, in finem inscribitur. si omnes ita inscriberentur, nihil esset difficultatis; excluderet enim omnem generalitas quæstionem. sed cum aliam alius habeat inscriptionem, ex causis diuersis tantum necesse est diuersitates inscriptionum extitisse. duplex autem in his, qui in finem superscripti sunt, intellegentia est: aut enim ea, quæ in consummatione erunt, continebunt, aut eorum, quæ in toto psalmo erunt dicta, absolutionem psalmi finis inpertiet. sunt autem in psalmo omnia aspera, horrenda, pertæsa, blasphemiis plena,

8 Hierem. XLVIII, 10. 12 Esai. LXVI, 2.

5 sumus *ex* summus *m. 2 V* 7 niohil *et sic saepe r* 10 sanctas *ex* sanctus *m. 2 V* scribturas *V* 17 utriusque *r* 18 thesauris *V²rb* 20 negligenter *rb fort. recte* omnia animis *ex* omnia enī animis *m. 2 V* 24 in fine *V* 26 alius aliam *rb* inscribtionem *V* 28 in fine *Vr cf. Ps. LI, cap. 1* 32 blasfemiis *V.*

repleta sceleribus, querimoniis grauia. non est confessio in deum, non lætitia in gaudiis, non in choris canticum; sed accusatio in profanos, sed querella in contumaces, sed dolor in adflictos. ait enim: dixit insipiens in corde suo: non est deus. corrupti sunt et abominabiles facti sunt in uoluntatibus suis; non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum, et reliqua. sequitur in fine: quis dabit ex Sion salutare Israhel? dum auertit dominus captiuitatem plebis suæ, lætetur Iacob, et exultet Israhel.

3. Ut enim qui pestilentem urbem ingressus omnes omnino inhabitantes morbo dissolutos et febribus æstuantes et diuerso ægritudinum genere confectos contemplatus sit et nullum illic medicum inueniens ingemescat et nihil auxilii, nihil remedii adesse tantis malis doleat et desæuire magis membrorum pestem cotidie sentiat sciatque medicum in longinquo positum mederi posse, si adesset, — quod solum superest — dolore desperationis exclamet, dicens: quis est qui eum præsentem efficeret et salutare eius adferret?, omnem scilicet sollicitudinem ad uota conuertens: pari modò spiritus sanctus contuens errorem generis humani, contuens mala sæculi huius ingrauescentia et morbum inmedicabili morte grassantem, ubi deus negatur a stulto, ubi abominandis uoluptatum fallaciis corrupti sint cuncti, ubi nullus bonum uolens sit, ubi eorum guttura innocentium sint sepulchra, ubi lingua usi sint in officium fraudulentiæ, ubi uenenum aspidum labiis eorum uerbisque suffusum sit, ubi os amaritudine et maledictione sit plenum, ubi uelox pedum eorum

1 sceleribus *ex* scaeleribus *m. 2 V* quaerimoniis *V* 3 in prophanos *r* quaerella *V* querela *r* 7 reliqua *ex* reliquam *m. 1 V* sequitur *ex* sedquitur *m. 2 V* 8 ex Syon *r* Istrahel *V* dum auerterit *rb* 11 qui *R* quis *V om. r* si quis *coni. Bened.* 14 ingemiscat *rb* 15 deseru= r= (i, e *supr.*) *corr. m. 2 V* deseuire *r* • magis *sup. lin. a m. 2 V* 17 quod solum potest dolorū desperatione *R* 19 et *supr. scr. m. 3 R* adferre *V* 20 *et* 21 cernens *b* 23 sint *ex* sunt *m. 2 V* sunt *rb* cuncti *sup. lin. m. 2 V* 25 sepulchra *Rr (et alibi V)* sepulcra *h. l. V* lingu= (u *supr.*) si sint (*in ras. fuit* a) *m. 1 V* linguosi sint *r* 26 aspidum *om. R* s== (uf *supr.*) fusum *V* 27 et maledictione (*litt.* ledictio *in ras.*) *R om. Vr.*

ad effundendum sanguinem cursus sit, et per hæc, non agnoscentibus uiam pacis, in omnibus uitæ eorum uiis infelicitas ingrauescat, ubi in deum nulla reuerentia est, ubi deuastatio plebis dei persecutoribus tamquam cibus panis sit, et innocentium mortes, damna, supplicia fiat satietas iniquorum, ubi deus non inuocatur, et trepidatur in nullis, creaturam in idolis omisso creatore reuerentibus, ubi deus in generatione iusta desperatur habitare, et consilium inopis confunditur, et spes patientiæ eius inluditur: his igitur ita grassantibus malis et toto orbe dominantibus conscius spiritus sanctus eius, qui solus opem ferre possit, exclamat: quis dabit ex Sion salutare Israhel? non enim Moyses dederat, non Elias, non Esaias, non prophetæ; omnia legis opera aduersus tantam morborum pestem infirmabantur. opus erat medico, qui una atque eadem auxilii sui ope uniuersa curaret et tot ac uarios in toto orbe languores non arte, non opere, — quia quando opus et ars singulis adhibita profuisset? — sed uerbi potestate sanaret. hunc requirit spiritus, hunc exspectat, ad cuius aduentum febris quiesceret, cæcitas desineret, paralysis non esset, mors non occuparet: hunc exspectat, hunc proclamat, hunc orat: quis dabit ex Sion salutare Israhel? sed in singulis uerbis singulæ uirtutes sunt explicandæ.

4. Sion quæ sit, apostolus docet, cum dicit: accedamus ad Sion montem et ad sanctam ciuitatem Hierusalem; omnes enim currimus adprehendere, in quo sumus adprehensi a Christo, id est, inueniri in eius corpore, quod ex nobis ipse præsumpsit, in quo ante constitutionem mundi a patre sumus electi, in quo reconciliati ex inimicis et adquisiti sumus ex perditis, in quo apostolus cum damno uniuersorum

22 Hebr. XII, 22. 24 Philipp. III, 12.

1 effundēdum *ex* efundēdum *m. 2 V* 4 plebis eorum dei *r* 5 dampna *Rr* 6 omisso *ex* omnisso *V* 7 dō creatore *Vr* reverentibus *scripsi* reuerentes *RVrE* 9 crassantibus *V* 11 posset *Vr* 12 eseias *V* esayas *r* 14 adque *Vr* 15 uarias *V* orbe *ex* urbe *m. 2 V* 16 ꝓ fuisset (ꝓ *supr. scr. m. 1*) *R* 17 potestate *ex* potestates *V* sanare *r* expectat *R* 18 paralyticus *V* paralities (paraliticus?) *r* 23 et ad *Vr cf. Sabatier III, 930 adn.* ad *Rb* 24 adpraehendere *VR* adpraehensi sumus *Rb* 26 praesumpsit (prae *in ras.*) *R* ante *ex* te *m. 2 V* 28 et perditis *ex* et peruitis *V*.

optat inueniri dicens: et omnia arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam et inueniar in illo. ergo, quia non nisi ex adsumptione carnis nostræ hi morbi essent nostri corporis auferendi, et ex adsumptione carnis salus nostra omnis in deo est, idcirco ita ait: quis dabit ex Sion salutare Israhel?

5. Sed in eo, quod salutare est, uirtus est nominis. non nos aptamus aut fingimus, sed in ueteris Testamenti libris salutare dominum deum nostrum nuncupari docemur, et proprie hoc nomen per pollicitationem gentibus semper indultum est. ait enim Esaias: et reuelauit dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, et cognoscent omnes fines terræ salutare dei nostri. omnibus igitur gentibus reuelatum est et ab omnibus cognitum est. et rursum in psalmis spiritus sanctus exclamat: cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. ostendit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. et rursum: adnuntiate in gentibus gloriam eius et in omnibus populis salutare eius. et rursum: ostende nobis, domine, misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. cuius spei desiderium dominus in euangelio ostendit, dicens: multi prophetæ et iusti concupierunt uidere, quæ uos uidetis, et audire, quæ auditis. hoc salutare Simeon et exspectauit diu et, cum in manibus accepisset, agnouit et inter uagitus infantiæ, inter cunarum sordes per fidem deum uidit. in talibus et agnoscens adorauit, dicens: nunc dimitte seruum

1 Philipp. III, 8. 10 Esai. LII, 10. 14 Ps. XCVII, 1. 17 Ps. XCV, 3. 19 Ps. LXXXIV, 8. 21 Matth. XIII, 17. 26 Luc. II, 29.

2 lucrum faciam *r* 3 adsumptione *ex* adsumpsione *m. 2 V* 5 dabit *ex* dauit *m. 2 V* 7 optamus *ex* optatus *m. 1 V* 8 deum *om. Vr* nuncupari *ex* nuncuparit *V* 9 hoc *ex* haec *m. 2 V* $\overset{poll}{\equiv\equiv\equiv}i\overset{c}{\equiv}$itationem *corr. m. 2 V* (*in ras. fuit* tibis) 10 Eseias *V* et *om. R* reuelabit *r* braccium *V* 13 *post* ab omnibus *2 lin. eras. V* 14 in psalmus *V* 15 fecit dominus *r* 17 reuelabit *ex* reuelauit *m. 2 V* 18 et — salutare eius *om. Vr* 21 dñs ñ *V* dominus noster *r* in euuangeliis *V* in aeuangeliis *r* 22 cōcupierunt *V* concupiuerunt *r* cupierunt *R* 23 audistis *V* $\overset{e}{\text{Symon}}$ *corr. m. 2 V* Symeon *r* 24 expectauit (*om.* et) *Rb* 25 et cunarum *Rb cf. Acad. p. 93* fidem *ex* fide *m. 2 V.*

tuum, domine, secundum uerbum tuum in pace: quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod præparasti in conspectu uniuersorum populorum, lumen in reuelationem gentium. ergo hoc salutare gentium adnuntiatur, non carnali Israhel, qui in monte dominum maiestatis expectauit, uidit, audiuit, qui in prophetis lapidauit, cecidit, secuit et occidit; sed sermo iste omnis ad gentes est, et gentium salutaris est.

6. Ita ait: dum auertit dominus captiuitatem plebis suæ. captiuitas proprie gentium est, qui in corde suo dixerant: non est deus; qui trepidauerant, ubi non erat timor, qui spem inopis confuderant et inluserant, quia dominus spes eius est, qui in generatione iusta dominum habitaturum negauerant, capti religionibus dæmonum, superstitionibus temporum, officiis creaturæ. hæc captiuitas apellitur, hoc seruitium adimitur. sed Israhel erit ille, qui credit, Israhel erit ille, qui deum oculis cordis aspiciet: quia Israhel deum uidens est, qui post captiuitatem auersam hoc dei salutare cognoscit. lætatur Iacob, lætatur et Israhel captiuitate auersa, libertate concessa, deo contemplato, Abraham et Iacob patribus per adoptionem familiæ nuncupatis. in his ergo lætemur et in his exultemus, scientes per nostram redemptionem ob unius pænitentis salutem esse in cælis gaudia angelorum: et cum cælestis lætitia pro nobis sit, oportet in Christo gaudia nostra esse perpetua, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

2 quoniam *Rb* salutare tuum — lumen *om. r* 4 in reuelatione *R* usque in reuelationem *r* 5 istrahel *V* israheli *r* in monte *ex* in monte in *V* in morte *R* 6 *post* lapidauit *unum uerbum erasum V* 7 cecidit (ci *supr. scr.*) *R* caecidit *V* et *om. Vr* sed *om. r* 9 cum *r* ple $\stackrel{b}{\equiv}$ is *V* 10 propriae *R* prope *V* *post* suo *eras.* in *R* 11 dixerant *ex* duxerant *R* dixer̄. *r* dixerunt *V* 12 quia a dn̄o *R* 13 iusta *om. R* dm̄ *V* 14 capti *ex* capiti *R* 15 apellitur *ex* apellatur *R* apellatur *r* 16 credit — ille qui *om. Vr* 18 aduersam *V* cognoscet *Vr* laetatur (lae *i. ras.*) *R* laetetur *r* 19 laetetur israhel (*om.* et) *r* ciuitate euersa *V* 20 et Abraham et Isac et Iacob *V* et Abraham et Ysaac et Iacob *r* 21 in his exultemus (*om.* et) *V* 22 redemptionem *ex* emptionem *m. 2 V* 23 in excelsis r et cum *ex* ea cum *m. 2 V* 25 amen *om. Vr.*

PSALMUS XIV.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo? et reliqua.

1. Psalmus, qui lectus est, inscribitur psalmus Dauid, quia per eum spiritus sanctus hæc locutus est. et recte ita conpetit psalmo; nihil enim in tempus alterum destinatur, nihil ex occultis profertur, sed omne opus eius in præsens est: denique ita incipit: domine, quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo? oratio est simplex dominum precantis et optantis ab eo noscere, qui mores, quod studium, quæ uoluntas sit cohabitaturi cum deo et in excelsis eius et cælestibus quieturi. non est enim humilis cuiusdam animi nec mediocris operis admisceri deo, mereri eiusdem domicilii conmunionem. ergo de quibus quæritur, statim respondetur: ut, quia arduum est atque difficile hæc obtinere, quibus modis id consequendum sit, intellegatur.

2. Dicit enim ad id, quod quæsitum est: qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam, et cetera psalmi consequentia. talibus præceptis formatur, talibus monitis instruitur, cui ad deum iter est, cui ad sublimitatem eius ascensus est, cui in æternis eius est requies. præceptum autem omne breuitate collectum est, ut memoriæ mandetur, ut hæreat animo, ut foris ac domi, publice priuatimque, die ac nocte retineatur, ut temperetur, instetur. est enim hæc breuitas

1 Explicit psalm. XIII incipit psalmus dauid XIIII *Vr* Finit psalmus XIII incipit XIIII *R* 4 Dauit *V* 5 ita *om. V* 6 in tēpus (p *in ras.*) *R* 7 p̄fertur *R* 9 aut quis tabit requiescit *V cf. infr. cap. 6* 10 dominum praecantis *R* dm̄ depraecantis *V* optantes *V* orantis *R* 11 qu*i* habitaturi *R* 12 eius et caelestibus *om. V* 13 cuiusdam nomin = *V* cuiusdam nominis *r* 14 misereri *ex* miseriri *m. 2 V* misceri *r* communione *r* 15 q̄ritur *V* statim et respondetur *sup. lin. a m. 2 V* arduum atque difficile sit hae *V* 19 psalmi consequentis *R* psalmo consequentia *rb* 21 ad sublima *V* ascensus = est *R* 22 cuius in aeterni sius sit requies *V* 23 hereat *VR* 24 publicae *V* priuatimquae *V* priuataeque *R* noctu *V* 25 ut temperetur *scripsi cf. Abh. IV, 59* temperetur R^1 temptetur *V* obtemperetur R^2 ins = tetur *R*.

locuples et infinita et ex omnibus noui ac ueteris Testamenti præceptis institutisque decerpta, infantibus, feminis, uiris, senibus aptissima. atque ut breuitatis ipsius conmendabilior esse possit opulentia, quid in singulis uerbis sacramenti sit, prosequemur. non est hic prophetia, non obscuritas, non exemplum. uox interrogantis est, bonitas respondentis, confirmatio audientis. sed in his uirtus est contuenda uerborum. distinxit enim ita: habitationem in tabernaculo, requiem in monte; et prior est habitatio in tabernaculo, posterior requies in monte. ut ergo habitationis et requiei distantia intellegatur, montis et tabernaculi proprietas explicanda est.

3. Et tabernacula, quæ prius fuisse legimus, fuerunt leuia, caduca, arescentia, ad tempus ex frondibus texta, qualia interdum a nobis effici solent uitandi æstus causa, ut infra umbram eorum ardorem solis æstumque uitemus. istius modi enim tabernacula populo sunt per Moysen instituta. sed hæc arefacta sunt et dissoluta. erant enim imaginaria et facta ad exemplum. ait enim ita deus Moysi: uide facias omnia secundum speciem, quam ostendi tibi in monte. Dauid quoque, templum ædificare optans, tabernaculum cognominauit, sicuti ait: non dabo somnum oculis meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. sed et Moysi et Salomonis tabernaculum concidit; et deinceps apostoli plurima tabernacula condiderunt et per omnes orbis terrarum partes, quacumque adiri potest, quin etiam ex Oceani insulis habitationes deo plurimas parauerunt. de quorum gloria testatur spiritus sanctus: quam amabilia

17 Exod. XXV, 40. 20 Ps. CXXXI, 5. 26 Ps. LXXXIII, 2.

3 adque *VR* ipsius *om. R* cōmendabilior esse *ex* cōmendabiliores se *corr. m. 3 R* posset *V* 4 sacramenti sit ꝓsequitʳ (ti sit ꝓ sequitʳ *in ras.*) *R* 6 *inde a* confirmatio *diuersa man. incipere uidetur usque ad* adquisita *p. 96, 2 R* conformatio *Vr* 8 habitatio *ex* habitio *R* 9 requiei *ex* requie *m. 2 V* 11 primum *V* laeuia *V* 12 caduca (duca *in ras.*) *R* arescentia *ex* rescentia *m. 2 V* te=ta (x *suprascr.*) *V* tecta *b* 14 ardore *V* 16 et effecta de exemplo *V* 17 uide ut facias *Rb* 19 opta=ns *V* 22 Moyses *ex* Moysi *m. 3 R de genetiuo* Moysi *cf. Neue Formenl. I, 333* Solomonis *V* Salomoni *r* Salomon *Rb* condidit *Rrb* sed et deinceps *V* sed deinceps *r* 24 quaecumque adiri possunt *rb* 25 in Oceani *Vrb* dō *add. m. 2 V.*

sunt tabernacula tua, domine uirtutum! concupiscit et deficit anima mea in atriis domini. non ergo unum tabernaculum, uel per Moysen frondeum, uel per Dauid exoptatum, uel per Salomonem omnibus humanis operibus ornatum propheta desiderat, sed multa et innumerabilia: quia, etsi in orbe ecclesia una sit, tamen unaquæque urbs ecclesiam suam obtinet; et una in omnibus est, cum tamen plures sint, quia una habetur in pluribus.

4. Primus itaque et maximus gradus est ad cælestia ascendentibus habitare in hoc tabernaculo et illic noctibus diebusque uitam æui totius agere, amotum a sæculi curis et negotia mundi huius relinquentem, sicut plures sanctorum numquam a tabernaculo recesserunt; ut de Iesu Naue scriptum est: et Iesus iuuenis non egrediebatur tabernaculum; et Anna prophetis non discedebat a templo, ieiuniis et obsecrationibus seruiens die ac nocte. post quæ in monte domini quiescendum est: hinc enim proficiscentibus eo iter est, et non nisi per hanc habitationem iter ullum est. ergo quærendum prius de habitatione tabernaculi fuit; quia ex eo in montem esset ascensus, deinde habitatio est temporis et laboris. quies uero non interpellatur extrinsecus, sed otium est iuge, perpetuum, molestia carens, quod in statu suo maneat; ceterum si inquietudo se misceat, otii et naturam et nomen amisit.

5. Sed mons domini nullus in terra est: omnis enim terra iam pridem per uitia hominum maledictis obnoxia est; nam et in Adæ operibus et in Abel sanguine meruit offensam et sub Noe habitantium peccatis fuit plena et nunc quoque edita

13 Exod. XXXIII, 11. 14 Luc. II, 37.

1 deus uirtutum *Rb* 2 *post* mea in *1 lin. uacua V* in atriis *V* (*cf. Sabatier II, 169*) in atria *Rb* 3 Mosen *R* uel per dđ *R* 4 et per Solomonem *V cf. Acad. p. 15* humani = s (*in ras. fuit b*) *V* 5 ordinatum *R* 6 eclesia *V* tamen *ex* tam *m. 2 V* 9 itaquae *V* 12 reliquentem (n *suprascr.*) *corr. m. 2 V* sicut *ex* si *m. 2 V* a *om. V* 13 ut de ihu *VR* 14 iu nis (ue *suprascr.*) *R* 15 profet = s (e *suprascr.*) *V* profetes *R* 16 ac *ex* hac *R* 17 in mōtem *V* h- inc *V* 18 ullu (t *suprascr.*) est 21 ĩterpe = antur *V* 23 cete = rum *R* 24 dī *V* 25 per uitia hominum (a homin *in ras.*) *R* maledicti obnoxia est *V* maledictionibus noxia est *R* 27 edita et exclusa *V*.

et excelsa quæque montium fanis, templis sacrisque maculantur. ergo non in his talibus expectandus hic mons est. sed ut editissimæ humi partes montes nuncupantur, ita necesse est in his, quæ cælestia sunt, maxima atque sublimia sub montis nomine opinari. et quid sublimius Christo? quid excelsius deo nostro? mons autem eius est illud, quod ex homine corpus adsumpsit, in quo nunc habitat et sublimis et excelsus super omnem principatum et potestatem et omne nomen. super hunc montem ædificata est ciuitas, quæ non possit abscondi, quia, sicut ait apostolus, non est aliud fundamentum nisi Christus. ergo quia, qui Christi sunt, in Christi corpore ante constitutionem mundi electi sunt, et ecclesia corpus est Christi, et fundamentum ædificationis nostræ Christus est, et ciuitas super montem ædificata: hic ille mons est, in quo quæritur, quis possit esse requiescens. in alio quidem psalmo de hoc eodem monte sic legimus: quis ascendit in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? et Esaias nobis erit testis: et erit in nouissimis diebus manifestus mons domini, et dicent: uenite, ascendamus in montem domini et in ædem dei Iacob. et rursum Paulus: uos accessistis ad Sion montem et ad ciuitatem dei uiuentis Hierusalem. si ergo requiei nostræ spes omnis in Christi est corpore et cum in monte sit quiescendum, montem non aliud possumus intellegere quam corpus, quod suscepit e nobis, ante quod

10 I Cor. 3, 11. 16 Ps. XXIII, 3. 18 Esai. II, 2. 21 Hebr. XII, 22.

1 profanis *V* 3 edetissimae *R* aeditissimae *V* 5 sub monti nomine *V* 6 quidve *b* quid — deo nostro *om. R* dōn *V cf. Acad. p. 49* 7 et est sublimis *V* et celsus *V* 10 abscondi — apostolus *in marg. infer. add. m. 2 V* 11 quia qui *ex* quia *m. 2 V* 12 et eclesia *V* 13 corpus est Christus *R* 14 supra montem aedificatur *V* 15 quis posset requiescens *V* et in alio *V* 16 ascendet *Rb* 17 in *om. b* qui[s] *corr. m. 2 V* 18 Ese[i]as *corr. m. 1 V* 19 mons domus domini *Rb cf. Sabatier II, 520* et dicent= *V* 20 in aedem (*om.* et) *Rb* 21 *post* Paulus *2 litt. eras. V* accessistis *ex* accesstis *R* 22 ierusalem *ex* hierusalem *R* 24 in mon[te] *corr. m. 2 V* montēt non *R* 25 ex *Vb inter* ante quod *et* dš erat *uerba ex dittogr. orta* suscepit ex nobis sit an quod *del. m. 2 V.*

deus erat et in quo deus est et per quod transfigurauit corpus humilitatis nostræ conformatum corpori gloriæ suæ, si tamen et nos uitia corporis nostri cruci eius confixerimus, ut in eius corpore resurgamus. ad illud enim post habitationem ecclesiæ scanditur, in illo in domini sublimitate requiescitur, in illo cum angelorum choris, cum et nos simus dei ciuitas, sociabimur. quiescitur autem, quia nullus fit ex infirmitatibus dolor, nullus ex inopia metus, sed omnibus firmitate sua per uirtutem æternitatis utentibus in his sit, extra quæ nihil indigeant, quiescendum.

6. Ergo ad id, quod quæsitum est: domine, quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo? respondit spiritus sanctus per prophetam: qui ingreditur sine macula et iustitiam operatur. igitur inpollutus ingrediens et extra omnem peccati labem uiuens hic esse responsus est, cui post baptismi lauacrum nullæ adhæserint sordes, sed sit inmaculatus et nitidus, sitque ei non corpus stupris contaminatum, non oculi spectaculis theatralibus sordidi, non mens uino ebria, non pecuniæ uita ancilla. magnum est igitur his abstinere; sed non in his statim confecti itineris est requies: cœpta enim in his uia est, non peracta. nam sequitur: et operatur iustitiam. bonum non tam cogitandum est, quam exsequendum; et beniuolentia non ineunda est, sed explenda. iustitiam enim uelle hic erit fructus, ut fiat. et quidem in his utilis est ad dominum cursus; uerum plura sunt reliqua.

7. Restat enim: qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. qui loquitur ueritatem in corde

1 et in quod *V* et in quo — est et *om. R* 3 inter nostri *et* cruci *una uox eras. V* 4 corporae *V* 5 eclesiae *V* ecclaesiae *R* in domini — in illo *om. V* 6. otiabimur *V* 7 sit *V* ex impietate *R an* ex infirmitate? 8 nullus *om. R* 11 habitabit *ex* habitauit *R* habitauit *V cf. supra cap. 1* 12 in tabernaculo *ex* in tabernaculum *m. 1 V* aut quis requiescet — tuo *om. Rb* 14 et operatur iustitiam *Rb* 16 respo[n]susus est *R* 18 *post* oculi *1 litt. eras. R* 19 non uita decuniae ancilla *V* 20 igitur est hi ≡ s (*in ras. fuit* o) *V* sed non [h]is *V* 25 his *sup. lin. add. m. 2 V* ad deum *V* 28 ueritatem *ex* ueritate *m. 2 V*.

suo. superiora illa, licet magna atque præclara sint, solent tamen cum gentibus esse conmunia, ut uitium caueant, ut famam bonitatis adquirant. sed hæc animalium, non spiritalium uirtus est. apostolus enim et carnalem hominem posuit et animalem et spiritalem: carnalem, beluæ modo diuina et humana neglegentem, cuius uita corporis famula sit, negotiosa cibo, somno, libidine; animalis autem, qui ex iudicio sensus humani, quid decens honestumque sit, sentiat atque ab omnibus uitiis animo suo auctore se referat, suo proprio sensu utilia et honesta diiudicans, ut pecuniam spernat, ut ieiuniis parcus sit, ut ambitione careat, ut uoluptatibus resistat, ut bonitate uenerabilis sit. sed præsens in his tantum et inter homines homini erit usus. de quibus ait gentium doctor: secundum doctrinas et præcepta hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione et humilitate sensus, ad non parcendum corpori non in aliquo honore, ut ad saturitatem carnis. spiritalis autem est, cui superiora illa ad dominum studia sint, et hoc, quod agit, per scientiam dei agat, intellegens et cognoscens, quæ sit uoluntas eius, arcanum secreti consilii et absconditi a temporibus sæculi per reuelationem ac donum spiritus sancti intellegens et sciens, quæ ratio sit a deo carnis adsumptæ, qui crucis triumphus, quæ mortis potestas, quæ in uirtute resurrectionis operatio. hæc, ut idem apostolus docet, animalis autem homo non percipit, quæ sunt spiritus dei; stultitia enim est illi, nec potest intellegere, quoniam spiritaliter interrogatur. qui autem spiritalis est, iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur.

13 Coloss. II, 22 sq. 24 I Cor. 2, 14.

1 superior *V* 2 ut uitium *ex* aut uitium *m. 2 V* famam (*om.* ut) *V* 3 adquirunt *V* 4 carnalem *sup. lin. a m. 2 V* 5 diuinae humana omnia neclegentem *V* 7 sensu *V* 8 dicens *V* uitiis *ex* uitas *R* 9 su* proprio sensuo *corr. m. 1 V* utilia *ex* utilitas *m. 1 V* 10 ut ieiuniis (ut *supr. scr.*) *R* ut ieiunii *V* 11 uoluptatibus (*om.* ut) *V* 12 *post* sed *2 litt. eras. V* 15 sapientiae *om. R* 16 non parcendum (*om.* ad) *V* 17 aut ad *V* 18 ad dm̄ *V* agit *ex* ait *R* 19 q̄. sit *V* 20 archanum *R* consilio *V* 21 ac *ex* hac *R* intellegens resciens *V* 24 autem *om. Rb* 25 est enim *Rb* 28 ipse uero *b*.

8. Conscius ergo spiritus sanctus ea, quæ superiora sunt in uitæ innocentia et in operibus iustitiæ, et gentibus et hæreticis esse communia. namque plures eorum et ieiuniis corpora defatigant et continentiam patrimoniorum largitione testantur et pudicitiam uirginitate consummant. sed quia abundatura hæc et multa istiusmodi in ipsis essent, dominus ad discipulos sic locutus est: amen dico uobis, cum uenerit filius hominis, putatis inueniet fidem super terram? sciebat et uirginitatem et continentiam et ieiunia esse curanda, et quia hæc non proficiunt ad sanctitatem, nisi expleantur in Christo, id est cum Christi ueritate consentiant, ad id, quod superius dixerat, propheta subiecit: et loquitur ueritatem in corde suo, superiora illa inutilia demonstrans, nisi in confessionis ueritate suscepta sint. et in his quidem conscendentibus ad requiem montis domini gradus celsus est, in innocentia uidelicet et in operibus et in confessione: sed, licet prouecti per plura simus, adhuc tamen alia sunt reliqua.

9. Solent enim plures gloriosam intellegentiæ uerborum speciem præferre et uoluntatis ac iudicii decus etiam sermonum honestate mentiri, cum de deo bene sentiant et loquantur, uerbis autem ac sensui suo gestis atque operibus mentiantur. hi sunt, qui quæ locuntur oderunt et his, quæ prædicant, ipsis rebus inimici sunt. ergo ad ueritatem cordis adiunxit dicens: qui non egit dolum in lingua sua: ut ueritatem, quam sentit, non fallat in uerbis, ut catholicæ doctrinæ professionem et ita sentiendi ac prædicandi iudicium etiam operatio consequatur, quia, secundum apostoli testimonium, ut in corde creditur, ita ore confessio fit ad salutem. ergo ut sit in dei requiem

7 Luc. XVIII, 8. 27 Rom. X, 10.

2 hereticis *R* 3 esse *add. m. 2 V* defetigant *ex* defitigant *fort. recte m. 1 V* deificant *r* 5 uirginitatem *ex* uirginitate *m. 2 V* consumant *uel* consumunt (a *et* u *interdum distingui non possunt*) *R* habundatura *R* 6 e[t] *V* 8 sciebat enim et *V* 9 *fort.* sed quia 10 ad salutem nis nisi *V* 12 ueritate[m] *corr. m. 2 V* 15 uidelicet *ex* uidellicet *m. 2 V* 17 alta sunt *r* 19 iudicii sui *V* etiam uerborum *R* 20 sentiat *V* 21 adcensui suo *V* operib; *supr. scr. R* 22 loquuntur *R* et hi quae *V* 24 et ueritatem *VR* 25 catolicae *V* 26 hac praedicandi *R* ac praedicandi *ex* aut praedicandi *m. 2 V* 28 ita in ore *Rb* in requiem dñi huius dignus *V (r)*

dignus ascensus, in uerborum ac linguæ ueritate uiuendum est, ut per operationum fidem sensus nostri uerba non falsa sint.

10. Sed artum hoc et per sæculi nequitias ac uitia difficile est. est enim necessarium plerumque mendacium, et nonnumquam falsitas utilis est, cum aut percussori de latente mentimur, aut testimonium pro periclitante frustramur, aut fallimus de difficultate curationis ægrotum; et oportet secundum apostoli doctrinam sermonem nostrum s a l e e s s e c o n d i t u m. idcirco nunc spiritus sanctus falsitatis adfectum mendacii condicionibus temperauit dicens: q u i n o n e g i t d o l u m i n l i n g u a s u a n e c f e c i t p r o x i m o s u o m a l u m, ut crimen mendacii in incommodo haberetur alieno.

11. Sed licet, quæ superius diximus, expleantur, et ingrediatur innocens opereturque iustitiam, ueritatem corde conplectens, se ipsum in his, quæ locutus fuerit, non fallens, malum proximo non inferens, perfectus tamen in his non erit. est adhuc aliquid in nobis edomandum, expuendum, perimendum: et, quid illud sit, idem, qui per superiora, confirmat propheta dicens: e t o b p r o b r i u m n o n a c c e p i t a d u e r s u s p r o x i m o s s u o s. insolentiæ scilicet et fiduciæ uitia depellit et commune illud superbiæ malum tollit. quid enim tam inane, tam miserum quam homo homini superbiens, quam de se aliquid confidens? nonne uidemus plures, per opum insolentiam cum exprobrassent inopibus egestatem, amissis omnibus egere, et aliorum miseriam fastidientes rursum eguisse miserantum?

8 Coloss. IV, 6.

1 linguae *ex* lingua *R* 2 operationem *V* 3 nequitias *ex* nequitas *m. 1 V* difficile iter est *rb* 4 plerumque *ex* plerumquae *m. 2 V* 5 utilis (*om.* est) *V* percussuro *b* 6 testimonium *ex* estimonium *m. 2 V* frustamur *R* 8 doctrina[m] *V* conditurm *corr. m. 1 V* 11 incommodo (*om.* in) *V* 13 ingraediatur *V* 15 fuerat *b* 16 inferens *ex* afferens *(ut uidetur) corr. m. 1 R* adhuc *ex* allhuc *R* 17 perimendum *sup. lin. a m. 2 V* 18 idem quod *V* per superiora *ex* per superiorem *m. 2 V* per superiorem *R* confirmat profeta subiecit dicens *V* 19 aduersum *Rb* 20 et fiduciae uitia depellit *sup. lin. a m. 2 V* 21 superbae *V* 22 c̄fidens *R* fidens *b* 23 insolenti[a]m *corr. m. 2 V* exprobrassent *ex* inprobassent *m. 2 V* 24 inopum *Rb cf. infr. p. 92, 2* aegestatem *R* egestate *ex* in egestate *m. 2 V* 25 aeguisse *R*.

plures etiam per præsumptionem uitæ diu innocentis ad crimina deuolutos et, cum delicta aliis exprobrarent, ipsos uix ad pænitentiæ ueniam pertinere? non est igitur obprobrium aduersus proximos ineundum, sed, si quid in illis incuriosum, si quid neglegens, si quid petulans, si quid incontinens deprehenditur, sine exprobrationis amaritudine blandimento emendationis est corrigendum. hoc humilitas, hoc sui per metum diffidentia, quæ ualidissima fiduciæ custos est, curat, ne sit admonitio contumelia, ne sit emendatio obprobrium, ne sit doctrina conuicium. sic fiduciam orantis pharisæi dominus in euangeliis damnauit, tum cum in medio consistens ita sermocinaretur: gratias tibi ago, domine, quod non sum, sicut ceteri homines, adulteri, auari, sicut et hic publicanus. erat autem publicanus in secreto orans: domine, miserere mihi peccatori. huic orationi eius scriptura subiecit: quia magis iustificatus egressus est publicanus quam pharisæus. misericordiam dei peccati confessione promeruit publicanus: pharisæus uero honorem eorum, quæ de se præferebat, per insolentiam obprobrii amisit.

12. Sed forte iam dignum se quis, si hæc uniuersa adeptus sit, promissionibus dei credit: cum se post innocentiam, post bonitatem, post prudentiæ modum etiam humilitate moderatus sit. sed plura adhuc restant. nam ut significauit in eo mendacio esse peccatum, si alteri malum mentientis falsitas conpararet, ita nunc, ubi obprobria aduersus proximos non sumenda decernit, habendam tamen rationem ipsius humilitatis adiecit. quæ autem hæc ratio sit, cohæret in uersu: et obprobrium

11 Luc. XVIII, 11; 13.

1 innocentes *R* 2 exprobrent *ex* exprobent *m. 2 V* 3 penitentiae *V* paenitenciae *R* 4 sed si quid in illis incuriosum si quid neglegens si quid neglegens si quid petulans si quid petul incontinens *V* sed si quid in illis incuriosum si quid petulans si quid incontinens *R* 5 depraehenditur *V* 7 sup metum *R* 10 farisaei *R* farisei *V* in euuangeliis *VR* 11 consiste(n)s *V* 12 sicut et ceteri *V* 15 mei peccato 24 7 *R cf. Sabatier III, 345* (o)rationi *m. 1 V* *ante* scriptura *eras.* sul *R* 17 miscrđam *R* 18 publicanus *om. VR* fariseus *V* farisaeus *R* honorem *ex* homorem *m. 2 V* 19 proferebat *Vb* 22 post prudentiam modum *Vr* 23 ĩ eo mendaciis esse *V* 27 coheret *VR*.

non accepit aduersus proximos suos. ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. non oportet humilitatem carere constantia, et libertas dei a nobis in ea, quam omnibus debemus, seruitute retinenda est, ne ad potentium impetus terreamur, ne ad maliuolorum arbitria cedamus. interdum enim etiam regibus iniqua poscentibus turpi adulatione famulamur et uitiis alienis conscientiæ nostræ infirmitate blandimur. ergo si iam in professione iniquitatis abruperit, ut in uersu explicatur: ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, oportet istius modi hominem apud nos non alicuius, sed nullius esse iudicii, ut sit nobis nullus, abolitus, interemptus. spiritalia enim tractantem et cælestia contuentem decet humanæ nequitiæ despicere momenta et animo sublimi et excelso istiusmodi maliuolentiæ hominem, tamquam nullus sit, opinari.

13. Sed magnitudinem fidei nostræ nimium forte erexisse propheta aduersus iniquos iudicabitur. sed spectandum est, quid sequatur: ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum magnificat. ergo, ut sine personæ exceptione nullus nobis, qui malignus est, debet esse, ita et sine exceptione personæ omnis, qui dominum timeat, honorandus est. non nos moueat innocens pauper, non ieiunans anus, non seruus fidelis, non confidens in ecclesiæ habitatione peregrinus, sed omnes pari iudicio reuereamur, ut talis sit in eorum, qui timent dominum, magnificatione humilitas, qualis esse debet in nihil æstimandis maliuolis libertas.

3 constantiam *V* in eam *V* 4 ne — terreamur *in marg. super. add. m. 2 V* 5 maleuolorum *R* 6 etiam reb. *V* 8 iniquitati==s (*fuit* es) *V* abruperit ita ut *V* (*an* in professionem i. eruperit?) 10 homine^{m} *corr. m. 2 V* 11 sed nullius — ut *in marg. infer. add. m. 2 V* sit *ex* sed *m. 2 V* nullus *om. R* 12 et caelestia enim contuentem *corr. m. 2 V* 13 decet et humanae *V* sublimi et *ex* sublimet et *m. 2 V* 14 hominem *om. R* tāquam nullius opinari *R* 18 quid *sup. lin. a m. 2 V* 19 esius *corr. m. 1 V* dñs *V* 20 qui *ex* quid *R* 21 omnis *ex* omnes *m. 2 V* 22 de^{u}m *V* 23 sanus *R* 24 reuereamur *ex* reruereamur *m. 1 V* 25 ut talis sit *ex* ia (?) talis sit *R* talis (*om.* ut *et* sit) *V* dm̄ *V*.

14. Et quia in regenerationis nostræ natiuitate in hæc sacramenta iuramus, renuntiantes diabolo, sæculo, peccatis, cum interrogantibus respondemus, retinendam usque in finem confessionis huius fidem statuit dicens: qui iurat proximo suo et non decipit. quamuis enim quis in mandatis dei diu manserit, tamen, si aliquando fefellerit, iam non manet, cum fefellit, et iustitia anterior iniustitiæ tempore amittitur. et idcirco in euangelio: beati, qui manserint usque in finem, idcirco apud Salomonem omnis laus in exitu canitur, quia in his, quæ promissa sunt deo, non est aliquando fallendum.

15. Sed tendit usque ad consummationem perfectam admonitio cælestis. nam cui uitium omne detersit, cupiditatem quoque eius, quæ nimium nos detinet, pecuniæ auertit dicens: qui pecuniam suam non dedit ad usuram. fallax hoc beneficium et humanitas fraudulenta et damnosa hæc beniuolentia docetur. quid enim tam intolerabile, quam ut indigenti ita beneficium tribuas, ut magis egeat, et miseriam inopis opem laturus adcumules? si Christianus es, quid a deo præmii expectas, ipse ab hominibus non beneficia expectando, sed damna? si Christianus es, quid otiosam pecuniam tuam in reditum conponis et fratris tui inopiam, pro quo Christus mortuus est, thensaurum tuum efficis? si Christianus es, non quæro ut largiaris, saltem debitum sic reposce, ne spolies, et memento eum, a quo usuram repetis, esse inopem et pauperem, propter quem Christus inops uoluit esse et pauper. itaque siue iniuriam siue

8 Matth. XXIIII, 13.

1 sacramento *V* 2 renunciantes *R* diabulo *V* 3 retinenda *V* confessionis huius fidem *sup. lin. a m. 2 V* 6 et iustitia *ex* et iustitia et *corr. m. 2 V* 7 anterior iniustitiae *sup. lin. a m. 2 V* et idcirco in euuangelio *V* in euuangelio *R* 8 usquae *V* usq (*supra* q *aliquid eras.*) *R* 9 Solomonem *V* promissa *ex* proximissa *corr. m. 1 V* 11 perfecta *R* admonitio *ex* admonitione *m. 1 V* 15 damnosa (*om.* et) *b* 18 laturos *V* quid ab eo *R* praemium praemii *R* praemioi *corr. m. 1 V* 19 expetēdo *V* 20 si *ex* sit *m. 2 V* otiosam *ex* otiosum *m. 2 V om. R* 21 et *sup. lin. a m. 2 V* fratris *ex* a fratris *m. 2 V* de thesauro tuo *ex* de thesaurum tuum *m. 2 V* 22 effici[s] *corr m. 2 V* si xp̄ianus eius, non *V* 23 reposce (s *in ras.*) *R* reposce *ex* reposse *m. 2 V* a *om. V* 24 xp̄s et inops *V*.

beneficium cum pauperi præstas, Christo præstare te nosce, quia propter eum, cum deus esset, indigentiam eius est dignatus et nomen.

16. Sed ne durus sermo admonitionis istius crederetur, tamquam si penitus sub usurarum nomine habendi curam remouisset: non igitur adquirendi sollicitudinem sustulit, quin etiam modestiam accipiendi muneris temperauit adiciens ad id, quod dixerat: qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera super innocentes non accepit. est quædam munerum consuetudo, quæ honorem adferat largienti, ita ut maximi doloris sit oblata contemni, quam damni donasse. quæ sumpta sunt. igitur ea munera, quæ in alterius operarentur iniuriam, inhibuit. nam si usum omnino munerum abstulisset, satis fuerat dixisse: et munera non accipit. sed quia simplex donorum usus aut ex hominis aut etiam ex dei reuerentia uenit, ea uetuit munera, quæ integritatem iudicii corrumperent, quæ innocentis iniuriam emerent, quæ nullum in se caritatis mutuæ officium continerent. ut enim quæ deo offerimus, his quidem ille non eget, sed per nos debitæ reuerentiæ explentur officio, ita eam in muneribus docet seruandam esse rationem, ut ea sumantur a nobis, quæ sint grata et utilia offerentibus. non quæ nos faciant uenales, nec insidiosa innocentibus sint, nec munerantibus sumptuosa, officio potius quam cupiditate sumpta, honore ingesta quam metu, caritate magis suscepta quam lucro.

17. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. per hæc igitur est habitatio in tabernaculo, per hæc requies in monte. restat ergo præceptorum custodia et mandatorum opus. condendus est psalmus in uiscera, scribendus in corde, in memoria

1 xp̄i *V* 2 esset et indigentiam *V* 5 paenitus *VR* 7 adiciens *scripsi* id adiciens *V* dicens *R* 11 maximi doloris *ex* maximi donasse doloris *m. 2 V* contemnui *V* quam damna donasse *R* quaedam indonasse *r* 12 quae (ae *in. ras. m. 3*) sumpta sunt *R* 13 nam si unū *V* 17 emerunt *V* 18 et enim *V* 20 expletur officium *V* impletur officium *b* obseruandam esse *b* 23 nec *ante* munerantibus *sup. lin. a m. 2 V* sumptuosa (o *ex corr.*) *R* 27 in tabernaculū *R* in tabernaculum *V* 28 praeceptorum *ex* praeceptorem *m. 2 V*.

signandus et huius nobiscum noctibus diebusque copiosæ breuitatis thensaurus conparandus, ut adquisita hac in uiaticum æternitatis opulentia et habitantes in ecclesia tandem in gloria Christi corporis quiescamus.

PSALMUS LI.

In finem intellectus illi Dauid, cum uenit Doec Idumæus et adnuntiauit Saul et dixit ei: uenit Dauid in domum Abimelech.

Quid gloriaris, in malitia qui potens es, iniquitatem tota die? iniquitatem cogitauit lingua tua et reliqua.

1. Superscriptio ipsa psalmi sollicitam expetendæ intellegentiæ postulat diligentiam. est enim in exordio eius statim positum: in finem intellectus. nam et non sui temporis res psalmus continere ostenditur, cui præscriptio tituli in finem est. et cum in fine intellegentia sit, non potest in eo alicuius alterius magis rei intellegentia esse quam finis. finis autem est, ut frequenter ostendimus, quo concluduntur omnia, cuius causa cetera sunt, ad quem uniuersa spei, rerum, negotiorum opera festinant.

2. Intellegentia ergo psalmi in eo consistit, ob quem omnia sunt, extra quem nihil est. et quis iste sit, superscriptio ipsa. quæ continere historiam existimatur, ostendet. est enim talis: in finem intellectus illi Dauid, cum uenit Doec

1 nobis *V* 2 thesaurus *R* ĩ uiaticum *ex* ĩ uitaticum *m. 2 V* 3 in ecclesia *corr. m. 2 V* in gloria xp̃i corporis *V* in gloria corporis *R* in gloria corporis Christi *b* 5 Explicit psalmus XIIII incipit psalmus LI *V* Finit psalmus XIIII incipit LI *R* Incipit tractat' beati hylarii pictauensis ep̃ in psalm̃ LI P *(add. m. saec. XII?)* 6 in finem — Abimelech *om. R* 7 Idumeus *VP* Saũl *V* Sauli *P* 8 Achimelech *V* *sed in seqq. et hic cod. semper* Abimelech, *cf. Sabatier II, 105* 9 iniquitate *VR sed cf. infra cap. 5 et Abh. IV, 77* 10 iniustitiam cogitabit *R* 12 superscribtio *V* expetendae *ex* expectandae *R* 14 res *om. P* 15 contineri *P* 16 est *om. P* 18 quem concluduntur *P* cuius clausa *V* 19 ad quae uniuersae res rerum *P* 21 de quo omnia sunt *R* 23 historia *R* ostendit *VPE.*

Idumæus et adnuntiauit Saul et dixit ei: uenit Dauid in domum Abimelech. atque ut absolutius rationem superscriptionis consequi possimus, ipse rerum gestarum ordo subdendus est. Doec præpositus erat mulorum Saul; qui ad Saul ait: uidi filium Iesse uenientem in Noba ad Abimelech, filium Achitob. et interrogauit eum in domino et manducare dedit ei et gladium Goliæ alienigenæ dedit illi. quibus auditis rex potestatem Doec sacerdotum et ciuitatis dedit. dehinc scriptura subiecit: et circumiuit, inquit, Doec Idumæus, et tetigit sacerdotes et mortificauit in die illa octoginta et quinque, omnes ferentes ephud, et Noba ciuitatem sacerdotum deiecit in ore gladii. hæc itaque omnis gestorum fides est: ex qua tantum ad psalmi titulum præsumptum est, quantum et sacramento psalmi et propheticæ satisfaceret doctrinæ. id enim solum in superscriptione est: cum, inquit, uenit Doec et adnuntiauit Saul et dixit: quia uenit Dauid in domum Abimelech. et necessario post quinquagesimum psalmum, in quo peccatorum remissio secundum sanctificati huius, ut in exordio psalmorum docuimus, numeri uirtutem continetur, psalmus iste tempore anterior, ordine posterior collocatur: ut id, quod in finem intellectus præscribitur, perfectis undique et absolutis sacramentorum generibus possit intellegi.

5 I Reg. 22, 9. 9 Ibid. 18 sq.

1 Idumeus *VRPα* 2 Dauid *VPE* đđ *R* absolutius *ex* absolutio
n
m. 2 V 4 mulorum *ex* malorum *m. 3 V* 5 uenie tem *corr. m. 2 V* 6 Acitobh *P* in domino (in *supra scr.*) *R* 7 et manducare dedit illi *PE* dedit ei — alienigenae *in marg. infer. add. m. 2 V* 8 alienigene (*supra eras. sunt. litt.* nige) *R* dedit ei *R* 9 et ciuitates *P* 10 inquid *VR*[1] Idomeus *V* 11 octoginta et q̃ *R* 12 efut *ex* efat *m. 2 V* effad *ex* effud *m. 3 R* (ἐφούδ *LXX*) effod *α* ephod *Pε* Noba *ex*
h
Noua *m. 2 V* 14 este estorum *m. 2 V* fides est *ex* fides et *m. 1 V* tãtum a bsalmi titulo (titulo *ex* titulum *m. 2*) *V* tantum psalmi titulum *P* 15 profeticae *VR* 16 in superscribtione *VR* 17 inquid *V* 21 ordine posterior *om. V* 22 in fine *VRPα* 23 perfectis undiq. (s undiq. *in ras.*) *R* perfectis undiquae *V*[1] 24 posset *V*.

3. Abimelech, interpretatione uerbi, fratris mei imperium significat. quod enim nobiscum fratris mei imperium dicimus, id Hebræi Abimelech nuncupant. cum ergo Sauli dicitur: uenit Dauid in domum Abimelech, illi inimico Dauid nuntiatur, quod domum ingressus sit fratris imperii. domus autem imperii fratris quæ sit, Petrus apostolus docet dicens: et uos quasi lapides uiui ædificamini domus spiritalis ad sacerdotium sanctum. et infra: uos autem genus electum, regale sacerdotium, genus sanctum, plebs ad possidendum. in hanc igitur spiritalem domum ædificandi in regale genus sumus, si per spiritalem corporum ædificationem conformes deo facti genus perfici regale mereamur. hanc ergo Abimelech domum, id est domum fraterni regni, Dauid ille uerus, sanctus, rex, iustus, oriens ingressus est; factus scilicet nostri corporis homo. quæ domus fraternum ei regnum est, quia in eiusdem corporis gloria coheredes sumus regni eius, ipso dicente: uenite, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum a constitutione mundi. quod autem fratres eius sint, quorum domum regiam fuerit ingressus, per prophetam testatur in psalmo dicens: adnuntiabo nomen tuum fratribus meis, in media ecclesia laudabo te. concessa ergo secundum præcedentem psalmum peccatorum remissione uerbum caro factum habitat in nobis, qui et fratres et domus spiritalis et regale genus sumus.

7 I Petr. 2, 5. 9 Ibid. 9. 17 Matth. XXV, 34. 21 Ps. XXI, 23.

1 interpraetatione *VR* 3 hebrei *VR* haebraei *P* nuncupant *ex* nuncupauent *V*[1] 5 fratris == == imperii *R* fratris imperiu(i)m *V* 6 quae *ex* que *corr. m 2 V* 8 domos spiritales *R* in domos spiritales *e* 9 electum *om. V forsitan id sacri textus uocabulum h. l. ipsum iam Hilarium fugisse ex iis, quae secuntur, ubi identidem* regale genus *nominatur, conicere possis.* 12 p *supr. scr. R* corporum *om. R sed 4 litt. eras.* conformes adō *P* 13 meremur *V* 15 *post* ingressus est *3—4 litt. eras. R* nostri corpori *R* 16 fr̄ni mei regnum est *R* fraternum regnum est *P* fratris mei regnum est *e* 17 gloriam *P* 19 constitutione *ex* constitutionem *m. 2 V* 22 eclesia *V* aecclesiae *R* laudabor(te) *P*.

4. Populus autem impius et parricidalis et proditor, qui in Doec significatur, regi suo, inimico scilicet Dauid, prodit, quod in domo Abimelech sit — et hoc fit, cum Pilato traditur, cum homo crucifigendus offertur, cum repudiato rege regem suum Cæsarem confitentur — prodens quidem eum in domo esse Abimelech, sed non intellegens eum, cum in domo Abimelech sit, in domo esse imperii fraterni, corpus scilicet, in quo ei sanctorum ecclesia, quæ corpus est Christi, conformis conregnabit, ingressum, id est in qua et desideratum sibi cibum sumpserit - desiderio enim manducare pascham desiderauit — et ex qua Goliæ, id est diaboli arma sustulerit; fortis enim spolia ipse diripuit; post quod ab hoc eodem Doec, id est populo proditore apostoli occisi. ecclesiæ subuersæ sunt. hinc ergo titulus psalmi: in finem intellectus, quia in Christo, qui Dauid, oriens, iustus, rex et æternus et pastor est, totius spei nostræ consummatio et legis finis esse intellegitur: qui et secundum psalmi et titulum et ordinem in ea corporis sui domo proditus est, quæ ei fraterni domus esse significatur imperii.

5. Quid gloriaris, in malitia qui potens es, iniquitatem tota die? querella prophetæ est, gloriari eum iniquitate tota die, qui in malitia potens sit. et hæc quidem gloria iniquitatis arguitur. ceterum est gloria et expetenda et confitenda et adfectu quodam exultantis gaudii eloquenda; quod utrumque sub isdem dictis alius propheta demonstrat dicens: non glorietur sapiens in sapientia sua, neque fortis

25 Hierem. IX, 23 sq.

1 in Doec persona significatur *Pa* 2 inimicus *VP* prodit quod *om. V* 3 in domū *RP* Abimeleo *R* 4 crucigendus *R* 5 confitetur *e* quidem *sup. lin. a m. 2 V* in domum *P* 6 sed *ex* sit *m. 2 V* cum in domū *P* cum — sit *om. e* 7 in domū *P* in quo est sanctorum *P* 8 cōformis conregnauit ingressū *V* conformes conregni et ingressus *P* 9 et (&) *post* qua *eras. R* 10 pascha *PE* 12 quod ab *om. V* 13 hinc *ex* hic *m. 1 V* hic *a* 14 in fine *VR* 15 rex aeternus *V* 16 intelligitur esse *E* psalmi titulum *PE* 17 ea *om. P* 18 quae *ex* que *m. 2 V* 19 *Incip. cod. T* gloriatur *RPTE* in malitiā qui potens es *V* in malitia potens *RPTE* iniquitatē *R* iniquitatem *V* iniquitate *PTE* 20 quaerella *VR* quaerela *P* profetae *R* profeta[e] *(corr. m. 2) V* 21 in malitiā *R* et hac *P* 24 hisdem *VPT* hisdem *ex* nisdem *R* 25 sua *om. V.*

in fortitudine sua, neque diues in diuitiis suis: sed qui gloriatur. in domino glorietur. uetitis enim primum inprobabilis gloriæ causis causam rursum gloriæ conpetentis ostendit. quo exemplo beatus apostolus scit in nullo sibi nisi in uno tantum gloriandum, cum ait: mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. non ergo gloria istiusmodi, sed gloria iniquitatis offendit; et eius iniquitatis, quæ die tota sit. diem pro ætate uel tempore hominis nuncupari solere meminimus, cum dicitur: diem hominis non concupiui, uel rursum cum Abraham diem domini desiderauit, uel cum apostolus satanæ tradit in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini, non hunc diem ortu solis occasuque finitum, sed diem constituti temporis uel ætatis ostendens. potens ergo in malitia gloriatur iniquitatem tota die.

6. Sed absolute intellegitur, in Doec personam rationem querellæ huius non conuenire. quid enim potentiæ habebat mulorum custos et ius in animalia uectionis regiæ sortitus, aut tantum nuntians Dauid domum Abimelech ingressum? numquid tota die iniquitatem gloriatur? uerum sub persona eius populus, cui omnis in iniquitate ætas fuit, cui ex potentatu malitiæ gloria iniquitatis ipsius abundauit, significari intellegendus est. potens enim fuit, cum seruiens uisitabatur a domino, cum propter eum tot plagis percussa Aegyptus est,

5 Galat. VI, 14. 11 Hierem. XVII, 16.

2 sed *om. PT* 3 causis — gloriae *om. V* 5 esse gloriandum *e* 6 in crucem *V* ihm xpi *V* 7 et ego mundo *ex* et ego mundus *m. 2 V* 8 *ante* non ergo *R in margine add.:* n̄ ēē gloriandū in malitia sed gloria *ex* sed gloriari *m. 2 V* et gloria *PT* 9 offendit — quae *in marg. sup. add. m. 2 V* 10 homines *V* 11 cupiui *P* 13 salus (u *supra*) *(corr. m. 1) V* in diē *Re* 15 gloriatur iniquitatē *R* gloriatur iniquitate *P* gloriatur in iniquitatem *V* gloriatur in iniquitate *TE* 17 personā *R* persona *VPE post* personā *R supra scr.* & quaerellae *R* quaerelae *P* 18 non *om. V* mulorum (orū *in ras.*) *R* malorū *V* 20 Abimelecch *ex* Abimellecch *V*[1] 21 iniquitatem *V* in iniquitatē *R* iniquitate *P* in iniquitate *TE* 22 omnis iniquitate *ex* omnes iniquitate *m. 2 V* ex potentatum *V* 24 seruiens cum *PT* uisitatur *VR* a dō *VP*.

cum in trium dierum tenebris tenebras ipsas lumine secum manente non sensit, cum Aegyptum ipsam argento et omni ornatu despoliatam cladi suæ reliquit, cum secundum diei noctisque tempora columna nunc nubila nunc ignea usus est, cum rubrum mare pedes transiuit, cum angelorum cibo uixit, cum maiestatem descendentis ad montem dei uidit, cum uocem de igne loquentis audiuit, cum regna multa bellis grauibus euertit, cum Iordanem refluentem, ut sibi areret, spectauit, cum prophetas habuit, cum sacerdotibus ad emundationem peccatorum et redemptionem animæ suæ usus est, cum obtinere regnum suum meruit. sed in his omnibus cum potens esset, tamen in malitia sua potens semper fuit, cum cæpas et alium Aegypti et carnes desiderauit, cum ob uitiorum consuetudinem seruitutem impiam libertati piæ prætulit, cum uitulum adorauit, Moysi maledixit, deum abominatus est, filios suos dæmonum hostias uouit, prophetas occidit, ipsum quoque deum ac dominum suum, sui causa natum hominem, proditum prætori in crucem sustulit. ac sic toto uitæ suæ die iniquitatem glorians, cum potens esset, potens tamen in malitia esse permansit.

7. Post hanc ergo de eo prophetici doloris querellam iam in ipsum sermo conuertitur: i n i u s t i t i a m c o g i t a u i t l i n g u a t u a. linguæ humanæ officium est, ut naturali inpulsa ratione, motu uario eodemque moderato uocem in uerba distinguat, extetque per eam ex confuso erumpentis spiritus sono dissonans ad rerum intellegentiam sermo. et quamuis quidem hic eius ad id efficiendum rationabilis motus sit, tamen ipsa subdita potius esse rationi intellegitur, quam sensu rationis

1 in triduum dierum *P* 2 non sentit *V* Aegiptum ipsi *R* 3 dispoliatam *Pa* cladis *V* reliquid *R* 5 pedes *Ve* pede *RPT* (*sed cf. Ps. LXV, 10 ubi etiam in R* pedes) 6 descendētis *ex* descendētes *m. 2 V* uocē de *supr. scr. R* uocem dī loquentis *PT* 8 Iordanen *ex* Iordeanen *V*[1] 10 optinere *R* 12 cepas *PTE* cephas *V* et allia *PTE* et cum carnes *PTa* 14 impiam *om. R* libertati pie *ex* libertate me *corr. R* libertati pia *V* Mosi *Re* Moysen *PT* 15 deum == *R* dōn *V* dñm *P* abhominatus est *R* abominatus (*om.* est) *PT* hostiis *PTa* 16 uobit *V* 18 diem *R* iniquitate *PT* iniquitatis *R* in iniquitate *E* cū *in marg. add. R* 19 potenstamen *ex* potestamen *R* esse *om. PT* 21 in ipso *P* 22 inpulsus *V* 23 moderato *ex* uariato *corr. R* 24 per eum *PT* 27 sensum *R*.

intellegens est. quod uero caret sensu intellegentiæ, caret et rationis instinctu. quidquid autem caret rationis instinctu, caret et meditatione consilii. et quomodo recte a propheta dictum intellegitur, linguam iniustitiam cogitare, cum cogitatio ex rationabili sensu animæ uiuentis ineatur, lingua uero non ad naturam rationis ineundæ, sed ad ministerium naturæ sit rationabilis instituta? sed dicti huius perfecti et prophetici auctoritatem et alius propheta demonstrat dicens: in ore stultorum cor eorum est: quia nihil ex rationis consilio tractantes et cordis meditatione pendentes temerario tantum motu linguæ inconsultæ res fortuitas et inconditas eloquantur. atque ideo in ore stultorum cor eorum est, quia non quod cogitauerint loquentur, sed quod locuti fuerint cogitabunt. et hoc quidem de lingua stulti. at uero de lingua sapientis ita legimus: lingua intellegentis meditatur sapientiam; et rursum: lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis: quia intellegentis lingua ex meditatione sapientiæ sit, et eadem rursum tamquam calamus scribentis nihil inconpositum, nihil incertum agat, sed his, quæ aut cogitata aut lecta fuerint, obtemperans celeriter ex ratione consilii obsecundet.

8. Et quia ex ratione naturæ cogitatis potius famuletur lingua quam cogitet, hæc lingua, quæ iniustitiam cogitauit, non naturæ suæ usa esse docetur officiis. sequitur enim: sicut nouacula acuta fecisti dolum. nouacula ad nitorem uultus acuitur, ut abradens hirsutam atque horrentem faciem

8 Eccles. XXI, 29. 15 Ps. XXXVI, 30 16 Ps. XLIV, 2.

1 est *om.* *PTb* sensu^{m} *V* (*sed in dittogr., quam del. m. 2,* sensu) 2 instinctum *V* instinctum *V* 4 lingua *VPT* eum cogitatio *V* 5 rationabili *ex* rationali *m. 2 V* rationali *T* uiuentis ineatur (s i *ex corr.*) *R* uiuentis incitatur *P* uiuentis incitetur *T* linguam *V* 6 ineundam *PT* 7 rationalis *T* perfectam *T* et profeticam *PT* 11 inconsulte *VP* et ĩcondita *V* 12 adque *VR* stultorum *ex* stoltorum *m. 1 R* stulto *V* 15 legamus *R* lingua sapientis *RP* meditabatur *R* meditabitur *PTE* 17 sapiẽtiae *ex* capiẽtiae *m. 2 V* 19 sed in his *V* quae aut cogitat aut lecta fuerint *ex* quae agat aut cogitata aut lecta fuerint *m. 2 V* quae aut cogitatu aut lectu fuerint *R* 20 celeriter haec ratione *PT* 21 potius *supra scr. P* 22 cogitauit *ex* cogitabit *R* 23 usu *V* officii *R* 25 atque horrentem faciem uiuificet *R* adque horrentem facilem uiuificet *V* atque horrentem barbam faciem leuiget *e*, *cf. Abh. IV, 92.*

leuificet. hæc si potius uulneret, dolum fecit, quippe cum præparata ad ornatum ministerium suum præbuerit ad uulnus. lingua hæc ergo huius in malitia potentis iniquitatem cogitans dolum fecit: id est, quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulti cordis præparauerat, ipsa potius inrationabiles cogitet iniquitates. populus enim ille, qui in Doec significari intellegendus est, ad magnificandum dei nomen electus et ad celebrandas laudes ipsius præparatus hunc inhonorat, hunc tradit, hunc, quantum in se est, morte crucis perimit; et hoc linguæ suæ nouacula, per quam clamauit: crucifige, crucifige, consummat. dolum itaque, tamquam nouacula acuta, iniquitatem cogitans fecit hæc lingua; et cuiusmodi dolum, consequentia docent.

9. Sequitur enim: dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem super quam loqui iustitiam. doli huius crimen ex conparatione fit grauius, cum malitia diligitur bonitate neglecta, cum iniquitas agitur prætermisso sermone iustitiæ. hunc propensæ in malitiam dilectionis adfectum dominus in euangeliis condemnat dicens: hoc est autem iudicium, quia lux uenit in hunc mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lumen. populus itaque, cui ad redemptionem peccatorum uerbum caro factum est et deus homo natus est, ut per fidei iustificationem maledicto legis liber esset, dum in transgressione legis mauult seruire maledicto, ipsum illum deum suum tradidit pœnæ, sanguinem eius, ut prætor esset innocens, in se ipse suscipiens. et hæc agens demutat naturæ consuetudinem. malitiam enim diligit super benignitatem et ex bonis amorem conuertit in pessima. diligere quoque iniustitiam super quam loqui iustitiam maluit.

18 Ioh. III, 19.

2 praeparatio *P* at uulnus *P* 3 in lingua *P* cogitando *V* 6 cogitat *E* significatur intellegendus est *V* 8 celebranda *P* 9 cruci *V* peremit *RP* 10 nouacula acuta per quam *s* crucifige *sec. loc. sup. lin. a m. 2 V* 11 itaquae *V* acuta et iniquitatem *PTab* 13 dilexisti *ex* dixlexisti *m. 1 V* 16 iniquitas *ex* iniquitate *m. 2 V* praemisso *V* 17 hunc propensae malitiae affectum *PTb* 18 in euuangeliis *VR* est *om. V* 20 magis homines *RPTa* 22 ds̄ *ex* dī *m. 2 V* homo *ex* homini *m. 2 V* 26 naturae suae consuetudinem *Ve* 27 et ex nobis *V* 28 super — iustitiam *sup. lin. a m. 2 V*.

10. Tenuit uero secundum Iudaicam consuetudinem propheticus sermo in ipsa sermonum uirtute rationem, cum ait: dilexisti malitiam super benignitatem, iniustitiam super quam loqui iustitiam. nam ubi ait: dilexisti malitiam super benignitatem, nihil ultra quam dilectionem ipsam ex conparatione condemnat. ubi uero ait: iniustitiam super quam loqui iustitiam, ibi coarguit non iam prælati amoris adfectum, sed ipsum illum odium in loquendo dicens: super quam loqui iustitiam. possunt enim et solent Iudæi, licet non ament bonitatem, tamen eam uel loquendo simulare. at uero loqui de domino nostro Iesu Christo, qui secundum beatum apostolum Paulum factus est nobis iustitia et sanctificatio et redemptio, nullo modo possunt. non continentur ad aliquam sermonis patientiam, cum quando ex propheticis auctoritatibus ostenditur a nobis unigenitus deus, qui ante sæcula natus est, in homine et passus et crucifixus et mortuus; tum enim omne de eo eloquium et uitant et fugiunt: et si discedendi quoquam locus nullus sit, ui quadam taciti doloris oppressi aures manibus obstruunt et auditum, ne in se penetret, excludunt, bonitatem quidem tantum non amantes, interdum tamen eam loquentes, ceterum iustitiam nec diligentes, quia Christus est, nec loquentes.

11. Intercessio diapsalmæ, etsi personæ non adtulerit conuersionem, tamen sensus fecisse intellegitur demutationem.

12 I Cor. 1, 30.

1 Iudaeicam *V* 2 orationum cum ait *P* ordinem cum ait *T* 3 iniquitatem super quam *T* 4 ubi *om. P*, cum *T* 5 dilectionem *ex* dilectioni *m. 2 V* 6 ipsam ex conparatione *sup. lin. a m. 2 V* 7 iniquitatem super quam *T* 8 non tam *R* illũ *RVT* illum *Pa* illud *e cf. Stud. 1889 p. 318* 10 et solent *in marg. a m. 2 V* Iudei *ex* et Iudei *V* Iudei *R* illicet *V* 11 at uero loqui de *T* 12 est *om. P* in nobis *R* 13 significatio *V* *In VRPTa uerbum* loqui *etiam post* redemptio *repetitur* 14 non *sup. lin. a m. 2 V* aliquam *ex* aliquem *P* cum quando *scripsi cf. Abh. IV p. 60 sq.* cũsi quando *R* si cum quando *Vb* si quando *PTe* 16 est natus *VT* 17 enim *sup. lin. a m. 2 V* omne *in ras. P* omne *ex* homine *V* & uitant *R* euitant *VPTE* 18 si *om. V* discedendi *ex* descendendi *P* ut quadam *RP* 19 obpraessi *V* ne ipse paenetret *V* 20 tantam *P (ex corr. ?) ab* 21 tamen *om. V* 22 qua Christus est *P* quae Christus est *E* 23 diabspalmae *P* adtulit *V* 24 demutatione[m] *V*.

nam cum et eius, cuius antea, et ad eum, ad quem antea, sermo sit, idem tamen sermo aliud nunc quam ante significat. et quidem superiora querellis grauia fuerunt, adeo ut ex prophetæ dolore, antequam edicerentur, increpita sint: cum iniustitiam lingua cogitat, cum tamquam nouacula acuta dolum efficit, cum malitia super bonitatem diligitur et iniustitiæ super iustitiæ eloquium est. propter quæ quædam quasi prophetæ accusatio apud deum præmissa est arguentis, cum dicitur: q u i d g l o r i a t u r i n m a l i t i a p o t e n s i n i q u i t a t e m t o t a d i e? et ne inanis querellæ dolor reperiretur, ipsa querellæ causa subiecta est.

12. Nunc uero intercedente diapsalma non præcessit querella, sed demonstrata ante causa peccati grauissima tum hæc damnationis est subiecta sententia: d i l e x i s t i o m n i a u e r b a p r æ c i p i t a t i o n i s, l i n g u a m d o l o s a m: p r o p t e r e a d e u s d e s t r u e t t e i n f i n e m, e u e l l a t t e e t e m i g r e t t e d e t a b e r n a c u l o e t r a d i c e m t u a m d e t e r r a u i u e n t i u m. eo exemplo, quo in Genesi dictum legimus his uerbis: q u i a f e c i s t i h o c, m a l e d i c t u s t u a t e r r a. et rursum: q u i a a u d i s t i u o c e m m u l i e r i s t u æ; sed et ab apostolo, cum grauissima humanæ impietatis crimina percensuisset, ita dictum: p r o p t e r h o c t r a d i d i t e o s d e u s i n r e p r o b u m s e n s u m:

18 Gen. III, 14. 19 Gen. III, 17. 22 Rom. I, 28.

1 cuius *supra scr.* *R* 2 aliut *ex* alium *m. 2 V* nunc quā antea *V* nūquam ante *R* numquam ante *P* 3 quaerellis *VR* quaérelis *P* ex prophetiae *Ra* ex profetiae *VP* 5 iniustitiam — cum *om. V* 6 malitia *ex* malitiam *m. 2 V* malitiā *P* diligit *P* et iniustitiam sup iustitiam *P* super iustitiae *om. V* 7 quedam *VR* 8 praemissa *ex* praemissio *m. 2 V* 9 gloriaris *R* iniquitate *T* in iniquitate (in *supr. scr. m. 2*) *P* 10 quaerellae doctor *R* repperiretur *VRP* q.rellae *V* 14 est subiecta sententia *ex* est subiecta soli sententia *m. 1 V* 15 lingua dolosa *PT* 16 in finem — emigret te *om. R* te *post* euellat *om. PTE* de tabernaculo tuo *E* 18 eo exemplo *scripsi* et exemplo (hoc *supr. scr. m. 3 R*) RV^2 exemplo V^1PTE quoq. Genesi *V* 19 et rursum — sed *om. V* qu[i]a audisti *R* 20 uxoris tuae *R* et apostolus cum grauissima humanae impietatis crimina percensuisset ita dictum *V* sed et ab apło grauissimis humanae impietatis criminib. pcensetis (percense[i]tis *T*) adiectum ē *PT* 21 *post* ita dictum *inseruit* ē *m. 3 R* 22 deus *om. RPT* in sensum reprobum *RPT*.

ita et nunc: dilexisti uerba præcipitationis, linguam dolosam: propterea deus destruet te in finem. uerbi uirtutem latinus sermo non tenuit. quæ enim nobiscum uerba præcipitationis sunt, ea a Græcis *τὰ ῥήματα καταποντισμοῦ* commemorata sunt: quo dicto significatur id, quod nobiscum præcipitatio est, cum illis esse demersio in profundo maris. potest autem nobiscum secundum generalem sensum præcipitatio non in mari tantum, sed ex editis aut ædium aut rupium aut quorumcumque generum locis decidentium casus intellegi. ergo secundum demonstratam præcipitationis rationem, quia uerba præcipitationis Doec dilexerit, seuerissimæ damnationi subiectus est.

13. Omnis etenim anima infidelis, in sæculi huius tamquam maris profundo naufraga, incerto motu uagoque differtur et diuersarum cupiditatum æstu mobilis fluctuat, potestate diaboli sæculum incolentis inlusa, et nulla ad resistendum obnitendumque ei subiectæ soliditatis firmitate consistit: ex quo facile est, incentiuis circumagentium cupiditatum pendulam uagamque iactari. quod autem sæculi huius motus atque fluctus undantis maris sit æstibus conparatus, qui dominantis sit diaboli incolatus, secundum propheticam et allegoricam intellegentiam psalmus centesimus et tertius sub corporali tamen creaturarum significatione demonstrat: Hoc mare magnum et spatiosum, illic serpentes, quorum non est numerus. animalia pusilla et magna: illic naues pertransibunt. draco iste, quem formasti ad inludendum ei. et rursum in psalmo sexagesimo octauo: ueni in altitudinem maris,

Ps. CIII, 25. 27 Ps. LXVIII, 3.

1 lingua dolosa *PT* 3 *uox* sermo *post* nobiscum *repetita R* 4 a greci=si (i=*ex* u?) *R* τα ρημαυτα Ραταιcοντιcμου *V* αρηνμεα καταffοvτucμou *R* 6 mersio *PT* in profundum *TE* 8 in mare *ex* in mari *T* ex *sup. lin. a m. 2 V* 9 quorumque *VP* quorumcumque *T* 10 demonstratam *ex* demonstratu *m. 2 V* praecipitationem (*om.* rationem) *PT* 11 quia *sup. lin. a m. 2 V* praecipitatis *V* seuerissima damnatione *VRPα* 13 infidelis *ex* infideles *m. 2 V* 14 naufragia *V* 15 mobilis *ex* mobiles *R* si potestate *R* (*an* scilicet potestate?) 17 ei *om. PT* subiecta *V* 18 cupiditatium *V* 19 saeculi huius morte adque *V* 21 profeticam *ex* prefeticam *m. 2 V* adlegoricam *V* 26 in psalmo LXVIII *VRPT* 27 in altitudine *R*.

et tempestas demersit me. unigenitus itaque dei filius, dei verbum et deus uerbum, ad eruendos nos ex profundo sæculi huius naufragio descendit doctrinæ suæ reti, cui regnum cælorum simile est, hæc uniuersa piscium genera extracturus. ab impio populo proditur et inhonoratur; seseque populus conformatus ad inludendum draconi socium ipse demergit et in hoc se profundum ad incolatus eius consortium præcipitat. sic et incredulus Moysi Aegyptiorum populus præcipitari demergique meruit, et impiam gentem refusi in se maris fluctus absorbuit, præcipitationis uerba tunc, cum deo obstitit, diligentem.

14. Quia igitur Iudæorum populus incredulus et regem suum prodens uerba præcipitationis dilexit, dicens: regem non habeo nisi Cæsarem, deo rege neglecto et rege homine confesso in hoc se sæculi profundum ipse demersit; ideo in finem destruitur — usque in consummationem enim sæculi regnum destructæ ciuitatis amisit — et de tabernaculo euulsus et transmigratus est: uagus nunc in toto orbe terrarum et ubique peregrinus consummatis omnibus suis in domini passione peccatis.

15. Quia præcipitationis uerba dilexit, tabernaculo illo caret, in quo propheta semper dei spiritu plenus fuit, in quo sanctarum uirtutum tremendæ contemplationes et salutares uisiones exstiterunt, in quo hostiarum ad redemptionem animæ utiles oblationes, in quo paschæ agnus in clade Aegypti fidelium custos et in liminum sanguine potens signum, in quo æmulæ

12 Ioh. XIX, 15.

2 et dei uerbum *E* ad erudiendos nos *VR* qui ad eruendos nos *T* 3 rete *PT* 4 celorum (cel *in ras.*) *R* 5 populo *ex* polo *m. 2 V* proditur — populus *om. V* populo conformato *Re* (conformato *etiam V*) 6 draconem *PTe* in *om. V* 7 praecipitat *ex* praecipitauit *m. 2 V* 8 moyse *P* Aegiptiorum *R* 10 tum *VPTE* obsistit *V* 11 quia ergo *E* Iudeae *VPTα* Iudaeus *E* 12 praecipitii (ii *in ras.*) *R* praecipitii *PTE* 13 nisi *supra scr. R* 14 se *om. R* 15 ideo *ex* eo *m. 2 V* in fine *VR* in consummatione *P* 16 distructae *P* 20 qua *V* 22 sanctorum *V* contemplationis *P* et salutaris (salutares *T*) suis donis extiterunt *PT om. V* 24 pasc[h]ae *R* pasche *V* pascae *P* agno *V* clade *ex* claude *m. 2 V* 25 custos *ex* cus *m. 2 V* liminū *ex* limine *corr. m. 1 R.*

æternorum temporum temporariæ festiuitates. ab hoc itaque tabernaculo euulsi his spiritalium donorum honoribus carent.

16. Euulsi autem sunt non ex hoc terreno tantum tabernaculo, sed et ex illo, de quo dictum est: eleuabo Dauid tabernaculum, quod cecidit: sanctum illud scilicet et uenerabile nati ex uirgine dei corpus et templum, in quo, qui crediderit, tamquam consors dominicæ carnis habitabit. omnis autem infidelis a cognatione hac non crediti corporis, id est dei tabernaculo reuelletur et emigrabitur, spiritalis huius tabernaculi indignus habitaculo: quod significare dominus intellegitur, cum dicit: ego sum uitis uera, uos estis propagines, pater meus agricola est. omnis propago in me non manens neque ferens fructum eradicabitur. et omnem propaginem in me manentem emundabit eam pater meus, ut fructum ampliorem ferat. si qui igitur per fidem corporati dei manere in natura adsumpti a deo corporis merebuntur, hi emundantur in fructus æternos ex se adferendos: quia necesse est, ut naturam ueræ uitis propago intra uitem manens teneat. at uero qui incredulus nati in corpore dei fuerit, uel si et credens maneat, fructibus tamen fidei suæ careat, eradicabitur aut ob infidelitatem aut ob inutilitatem fructuum negatorum. natus enim ex uirgine dei filius, non tum primum dei filius cum filius hominis, sed in filio dei etiam filius hominis, ut et filius hominis esset dei filius, naturam in se uniuersæ carnis adsumpsit, per quam

4 Amos IX, 11. 11 Ioh. XV, 1 seq.

4 et *om.* *VPE* tabernaculum Dauid *E* 6 in quo qui *ex* in quo quo *m. 2 V* crediderit *ex* crediderint *m. 2 V* 9 tabernaculi *T* reueletur *V* euelletur *E* 11 cum ait *E* ego *ex* egoue *m. 1 V* 12 omnis *ex* omnes *m. 2 V* 13 era^{dica}.bitur *corr. m. 1 R* eradicabitur *ex* eradicauitur *m. 2 V* 14 et omnem mundi propaginem *V* in me *ex* in mea *m. 2 V* emundabit *ex* emundauit *V* 15 eam *om.* *PTE* (*cf. text. graec. et Sabatier III, 463*) 17 a dño *V* hii *RT* fructus (s *in ras. 2 uel 3 litt.*) *R* 19 sed uero (sed *add. m. 2*) *V* incredulus *ex* incredulis *m. 1 R* 20 nat'≡ *ex* nati (i *eras.*) *R* 21 aut ob inutilitatem *ex* aut in ob ilitatem *V* 22 fructuum *ex* fructu *R* 23 filius non tum primum dei *sup. lin. a m. 2 V* 24 ut et filius hominis esset filius dei *TPb.*

effectus uera uitis genus in se uniuersæ propaginis tenet. si qua ergo propago infidelis aut infructuosa est, eradicandam ipsa se præbet; per naturam quidem manens, sed per infidelitatem aut inutilitatem reuellitur. ex hoc ergo tabernaculo, tamquam ex uera uite, hic impius Doec et euellitur et emigratur, manens per naturam et in tabernaculo et in uite, sed per infidelitatem dignus auelli.

17. Auulsus autem de tabernaculo eradicabitur et de uiuentium terra. qui enim non manebit in Christo, regni Christi incola non erit; non erit autem, non quod sibi non patuerit incolatus — uniuersis enim patet, ut consortes sint corporis dei atque regni; quia uerbum caro factum est et inhabitauit in nobis, naturam scilicet in se totius humani generis adsumens —, sed unusquisque pro merito se et euellendum de tabernaculo et eradicandum de terra uiuentium præbet, non prohibitus umquam inesse, quia per naturæ adsumptionem incola sit receptus; sed eradicatur ob infidelitatis crimen, naturæ consortio indignus exsistens. eradicatur ergo de uiuentium terra, quæ in beata regione sanctis domino conregnantibus præparatur; cuius ipse in euangelio meminit, dicens: beati mansueti, quoniam ipsi hereditabunt terram; et hic idem propheta: et placebo domino in regione uiuentium, a qua proditor populus eradicari meruit, postquam destructus in finem a tabernaculo et emigratus est et auulsus.

18. Viuorum autem idcirco terra est, quia omnis fidelis in domino, licet mortuus sit, deo tamen uiuat, ut dictum est: ego

20 Matth. V, 4. 22 Ps. CXIV, 9. 26 Matth. XXII, 32.

1 propaginis — ergo *sup. lin. am. 2 V* propaginis *ex* propagines *R* 2 ipse praebet *P* 4 euellitur *E* 5 uitae *P* et demigratur *PT* 6 uitae *RP* 8 et de tabernaculo *VT* 11 corpori *R* 12 habitauit *RPTE cf. Sabatier III, 389* 14 pro merito et euellendum se de *VPTE* 15 tabernaculo *ex* tabenaculo *m. 2 V* 17 eradica— — tur *P* infidelitateis *corr. m. 1 V* crimen (e *ex corr.*) *R* 19 scis *V* sanctis *ex* sanitis *R* corregnantibus *T* congregantibus *P* 20 in euuangelio *VR* meminit *om. V* 22 profeta *VR* dño *V* dō *RPT* 23 populus proditor *P* meruit *ex* metuit *m. 2 V* 24 et *ante* emigratus *om. PT* est *om. V* et euulsus *s* 25 autem *om. V* 26 uiuant *V* uiuit *PTE.*

sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob: non est deus mortuorum, sed uiuorum. et rursum per Iacob: uiuat Ruben et non moriatur; et illud: Ismael hic uiuat in conspectu tuo. sed et illud apostoli — si ita tamen legenti uidebitur, quia duplicem sensus significationem habet —: et nos, qui uiuimus, qui residui erimus, rapiemur cum nubibus obuiam Christo in aera: et sic semper cum domino erimus. interceptio quidem corporum adfert temporarium mortis occasum; sed lex constituta moriendi legem non adimit resurgendi: quia decernenti legem lex non adfert necessitatem, neque sibi deus ius uiuificandi ademit legem nobis decernendo moriendi. mors autem in eos tantum, in quos est decreta, legitima est. uiuunt autem deo omnes, ex cuius lege sunt mortui. neque mors, quæ non nisi per legem decernentis inualuit, potest per se in id inualescere, ne per decernentem renouandæ uitæ legem demutabilis sit lege uiuendi, cum decernentis potestas constitutam ab exordio in Adam sub condicione decreti uitam legis demutauerit lege moriendi. uiuunt itaque sancti quique et fideles deo. nam cum se deum eorum, qui mortui fuerant, id est Abrahæ et Isaac et Iacob esse dicat et continuo testetur, non mortuorum se, sed uiuorum deum esse, docet per id, eos, qui iudicio humanæ opinionis mortui existimentur, sibi legem decernenti non mortuos esse, sed uiuos.

19. Intercessio diapsalmæ, etsi non personam, sensum tamen innouauit. nam post prænuntiatam Doec damnationem, ad quem tamquam ad præsentem fuit sermo, nunc ad alterius expositionis

3 Deut. XXXIII, 6. 4 Gen. XVII, 18. 6 I Thess. 4, 16.

1 Abraam *T* Abrahae *ex* Abraha *m. 2 V* Isac *V* 3 Ruben *ex* Rubet *m. 2 V* 4 Ismahel *RT* apostolis ita *V* apostoli ita *PT* 7 obuiam xp̄o *VPT* obuiam domino *RE* in aera *ex* in uera *m. 2 V* 12 adimit (it *a m. 1 sup. lin.*) *V* adimit *PTb* decernendo *ex* dernendi *V* 13 in eos tantum in quos decreta legitima est *P* in eos tantum est in quos decreta legitima est *T* 17 mutabilis sit *PT* lege uiuendi *om. PTb* constituta *P* 18 uita legis *a* uitae legem *e* legem uiuendi *T cf. adn. Bened.* 20 fidi *PT* fuerant *ex* fuerunt *m. 2 V* fuerint *PT* 21 Isac *V post* dicat *6 uel 7 litt. eras. T* 22 se *supr. scr. P* 23 qui *ex* que *m. 2 V* 24 esse sed *ex* essed *m. 2 V* 27 ad *ante* alterius *om. P.*

significationem se rettulit propheta: uidebunt iusti et timebunt et rident super eum et dicent: ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum et præualuit in uanitate sua. destructo Doec in finem et euulso de tabernaculo atque emigrato et de terra uiuentium eradicato sancti quique necesse est metuant: cum uideant tot tantisque diuinæ misericordiæ auxiliis populum adiutum atque usum post ingentem illam et ultra humanas opes gloriosi regni dignitatem maximum de se atque ultimum humanæ calamitatis exemplum præbuisse. qui enim memoria recenseat antiquas gloriæ eius et innumeras beatitudines, quas superius pro parte memorauimus, cum post Aegypti funera itineri eorum diuisum mare cessit, cum ardorem diei nubis columna inumbrauit, cum noctis tenebras ignis columna discussit, cum cibum cælum per angelos præbuit, cum fontem petra fluxit, cum Iordanes refluxit, cum ciuitas magna ad solum arcæ testamenti circuitum concidit, cum sol de cursu suo inhibitus diem distulit, et diuinæ legis ordo ex illo elementorum indefesso inperturbatoque motu ad belli moram restitit: post illam deinde diuinæ maiestatis et conspectus et auditus familiaritatem consumptos eos bellis, fame emortuos et antea mortuorum cadaueribus ad mortem famis pastos, reliquos deinde in seruitutem redactos exules ubique, ubique esse degeneres, nusquam cognitos, semper nouos et demutatione incolatus semper ignobiles, semper alienos? iam si spiritales quis oculos

1 retulit *RPT* profeta *R* profetia *P* profetiae *V* 2 *post* timebunt *4—5 litt. eras. R* ridebunt *TE cf. Neue Formenl. II, 427* 3 sed *sup. lin. a m. 2 V* 6 adque *VR* de terra uiuētium *ex* de terra emigrantium uiuētium *V* 7 cum uideant *om. PT* 8 adiutum adque adsumptum *V* et ingentem illam extra humanas *T* 9 ac ultimum *E* 10 quis *E cf. Hartel Ennod. Ind. p. 701, Petschenig Vict. Vit. p. 168* 12 Aegipti *R* 14 nubis colomna *V* nubes columna *P* columna nubis *s* 16 Iordanis *V* (*ubi* cum Iordanis refluxit *sup. lin. a m. 2*) *PTE* maxima *VPT* 17 circuitu *P* inhibitus diem *om. V* 19 ad belli mora *P* restitit *ex* restititit *m. 2 V* post illa *R* 21 bellis *ex* belli *R* famemortuos *R* et ante *PT* 22 ad moram famis *Tb* 23 ad seruitutem redactos esse degeneres nusquam cognitos semper ignobiles (esse — cognitos *sup. lin. a m. 2*) *V* 24 et demutatione incolatis (*sic*) semper ignobiles *sup. lin. a m. 2 V* 25 si *sup. lin. a m. 2 V* spiritales *ex* spiritalis *R*.

erigat, de quibus dominus ait: eleuate oculos uestros et uidete regiones, quia albæ sunt ad messem, tum sciat auulsos esse ex consortio corporis dei, ex illo beatitudinis regno, ex illo resurrectionis honore et esse sine dei spiritu, sine intellegentia prophetiæ constitutosque gehennæ pabulum. quos inmortalis uermis exesurus sit et inextinguibilis ignis crematurus, quorum sciat legislationem, quorum testamenta, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus. quanto ergo has demutationes eorum et præsentes et æternas calamitates sancti quique metu contuebuntur, quia punitorum contemplatio sit terribilis exemplo? uidebunt ergo iusti et timebunt, nihil non sibi metuendum in tanta horum calamitate intellegentes. sed quia iusti sunt, licet timeant de exemplo, tamen de fructu propriæ iustitiæ gaudebunt. ridebunt enim super eum: ridentes igitur et timentes. quia deo subditi sunt, punitorum seueritate terribili. temperat ergo metum risus, dum et metus de exemplo et risus ex merito est. moderatur autem rursum metus risum, dum ita gaudebunt in bonis, ne desit terror exempli: quia impiæ et diffidentis de se conscientiæ est, timere sine gaudio et insolentis naturæ est, sine timore gaudere.

20. Sed qui timentes ridebunt, id quoque adicient ad hunc moderatum in timore risum, ut dicant: ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suum. stultitiæ atque impietatis extremæ est, non intellegere sub deo et ex deo uiuere, sed in

1 Ioh. IV, 35.

2 quam albae *ex* qua albae *m. 2 V* ad messes *PT* cum *VRPT* 3 et ex illo *PT* 4 esse sine (*om.* et) *V* et esse se sine *P* 6 exaesurus *V* ex = surus *P* 7 sciat — quorum *sup. lin. a m. 2 V* 9 damnationes *VPTE* et praesentes et aeternas calamitates *scripsi cf. Abh. IV, 61* et praesentis et aeterna calamitates *R*[1] et praesentes et aeternae calamitates *V* et praesentis et aeternae calamitatis *R*[2]*PTE* 11 est terribilis *PT* sit hoc terribilis *R*[2]*b* *post* terribilis *1 litt. et post* exemplo *2 litt. eras R* 12 non nihil *T* in *om. PTb* 13 intellegentes *ex* intellegendus *m. 2 V* 14 timeant *ex* timeme *m. 2 V* tam̄ & de fructu (& *supr. scr. m. 3*) *R* 15 igitur *om. PT* 19 exempli *ex* exemplo *m. 1 R* inpie *V* impie *P* 20 insolentis *ex* insolentes *R* 22 sed quia *PT* adicient *ex* adsicient *m. 2 V* 23 in timorem *V* 24 stultitiae adque *VR* si ultimae atque *P* ultimae atque *T* 25 se sub *PTE*.

his, quæ gerit et expectat, sua magis uelle confidere potestate, cum, si quid illud in se sit, ex deo sit. ad deum itaque spes omnis nostra sit et confessio omnis in deo sit exemplo prophetæ dicentis: domine, adiutor meus et redemptor meus et rursum: leuaui oculos meos in montes, unde ueniet adiutorium mihi. auxilium meum a domino, qui fecit cælum et terram. metuamus itaque semper, ne quando nos æternus ille ignis urat et uermis inmortalis absumat, cum audiamus quid iusti timentes ridentesque dicant: ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.

21. Diuites quosdam insolentes esse præstat opulentia, et maxime timorem dei diuitiarum fiducia inanis auertit: stulti, non intellegentes hoc se magis religiosos oportere esse, quod diuites sunt, quia gratiam referre largitori bonorum sibi desiderabilium conueniat, et hoc magis inexcusabilis sit auaritiæ reatus, quia auaritiæ necessitatem non excuset opulentia. iam uero quam infelix fiducia est rei inanis: deum contemnere habendo aurum, quasi aurum non ex dei sit creaturis, aut aliquis per id iudicio sanæ mentis beatæ uitæ adquirat profectum, quod sibi aurum iaceat suffossum, et hinc fiat non generalis animæ et corporis homo aliusque possit esse, quam natus est, aut cum uita excedat, auro suo sit usurus in morte! utetur plane, si eo recte utetur in uita, si esurientem pane suo aluerit, si nudum ueste sua texerit, aut ægrum sumptu suo refouerit,

4 Ps. XVIII, 15. 5 Ps. CXX, 1 sq.

1 *post* gerit *P*² *supr. scr.* q̇s expectat *ex* expetat *m. 1 R* uelle *supr. scr. P*² uelit (el *ex corr.*) *R* uelit *VP*¹*T* 8 in dm̄ *R* 8 exurat *E* uermis *ex* uernis *m. 2 V* 9 adsumat *V* quid *om. V* timentes *ex* timent *m. 2 V* 11 in multitudinem *V sed. cf. supr. p. 111, 4* 12 esse *om. PTe* opolentia *V* 14 religiosos (o *in ras.*) *R* *ante* quod *supr. scr.* putant *m. 3 R* 15 bonorū *ex* busnorū *m. 1 V* 16 et ob hoc (ob *supr. scr. m. 2*) *P* inexcusabilis *ex* inexcusabile *P* inexcusabilis *ex* inexcusabis *V* auaritiae sit *E* 18 contēpnere *R* 20 aliquis *scripsi* aliquid *R* aliquem *VPTE cf. Abh. IV, 62* sane *P* profectum *ex* praefectum *m. 2 V* 21 subfossum *R* 22 aliusquae *ex* aliusque *m. 2 V* 23 excidat *PT* utetur *ex* utatur *m. 1 P* utatur *V* utitur e 24 in uitam *V* abuerit *ex* aluerit *m. 1 V* 25 fouerit *V*.

aut captiuum libertati suæ redemerit. hæc sunt plane ambitiosæ apud deum humani thensauri legationes, hæc potentia deprecandorum criminum et uera suffragia. sic auro demutabimur, ut ex terrenis cælestes et ex mortalibus simus æterni. hæc infidelis ille populus non cogitans et dei mandata contemnens putansque se per legem, quæ futurorum bonorum umbra est, esse diuitem, adeptis diuitiis male usus, ex uiuentium terra et tabernaculo eradicatus et emigratus, auulsus est: præpotentem se in uanitatibus credens, in regni scilicet sui gloria, in templi auro, in mandatis hominum, secundum prophetam dicentem: sine causa colunt me, docentes doctrinas et præcepta hominum, dei lege contumeliosa humanæ consuetudinis obseruatione mutata.

22. Propheta autem, quem necesse est iustum esse intellegi, aliter de se fiducia spei suæ loquitur: ego autem, sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum et in sæculum sæculi. differt quidem tempore ætas hominum, sed prophetiæ spiritus idem est. propheta manere se in domo dei sicut oliuam fructiferam dicit, arborem semper uirentem et fructus optimi feracem. apostolus huic oleæ, præfractis ob infidelitatem ramis eius, fideles gentes ex ignobili oleastro esse insitas prædicat, ut contra naturam generis naturam radicis acciperent. sed propheta, in lege licet manens, euangelicus tamen propheta simul et in lege et in euangeliis cum fructu suo in domo dei esse persistit: non perfringendus in ramis, non relinquendus in truncum, non inutilis iam ipse inserendo sibi præbendus oleastro, nec radicis suæ uirtutem arbori transfusurus alienæ, sed totus integer, ut

11 Esai. XXIX, 13. Matth. XV, 9. 21 Rom. XI, 17.

1 reddiderit *ex* redemerit *m. 3 R* (b) hae *PTE* planae *V* plane *R* 2 = potentia (po *et* e *ex corr.*) *R* 3 depraecandorum *V* demutabitur *V* 5 haec *ex corr. V* 6 quae *ex* q. *m. 2 V* 7 et adeptis *VPTE* 9 gloria *ex* gloriae *m. 2 V* 11 docentes *om. T* & p̄cepta *supr. scr. P* et mandata *T* 12 dī lege *V* dei lege *ex* dei legē *R* diligentes *PTα* 14 profeta *VRP* autem *om. PT* 15 loquitur *ex* loquimur *P* 18 idē est *V* idem (*om.* est, *sed* m *in ras.*) *R* 22 ex nobili *P* 23 acciperent *ex* acceperint *m. 1 R* in lege scilicet *R* 24 euuangelicus *VR* tamen et propheta *E* 26 in truncusm *corr. m. 1 V* in trunco *PT* 27 instrendo *V* se inserendo *PT*.

est fidei apostolicæ prædicator; non ex gentibus radici legis ad fidem euangelicam inserendus, sed etiam in gentium euangelica fide propriæ radicis suæ ramorumque uirtute totus ipse ex legis pingui conscientia fructuosus. est autem dei domus secundum apostolum Petrum ecclesia et omnes fidei euangelicæ sectatores, sicut ait: ædificamini domus spiritalis, regnum sacerdotale. et Paulus: ut scias, quemadmodum oporteat in domo dei deuersari, quæ est ecclesia dei uiuentis, columna et firmamentum ueritatis. in hac igitur dei domo iustus et sanctus propheta, tamquam fructifera oliua consistens, propria sua usus fructuosa pinguique radice sperauit in misericordia dei; non ad tempus, non in huius corporalis tantum uitæ breui sæculo, sed in sæculum sæculi. extendit enim spes suas ad infinitam perennitatis ætatem nec concluditur mortis occasu, cum sciat sibi in Abrahæ sinibus exemplo pauperis Lazari esse uiuendum, sciat quoque gloriosæ resurrectionis demutatione coæternum se et conformem deo esse mansurum, mansurum autem ob id, quod sequitur: confitebor tibi, domine, in sæculum, quia fecisti: et expectabo nomen tuum, quoniam bonum ante conspectum sanctorum tuorum.

23. Spes in misericordia dei in sæculum et in sæculum sæculi est. non enim ipsa illa iustitiæ opera sufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, nisi misericordia dei etiam in hac iustitiæ uoluntate humanarum demutationum et motuum uitia non reputet. hinc illud prophetæ dictum est: melior

6 I. Petr. 2, 5. 7 I. Tim. 3, 15. 26 Ps. LXII, 4.

1 ad fidem euuangelicam inserendus *ex* ad fidem euuangelicam fide inserendus *m. 2 V* 3 fidei *P* propria *s* radicis *ex* radis *m. 2 V* 5 eclesia *V* aecclesia *T* et omnis *V* 8 te oporteat *PTE* dei *om. R* diuersari *ex* deuersari *m. 2 P* conuersari *RE* 9 sq. *sic T, cf. praeter text. graec. Ps. LXIV, cap. 6; CXXXII, cap. 2; in VRPE h. l. uerba* columna et firmamentum ueritatis *noto errore in falsum locum ante* quae est *inrepserunt* 10 domo dei *P* & *ex parte cras. R* 11 propriae *VR* proprie Pe *sed. cf. supr. 3* 15 qum sciat *R* quin sciat *VP* q[i]n sciat *T cf. Acad. 23* abraae *T* 18 ad id *T* 19 in saeculo *PT* (*εἰς τὸν αἰῶνα LXX*) quia tu fecisti *E* 20 ante conspectu *R* 22 et in saeculum *add. m. 2 V om. R* 25 humanorum *V* 26 melior est misericordia *PE.*

misericordia tua super uitam: quia, quamuis probabilis per iustitiæ operationem uita iustorum sit, tamen per misericordiam dei plus meriti consequetur. ex hac enim uita in uitam proficiet æternam; et operationem iustitiæ in tantum dei misericordia muneratur, ut, miserans iustitiæ uoluntatem, æternitatis quoque suæ iustum quemque tribuat esse participem. idcirco in sæculum et in sæculum sæculi misericordiæ spes est: sed confessio tantum in sæculum, non etiam in sæculum sæculi. non enim confessio peccatorum nisi in huius sæculi tempore est, dum uoluntati suæ unusquisque permissus est et per uitæ licentiam habet confessionis arbitrium. decedentes namque de uita simul et iure decedimus uoluntatis. tunc enim ex merito præteritæ uoluntatis lex iam constituta aut quietis aut pœnæ excedentium ex corpore suscipit uoluntatem. cuius temporis non iam liberam, sed necessariam uoluntatem ostendit propheta, cum dicit: non est mihi in diebus illis uoluntas. cessante enim uoluntatis libertate etiam uoluntatis, si qua erit, cessabit effectus. transire namque ad Abraham uolens diues chao medio non sinitur, cum tamen per libertatem uoluntatis in Abrahæ sinibus esse potuisset. interclusa est ergo libertas uoluntatis, quia confessio nulla est mortuis, secundum id, quod dictum est: in inferno autem quis confitebitur tibi? sperans ergo propheta misericordiam in sæculum et in sæculum sæculi confitetur tantum in sæculo: temporaria confessionis officia sæculi tempore gerens, spem uero æternam sæculorum æternitate protendens.

16 cf. Ecclesiastes XII, 1. 22 Ps. VI, 6.

1 sup *supra scr. m. 1 R* uitam *ex* uita *m. 2 V* 4 proficit *E* 5 misericordia dei *E* meiserans *V* 6 quoque *ex* quoquae *m. 2 V* quemq̄ (q̄ *in ras. a m. 2*) *V* quenque *T* 7 et saeculum *sup. lin. a m. 2 V* 8 tantum in saeculo *PT* non etiam — nisi in huius *in marg. inf. add. m. 2 V* 12 nanque *T* de uita *ex* de uitam *m. 2 V* et de iure *VPTE* decidimus *Ve* 14 excidentium *P* 16 profeta *VRP inter* ostendit *et* profeta *quaedam eras. P* 17 illis *sup. lin. a m. 2 V* cessant enim uoluntates libertatem (libertatē *T*) *PT* etiam *RPT* et *V* 18 si quaerit^{r} *T* 20 per libertatem *ex* per libertatis *m. 2 V* uoluntatis *sup. lin. a m. 2 V* abraae *T* habrahae *R* 21 nulla sit *VPTe* 23 misericordia *P* 24 in saeculū *VT* in saeculo *RP* et in saeculum *om. V* 25 temporariae *VPT* 26 gerens (g *et* r *in ras.*) *R* aeterna *V*.

confessionis autem causam addidit dicens: quia fecisti; auctorem scilicet uniuersitatis huius dominum esse confessus, nulli alii docens confitendum, quam qui fecit oliuam fructiferam spei misericordia in sæculum sæculi.

24. Et quis hic sit, qui fecit ista, demonstrat dicens: et exspectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. exspectabit ergo dei nomen, cui confitetur, per quem facta sunt omnia: unus enim deus pater, ex quo omnia, et nos in ipso: et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. huius ergo nomen exspectat, Iesum scilicet uidere, id est saluatorem suum nosse, angelo dicente: et cognominabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Christum conspicere, ut per professionem generosæ familiæ sit christianus, exspectat. bonum autem hoc nomen est, quod archangeli atque angeli adorant, quod dæmones tremunt et ferre non possunt, quod ad salutem homines adsumunt; quia scriptum est: et omnis qui inuocauerit nomen eius, hic saluus erit. exspectat autem non occulte, non trepidus, non solus, sed in conspectu sanctorum eius, fide scilicet libera testimonium exspectationis suæ uel sub sanctorum cælestium conscientia non recusans, uel prophetiæ exemplo sanctis omnibus, qui in terra sunt, in se ipso præbens exspectationis exemplum.

8 I Cor. 8, 6. 12 Matth. I, 21 18 Rom. X, 13.

1 qui *V* 2 dñ *VPT* 3 nulli alium *R* confitendum *ex* confitendo *m. 2 V* 4 misericordiam saeculum saeculi *VRPT cf. adn. Bened.* 6 in conspectu *ex* in conspectum *m. 1 V* 7 expectauit *R* 8 per quē *ex* per fe quē *m. 1 V* omnia Paulus unus *P* omnia, ut ait Paulus: unus *E* dš *sup. lin. a m. 2 V* 10 ihs *ex* ihm *m. 2 V* 11 in ipsum *V* 14 a peccatis eorum *ex* peccatis eorum *m. 2 V* a peccatis *PTb* 16 arcangeli adque angeli *V* angeli atque archangeli *E* 17 demones *VR* 18 homines *ex* hominis *R* hominis *VP* 20 occultae *R* 21 scilicet. licet libera *V* 22 sub (ub *in ras.*) *R om. V* 23 profetae *V* prophetae *Pe* omnibus *ex* omnisbus *m. 1 V* Explicit psalmus LI incipit psalmus LII *V* Finit psalmus LI incipit LII *R* Finit psalm̄ LI incipit psalmus LII *P* Expl. de psalmo LI incip. de LII *T*.

PSALMUS LII.

In finem pro Maeleth intellectus illi Dauid.

Dixit stultus in corde suo: non est deus et reliqua.

1. Præsens psalmus tertio decimo psalmo pæne conueniens est, sed habet in hac ipsa uerborum similitudine non exiguum intellegentiæ discrimen. primum uirtute inscriptionis ipsius. nam tertius decimus ita inscribitur: in finem illius Dauid quo titulo id significatur, psalmum illum a Dauid prophetatum fuisse; hic uero: in finem pro Maeleth intellectus illi Dauid. ubi enim est: in finem intellectus, adhortationis et admonitionis est significatio, qua iubemur secundum finis cognitionem intellegentiæ nostræ admouere iudicium: ut ea in psalmo denuntiari intellegamus, quæ consummabuntur in fine, secundum illud apostoli: dehinc finis, cum tradiderit regnum deo patri; cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et uirtutem, tunc et ipse subicietur subicienti sibi omnia. nouissima autem inimica euacuabitur mors. hic ergo finis est, qui intellegitur in psalmo. illud autem, quod illi Dauid psalmus inscribitur, ostenditur omnis de Christo, qui Dauid uerus est, prophetari: quia ubi illius inscribitur, ibi eum, qui dixerit, significat; ubi uero illi est, ibi eum, ad quem dicatur, ostendit.

2. Dixit insipiens in corde suo: non est deus. uitii est humani, pudenda eloquia uerbis oris non audere com-

15 I Cor. 15, 24 sqq.

2 pro Meleth *V* pro Melech *R* pro Abimelec *P* intellectum dauid *V* 5 paenae *V* penae *P* 6 similitudinem *V* 7 uirtutem *PTe* inscribtionis *V* 8 filio Dauid *Vr* 9 profetatum *VR* 10 huic *V* in fine *V* Melaeth *R* Meleth *V* Abimelech *PTe* Amalech *r* (*μαελέθ LXX ed. Tischendorf II, 63*) intellectus *ex* aintellectus *m. 2 V* illi Dauid — intellectus *om. PT* 11 in fine *V* 12 quia iubemur *V* 13 et ea *V* 14 denunciari *RTe* in finem *Pe* 16 euacuauerit (er *supr. scr.*) *R* euacuabit *Ve* (*καταργήθη Nou. Test. Vat. Tischendorf p. 1475*) 17 et uirtutem *om. V* 18 subicitur *P* 19 hic (c *in ras. 1*) *R* intellegetur *V* 22 $\overset{\text{i}}{\text{ub}}$ (*corr. m. 1*) *V* qui *om. V* 25 uitii (ii *ex* u *m. 3*) est humani *Re* uitii humani est *VPT* eloqui *V* auderi *V*.

mittere, sed instinctu nequitiæ interioris urgente ea intra cor eloqui: dum aduersum publici pudoris necessitatem uoluntatis iniquitate luctante, quod pudet dici, non pudet cogitari. et idcirco stultus in corde suo dicit: non est deus, quia, si uellet uerbis oris hoc eloqui, stultus esse, sicuti est, publici adsensus iudicio argueretur. quis enim mundum contuens, deum esse non sentiat? sed fit frequenter, ut, cum nos ueri necessitas ad confessionem dei cogat, oblectatio tamen uitiorum deum nobis non esse persuadeat, et quod contra fidem credimus, id tamen de consilio impii cordis eloquamur. ex quo illud dei dictum est per prophetam: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me; quia nolunt credere, quod negare non possunt.

3. Causam uero huius stultissimi in corde eloquii ostendit dicens: corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatibus. inicum est, quidquid extra legem est. et legem dei excedentes primum corruptioni subditi sunt, dehinc abominationi: quia iniquitas corruptionem adferat, corruptio autem abominationem meretur. cum enim quis transgredietur dei legem, tum deum negabit: et deum negare corruptio est. dominus enim noster ad depellendam corruptionem uerbum caro factum est. oportet enim, secundum apostolum, corruptionem uestiri incorruptione. sed qui inicus est et qui uerbum deum carnem factum esse non credit et, quia deus non sit, loquetur in corde, corruptus et abominabilis permanebit. tertius

11 Esai. 29, 13. 22 I Cor. 15, 53.

1 interiori *V* urguente *R* 2 eliqui *V* doloris *V* 3 cogitare *PE* 5 uellit *V* uelit *PTe* sicut est *V* 6 arguetur *T* 7 ueri *ex* uerita *corr. m. 2 V* 8 cogitat *P* oblectatio *ex* oblectatione *m. 2 V* uitiorum — id tamen *in marg. inf. add. m. 2 V* 10 eloquimur *VPTu* ex (x *in ras.*) *R* 12 honorat *ex* honorate *m. 1 V* 14 causa *V* eloquii *ex* aeloquii *R* eloquii *ex* eloqui *m. 2 V* 15 adhominabiles *R* in iniquitatibus *R* (*cf. LXX ed. Tischendorf* ἐν ἀνομίαις) in iniquitatibus suis *VPTE* 16 iniqū *R* iniquum *PT* quicquid *RPT* 17 legem *ex* lege *m. 2 V* excidentes *P* 18 affer = t *P* affert *TE* 19 abominationē (nē *supr. scr.*) *R* transgreditur *R* 22 corruptione *V* 23 uestiri *ex* uesti (esti *i. ras.*) *m. 3 R* incorruptionem *VPT* et qui *PT* est *om. PT* 24 et qui quia *T* 25 loq^{i}uetur *R* loquitur *PT*.

decimus psalmus pro eo, quod abominabiles facti sunt in iniquitate, ita ait: abominabiles facti sunt in adinuentionibus suis. nec differt sensus et crimen: quia homines ea, quæ sibi sunt placita, sectantes diuinæ legis constituta transgressi sunt.

4. Consequitur deinde hæc querella: non est, qui faciat bonitatem. uersum hunc, quia inferius etiam cum accessione subiectus est, suo loco tractabimus. qui tamen nunc oportune et conpetenter adiectus est, corruptis omnibus et abominatis neminem in operibus repertum esse bonitatis: quia, cum loqui, quæ bona sunt, aliquando soleamus, factis tamen ipsis difficile, quæ bona sunt, exsequimur.

5. Ac ne indiligens dei erga homines uoluntas esse existimaretur, adiecit: dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut uideret, si est intellegens aut requirens deum. prospectio domini de cælo frequens fuisse cognoscitur, quotiensque peccatis humani generis commotus salutis nostræ causa aut Noe ante diluuium eligit, aut Abraham iustificat per fidem, aut Isaac sponsionis suæ promittit heredem, aut in Iacob posterioris populi primogenita præfigurat, aut Moysen prophetam et ducem præficit et latorem legis instituit, aut dum prophetas in omni tempore legis inspirat. per has igitur uirtutis suæ et istius modi efficientias ad filios hominum prospexit, ut uideret, si quis esset intellegens et requirens deum.

1 pro eo quod est *T* 2 iniquitate (*om.* in) *P* in iniquitate — facti sunt *om.* *V* 3 sensus (us *sup. lin. a m. 2*) *V* 4 sunt placita *ex* sunt placita sunt *m. 2* *V* 6 quaerella *VR*[1] quaerela *PR*[2] 7 *P*[1] *post* bonitatem *add.*: non ē usque ad unum, *in* *T* *inter* bonitatem *et* uersum *linea uacua* uersum *ex* uerum *P* 8 quia *PT* oportune *VPT* oportunae *R* 9 corrupti sunt omnibus *V* 11 solemus *V* ipsis *ex* ipsius *m. 2* *V* 13 ac ne hinc diligens *R* ac ne indi == gens (li *eras.*) *P* 14 adiecit dicens *PE* 15 ut uideret *om.* *PT* super filios — uideret *om.* *R* (*h. l.* *Vr*, *qui omnia praebent*, *etiam textu LXX Tisch. conprobantur*) aut *om.* *PT* 17 quotiensque *V* quotiensq *R* quotiens *PTE* (*cf. quae dixi Acad. p. 29*) 18 enoch ante dilubium *V* eligit (*sed* e *denuo eras.*) *R* elegit *V* 19 isac *V* sponsioni suae promitti *V* 20 potioris populi *Vr* primogtenita *R* 21 praefecit *V* 22 *in* *R* dū *postea eras.* profetas *VP* 23 ex istius modi *V* istius modi *PTE* 24 & quirens (re *sup.*) *R* exquirens *P*[1]*T* et exquirens *P*[2]*e*.

6. Non est autem facile illud, ob quod deus prospicere dignatur, ut uideat: magnumque est illud, quod tam studiose, an in aliquo reperiri possit, inspicitur. prospicit enim e cælo deus, ut uideat, an se quisquam hominum intellegenter exquirat. quotum enim quemque hominum inuenies, qui secundum perfectam intellegentiam deum uelit exquirere? qui primum causas creaturarum et dehinc constitutionem humani generis pertractans per rationem intellegentiæ auctorem ac parentem tantæ uniuersitatis exquirat? dehinc cur mundus, cur homines, cur sæculi tempora; cur patriarcha electus, cur lex constituta, cur propheta præmissus et in quem profectum causarum omnium origo constiterit? tum præterea quem uirtutes cælorum et angelorum ministeria et archangelorum potestates et diaboli regnum et sancti spiritus donum et deus ex deo unigenitus dei filius profectum nobis ex tam uariis officiorum generibus inpertiant? hunc ergo exquirentem se per intellegentiam uirum deus uidere prospectat.

7. Est enim intellegentiæ non exiguum meritum, Salomone dicente: intellegentia enim bona omnibus, qui inueniunt eam; et rursum per alium prophetam: o Israhel, quid deus requirit a te nisi facere iudicium et intellegere iustitiam? proprium enim intellegentia humanæ rationis officium est; et idcirco nobis natura animæ spiritalis inserta est, ut per eam ad intellegentiæ sensum, qui solus rationis est particeps, tenderemus. sed obruti uitiis et per oblectamenta corporis natura corporeæ grauitatis oppressi declinamus nos a studio intellegentis exquisitionis.

19 cf. Prov. III, 13; VIII, 35. 20 Deut. X, 12.

1 non est autem *ex* non est dš autem *m. 2 V* 2 illud est *VPTE* 3 repperiri *VRP* prospexit *T* 4 intellegentes *V* 5 inueniens *P* 6 uelit *ex* uellit *R* uellet *V* 9 *in R quinquies* qur *ex* cur *m. 1* 10 patriarcha *ex* patriarchae *m. 2 V* 12 origo omnium (*sed signo transmutationis a m. 1 addito*) *R* quae *V* 13 ministeria — archangelorum *om. V* 16 sēp intellegentiam *R* uerum *P* ueri *T* 17 uidere *ex* uidero *m. 2 V* 18 solomon *V* 21 requirit *ex* requiret *m. 2 V* exquirit *PT* exquiret *R* (*αἰτεῖται LXX*) a te *ex* a te dš *m. 2 V* 22 intellegentiae *VPT* 23 naturae *V* 26 obpressi *V* 27 ab *T* intellegentes *V*.

8. Declinamus autem, posteaquam esse inutiles cœpimus; id enim propheticus sermo significat: **omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.** non cum declinant, inutiles fiunt; sed cum inutiles cœperint esse, declinant. et uirtutem dicti facile est ex consuetudine humanæ demutationis intellegi. namque cum ex bonis esse mali cœperimus et ex prudentum familiaritate et publicæ famæ honestate per uitia nos et dedecora secreuerimus, effecti per id inutiles, tum omnes probabilium uirorum declinamus occursus, sectantes deuia, et præsentiam bonorum conscientiæ nostræ pudore uitamus. denique Adam per peccatum inutilis factus tum dei declinauit aduentum; uiuens aliquandiu innocens et per mandatorum obseruantiam utilis familiarem sibi occursum antea dei, simul atque inutilis cœpit esse, refugit.

9. Non repertis autem deum intellegenter exquirentibus et omnibus, simul atque inutiles facti sunt, declinantibus ex adfectus dolore iteratur querella dicentis: **non est, qui faciat bonitatem, non est usque ad unum.** grauis dei professio est et indissolubile super humana uitia iudicium, cum bonitatem usque ad unum nemo facit. et quæretur post hæc, quomodo Abel placuerit, Seth probatus sit, Enoch translatus sit, Noe reseruatus sit, Melchisedech sanctificatus sit, Abraham electus

1 esse *ex* esset *m. 2 V* coeperimus *V* 3 simul·inutiles *m. 1 R* 4 fiunt sed cum inutiles *add. m. 2 V* 6 namquae *V* nam q: *P* nanque *T* 8 id *sup. lin. VP* tum *ex* tum tum *m. 2 V* 9 occursus *ex* occursu *m. 2 V* praesentia *V* 11 Adam *sup. lin. a m. 2 V* tum *om. V* 12 obseruantiam *ex* obseruantia *m. 2 V* 13 sibi utilis *R* dī *supr. scr. m. 1 R* adque *V* ═══ q (at *eras.* cū *supr. scr. m. 1*) *R* 14 esse coepit *PT* 15 dm̄ *ex* dm̄ esse *m. 2 V* dm̄ *post* exquirentib. *transpos. PT* 16 factis & declinantibus (& *i. ras.* 1) *R* facti ═ declinantib: *P* 17 quaerellae *V* quaerella *R* dicentis *ex* dicentes *R* 18 bonum *RPT* 19 indissolubile *ex* indissolubili *m. 2 V* super uitia humana *V* 20 et *sup. lin. a m. 2 V* quaeretur *ex* quaeritur *m. 2 V* quaeritur *PTe* 21 placuerit et probatus sit *PT* *uerba* Isaac heres sit *in VPT iam. h. l. post* probatus sit *leguntur, sed V eadem infra post* Abraham electus sit *repetit, ubi etiam in r inueniuntur ac suum locum habent; in R post* Noe reseruatus sit *inrepserunt, cf. quae de eius modi rebus dixi Acad. p. 34* Enoch — Abraham electus sit *om. PT.*

sit, Isaac heres sit, Iacob Israhel sit, Iob inculpabilis sit, Moyses amicus sit, Aaron christus sit, Dauid secundum cor dei sit, prophetæ spiritales sint, apostoli cælorum claues sortiti sint, si excepto uno tantum bonus nemo sit? iam uero illud quomodo dictum intellegetur: bonus homo de bono thensauro profert bona, et illud: serue bone, intra in gaudium domini tui? quomodo enim bonus aliquis nuncupabitur nemine faciente bonitatem?

10. Ac primum, ne etiam in hos, quos superius commemorauimus, iudicio dei probatissimos uiros, cadere tamquam generalis huius sententiæ professionem existimemus, superiorum dictorum sensus obsistit. omnis etenim de stultis et corruptis et abominabilibus cœptus est sermo; et deo prospiciente de cælo, ut uideret, si quis intellegenter exquirens esset, omnibus, postquam inutiles esse cœperant, declinantibus nemo repertus est bonitatem faciens usque ad unum, id est ex illis, qui et stulti et corrupti et abominabiles et, postquam inutiles facti sunt, declinantes esse cœpissent: sententia in eos diuini iudicii congruente, a quibus cœpit et sermo. id autem, quod ait usque ad unum, non unum excepit ex omnibus; sed omnibus inutilibus et declinantibus, cum usque ad unum bonitatem nemo fácit, ne unum quidem secreuit ex omnibus. non enim ait: præter unum, sed usque unum; et in eo, quod præter unum est, exceptio significatur unius: in eo uero, quod usque ad unum est, uniuersitas generalis per prospicientis e cælo scientis diligentiam sub quodam speciali et personali numero continetur.

11. Quamquam uero eam esse infirmitatem humanæ naturæ meminerimus, ut ex conparatione diuinæ bonitatis bonus nemo sit, sed inconparabilis illa diuinitatis exceptio non interclusit bonitatis officium, ut secundum conparationem humanam inter

5 Matth. XII, 35. 6 Matth. XXV, 21.

3 propheta spiritalis (*om.* sint) *PT* caeli *V* 4 sint *ex* sunt *m. 1 R* uero *om. V* 5 illud dictum quomodo *V* intellegitur *PTe* bono *om. V* 6 serbe *V* 7 aliqui *VT* (*in T* s *eras.*) 9 ne *om. V* 12 enim *V* 14 omnibus *ex* omnibusq *R* 15 coeperant *ex* coeperunt *m. 2 V* 17 et postquam inutiles *om. V* 19 congrui *R* et *om. R* 20 sed omnibus *om. T* 22 sed ne *PT* 23 usque ad unum *TE* 24 est *om. V* 25 prospicienti *PT* a caelo *V* scientem *VPT* 26 diligentia *R* 30 officium bonitatis *V*.

homines bonus nullus sit. bonitas namque primum perfecta ea est, quæ indemutabilis naturæ uirtute consistens nescit aliquando aliud esse quam fuerit, nec potest non id esse, quod semper est. humani uero motus ipsa plerumque mutatione diuersi sunt, et terrenæ legis inperfecta natura fit alia, ex alio instinctu se perturbante demutans: et ad id nos diuersarum adfectionum motus inpellit, dum contumelia irascimur, dum damno mouemur, dum ira accendimur, dum metu perturbamur, dum amore inflectimur, dum odio inpellimur, dum gaudio efferimur, dum dolore stimulamur, dum iudicio dissidemus, dum ætate mutamur. his ergo subditi naturæ infirmis motibus æquales esse non possumus, dum et adfectu demutabiles sumus et tempore. et idcirco perfecta bonitas in nullo est, quia eam naturalium perturbationum incentiua demutent. sed tamen cum in bonitatis sumus uel uoluntate uel gestis, non possumus uel tunc non hoc esse, quod sumus. et quamuis inperfecti ad id simus, ne semper id simus, quod tamen sumus in tempore, licet per naturæ infirmitatem demutationi bonitatis obnoxiis non adimitur nobis, bonos nos uel tum esse, cum sumus.

12. Bonus autem solus per naturam indemutabilem suam semper deus non prædurus huius demutationis nostræ arbiter fuit, indulgentiam infirmitati nostræ, qua non semper boni permanemus, ex merito uoluntatis inpertiens, qua bonos nos esse delectat: magisque his, quæ uellemus, propitiatus est quam his, quæ non possemus, iratus est. namque cum Moysi, fideli utique amico suo, et quem in deum pharaoni constituerat, dixisset: q u i a n o n g l o r i f i c a s t i m e i n a q u æ c o n t r a d i c t i o n e, a s c e n d e i n m o n t e m e t m o r e r e, hunc sibi postea,

27 Deut. XXXII, 49.

1 nemo sit *E* bonitas *ex* bonitatis *m. 2 V* 2 ea *om. RPT* est ea e 4 demutatione *V* 5 natura *ex* matura *m. 2 V* fiat *VP* 8 damno mouemur dum *sup. lin. a m. 2 V* 9 dum amore — efferimur *om. V* 11 infirmes *V* 12 et *sup. lin. a m. 2 V* 13 ea *VP* 15 uel uoluntate — possumus *supr. add. m. 2 V* 16 hoc *om. P* 18 demutatione *P* obnoxii *PTα* 19 nos *sup. lin. a m. 2 V* 21 praedurus *ex* praeduros *m. 2 V* 22 boni *om. V* 23 qua bono esse *V* 24 uelimus *PT* 25 possumus *PT* utiquae iam amico suo *V*[1] 26 faraoni *VRP* 27 in aquae contradictionē *R* in aqua contradictione *P* in aquis contradictionis *E*.

sepulturæ eius loco a nemine cognito, una cum Helia ab apostolis in monte conspectum beati et æterni regni sui consortem et martyrem reseruauit. et, ne per Aaron et Dauid et Salomonem pluresque alios istiusmodi bonitatis dei exempla percurram, quibus, increpitis demutationum offensis, ob fidei tamen meritum adfuit uenia procliuis, conscius dominus infirmitatis humanæ, cum apostolis dixisset: omnes uos scandalum patiemini in nocte hac, et beato Petro non tam ad denuntiationem damnatæ demutationis, sed quia per timorem carnis demutabilis homo, id quod negaturus esset admonito et neganti quidem claues tamen regni cælorum non ademit: quia cum per trepidationem obrepsisset negatio, uoluntatis tamen usque ad martyrium confitendi fides firma non deerat. et aliud est nolle, aliud non posse. territus enim Petrus, etsi per carnis sensum responsionis non potuit tenere constantiam, per fidem tamen animi statim fleuit. et cum decussum se ab eo, quod uolebat, agnouit, lacrimarum dolore fidei suæ effudit adfectum. et ipsum illud fuit demutationis tempus et fletus, scilicet secundum trepidationis demutationem uoluntatis firmitate potiore. nam mox inconstantiam trepidationis constans fides fleuit, probatissimam deinceps apostolicæ constantiæ firmitatem martyrii confessione confirmans. hæc idcirco in præsenti loco conmemorauimus, ne generaliter dictum existimaremus: non est, qui faciat bonitatem, non est usque ad unum, cum hi tot et tanti

7 Matth. XXVI, 31.

1 niminae *R*[1] Elia *R* conspecto *VRPT* 3 martirem *R* reserуabit *P* aron *V* dauit *R* (*ubi post hanc uocem eras.* & Saul) solomonem *V* 4 percurrant *V* 5 in quibus *V* 6 affuit *T* fuit *V* proclius *V* 8 in hac nocte *PTb* Petro ter non *VPTE* 9 damnatae negationis *VPTE* 10 homo esset quod negaturus esset *V* 11 claues *ex* clauis *m. 1 P* regni *om. VPTa* 12 obpressisset *V* orrepsisset *T* 13 confidendi *R* fidis *V* deerit *R* 15 tamen *om. V* 17 dolore *supr. scr. m. 1 R* effudit *ex* effundit *m. 2 V* et ipsum = illud *R* et ipsud illud *V* 18 negationis tempus *VPT* 20 fides *ex* fidis *m. 1 V* fuit *P* probaptismum *V* 22 comfirmans *V* confirmat *T* hoc *VPT* 23 existimaretur *V* 24 bonitatē *ex* bonū *corr. T* que *R* hii *T* et tam placentes *PT* et tā placiti *Vr* et placentes e.

placentes deo uiri, etiamsi per naturæ demutationem de proposito fidei aliquantulum discessissent, tamen maximis ac pulcherrimis bonitatis operibus gloriam sint cælestis de se iudicii consecuti.

13. Atque hanc quidem intellegentiæ nostræ rationem ea, quæ consecuntur, absoluunt: nonne sciunt omnes, qui operantur iniquitatem, qui comedunt populum meum ut cibum panis? deum non inuocauerunt: ibi trepidauerunt timore, ubi non fuit timor. quoniam dominus dissipauit ossa hominibus placentium; confusi sunt, quoniam deus spreuit illos. si enim usque ad unum bonitatem nemo facit, quomodo populus dei est, qui ut cibus panis manducatur ab operantibus iniquitatem? generalitas ergo sententiæ amota est, cum a dei populo, quem in bonitatis operationibus non ambiguum est permanere, iniquitatem secernuntur operantes. comedunt itaque operarii iniquitatis populum dei ut cibum panis, qui sanctorum iniuriis uiuunt, quos uexatio prophetarum et uastatio ecclesiæ et omnis iniquitatis delectat operatio. comedunt quoque etiam illi ut cibum panis populum dei, qui eum obtrectationis morsu et laniatu inuidiæ dilacerant, secundum illud apostoli: si autem inuicem mordetis et comeditis, uidete ne consumamini ab inuicem. sed et sunt comedentes populum dei ut cibum panis, quibus, ut idem beatus apostolus ait, deus

21 Gal. V, 15. 24 Phil. III, 19.

1 ueri *V* praeposito *V* 2 decidissent *PTE* didicissent *V* 3 gloriam *P* caelesti *P* 4 iudicii (dic *in ras.*) *R* iudicium *V* 6 consequuntur *PTE* nonne scient *RPTE* omnes *h. l. om. V sed cf. p. 128, 19* 8 inuocauerunt *ex* inuocauerit *m. 2 V* 9 trepidauerunt timorem *V cf. Sabatier II, 107* timuerunt *R* (*sed hic ex corr.*), *PTE post* timor *R add.* confusi sunt 10 dñs *V cf. Sabatier l. c. adn.* deus *RPTE* hominib: (nib: *in ras. m. 1*) *R* hominum *P* eorum hominum *T* 13 cibus (s *in ras.*) *R* cibum *V* manducatur (a *in ras. m. 1*) *R* manducaretur *V* manducetur *PTb* 14 dei *om. PT* 16 iniquitatem — operarii *in marg. infer. add. m. 2 V* secernentur *V* secuntur (cuntur *in ras.*) *R* sed comedunt itaq; *R* 18 et omnis *sup. lin. a m. 2 V* 20 dei populum *VPTE* 23 sed et sunt et comedentes *V* 24 quibus *om. V* ait ══ quorum dš (*in ras. fuit.* ue) *V*.

uenter est, qui ministerium deputant ad negotiationem conlationibus se plebis et muneribus ditando, dum conuiuia sub obtentu religionis sumptuosa sectantur, dum apothecas suas inutili religiosorum obsequio distendunt — cum consuetudo ab apostolis necessariæ huius conlationis ad diurnam tantum sæculo renuntiantium aut per inopiam indigentium alimoniam fuerit instituta —; de quibus scriptum est: comedentes domos uiduarum et occasione longa orantes. hi ergo ut cibum panis dei populum comedunt et deum non inuocauerunt. stulti enim in corde dixerunt: non est deus. non inuocant ergo, quem negant. uel certe si qui in ecclesia positi dei plebem obtrectatione, insectatione, sumptu comedunt ut cibum panis, etiamsi dominum inuocare se credunt, audient dictum in euangelio fuisse: scimus enim, quia peccatores deus non audit. hi ergo dominum non inuocauerunt, quia oratio non uerborum sit professio, sed fidei.

14. Sed qui deum non inuocant, et illud impietati suæ addunt, ut timeant non timenda: illic enim trepidauerunt, ubi non erat timor, saxa, metalla, robora, ignem, aquam, æthera, reges mortuos atque morituros, uel cetera religionum superstitiosa commenta uenerantes et hoc ipso impio inanium metu contemptuque necessarii timoris ex conparatione condemnandi: cum non tam obliuisci timorem dei impium sit, quam impietate præcellat, timori eius metum inanium prætulisse. docuit autem dominus, solum in nobis metum eorum, quæ uere timenda sunt, oportere

7 Matth. XXIII, 14. 14 Ioh. IX, 31.

1 moysterium *V* inputant *R* 2 ditantorum cōuiuia *V* ditando conuiuia *PT* 3 religionis — inutili *om. V* 5 ad diurna *R* in diurna *V* 7 domus *V* 8 et oratione longa *E* hic *V* 9 et dñī *V* et dominum (dñm) *RPTE* 11 denegant *V* 12 obtrectatione *om. V* insectatione et sumptu *E* insectationis sumptu *V* insectati et sumptu *P* insectantur et sumptu *T* et cibum *V* 14 euuangelio *VR* peccatores *ex* peccatorū *m. 2 V* 15 non exaudiet *PT* hic *V* operatio *RPTe cf. Acad. p. 31* 16 non uerborum sed professione sit fidei *PT* 17 sed quia *PT* impietatis suae *VR* 18 enim *om. P* trepidarunt *E* 19 timor adorantes saxa et ala *V* 21 hic *V* metu *in ras. R* metui *V* contemptum *V om. PT* 22 necessarium *V* condemnant *V* 23 timore *V* inpietatem *V*[1] pietati *T* praecellentis *T* 24 timoris *VT* eius *om PT* 25 quae iure *V*.

esse, cum dicit: nolite timere eos, qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt occidere; timete autem magis eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. impius ergo timor est, cum quæ non timenda sunt timentur et quæ timenda sunt non timentur. et plerumque nos tamquam pro debita officii religione pie adulari regibus existimamus, quia in corpus nostrum sit his aliquid potestatis: quibus nihil ultra de nobis licet quam latroni, quam febri, quam incendio, quam naufragio, quam ruinæ. his enim casibus corporum pro summa potestate desæuiunt, et propter breuem dolorem libertatem ecclesiæ, spei nostræ fiduciam, confessionem dei addicimus, punitorem perditoremque in igne iudicii et corporis et animæ nostræ deum non timentes et æternis diuinæ ultionis pœnis momentanea atque abolenda supplicia præferentes; dum placere nos ipsis et in eorum gratia permanere famulatu impio gloriamur.

15. Et hoc ipsum decreto grauissimo sententia diuina condemnat. namque ad illud, quod dixerat: nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, qui comedunt populum meum ut cibum panis? deum non inuocauerunt: ibi trepidauerunt, ubi non erat timor, id ad summam cœpti sermonis adiecit: quoniam deus dissipauit ossa hominibus placentium; confusi sunt, quoniam deus spreuit illos. hi ergo, qui operantur iniquitatem et populum comedunt ut cibum panis et deum non inuocauerunt et in non timendis trepidauerunt, nonne cognoscent, quia ossa eorum, qui hominibus placere uelint, deus dissipauit? timuit

1 Matth. X, 28.

1 possunt *om. R* corpus occidunt *R* 3 et animam ^{et} corpus *V* et corpus et animam *R* 4 in gehenna *Pb* ipsius ergo *V* 5 et quae — non timentur *sup. lin. a m. 2 V* 6 nostrumquã pro *V* debito *V* 8 potestates *R*[1] in nos *V* quam latroni *om. PT* 9 his enim generibus pro summa *V* 11 breuem corporis dolorem *V* libertatem *om. V* eclesiae *V* ac desideria *PT* fiduciae *V*[1]*PT* 12 confessione deicimus *PT* in ignẽ *R* igne *V* iudicia *V* 13 timentis *V* 16 manere *VRT* famulatum *V* 17 et *om. PTE* ipsum *om. V* 18 scient *Tb* 19 omnes *h. l. om. RE cf. p. 126, 6* 21 trepidauer̃ timore ubi *P* 22 coepti *ex* coepit *R* dš *supr. scr. m. 1 R* dissipabit *R* 24 hii *T* 27 uellint *V*.

huius prophetici dicti sententiam sanctus ille gentium doctor dicens: ego si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. inutilis est humanæ gratiæ et inreligiosa sectatio. nam ex deo magis, quam in contumeliam dei hominibus est placendum, ut per diuina instituta et probitatem fidelis uitæ innocentisque placeatur. ceterum placere tantum hominibus uelle deo est displicere. non auocat autem ab hominum gratia deus iustorum mentes et fidelium rationabilem sanctitatem. et audiamus eum per Paulum dicentem: sine offensione Iudæis et Græcis estote et ecclesiæ dei, sicuti et ego omnia omnibus placeo, non quærens quod meum utile est, sed quod multorum est, ut saluentur. hoc est non hominibus, sed deo placere, cum per id, quod deo placetur, et hominibus sit placendum. ex causa enim placendi deo causa quoque etiam hominibus probabilis fit placendi. ceterum studium, quod, ut hominibus tantum placeatur. inpenditur, ad id, quod deo placendum est, non refertur, quia tantum eorum causa, quibus placetur, adhibetur. non est autem maius uinculum hominibus placendi quam ut nemo sui causa uelit his placere, quibus placeat; quia quod in profectum propriæ utilitatis efficitur, non potest non aliquam interdum offensionem ex causis accedentibus excitare, cum quod alii utile est, alteri sæpe fiat incommodum. at uero qui nihil sui causa uelit et omnia in profectum alienæ utilitatis exerceat, necesse est ut causam sibi inoffensæ placabilitatis adquirat; quia et ex alienis utilitatibus placeat nec offendat ex propriis. et hanc

2 Gal. I, 10. 9 I Cor. 10, 32 sq.

1 ille doctor gentium *V* 4 namque deo *Tb* 7 ab hominibus gratia *V* 8 mentis *V* 9 per paulum loquentem *VPTE* 10 iudaeis ac graecis estote *PT* estote Iudaeis et Graecis *E* eclesiae (et *sup.*) *V* 11 et ego per omnia *R*[a]*Te* placet *V*[1] non *ex* nã *m. 2 V* 12 quod mihi utile est *R* quod mihi utile sit *b* meum utile *PT* 13 non hominibus placere sed dõ *V* 14 quod dõ placet = = *P* cendum — enim pla *sup. lin. a m. 2 V* 15 quoque *om. E* 20 uellit *V* iis *E* placeret *V* quibus placeat *sup. lin. m. 2 V* 21 potest *ex* est *m. 1 V* 22 accedentibus *ex* accidentibus *m. 1 R* accidentibus *VT* 23 ad uero *V* 24 uellit *V* 25 inoffensam *V*[1] 26 et hanc sibi esse *E*.

esse causam probabilem placendi sibi cunctis apostolus docuit, quia utilitatis suæ neglegens utilitati se dedisset alienæ.

16. Dissipauit ergo ossa deus hominibus placentium. et ossa non hæc corporalia dissipari intellegenda sunt, sed quia spes æternitatis in ossibus significari solet, ex quo dictum est: hoc nunc os de ossibus meis. quod beatus apostolus, quia magnum mysterium est, ad Christum et ad ecclesiam refert. quæ ex Adæ sui æternitate æternitatis substantiam mutuatur. quod in domini uulnerato licet corpore confixoque non frangitur. os, inquit, eius non conteretur; quia cum fuerit iniquis ius passionis in carnem, in æternam tamen diuinitatis et inpassibilem naturam nihil licuit passioni. integram autem et incorruptam spem æternitatis significari in ossibus etiam illic meminimus, ubi dicitur: custodit deus omnia ossa iustorum, unum ex his non conteretur, quia secundum demonstratam Ezechieli resurrectionem sacramentum eius sub ossium significatione sit reuelatum. ergo ut custodit deus ossa iustorum, ita et hominibus placentium dissipauit, et dissipauit non ita, ut eo, quod essent, carerent, sed ut per contemptum dei tamquam deperdita et abiecta uilescerent.

17. Id enim sequitur: confusi sunt, quoniam deus spreuit illos. confunditur quisque et pudore dedecoris sui et conparatione honoris alieni. et hinc illud, quod apostolus significat dicens: omnes quidem resurgimus, sed non

5 Gen. II, 23. 10 Num. IX, 12. 14 Ps. XXXIII, 21. 24 I Cor. 15, 51.

1 probilem V^1 & placendi (di *in ras.*) sibi cunctis *R* placendi cunctis *E* 2 utilitatis se *V* dedisset *ex* disset *m. 1 P* 3 dissipabit *P* dš ossa *V* 5 et hoc *R* 6 ex ossibus *R* 7 ministerium V^1 8 ex aeternitate adae suit *V* substantia R^2P 9 quid *V* in dōn (o *add. m. 2*) *V* in dño *PT* 10 hos V^1 11 uis passionis *V* in carne internam tamen *P* diuinitatem *R* 14 ubi *add. m. 2 V* dš *V* dominus *RPTE* 16 ezeceli *V* hiezechiheli *T* sub ossibus significatione *V* 17 releuatum *V* 18 et dissipauit *supr. scr. R* et dissipabit P^2 *om. V* 19 ut cū quod *R* 20 uiliscerent *V* 21 idem sequitur *V* quia deus *RE* 22 spraeuit eos *R* et pudore *om. V* 23 corporatione (*sic*) *ex* corparatione *m. 2 V* illud est quod *PTE* 24 resurgemus *RPTE cf. Sabatier III, 720.*

omnes demutabimur. sed et propheta et confusionem resurrectionis et honorem discernit, ita dicens: et resurgent alii quidem in uitam, alii in confusionem æternam. confundentur ergo, quorum ossa dispersa sunt, quos spreuit deus, quos tamquam indignos, ne conformes essent gloriæ suæ et resurrectionis, abiecit: resurrecturi adeo, ut confundantur, non demutabuntur uero et ex eo confundentur. hæc enim resurrectionis statuta condicio est, et idcirco tamquam ex præterito pro decreti definitione fit sermo, quia id, ut ita maneat, sit statutum.

18. Commemoratis uero humanis et insolentiæ et iniquitatis impietatibus, ut is, qui titulo præfertur, intellectus in finem possit intellegi, tali propheta spem beatorum finis ipsius adhortatione confirmat dicens: quis dabit ex Sion salutare Israhel? dum auertit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob et lætabitur Israhel. una enim hæc spes reliqua fuit humanæ infirmitati et fidei, per quam inter tantas præsentis uitæ calamitates æternorum bonorum exspectatione requiesceret. et idcirco certus huius beatitudinis propheta, tamquam ex uasto humanarum miseriarum proclamat profundo, dicens: quis dabit ex Sion salutare Israhel? namque secundum alium prophetam: ex Sion exiet lex, et uerbum domini ex Hierusalem. hoc uerbum domini caro factum est. hæc caro et Sion et Hierusalem est, ciuitas nobis pacis et speculatorium nostrum. hinc salutaris, hinc Iesus. Iesus enim, ut sæpe diximus, ipso nomine salutaris est. lex

2 Dan. XII, 2. 22 Esai. II, 3.

1 inmutabimur *Rb* confessionem *V* 3 uitam alii in *om. R* alii quidem in *e* alii autem in *b* 5 deus *om. V* confirmes T^1 6 et *om. V* 7 immutabuntur *b* 8 surrectionis *V* 9 pro *om. R* 12 impietatis V^1 ut his *R* in fine *RPT* 13 spe *R* 15 istrahel *V* aduertit *R* pleuis V^1 18 calamitates *ex* calamitatis *m. 1 V* exspectatione rerum requiesceret *V* 19 beatitudins *V* 20 proclamat de profundo *V* 22 ^{se}cundū *corr. m. 2 V* 23 de ierusalem *R* 24 caro *sup. lin. add. m. 2 V* h^{a}ec uerbum caro *corr. m. 2 V* 25 nobis *add. m. 2 V* nouae *PTE* nostrum *om. V* hinc ih̄s enim ut *V* 26 est lex — salutaris *om. V*.

autem ex Sion non fuit salutaris, opere quidem uiuificans, sed non iustificans ex fide.

19. Hic uero exspectatus salutaris et datus est Israhel, sed non carnali illi Israhel. non enim, qui filii carnis, filii dei sunt, sed filii promissionis deputantur in semen. testatur et Iohannes, non esse secundum carnem Abrahæ filios. cum et filii uiperarum sunt, et potens est deus Abrahæ filios de lapidibus excitare. dominus autem ipse docuit, ex fidei operibus proprietatem successionis existere, nec secundum carnis generationem filiorum originem deputari, cum ait: si filii Abraham essetis, opera Abraham faceretis. sed et Daniel presbyteros condemnans ita dicit: non semen Abraham, sed semen Chanaan et non Iuda. Ezechiel quoque increpitis populi iniquitatibus ait: pater tuus Chananæus, mater tua Chettæa, radix tua et generatio tua de terra Chanaan. non est ergo Israhel iste ex successione corporea, cui ob infidelitatem origo profanissimi generis deputatur. neque huic data salus est, qui non suscepit oblatam. sed ei, qui auersa captiuitate populus dei factus est.

20. Captas autem inperitarum gentium mentes et impiissimis uitiis ac religionibus subditas in libertatem fidei et nomen familiæ cælestis absoluit. qui enim erant dæmonum seruitus, facti sunt dei populus. et quis hic sit captiuitatem auertens de se ipse testatus est. hanc enim non lex, non patriarcha, non propheta, non angelus, non aliqua alia cælestium uel

4 Rom. IX, 8. 10 Ioh. VIII, 39. 12 Dan. XIII, 56. 14 Ezech. XVI, 3.

1 sed non iustificans *om.* V 3 uero *om.* V exspectatus est salutaris *PTE* 4 illi *om.* *PT* 5 sed fili V deputantur *ex* demutantur *m. 2* V 6 iohãnis V 7 est dñs V 8 ex fide V 10 fili V 11 abrahã V abraam T *cf. Sabatier III, 430 adn.* abrabae *RE* abraam T habram V abrahae *RE* 12 danihel *RPT* praesbyteros R presbiteros *VT* dixit *PT* 13 cannam V ezechihel R hieczechihel T 14 iniquitatem V[1] 14 chananeus *RPT* chanaaneus V 15 chettea V chetthea P cetthaea R cethea T (*χετταία* LXX *Tischend.*) generationem V[1] 16 channaan V 18 suscipit oblata V 19 uersa V 20 captus enim V 22 qui (eni̅) *corr. m. 1* R 23 et *om.* V 24 haec enim P 25 non alia caelestium V.

dominatuum uel potestatum uel thronum uel uirtutum uirtus auertit, sed ille, qui accepto libro in synagoga cum ista legisset: spiritus domini super me, propter quod unxit me prædicare captiuis remissionem et cæcis uisionem, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum domini acceptum, fidem et auctorem consummatæ significans prophetiæ ait: quia hodie inpleta est prophetia hæc in auribus uestris. hæc igitur populi dei auersa captiuitas est, cum oculi intellegentiæ panduntur, cum præfracta peccatis corda in requiem relaxantur, cum annus domini acceptabilis nuntiatur, quo pænitentiæ nostræ deo est accepta confessio, cum nihil præteritorum reputatur ad crimen, cum noua omnia sunt, noua libertas est, noui filii, et æterna lætitia est.

21. Exultabit Iacob et lætabitur Israhel: idem namque ipse patriarcha utrumque nomen sortitus ex merito est. nam, quia manu calcem fratris continuisset in partu, Iacob nuncupatus est, subplantaturus deinceps et emendo primogenita et benedictiones occupando. et interpretationis uirtutem Genesis exposuit, Iacob eum, quia subplantator fratris sit, nuncupatum. per agnitionem autem confessi dei tum, cum se ab eo homine, cuius in lucta dominabatur, benedici poposcit — quia deum, aduersum quem generis sui populus secundum futuræ passionis sacramentum in lucta carnis inualuit, fidei oculis conspexisset

3 Luc. IV, 18. 7 Ibid. 21.

1 dominatuum *ex* dominatium *m. 1 V* dominatūu (*alterum* u *eras.*) *R* potestatuum *V* thronum *R* tronuum *V* thronuū *P* trhonorum (*sic*) *T cf. Stud. 1886 p. 341* uirtutuum *corr. m. 1 V* 4 et caecis uisionem *om. R* 5 dimitte (re *superscr.*) *corr. m. 2 V* in remissione *V* 6 auctoritatem *PTb* 7 significans *ex* significare *m. 2 V* significationis *PT cf. Acad. p. 80* profetiae ait *ex* profetat *m. 2 V* 8 hoc igitur *PTb* populus dī aduersa (r *superscr.*) *V* 9 intellegentia *PTe* 10 praeferacta *corr. m. 1. V* praefacta *P* 11 quod totius paenitentiae dō *V* accepta (est *superscr.*) *VP* accepta est *E* 12 quod nihil *V* 13 sint *PT* 15 exultabit enī iacob *V* 16 idem enim ipse *V* utrarumque *V* sortitum *V* 17 namque quia *V* fratris calcem *V* 18 et timendo *V* 19 benedictionis *V* interpraetationis *R* interpraetati nominis *V* 21 confessi *ex* confessio *m. 1 V* tunc cum *V* 22 aduersus *VP* 24 in lucta carus *V*.

in corpore — Israhel, quia Israhel deum uidens sit, meruit nominari. et secundum ipsius Genesis prophetiam in Iacob iuniorem populum, qui esset ex gentibus crediturus, significari absolutum est. hic ergo exultabit Iacob et lætabitur Israhel: secundum ecclesiæ ordinem hic unus populus duplicis et professionis et honoris; neque enim geminatis sententiis idipsum cælestis sermo significat. sed quia fides prima, qua quis inuocari super se dei nomen precatur, fide anteriorem populum subplantat, cum Iudæo nec infidelem se optat esse gentilis. hic ergo Iacob est, spe præoccupatæ benedictionis exultans. iam uero ubi baptismo renatus et fide consummatus deum intellegentiæ oculis et mente adspexerit, tunc iam lætabitur Israhel, quia iam subplantato seniore deum fide uideat, uisurus ueriore conspectu secundum illam beatitudinis sponsionem: beati mundi corde. quoniam ipsi deum uidebunt, domini et dei nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LIII.

In finem in hymnis. intellectus Dauid, cum uenerunt Ziphæi et dixerunt ad Saul: nonne ecce Dauid absconsus est apud nos?

Deus, in nomine tuo saluifica me et in uirtute tua iudica me. deus, exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei et reliqua.

14 Matth. V, 8.

1 sit *add. m. 2 V* 2 generis *R* 4 hoc ergo *Pb* hoc ẽ ergo *T* 5 hic unus est populus *E* 6 sententi≡is *R* 7 quo quis *VRPE fort.* cum quis 8 nomen dĩ *P* praecatur *VR* p̃dicatur *P* praedicatur *T* anteriore *P* 9 cum Iudaeo nec infidelem se *G. de Hartel* (cum Iudaeo infideli non se *temptaueram*) cum iudaeo in fidelẽ se *R*[1] cum iudeo et infidelem se *V* cum iudaeo in fidele fidelẽ se *R*[3] cum iudaeo infideli fidelem se *PTE cf. de loco corrupto etiam adn. Bened. et supr. cap. 19* optasse gentilis *V* 10 spes *P om. V* ᵖoccupatae *corr. m. 1 P* 11 a baptismo *T* regeneratus *in ras. m. 3 R* 12 et mentis *VPT* israel laetabitur *PTE om. V* quia iam *om. V* 13 uideat — conspectu *om. V* 14 mundo *RPTE* 15 et dĩ ñ *V* et dei *R* ih̃m xp̃i *V* 16 amen *om. V* Explicit psalmus LII incipit psalmus LIII *V* Finit psalmus LII incipit LIII *R* Finit trãc. psalmi LII incpt LIII *P* Expl. d. ps. LII incip. de LIII *T* 18 in finem — oris mei *om. VPT* 19 ad *om. R cf. cap. 2* 20 absconditus *R* 21 saluum me fac *R*.

1. Sanctus et beatus Dauid non ignarus est, ut propheta, euangelicæ doctrinæ, et in tempore licet legis hanc corporalem agens uitam, tamen, quantum in se est, apostolici mandati præcepta consummat, testimonio de se dei fidem præstans, cum dictum est: inueni uirum secundum cor meum Dauid, qui Iessæ est. non enim inimicos suos bello persequitur neque insidiantibus sibi decertando armis resistit, sed exemplo domini, cuius et nomen et lenitatem præfigurabat, proditus orat, periclitans psallit, patiens odia gratulatur; et ideo secundum domini cor repertus est. quia cum domino duodecim milia legionum angelorum possent in tempore passionis adsistere, tamen ad omne officium humilitatis explendum passioni se et infirmitati ipse permisit, orans tantum et dicens: pater commendo in manus tuas spiritum meum. quo exemplo hic idem, per similitudinem passionum futuræ eius passionis propheta, non contradicit, non resistit inimicis, malum pro malo ex præcepto euangelico non reddens, sed dominicæ mansuetudinis æmulator, cum tribulatur, cum proditur, cum fugatur, dominum, cuius tantum aduersus impios armis utitur, deprecatur.

2. Psalmo autem huic ex historia titulus præscribitur; sed ante historiam, quatenus et quando et in quem ea, quæ sub historia dicuntur, a nobis sint intellegenda, monstrantur. est enim primum: in finem intellectus illi Dauid. tum deinde sequitur: cum uenerunt Ziphæi et dixerunt ad Saul: nonne ecce Dauid absconsus est apud nos?

5 Act. ap. XIII, 22 (cf. I Reg. 13, 14). 13 Luc. XXIII, 46.

1 non ignarus ut profeta *R* non ignarus sed ut propheta *PTE* 3 mandati *supr. scr. m. 1 R* 6 qui Iessae est *V* qui Iesse est *PTe* qui filius Iesse est *Rb* (τὸν τοῦ Ἰεσσαί). 7 decertant *V* 8 et nomen lenitatem *V* 9 odia *om. V* 10 domini *om. V* reptus est *V* 11 assistere *RT* 12 passioni set firmitati ipse permisit *V* passioni se et infirmitati subesse permisit *PTe* 13 orans — dicens *om. V* 15 eius *om. V* 16 contradixit *V* 17 euuangelico *VR* reddens *ex* resddens *m. 1 V* 19 dm̄ *VT* depraecatur *VR* 20 historiae titulus *V* titulus ex historia *E* 21 quatenus — sub historia *in marg. inf. add. m. 2 V* 23 primus *R* in fine *R* 24 Ziphei *R* aziffei *V* zyfphei (*y in ras. supr. additum*) *P* zyphaei *T* et *om. V* ad *om. RPT* 25 absconditus *R* est nobiscum *RPT*.

ergo hoc, quod a Ziphæis Dauid proditur, in finem est intellegendum. per quod ostenduntur ea, quæ in præsens tum erga Dauid agebantur, præformationem in se futuri temporis continere: cum innocens insectatione uexatur, cum propheta contumeliis inluditur, cum deo placens ad mortem requiritur, cum rex inimico suo, ut dominus Herodi atque Pilato, ab his proditur, cum quibus tutus esse debebat. psalmus ergo intellegentiæ in finem est et in Dauid illo intellectus, in quo finis est legis, et qui Dauid habet claues, aditum intellegentiæ tum aperiens, cum, quæ de se a Dauid sunt prophetata, consummat.

3. Ipsa autem secundum hebræam proprietatem interpretatio nominis adfert non exiguum nobis ad intellegendum profectum. Ziphæi namque significantur, quæ nobiscum sunt oris aspersiones: hæ ab Hebræis Ziphæi nuncupantur. aspersio autem secundum legem emundatio peccatorum erat, per fidem populum sanguinis aspersione purificans, cuius aspersionis hic idem beatus Dauid ita meminit: asperges me hyssopo, et mundabor, sacramentum futuræ ex domini sanguine aspersionis fide interim legis sanguine holocaustomatum repensante. sed hic populus, ut populus Ziphæi, ore potius quam fide aspersus et emundationem aspersionis labiis magis quam corde suscipiens, infidelis in Dauid suum et proditor exstitit, quod antea per prophetam dixerat: populus hic labiis me honorat, cor autem eius longe est a me; ad prodendum Dauid ob id pronus, quia cessante fide cordis omnia per oris fraudulentiam legis sacramenta gessisset.

17 Ps. L, 9. 23 Esai. XXIX, 13.

1 azziffeis (zz *in ras.*) *V* a zefpheis (y *supra* e) *P* in fine *VR* 2 eo *V* erga *ex* ergo *m. 1 V* 3 gerebantur *PT* generabantur *V* 7 in fine *VR* 8 illū *T* 9 claues id est aditum *T* 10 a *supr. scr. m. 1 R om. V* profetata *ex* profetatum *m. 2 V* 11 hebre m (u *supra*) *V* interpraetatio *VR* 13 zefei *V* zifphei *P* aspersiones *ex* aspersionis *R* aspersionis *ex* aspersianis *V* aspersionis *P* 14 ea ab *V* autem *om. PTe* 15 per fidem — aspersione *add. m. 2 V uoce* persona, *quam aberratione h. l. finxerat* V^1, *deleta* populorū (o *ex* u *corr.*, r *i. ras. m. 3*) *R* 17 asperges *ex* asperge *R* asperge *P* hysopo *V* ysopo *PT* ysobo *ex* ysopo *R* 18 aspersione *V* 19 fidem *VP* fides *T* repēnsante *V* repensate *ex* repensatae *R* rep̄sentat *P* repraesentat *Te* 20 est et hic populus *PT* 21 et mundationem *R* in labiis potius *V* 23 ante *PT* 25 ob in *V* 26 cessisset *V*.

4. **Deus, in nomine tuo saluifica me et in uirtute tua iudica me. deus, exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei.** secundum demonstratam tituli rationem passio Dauid prophetæ dei ac domini nostri Iesu Christi passionis exemplum est. et idcirco oratio quoque eius etiam ad intellegentiam orationis eius, qui uerbum caro factum est, temperatur: ut, qui omnia secundum hominem passus est, idem omnia secundum hominem et loquatur; et quorum infirmitates portauit et peccata suscepit, eorum ad deum deprecetur obsequio. proprietates autem uirtutesque uerborum, etiam inuitis licet et cunctantibus nobis, intellegentiæ huius exigunt sensum, ut omnia ex persona eius dici non ambigamus in psalmo. ait enim: **deus, in nomine tuo saluifica me.** in humilitate corporis unigenitus dei filius sub prophetæ sui dictis hæc precatur, qui et gloriam, quam ante sæcula habuerat, reposcebat. saluificari se in dei nomine rogat, in quo est et nuncupatus et natus, ut se in eo corpore, in quo erat natus, idipsum, quod naturæ anteriori suæ et generi erat proprium, saluum faceret dei nomen.

5. Et quia omnis hæc ex persona formæ seruilis oratio est, cui formæ seruili usque ad crucem mortis adsumptæ salutem eius nominis, quod dei est, deprecatur, et saluandus ex dei nomine id continuo subiecit: **et in uirtute tua iudica me.** namque ob meritum humilitatis, quia se exinanisset formam serui accipiens, formam nunc rursum dei consortem in ea, quam

1 salu^i^fica me *corr. m. 2 V* saluum me fac *RPT* (LXX σῶσόν με) 5 et *om. T* oratio *ex* ratio *m. 2 V* 7 factus est *V* ut quia *V* *inter* secundum *et* hominem *4—5 litt. eras. R* 8 passus — hominem *om. RV¹* eloquatur *R* 10 depraecetur *VR* proprietatis *V* 11 inuitiis *V* et *om. V* 12 eius exigunt *V* ut omnia *ex* ut omnia ut *m. 2 V* ambigamus *ex* ambigimus (a *supr. scr. m. 1*) *R* ambigimus *V* 13 ait enim *supr. scr. m. 1 P* saluum me fac *RPT* 14 sub profeta *V* 15 sui *om. PTe* quia gloriam *PT* 17 est nuncupatus *V* 18 nat' *supr. scr. m. 3 R* anteriori *ex* anteriore *m. 2 V* 19 saluum *ex* salum *m. 1 V* fa^t^cere (*corr. m. 2*) *V* 20 oratio — seruili *in marg. inf. add. m. 2* (*quae hoc quoque loco* seruilis *scripsit*) *V* 21 mortē crucis *T* 23 in continuo *V* 24 forma serui *V* 25 consorte *V* in id ea *VR* (*error ex dittographia ortus, cf. Acad. p. 22 et Stud. 1889 p. 322*).

adsumpserat, humilitate repetebat, in dei nomen homine ipso, in quo deus nasci obœdierat, saluato. et ut huius nominis, in quo se saluari orabat, honorem non nudæ tantum nuncupationis doceret esse, iudicari se in uirtute dei precatur. primum enim ex iudicio est, quod meretur: factus, inquit, obœdiens usque ad mortem et mortem crucis. propter quod exaltauit illum deus et donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut ei nomen, quod super omne nomen est, donetur; tum deinde hoc ipsum iudicium sit in uirtute iudicii, quia per uirtutem dei is, qui ex deo homo mortuus fuerat, idem rursus in deum ex homine mortuo resurrexit, secundum illud apostoli: crucifixus ex infirmitate resurrexit ex uirtute et rursum: non enim erubesco euangelium; uirtus enim dei in salutem omni credenti. per iudicii enim uirtutem infirmitas corporalis in dei nomen naturamque saluatur; atque ita ob meritum obœdientiæ in salutem nominis dei ex iudicii uirtute prouehitur, ut in eo dei et nomen et uirtus sit. ceterum si ex consuetudine humana sermo iste cœpisset, in misericordia potius uel æquitate, quam in uirtute, iudicari propheta se poposcisset. sed uirtutis illic opus fuerat iudicio, ubi dei filio in filium hominis ex partu uirginis nato, rursum ipsi hominis filio per iudicii uirtutem dei filii et nomen redhibendum esset et uirtus.

6. Sequitur dehinc: deus exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei. promptum prophetæ fuerat dixisse: deus, exaudi me. sed quia ex persona eius

5 Phil. II, 8 sq. 12 II Cor. 13, 4. 13 Rom. 1, 16.

1 nomẽ *V* nomine *PT cf. lin. 15* 2 obydierat *V* ut *add. m. 2 V* 3 se *om. V* nude tantum nuncupatis *VPT* 4 doceret sese *V* praecatur *VR* 5 est *om. R* inquid *VR*[1] obaudiens *VP* 6 & mortem *R* et mortem *sup. lin. a m. 2 V* mortem autem *PT* 7 quđ *R* 8 ut eo nomine *V* 10 homo *add. m. 2 V* 12 ex infirmitate *ex* et infirmitate *m. 2 V* 13 rursus *V* 14 euuangelium *VR* dei est in *RPT* salute *P* 16 ob meritum tuum obidientiae *V* 17 in salute *V* 18 et nomen *ex* nomen *m. 2 V* humanus *V* 19 aequitatẽ *P* 20 se propheta *E* et uirtutis *R* 22 rursus *V* 23 fili *V* redimendum *V* et uirtus *ex* uirtus *m. 2 V* 25 inaurire uerba *Re* 26 perso^{na} *corr. m. 2. V.*

loquitur, qui solus sciret orare, idcirco constans postulatio exaudiendæ orationis ostenditur. Paulus beatus neminem hominum, qualiter orare oporteat, scire docet dicens: quod enim, quid oremus, qualiter oporteat, nescimus. non est ergo infirmitatis humanæ, exaudiri orationem suam postulare: cum doctor gentium, post constitutam licet iam a domino formam orandi, quid et quatenus oret ignoret. sed eius ista fiducia est, qui solus patrem uidet, qui solus patrem scit, qui solus potest orare pernoctans — secundum euangelium enim dominus pernoctauit orans —, qui per speculum uerborum formam ipsam occultissimi sacramenti sub communibus uerbis, dum oraremus, ostendit. et qui orationem suam poposcit audiri, ut peculiare hoc fiduciæ suæ doceret esse, subiecit: inaurire uerba oris mei. et quisquam hoc humanæ fiduciæ esse existimabit, ut uerba oris sui uelit audiri? an illa, quibus motus animi nostri et inpetus pronuntiamus, tum cum de ira exardescimus, tum cum de odio obtrectamus, tum cum de dolore querimur, tum cum de adulatione blandimur, tum cum aut pro spe lucri aut de ueritatis pudore mentimur, aut de contumeliæ offensione maledicimus? et quis usquam uitæ ita emendatæ et patientis ad omnia fuit, ut his humanæ demutationis uitiis non esset obnoxius? solus hoc potuit cum fiducia uelle, qui peccatum non fecit, in cuius ore dolus non fuit, qui flagellis dorsum præbuit, maxillas ab alapis non deflexit, sputamentorum contumeliam non exprobrauit et in nullo uoluntatem eius, cuius ad hæc uoluntati in omnibus uolens obœdiebat, offendit.

3 Rom. VIII, 26.

1 postulatio postulandae orationis *RPT* 2 hominem *V* 3 orare debeat *V* quid enim oremus qualiter *T* 6 licet etiam a *V* formam ordinis *R* 8 est qui solus potest (*del. m. 2*) patrem scit qui solus potest orare *cet. V* est qui solus patrem uidet qui solus patrem scit potest (potens *T*) orare *cet. PT* 9 euuangelia *V* 11 dum *om. V* 13 inaudire (d *in ras. a. m 2*) *V* 14 mei *in ras. R* et quisquam — sui *supr. scr. m. 3 R* humane *VP* 15 uellit *V* 16 impetus (m *ex* n *m. 3*) *R* pronunciamus *RT* tum cum dī ira *ex* tum dī ira *m. 2 V* 17 quaerimur *VR* quirimus *PT* 18 de adolatione *ex* de adulatione *R*[2] adulatione *V* 19 de ueritatis *ex* debito ueritatis *m. 2 V* aut cum de contumelia *V* 20 usquā (us *sup. lin. a m. 2*) *V* umquam *P* unquam *T* uitae ita *ex* uitata (*posterius* ta *in ras.*) *corr. m. 3 R* 24 deflectit *P* 25 uoluntate *V* ad hoc *PT* 26 obydiebat *V*.

7. Causam deinde, cur uerba sua audiri oret, adiecit: quoniam alieni insurrexerunt aduersus me et fortes quæsierunt animam meam, non proposuerunt deum in conspectum suum. unigenitus dei filius, dei uerbum et deus uerbum — cum utique omnia, quæ pater posset, omnia ea et ipse posset, sicuti ait: quæcumque enim pater facit, eadem et filius facit similiter, et in indiscreto deitatis naturæque nomine indiscreta quoque esset et uirtus —, ut absolutissimum nobis humanæ humilitatis esset exemplum, omnia, quæ hominum sunt, et orauit et passus est. et ex communi nostra infirmitate salutem sibi est deprecatus a patre, ut natiuitatem nostram cum ipsis infirmitatis nostræ inisse intellegeretur officiis. hinc illud est, quod esuriuit, sitiuit, dormiuit, lassatus fuit, impiorum cœtus fugit, mæstus fuit et fleuit et passus et mortuus est. et ut his omnibus non natura, sed ex adsumptione subiectus esse posset intellegi, perfunctus his omnibus resurrexit. omnis ergo eius in psalmis ex naturæ nostræ affectu querella est. nec mirum, si ita nos intellegimus dicta psalmorum, cum ipse dominus secundum euangelicam fidem passionis suæ sacramenta scripta esse fuerit testatus in psalmis.

8. Alieni igitur super eum insurrexerunt. non enim iam filii Abrahæ sunt, neque filii dei: sed natio uiperarum, sed serui peccati, sed semen Chanaan patre Amorræo, matre Chethæa et de diabolo patre filii diabolicæ uoluntatis. quærunt

6 Ioh. V, 19.

3 et non *RPT* proposuerunt (er *in ras. a m. 2;* unt *add. m. 2) V* 4 ante conspectum suum *RPT cf. p. 146, 8* 6 ea *add. m. 3 R om. PT* possit *V* 7 et increto *V* ut indiscreto *PTb* ut in indiscreto e 10 q[uae] *m. 1 R* hominū *ex* hominis *T* 11 depraecatus *VR* 12 nostram — infirmitatis *om. V* infirmitati ñrae *P* inēe intellegeremur *P* inesse intelligeremus *T* 13 esuriuit *ex* esuribit *m. 2 V* sitiuit *om. V* dormiuit *ex* dormibīt *m. 2 V* 14 lassus *V* caecus fugit *V* mestus *VT* 16 perfunctis *V* 18 quaerella *R* quaerela *P* intellegorimus *V* 19 euuangelicam *R* euuangeli *V* 23 fili *V* habrahae *V* abraae *T* 24 channaarum *V* amorreo *RPT* 25 chettea *V* cethea *T* c&[t]hea *R* c&thea *P* de *om. PT* diabulo *V* filio *P* querunt q̄. *V*.

quoque et animam suam fortes: cum Herodes principes sacerdotum, ubi nasci habebat Christus, interrogat, cum omnis synagoga aduersum eum testis falsa coniurat. sed animam hanc humanæ naturæ et infirmitatis esse existimantes non proposuerunt deum ante conspectum suum; quia deus ex eo, quod deus manebat, usque ad originem nascendi se hominis humiliasset, id est, ut hominis filius esset, qui erat antea dei filius. non enim alius filius dei, quam qui filius hominis; et filius hominis non ex parte, sed natus, forma enim se dei ex eo, quod erat, ad id, quod non erat, id est, ut nasci posset in animam suam corpusque, euacuante; et idcirco et filius dei et filius hominis, idcirco et deus et homo, id est dei filius habitu humanæ originis natus est, usque ad naturam scilicet hominis nascendi, qui totus ex anima et carne formabilis est, dei se humiliante substantia. ob quod cum insurgunt aduersum eum alieni, cum potentes animam suam exquirunt, quæ frequenter in euangeliis tristis et mæsta est, deum ante conspectum suum non proposuerunt, quia deus dei filius, ante sæcula manens, humanæ naturæ habitu, id est nostri corporis atque animæ homo ex partu uirginis natus esset: per operum magnificentiam non intellegentes, quia hominis filius, cuius animam quærebant, ad id, quod homo esse cœperat, ex dei filio, quod semper manserat, extitisset.

9. Interuentu diapsalmi non dicentis, sed cui dicebatur,

1 herodis principis *V* 2 nasci habebat *RPT* irasci habeat *V cf. Arch. II, 182* 3 aduersus *PTE* et animam *PT* 4 infirmitates *V* posueᵖʳ *P* posuerunt *T* 6 hominis (n *ex corr. m. 3*) *R* hominis *ex* homines *m. 2 V* 8 non enim alius dī *V* et filius hominis *sup. lin. a m. 2 V* 9 ex patre *T* *post* sed natus *in P m. 2 haec adiecit:* dei filius hominique unitus id est factus est filius hominis q(i) dī erat 9 enim *om. V* 10 non *sup. lin. a m. 2 V* posset *ex* possit *P* possit *VT* 11 suam *om. VT* euacuantē (exīaniuit *supr. scr. m. 2*) *P* uacuante *R* uacante *V* euacuauit *T* et idcirco filius dī *PT* filius dei — idcirco et *om. V* 14 carne *ex* corpore *corr. T* 16 animam eius *PTE* 17 euuangeliis *VR* mesta *V* *ante* deum *una litt.* (n *uel* u?) *eras. R* 19 adquae *V*[1] adque *RV*[2] 20 natus eēt (et) p *P* natū esse (se in *ras.*) per *R* 22 esset *ex* esse *m. 2 V* 23 manserat *ex* manserat manserat *m. 2 V* manens erat *R* extitisse *V*. 24 diapsalmae *TE* cui dicebatur — sermo est *om. V*.

demutata persona est. nunc enim generalis sermo est prophetiæ. nam post eam orationem, quæ ad deum fuerat, ut fiducia orantis posset intellegi in eo ipso precationis tempore quod poposcerat inpetrantis, continuo subiecit: ecce enim deus adiuuat me et dominus susceptor est animæ meæ. conuertit mala inimicis meis. effectus proprios propriis reddidit postulatis, docens non neglegentem orationis nostræ deum esse, neque inrationabilem præstationem misericordiæ suæ existimandam, cum nos secundum quod precaremur audiret. namque ad id quod ait: quoniam alieni insurrexerunt super me, proprium illud est: deus adiuuat me; ad id autem: et fortes quæsierunt animam meam, in eo exauditæ orationis peculiaris effectus est, quod ait: et dominus susceptor est animæ meæ; ad id uero quod ait: et non proposuerunt deum ante conspectum suum, hoc conpetenter adiecit: conuertit mala inimicis meis. deus ergo et aduersus insurgentes adiuuat et quæsitam a fortibus animam sancti sui suscipit et non propositus ante oculos neque ab impiis cogitatus in inimicos mala ipsa conuertit: ut, dum deum non cogitant iusti animam quærendo et aduersum eum insurgendo, adiuto eo atque suscepto, eum, quem inter iniquitatum opera non cogitabant, ultorem malitiæ ex malitiæ ipsius retributione sentirent.

10. Habeat itaque hanc innocens religio fiduciam, ut inter humanas insectationes et animæ pericula adiutorem sibi deum esse non ambigat et, si quando iniustæ mortis uis adferatur,

1 profetiae *VR* 2 quae *ex* que *m. 2 V* ad eum *VR cf. Acad. p. 31* 3 praecationis *VR* 4 impetrato *PT* 5 adiubat *V* 8 inrationabilem *ex* mrationabilem *m. 2 V* irrationabilem *TE* 9 suae esse existimandam *V* praecaremur *VR* 10 nāquae *V* nanque *T* ad *ex* quod *corr. m. 2 V* 13 exaudite *VR* quo ait *V* 14 quo ait non *V* 15 hoc conplectentur *V* 16 inimicis *ex* inimiciis *m. 2 V* 17 aduersum *PT* a *om. R* 18 animam — neque ab *in marg. infer. add. m. 2 V* proposito *R* 19 inpiis *ex* piis *m. 2 V* cogitato *R* ad inimicos *PTE* inimicos *V* ut *om. P supr. scr. T* 20 aduersus *PT* 21 adque *VR* 22 cogitant *ex* cogenitant *m. 1, sed deinde in dittographia* iusti animam quaerendo — cogitabunt *V* ultorem malitiae ex (*del. m. 2*) ipsius *V* ultorem malitiae ipsius *PTE* 24 beati itaq. *V* 25 humanos *V* sibi dominum *V* 26 non *om. V* iniuste *V* morti suis *R.*

excedentem habitaculo corporis animam sciat in dei susceptione requiescere: habeat ultionis quoque certissimam securitatem, cum mala omnia in eos, qui inferant, reuertantur. non potest iniquitatis argui deus, nec perfectæ bonitati malignæ uoluntatis instinctus ac motus admixtus est. mala enim non maliuolus excitat, sed ultor retorquet; neque ea ex malitia sua adfert, sed in merita nostra conuertit. statuta enim in omnes sunt ad ultionum ministeria mala ista cum lege uiuendi, iusti id iudicii seuera æquitate moderante. sed hæc auersa a iustis sunt lege iustitiæ et conuertuntur in iniquos æquitate iudicii. utrumque iustum, ut et iustis ad metum prompta sint nec admixta, quia iusti sunt; et iniustis ad pœnam sint conuertenda, quia meriti sunt: nec iustis admixta, cum prompta sint, nec iniustis defutura, quia prompta sunt.

11. Dehinc rursum fit ad personam dei, ad quem primum deprecatio erat cœpta, conuersio: in ueritate tua disperde illos. ueritas mendacium confutat et perimitur falsitas ueritate. omnem autem superiorem orationem esse eius hominis, in quo filius dei est natus, docuimus, etiam hoc quoque nunc a deo patre deprecantis, ut inimicos suos in ueritate disperdat. et quæ sit ueritas, non ambigitur; nempe ille ipse, qui dixit: ego sum uita, uia, ueritas. disperduntur ergo in ueritate inimici, cum falsis testibus damnationem Christo conparantes

21 Ioh. XIV, 6.

1 excidentem *PT* 2 ultionis quā certissimam *PT* 3 infecerant *P* 4 iniquitate *R* malignae bonitatis *V* 5 est *om. P* 6 re == torquet *postea litt.* ter *eras. R* neq. enim ea *V* 8 ad ultionum (ul *sup lin. a m. 1*) *V* adultionum *T* *Quae secuntur post* lege *in T desunt usque ad* propria *Ps. LIV cap. 3 med.* iusti == id *R* iusti in *V* 9 et aduersa (et *sup. lin. a m. 2*) *V* a iusti *ex* a aiusti *m. 2 V* 11 ut *supr. scr. R* haec admixta *P* 12 et iniustos *V* et inius tos *P* 13 quia miseriti sunt *ex* quia miserinti sunt *V* prompta *ex* prorupta *m. 2 V* nec iustis *P* 14 defuturan sunt quia *V* 15 aut personam *V* 16 depraecatio *VR* coepti *V* conuersio *h. l. om. et supr. post* ad personā dī *pos. P* 19 natus est *VPE* 20 depraecati sunt inimicos *V* 21 ambiguitur *V* illi ipsi (& *sup.*) *V* 22 uia *add. m. 2 V* ueritas *R* uerita == s (et *sup.*) *P* disperduntur *V*[1] 23 damnatione *R* comparantes *PE*.

resurrexisse eum a mortuis audiunt et in dei ueritate gloriam suam resumpsisse cognoscunt. nam postea ob pœnam dei in crucem acti fame et bello absumpti ac perditi sunt: uitæ auctorem morte damnantes neque dei in eo ueritatem per operum magnificentiam cogitantes. hos igitur disperdit dei ueritas, cum ad resumendam gloriæ maiestatem paternæ resurgens absolutæ in se diuinitatis probauerit ueritatem.

12. Quod autem et in crucem actum unigenitum dei filium et morte damnatum eum, qui natiuitate, quæ sibi ex æterno patre est naturalis, æternus sit, frequenter, immo semper, prædicamus: non ex naturæ necessitate potius, quam ex sacramento humanæ salutis, passioni fuisse subditus intellegendus est; et uoluisse se magis passioni subici, quam coactum. et quamquam passio illa non fuerit condicionis et generis, quia incommutabilem dei naturam nulla uis iniuriosæ perturbationis offenderet, tamen suscepta uoluntarie est, officio quidem ipsa satisfactura pœnali, non tamen pœnæ sensu læsura patientem: non quod illa lædendi non habuerit pro ipsa passionis qualitate naturam, sed quod dolorem diuinitatis natura non sentit. passus ergo est deus, quia se subiecit uoluntarius passioni; sed suscipiens naturales ingruentium in se passionum, quibus dolorem patientibus necesse est eas inferri, uirtutes, ipse tamen a naturæ suæ uirtute non excidit, ut doleret.

1 resurrectionem cum ex mortuis (*supr.* cum *inter lineas a m. 2*: xp̄o conparantes resurrexisset) *V* 3 adsumpti *V* ac perditi sunt *sup. lin. a m. 2 V* 4 neq. dm̄ in ueritate *P* 6 gloriae paternae maiestatem *VPE* 7 absolutam e 8 quod autem spectat et *Bened. in adn.* in cruce *P* 9 natiuitate (*supr.* e *aliquid eras.*) *R* 10 aeternus est id frequenter *V* et aeternus sit frequenter *e* praedicamus non (*supr.* usn *3—4 litt. eras.*) *R* 12 passioni *ex* passionis *R ex* passionis salutis passionis *V* fuisse subditus intellegendus est et *VR* fuisse subditum et *PTb* 13 sese *V* et quā̃ *RP* (*sed R in marg. add.* ũũ qq) 14 indemutabilem *VPE* 16 uoluntariae *R* uoluita (n s) uoluntariae *V* 17 poene *V* in poenae *R* *post* non *2 litt. eras. R* 18 qualitate *ex* qualitatem *m. 2 V* naturā non sentit passionis qualitatem naturam sed quod dolorem diuinitatis natura non sentit *V* 19 passus == ergo *R* 20 passionis *V* naturam ingruentium *P* 22 eas *om. Pb* inferre *VRP* a *om. V* 23 doleret *ex* doloret *m. 1 R* doloret *V*.

13. Sequitur enim: uoluntarie sacrificabo tibi. legis sacrificia, quæ in holocaustomatis et oblationibus hircorum atque taurorum sunt, non habent in se uoluntatis professionem, quia maledicti sententia legem sit decreta uiolantibus. quisquis enim a sacrificio destitisset, ipse obnoxium se efficiebat esse maledicto. necesse ergo erat effici, quod fiebat, quia sacrificii neglegentiam maledicti non admittebat adiectio. a quo maledicto nos dominus noster Iesus Christus exemit, apostolo dicente: Christus nos exemit de maledicto legis, factus pro nobis ipse maledictum, quia scriptum est: maledictus omnis, qui pendet in ligno. maledictorum se ergo obtulit morti, ut maledictum legis dissolueret, hostiam se ipse deo patri uoluntarie offerendo: ut per hostiam uoluntariam maledictum, quod ob hostiæ necessariæ et intermissæ reatum erat additum, solueretur. cuius sacrificii alio loco meminit in psalmis: hostiam et oblationem noluisti, perficis autem mihi corpus; deo patri legis sacrificia respuenti hostiam placentem suscepti corporis offerendo. cuius oblationis beatus apostolus ita meminit: hoc enim fecit semel se ipsum offerens hostiam deo, omnem humani generis salutem oblatione sanctæ huius et perfectæ hostiæ redempturus.

14. Ob quæ omnia ita gesta laudem deo patri refert: confitebor nomini tuo, domine, quoniam bonum est, quoniam ex omni tribulatione eripuisti me. reddidit singulis propositionibus proprias absolutiones. nam in exordio

9 Gal. III, 13. 16 Ps. XXXIX, 7. 19 Hebr. VII, 27.

1 uoluntariae *VR* 2 q. in holocautomatis *V* et in oblationib. *P* hyrcorum *R* 4 lege *R* quisque *V* 5 a *om. V* 6 sacrificii *ex* sacrificia *m. 2 V* 7 a *om. P* maledicto *ex* maledicti *m. 2 V* 8 Iesus Chr. *om. V* 9 nos redemit *RPE* (*in P supr. scr. m. 2*) ex maledicto *R* 10 scribtum *V* 11 pendit *P ex* pendet *corr. m. 3 R* 12 ergo *om. V* optulit *R* mortui *V* 13 uoluntariae *VR* ostiam *V* 14 quod hostiae necessariae ob intermissae *V* 15 reatu *P* erat *ex* erout *m. 2 V* alio conmonet in *V* 17 perfecisti *RPE* 18 respuente (e *fin. add. m. 3*) *R* 19 oblationes *P* apostolus *ex* apostulus *m. 2 V* 20 semel *supr. scr. m. 1 R* 21 oblationem *V* 24 est *om. P* 25 eripuisti nos *h. l. V sed cf. infr. p. 146, 7.* reddit *Pb* 26 propria *V* absolutiones *ex* oblationes *m. 1 R.*

dixerat: deus, in nomine tuo saluifica me; post precum uero satisfactionem congruam gratulationis esse oportuit professionem, ut eius nomini confiteretur, in cuius nomine saluari sese fuerat deprecatus, et, quia auxilium contra alienos insurgentes in se poposcerat, idipsum adeptum se fuisse professi per hoc gaudii exsultatione memoraret: quia ex omni tribulatione eripuisti me. ad id uero, quod, cum fortes quæsierunt animam eius, deum non proposuerunt in conspectu suo, præclare indemutabilis diuinitatis suæ docuit æternitatem in eo, quod dictum est: et super inimicos meos respexit oculus meus. morte enim non interceptus est unigenitus dei filius. ad explendam quidem hominis naturam etiam morti se, id est discessioni se tamquam animæ corporisque subiecit et ad infernas sedes, id quod homini debitum uidetur esse, penetrauit: sed manet resurgens et inimicos suos inmortali oculo despicit, glorificatus in deum et ex hominis filio in dei filium, ex quo etiam hominis filius esse cœperat, per resurrectionis gloriam renatus. inimicos suos despicit, quibus dixerat: soluite templum hoc, et post triduum ædificabo illud. ædificato igitur hoc corporis sui templo eos, qui quæsierant animam suam, ex edito uidet et ultra humanæ mortis legem auctores mortis suæ sublimis ipse despectat, mortem perpetiens, sed mori nesciens, deus

18 Ioh. II, 19.

1 deus *om.* *RPE* praecum *V* 3 ut eius nomine *V* saluaris est fuerat *V* 4 depraecatus *VR* 5 sese *VPE* professus *PE* 6 exsultationem *Pb* memorare ad id uero quia ex *V* eruisti me *V* *cf.* *p. 145, 25* 7 ad id uero qđ cum (qđ *supr. scr. m. 1*) *R* ad id uero quod dum *P* quod dum *V* quaesierunt *om.* *P* quaerunt *V* 8 dum non proposuerunt dm̄ in *V* praeclarae *V* indemutabilis *ex* indemutabiles *m. 3 R* 10 oculus tuus *V*, *sed cf. quae secuntur* 12 decessioni *P* descensioni *V* 13 inferna = *P* in quod *P* 14 paenetrauit *R* penitrauit *V* set et manet *V* 15 dispič *P* 16 ex hominis (*om.* et) *V*[1] 17 gloriam (gloria^m *V*) iam *VPE* 18 dispicit *ex* despicit *P* 19 reaedificabo *R* 20 exēdito *R* 21 *inter* auctores *et* mortis *dimid. lin. uacat* *V* morti^s *R* 22 dispectat *V* despecta *P* morte *P* per^pe tiens *R* se mori *P* ds̄ et homo *V*.

homo dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LIV.

In finem in carminibus intellectus Dauid.

Inaurire deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam et reliqua.

1. Superscriptio psalmi sine historia est; tantum: in finem in hymnis intellectus est. hymnos aliqui translatores nostri carmina nuncupauerunt; plerique autem hymnos ex ipsa græcitatis usurpatione posuerunt. de nomine nihil differt, dummodo res una esse, quæ uel in hymnis uel in carminibus significabitur, intellegatur. hoc ergo de psalmo sentiendum est, quod quæ hymno eius uel carmine continentur, in finem intellegenda sunt: omni intellectu scilicet nostro ad dominum nostrum Iesum Christum, quem apostolus finem legis docuit esse, referendo.

2. Frequenter autem admonuimus, eam in psalmorum cognitione sensus nostri temperandam esse rationem, ut eum, de quo et per quem omnis prophetia est, ex dei filio hominis filium natum meminerimus, dei naturam omnibus ante sæculis manentem in naturam hominis esse ex partu uirginis genitam, ita ut naturæ posterioris adiectio nullam defectionem naturæ anterioris adferret, neque qui etiam homo esse cœperat, id, quod ante hominem manebat, deus scilicet, esse desineret. hic ergo adsumens carnis nostræ fragilitatem et manens suus atque noster ita agit, orat, profitetur, exspectat omnia illa, quæ

16 Rom. X, 4.

2 amen *om.* *V* Explicit Psalmus LIII incipit Psalmus LIIII *V* Finit Spalmus LIII incipit Spalmus LIIII *R* Finit Psalm' LIII incip. LIIII *P* 4 in finem — deprecationem meam *om.* *V* 7 superscribtio *V* in fine *RP* 10 susurpatione *V* 13 intellegenda sunt omni *in marg. add.* *P* sunt omni *sup. lin. a m. 2* *V* 14 ^{a}d *m. 1* *R* 17 eam *sup. lin. a m. 1* *P* condicione *R* 18 ut cū *P* 19 profetia *VR* 20 filium *ex* filio *m. 2* *V* et dei naturam *E* antea *VR* 21 hominis *ex* inis *m. 2* *V* genitū *P* 22 ita *sup. lin. a m. 2* *V* *a m. 1* *P* 23 etiam iam *V* 24 ante *ex* antea *m. 2* *V* ominem *R* hominem *ex* homine *m. 2* *V* his ergo *V* 25 adsumens *ex* adsumen *m. 3* *R* adque *VR* 26 agit (git *i. ras. 3*) *R* agitur *P* orat (t *supr. scr. m. 1*) *R* ora *V* *om.* *P* ac profitetur *P* 26 exspectati *V* illa *om.* *P*.

nostra sunt, ut in his admisceat etiam illa, quæ sua sunt, loquaturque interdum ex persona hominis, quia homo et natus et passus et mortuus est, interdum autem omnis ei secundum deum sermo sit, quia ex deo homo et ex dei filio hominis filius exstitisset: naturæ scilicet eius confidentiam non oblitus in uerbis, qua in adsumptione licet hominis non carebat. et ita ex nobis atque ex infirmitate nostra humani sermonis consuetudine usuque loquens, ut ex se atque ex uirtute sua, quæ deo sunt propria et digna, loqueretur, ut in præsenti psalmo cognosci potest, qui ita cœptus est.

3. Inaurire deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi et exaudi me. contristatus sum in exercitatione mea et conturbatus sum a uoce inimici et a tribulatione peccatoris: quoniam declinauerunt in me iniquitatem et in ira molesti erant mihi. cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me. timor et tremor intrauit in me et contexit me tenebra. et dixi: quis dabit mihi pinnas sicut columbæ? et uolabo et requiescam. ecce elongaui fugiens et mansi in solitudine. in exordio psalmi etsi humilitatis uoce usus sit, cum ait: inaurire deus orationem meam, non tamen sine aliqua propria conscientiæ altioris fiducia intellegitur hæc locutus. non enim cuiuscumque est innocentiæ id postulare, ut orationem suam deus inauriat. promptæ namque semper precationi hominum dei aures sunt:

1 in *om.* *V* etiam *om.* *V* *ante* sua *aliquot litt.* (sua?) *eras.* *R* 2 qua et homo e 5 eius (iu *in ras. m. 3*) confidentiā (ā *supr. scr. m. 3*) *R* 6 quā *P* quia *V* in *om.* *V* 8 consuetudinē usus que *P* consuetudine usque *VR* 9 propria sunt et digna *V* sunt proprie digna *P* loqueretur *ex* loquetur *m. 2* *V* loqretur *R* loqir&ur *P* 10 quia ita *V* 11 dn̄e *P* 12 depraecationem *VR* 13 contristatus (*om.* sum) *V* 14 et tribulatione *V* 15 iniquitates *Re* 16 molesti *ex* molestia *m. 2* *V* conturbatum *ex* conturba *V* 17 mortis *om.* *V sed cf. p. 151, 16* 18 tremor uenit super me *RPE* 19 tenebrae *R* pennas *P*R^2*E* 20 *ante* ecce *litt.* in *del. m. 2 V* 22 uoce *ex* uocet *m. 2 V* 23 conscientia *RPE* 24 fiduciae *PTE* est *add. m. 2 V* 25 oratione sua *R* 26 nāque *supr. scr. m. 1 R* praecationi *VR* sunt *ex* sint *m. 3 R*.

quia, qui naturam audiendi humano generi inpertit, ipse extra auditus non potest esse naturam et, qui ubique hunc in nobis sensum auditionis operatur, non potest non ubique in ipso esse, quod præstat. deus itaque ubique et semper audit; sed non omnium meriti est, ut quod audit et inauriat: auditum quidem eius orantis uoce penetrante, sed dignationem eorum, quæ audiantur, inauriendi sola orationis innocentia promerente.

4. Triplex autem in exordio ratio precationis est edita. prima enim ea est, ut inauriatur oratio. sequens est, ne despiciatur deprecatio. tertia est, ut intendat sibi seque exaudiat. et necesse est discretam esse uniuscuiusque generis naturam, ut non idem sit inaurire et non despicere, rursumque differat ab utroque intendere et exaudire. et quia de inaurienda oratione quid intellegi posset, ostendimus, quid illud sit: ne despexeris deprecationem meam, tractandum est. despiciuntur orationes leues, dissidentes, inutiles, sæculi curis anxiæ, rerum corporalium desideriis implicatæ, bonorum operum fructibus infecundæ. hæ igitur despicabiles sunt orationes, dei dignatione non dignæ, de quibus per Esaiam prophetam ait: et cum extenderitis manus uestras ad me, auertam oculos meos a uobis. et causam despiciendæ orationis continuo subiecit dicens: manus uestræ sanguine plenæ sunt. ubi ergo operatio iniquitatis extabit, illic despicitur

20—22 Esai. I, 15.

1 qui *om.* V extra (tra *add. m. 2*) V 2 isse V 4 sed *add. m. 2* V 5 meritis ē P meriti = ē T et inriat V 6 quidem *ex* quiadem *m. 2* V eius *add. m. 2* V penetrantē P inpetrante V 7 sola *ex* solu *m. 2* V 8 in exordio ratio (*ex* rationis *corr. m. 2*) praecationis V in exordio oratio praecationis R(s) in exordii precatione oratio PT 9 inauriatur *ex* inoauriatur *m. 1* V 10 dispiciatur R sibi *ex* seibi *m. 1* V 12 dispicere RP[a] differt V 13 ab utroque (que *add. m. 2 i. ras.*) V inauriendo V inauriendi R 14 posset *ex* possit *m. 1* R posse V possit PT 15 dispexeris RP[a] *uoces* tractandum est *in* PT *supra post* illud sit *leguntur* despiciuntur *ex* dispiciuntur R *ex* despicitur *m. 2* V 16 differrentes V saeculis V curis *ex* scuries *m. 2* V 17 et rerum PE implicata[t]e *m. 2* V īplicitae RP 18 infaecundae RT infecunda *ex* infaecunda *m. 2* V haec VR 19 de quibus *om.* R Eseiam V Isaiam T 20 extenderitis *ex* extenderetis *m. 2* V 21 meos *add. m. 2* V 22 sanguinae VR 23 ergo *supr. scr.* R.

oratio deprecantis. at uero tum in eum, qui sperat, intenditur, cum tacitæ spei fides piæ conscientiæ religione cohibetur. et est nobis hoc absolutissimum uniuscuiusque proprietatis exemplum. inauriuit dominus uerba Chananææ sæpe clamantis; despexit orationem adulescentis illius, qui ab æternitatis largitore diuisionem patrimonii postulabat; intendit autem in eam feminam, quæ fidei silentio salutem sibi etiam a uestis fimbria expetebat.

5. His ergo totius precationis suæ generibus distinctis nunc causam ipsam exposuit deprecandi: quia in exercitatione sua conturbaretur a uoce inimici et a tribulatione peccatoris. et quidem exercitatio numquam nisi ad res utiles salutaresque suscipitur; quas quia in sancto quoque impii ferre non possunt, omnibus eum iniuriis adficere et usque ad formidinem mortis defatigare contendunt. sed hæc in domino Iesu Christo exercitatio nostræ salutis operatio est, quam diuersarum sanationum, dehinc passionis ipsius exercitatio prouehebat. in hoc quoque se mundo consortio nostræ infirmitatis exercens — quam exercitationem egressu suo Isaac in campum præfigurauit, cum inuectæ camelo Rebeccæ, tamquam sponsæ ex gentibus exercens se in hoc mundo Christus, occurrit —, a uoce inimici etiam turbatur, cum Samaritanus, cum dæmonium habens dicitur, cum quia se a cruce non eruat, negatur esse ceteris salus. declinantes in eum iniquitatem falsorum testimoniorum et sententiæ mortis in ira quoque molesti sunt ei, dum flagellis, dum colaphis, dum alapis desæuiunt.

1 praecantis *V* tum *ex* cū *R* in eo *VRP sed. cf. Acad. p. 24* intēditur comptae spei fidis *V* 2 piae *ex* prae *m. 2 V* 3 q (*i. ras.*) est *R* uniuscuius *V* 4 inauriuit *ex* auriuit *m. 2 V* Channaneae *V* clamantis *ex* clamantibus *V*[1] dispexit *V* 5 adolescentis *RPT* 8 hi^s ergo *V*^h is g^o *P* totis *V* 10 *post.* conturbaretur *m. 2 V sup. lin. add.*: et conturbaretur et tribulatione *VT* 11 equidem in exercitatio *V* 12 inpiis *V* 13 adficere adque ad *V* 14 defatigare *ex* defitigare *P* defetigare *ex* defatigare *m. 2 V* 15 diuer(sarū)===(na)tionum *R* 16 prouehebat *ex* priuehebat *m. 2 V* 18 exercitationem *ex* exercitationum *m. 2 V* egressu *ex* gressu *m. 3 R* suo *om. V* isaac *ex* isac *m. 3 R* Isac *V* 19 inuecte *V* 21 cum Samaritanus daemonium *PTE* 22 a *sup.* lin. *a m. 2 V* 23 declinante *T* iniquitate *PT* 25 colafis *VR* dum alapis *add. m. 1 V.*

6. Sed inter hæc, habens potestatem duodecim milia legionum cælestium euocare, non ad iram commouetur neque ad ultionem exacerbatur. sequitur enim: cor meum conturbatum est in me. pati omnia in se ipse constituit, dummodo humanæ salutis sacramenta perficeret. difficillimum autem hominis infirmitati est, intra se ipsum perturbationes mentis commotionesque cohibere, ut non etiam usque ad ipsam uultus demutationem, tacito licet motu, significatio anxietatis uel indignationis erumpat. uerum unigenito deo, quamuis infirmitas nostra suscepta sit, tamen diuinitatis suæ non est abolita natura, ut non his omnibus, quæ infirma sunt, salua maiestatis suæ dignitate perfunctus sit, dum uniuersa, quæ mortis nostræ sunt ac timoris, ita pertulit, ut in eum inciderent hæc potius quam inessent, dum infirmitas nostra magis est, quam naturalis in deo est. denique idipsum sequens sermo conexuit, cum dixit: et formido mortis cecidit super me. timor et tremor uenit super me et contexerunt me tenebræ. et hæc quidem in eum omnia, quæ nostræ necessitatis sunt, inruerunt; sed ab eo naturæ suæ uirtute suscepta sunt, dum mortem nostram, potens non mori, etiam timore in se mortis ingruente non renuit.

7. Et cum hæc eadem, tamquam in hominem, imbecillitati

1 potestatē *corr. m. 3 R* potestates *ex* potestatem *m. 1 V* legionū *ex* legiones *corr. m. 1 R* caelestiū legionū *PT* 4 ipso *PTE* 6 intra *add. m. 2 V* se *om. V* ipsum *ex* ipsa *m. 2 V* perturbationis (em *supra*) mentis commotionisq. (em *supra*) *(corr. m. 2) P* perturbationesquae *V* 7 demonstrationem *R* 8 significatio *ex* significationibus *m. 1 V* 9 quāuis *ex* quā *m. 2 V* nostrā *R* suscepta *ex* suspecta *P* 10 oblita *Ve* ut ñ his *P* 12 sunt *om. V* 14 *in P uerbis* dum infirmitas — in deo est *expunctis haec sunt superscripta:* dū infirmitatis nre magis .|· quod in assumpto patitur homine q̃ diuine q̄ inpassibilis .|· nature nostra magis quam (*om.* est) *V* 15 in id ipsum se sermo *P (T in marg. infer.)*, id ipse sermo *T*[1] 15 conexuit *T* contexuit *V* dicit *VPTE* 17 contexerunt *ex* contexuit *m. 2 V* contexit *RPTE* tenebra *PTE* et haec quae quidem *corr. m. 2 V* 18 omnia in eum *R* nostris necessitatibus (*om.* sunt) *R* 20 timori *R* timorem *rb* inruente *R* ingruentem *Vrb* 21 rennuit *V*[2]*RP* 22 ībicillitati *V ante* imbecillitati *P*[2] *supr. scr.* cui'.

eius dominatura cecidissent, tamen, ut non subiectum se his, quæ ingruerent, edoceret, subiecit: et dixi: quis dabit mihi pinnas sicut columbæ? et uolabo et requiescam. non infirmus est, cui ad euolandum de contegentibus se tenebris metuque mortis pinnæ non aliunde sumendæ sunt. cum enim dicit: quis dabit mihi?, non poscentis ab aliquo, sed non aliunde sperantis est. euolare autem ut columba festinat, id est in spiritalem redire naturam. nam et in columbæ specie spiritus in eum uolando requieuit habitatione aliquando in eo homine, qui tum de Iordanis aquis ascendebat, inuenta. et hæc quidem precationis est causa, quia infirmitate corporis adgrauatus hoc, quod nobis est mortale, susceperat, ut caro factus in spiritum euolaret. et harum quidem pinnarum suarum in psalmo alio ita meminit: si sumpsero pinnas meas ante lucem et habitauero in postremis maris, etenim illic manus tua deducet me. suas itaque sumet, ut intellegatur eas ex his euacuatus adsumere.

8. Sed sumptis pinnis, ut uolando requiescat, quo sit quieturus, ostendit dicens: ecce elongaui fugiens et mansi in deserto. ceciderunt quidem super lucem tenebræ, sed tenebræ eam non conprehenderunt. elongauit enim fugiens, qui ne a contegentibus quidem potuit conprehendi. fugit ergo etiam eos, qui se persequebantur, et ab his longe factus habitat in deserto. et quod desertum hoc uel quæ solitudo sit — nam

14 Ps. CXXXVIII, 9.

1 eius *del.* P^2 dominantur *P* accidissent *P* s$\overset{e}{=}$= *corr. m. 2 V* 2 ingruent *V* doceret *V* 3 pennas *R ex corr.*, *PT* 4 ad uolandum *PT* contegentib. *ex* čtegentib. *P* cunctis gentibus *R* 5 pennae *PT* aliundae V^1 6 poscentis *ex* poscentes *m. 1 R* 8 id est spiritalem *V* nam *om. PT* 9 aspiciet $\overline{\text{sps}}$ *V* 10 in e$\overset{o}{=}$ *corr. m. 1 V* 11 praecationis *VR* qui *V* 12 degravatus *VPTE* 13 in sp̄u *P* in spiritu *T* euolar& (& *in ras. 3*) *R* pennarum *PTE* 14 pennas R^3*PT* 16 etenim illic *VR* ita enī illic *P* ita enī illuc *T* etenim illuc *E de* illic *in uersionibus h. l. antiquis cf. Sabatier II, 269* suas *add. m. 2 V* pennas suas *T* sumit *PT* 17 et his *PT* euacuatus *ex* uacuatus *R* 18 pennis *PT* 19 elongaui *ex* longaui *m. 2 V* 20 in solitudine *PT* 21 longauit *P* 22 qui in ea *R* contingentibus *PT* continentibus *V* 23 se *om. V* ab his (*om.* et) *V* 24 et quđ *R* desertum *ex* deserto *m. 2 V.*

eodem uerbo utrumque græcitas elocuta est — ita alius propheta declarat: lætare desertum sitiens, exsultet desertum et floreat tamquam lilium: et floreant et exsultent deserta Iordanis. inualescite manus inualidæ et genua dissoluta: consolamini modici animi, sensu inualescite et nolite timere. ecce deus iudicium reddet, ipse ueniet et saluabit nos. tunc aperientur oculi cæcorum et aures surdorum audient, erudietur lingua mutorum. tunc saliet claudus tamquam ceruus. uenerat quidem ad oues perditas domus Israhel; sed ab his fugatus hæc deserta lætificat. in his enim manet et manet, postquam uolando requieuit. est enim dei requies, quæ impiis denegatur, cum dicitur: si intrabunt in requiem meam; resumpta spiritali gloria unigenitus deus in his, tamquam in templo digno se, corporibus, quæ erant antea deserta, requiescens, quia plures iam filii desertæ magis quam eius, quæ habet uirum.

9. Non sum autem nescius, plerosque solum uerborum sonum et litteram contuentes nihil de omnibus fere psalmis congruum aliquid personæ domini nostri Iesu Christi existimare, putentque totum querellis prophetæ increpari. sed nos litem non mouemus. neque enim destruimus, sed adstruimus, addentes potius de obscuris intellegentiam, quam simplicibus detrahentes: quia, quæcumque Dauid aut passus aut questus est, etiam passionibus eius, qui uniuersitatis nostræ caro est factus, inpleta

2 Esai. XXXV, 1 sqq. 13 Ps. XCIV, 11. 16 Esai. LIV, 1.

1 eo locuta est *P* et ita *Pb* 3 florient *V* florent *R* 4 inualescitae *V*¹ 5 dissoluta *om. V* consolamini *ex* consolutamini *m. 1 V* consolidamini *T* 6 ani^mi *corr. m. 1 V* ecce dš *V* ecce dn̄s *R* ecce deus noster *E* 9 et erudietur *T* mutorum *ex* mortuorum *m. 2 V* tunc *om. V* tū *P* sali == et *P* salit *V* 10 clodus *VP* 11 istrahel *V* i^s rt *R* 13 inpiis *V sed cf. Acad. p. 27* 15 tāquam templo *R* 16 ante *V* requiescit *TE (de participio, quod habent VRP, cf. Victor Vit. ed. Petschenig p. 165)* iam *om. V* fili *V* 19 de hominibus *V* 20 aliquid *om. PTE* personam *R* nostri *om. V* putent. quae *R* 21 quaerellis *VR* querelis *PT* profetae *VR* non mo mouemus *V* 22 enim *add. m. 2 V* 23 potius dō de *PT* quam *om. V* 24 quaestus *VR.*

sunt. et, ut arbitror, ea, quæ secuntur, intellegentiæ nostræ cursum probabunt.

10. Intercedens uero diapsalma demutauit et sensum. nam omnis rursum aduersum eos, de quibus est querella, fit sermo, honore tamen eius, ad quem omnia est referre solitus, antelato. sequitur enim: expectabam saluificantem me a pusillanimitate et tempestate. non noua hæc eius expectatio est; nam et in eo psalmo, quem ex persona eius esse non dubium est, sic precatus est: salua me, deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. infixus sum in limum profundi et non est substantia. ueni in altitudinem maris et tempestas demersit me. ab hac igitur tempestate atque ab hac pusillanimitate — humiliatus enim erat usque ad mortem crucis — saluari expectat ab eo, ad quem precatus est dicens: pater, clarifica me apud temetipsum claritate, quam habui apud te prius quam mundus esset.

11. Sed expectans, saluari se, plus iam quam spem salutis expectat. sequitur enim: præcipita, domine, et diuide linguas eorum. proprietatem uerbi siue hebraici siue græci latinitas, uti in multis, non elocuta est. nam id, quod præcipita dicitur, cum illis *καταπόντισον* enuntiatum est: quo sermone non ut præcipitentur, sed ut in profundum demergantur, oratur. demergi ergo eos linguasque eorum diuidi

9 Ps. LXVIII, 2 sq. 15 Ioh. XVII, 5.

1 ut *supr. scr. m. 2 V* ea q̄ *V* secuntur *R* sequintur (u *supr.*) *corr. m. 2 V* sequuntur *PT cf. Acad. p. 23* 3 intercidens *P* demutabit (v *supr.*) *(sic) P* 4 aduersus *VPT* quaerella *VR* querela *PT* 6 pusillianimitate *V* 7 peccatio (r *supr.*) *corr. m. 2 V* est *add. m. 2 V* 9 praecatus *VR* 10 aquae *ex* quae *m. 2 V* 11 limū *T* limeum *ex* liminum *m. 1 V* limo *RPE* 13 intēpestate *P* adque *VR* pusillianimitate *V* humiliat' temerat' q : ad *P* humiliatus usque ad *T* 15 praecatus *VR* aput *VR* 16 claritatem *V* 20 proprietate (m *supr.*) *V* uerbi = *R* hebreici *V* haebraici *ex* haebraeici *R* 21 ut *VPT* non *ex* nun *m. 3 R* eloocuta *ex* locuta *R* est (e *ex corr.*) *R* 22 caтapōтison *V* *ΓΑΙΑ*PONTISON *R* cataponteson *P* *ΚΑΤΑΠΟΝΤ*ЄCON *T* e = nuntiatum *R* ennuntiatum *V* 23 n̄ praecipitentur (*om.* ut) *P* 24 demergi (gi *in ras. m. 3*) *R* eorum dauid rogat *V*.

rogat. quorum aliud sub Noe, aliud post ædificationem turris scimus effectum, cum illos diluuio submersos consumpsit profundum, hos uero linguarum diuisio ad causam æternæ inter se concertationis discreuit, ut conspirationem aduersus deum initam, dum se inuicem et nesciunt et metuunt, non tenerent. non dispar ergo nunc in hos pœna deposcitur, scilicet ut iure gentium, quas in aquis significari meminimus, absumpti et in omnes linguas, cum quibus nunc habitant et quibus locuntur, diuisi amitterent uitæ ac regni sui dignitatem.

12. Ut autem ob uitia ciuitatis contradictionemque præceptorum suorum hæc consecutura nosceremus, adiecit: quia uidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate; die et nocte circumdabit eam super muros eius, et iniquitas et labor in medio eius: et non defecit de plateis eius usura et dolus. ob hæc igitur uitia et crimina futuræ captiuitatis et dispersionis pœna deposcitur; sed potissima crimina sunt iniquitas et contradictio. nam eum, quem lex et prophetæ nuntiauerant, reicientes contradictione impia respuerunt. quæ contradictio nocte et die circumdans muros ciuitatis ipsius supergressa est, quia et ipsa passionis suæ nocte, cum se uidendum in consessu et a dextris uirtutis profiteretur, discissa ueste etiam cum blasphemiæ inuidia contradixerunt. in muris autem tuitionem salutis significari meminimus; sicut cum nouæ Hierusales ædificatio et munitio, id est constructio et custodia ecclesiæ cælestis optatur, ita scriptum

2 dilubio V^1 submersa consumit *V* 3 uero *deest, eras.* ergo *R* 4 concertationes R^1 contrectationis *V* 6 non dispar ═ ═ ═ ergo *R* ñ dissipare ergo *P* ergo (*ante* ergo *spatio 2 uerborum uacuo*) *T* in ^{h}os *corr. m. 2 V* ut i^{u}nre *corr. m. 2 V* 7 absubmpti V^1 8 *inter* õnes *et* linguas *uocem* iniurias *del. m. 1 V* loquuntur *PTE* 13 supra muros *PT* et iniquitas et dolor *PT* 14 i^{n} *R* deficiet *PT* 15 pla^{t}eis *corr. m. 1 V* 17 potissima in crimina *V* potissima in crimine *PT* potissima inter crimina *E* contradictionem eum *V* 18 profetae *VR* nunciauerant *RT* 19 circumdat & muros *R sed. cf. infr. p. 156, 5* 21 concessu *V* 22 blasfemiae *V* 24 nouae *ex* nomi nomine *V* noua *P* hierusales *V* hierusalēs *P* hierusalem *RTE cf. Acad. p. 28* 25 cclesiae *V* scribtum *V*.

est: benigne fac, domine, in bona uoluntate tua Sion et ædificentur muri Hierusalem. erat ergo tum in eo populo custodia spiritalis et dispositæ per angelos legis administratio communiebatur. sed ubi ipso mediatore legis reiecto hos muros et hanc custodiam circumdans iniquitas supergressa est, tum cœpit maius esse ipsa munitione peccatum, ut iniquitas uinceret custodiæ uoluntatem, usura et dolo ceterisque, quæ in lege sunt uetita, redundante.

13. Et indignationem tantæ huius iniquitatis ostendens subiecit: quoniam si inimicus meus inproperasset mihi, supportassem utique et si odiens me super me magna locutus fuisset, absconderem me utique ab eo. tu autem, homo unianime, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. in domo dei ingressi sumus cum concordia. querella non de passione est, sed de apostolo proditore. nam cum salutem generi humano suscepta crucis morte donaret, non potest uideri sacramentum hoc magnæ pietatis arguere. nam utique si inimicus esset, querellæ causa non esset, cum id in se consummaretur, quod ad salutem nostram perpeti ipse uoluisset; sicuti si odiens se locutus super se magna fuisset, absconsus ab eo fuisset, quia ei non cognitus in homine deus esset et ob hoc minus esset criminis nescienti — non enim gentes uerbum carnem factum prænuntia sibi lege didicerunt, quod utique his, qui sub lege sunt, etiam ipsis gestis ad speciem

1 Ps. L, 20.

1 benignae *R* domine *om. R* 2 ut aedificentur *Pb cf. Sabatier II, 105* ^{o}g = tū eo *P* ergo tum ei *T* 8 dispositae *ex* disporsitae *m. 1 V* laegis *R* 6 tunc *PT* 7 custodiae *ex* custodire *m. 1 V* custodis *e* 8 redundantibus *Te* 9 et — tantae *om. V* indignitatem *PTE* ostendens dicit *V* 10 meus *om. PT* maledixisset (*sed supr. scr.* in‹ppe-rass&) *R* 12 absconderet *V*¹ 13 unanime *P* unanimis *RE* et notus meus *sup. lin. a m. 2 V* 15 quaerella *VR* 16 protraditore *V* traditore *PT* 17 humano generi *P* cruci *V* 19 querellae — esset *om. PT* 20 nostrae *V* 21 et sicuti *E* odiens elocutus *V* magna esset *PTE* absconsus — fuisset *om. V* 22 ei *in ras. m. 3 R* 23 et *om. V* ab *P* hoc *om. V* 24 carnē *V* carne *R* praenunciata *R* dedicerunt *V*¹ 25 his^{bu}que *V* ipsis gestisi *V*¹ ipsius (u *eras.*) gentis *P* ipsius gentis *T*.

futuræ ueritatis aptatum est, cum et hominem Abraham adorauit et Iacob in homine deum uidit —; portasset utique hæc obprobria gentium, quod, cum essset homo, se deum faceret, quod dæmonium habens populum seduceret, quia ignorassent hæc omnia in lege, quæ ad Israhel lata est, contineri. uerumtamen cum unianimis et dux et notus hæc faciat — unianimis, cum electus ad apostolum est; dux, cum demorante domino ipse ad prædicationem aduentus sui ad castella præmissus est et futuri regni dux ab eo ac princeps est constitutus; notus autem, cum omnes ingressus eius egressusque didicisset cognouissetque in hominis filio et dei filium, qui et particeps in demutando ex aqua uino et dulcificando in populi cibum hordeo extitisset conuiuioque eodem usus esset secumque dei domum semper esset ingressus —, maiorem de se querellam in hoc consortium diuini ministerii adsumptus exhibuit.

14. Sed quamquam specialia hæc in impietatem eius dicta essent, tamen pœnæ decretum refertur ad plures. ueniat mors super eos et descendant in infernum uiuentes, quoniam nequitia in hospitiis eorum, in medio eorum, ita super eos morte uentura, ut ad pœnæ sensum uiuentes descendant in infernum, cum in hospitiis eorum et in medio eorum, id est totos ipsos intra extraque nequitiæ opera circumdent.

15. Verum ille hæc his agentibus atque meditantibus, ad

2 portasse se utique *VRP* portasse (*om.* utique) *e* ob͵pbria *ex* ob͵ppria *m. 1 R* 3 deum se *E* 4 daemonē *PT* 5 istrahel *V* 6 unanimis *RP* (*in R* u *supr. scr. m. 1*) et dux — unianimis *in marg. infer. add. m. 1 V* unianimus *T* unanimus *R* 7 eiectus V^1 ad apostolatum *P* in apostolum *E* 10 omnis *R* eius egressusqueque *in marg. m. 1 V* dedicisset (ui *supr.*) V^1 cognossetq. *P* cognossetque *VT* cognosceretque *E* 11 hominis *ex* homine *m. 3 R* particeps *ex* participes *corr. m. 1 V* 12 *pro* dulcificando *Bened. coni.* multiplicando 14 & hoc *R* 15 diuini — quā (*sic*) specialia *supr. scr. m. 1 R* (quā specialia *postea eras. et repetitum post* c̄sortiū) 16 in impietate *R* impietatem (*om.* in) *P* 17 fertur *R* 18 descendent *V* 19 nequitiae *PT* in medio ipsorum *PT* (ipsorum *in ras. P*) 21 infernum — eorum et in *om. V* cum hospitiis *PT* 22 est id est *R* totus *V* 23 circum *V* 24 adque *VR*.

quem spes et precatio sua esset, ostendit dicens: ego ad dominum clamaui et dominus exaudiuit me. uespere et mane et meridie narrabo, renuntiabo: et exaudiet uocem meam. liberauit in pace animam meam ab his, qui adpropiant mihi, quoniam inter multos erant mecum. et exaudiet me deus; et humiliauit eos, qui est ante sæcula. clamorem fidelem mox dominus exaudiuit et hanc ipsam exauditi clamoris sui gratulationem uespere et mane et meridie narrabit, diem omnem in his diei partibus, per quas dies continetur, ostendens. talis autem temporum ordo non nisi ex prophetica scientia distributus est, ut uespere et mane et meridie nuntiet, quia secundum legem et obseruantiam legis a uespere dies cœpta eadem ipsa usque ad meridiem deputatur, cum inchoationem diei non mane lux reddita, sed uespere nox facta perficiat. narrat ergo et renuntiat ea, quæ psalmo continentur, quod uocem eius audiet et in pace animam suam liberet — pacificauit enim omnia in cælo et in terra — et liberet ab adpropiantibus sibi. superior enim querella de proximis, cum etiam unianimus et dux et notus hæc ageret cum apostolis ceteris et ipse electus in apostolum. deus ergo, qui est ante sæcula, id est, per quem omnia sunt, quia ante omnia sit, exaudiet eum et humiliauit eos, cum indigni gloria æternæ resurrectionis effecti sint.

1 sp^e^s :≡ *R* praecatio *VR* ad deum *PTE* 2 me *om. T* uesper^e^ *corr. m. 2 V* 3 narrabo *supr. scr. m. 1 P* renunciabo *R* et renuntiabo (renunciabo *T*) *PTE* 4 liberabit *PTE cf. Sabatier. II, 111* 5 adpropiant *P* appropriant *ex* appropinquauit *m. 1 V* adpropinquant *R cf. infr. 18* 6 exaudiet (*om.* et) *R* humiliabit *RPTE* 8 exaudit *PTE* et hanc — exauditi *om. V* 9 uesper^e^ et ,man^e^ *corr. m. 2 V* narrauit *V* in his dī *V* 11 profetica *VR* 12 meridiae *R* nunciet *RT* 13 usque in *VPTb* 14 incoationem *RT* non male *V* 16 audiat *TE cf. Lucifer ed. Hartel p. 368* in pacem (*om.* et) *V* 17 liberet *ex* liberam *m. 2 V* pacificauit omnia *P* pacificans oñia *T* 18 ab inproperantibus *PT* 19 quaerella *VR* unanimus *R* unanimis *PE* 21 *ante* deus *del.* et *m. 2 V* per quae *V* 22 qui ante *P* et exaudiet *V* humiliabit *RPTE* 23 gloria *supr. scr. R* gloria *ex* gloriae *V* glorię *PT* aeternae *ex* certae *m. 1 V* aeternae et *PT*.

16. Nam interiecto diapsalma omnem his ob inpænitentem impietatis professionem spem recidit dicens: non enim est illis commutatio et non timuerunt. omnes secundum apostolum resurgent, sed non omnes commutabuntur, quia non timuerunt deum. fas enim fuerat ignorantes in homine deum resurgentem tamen deum ex mortuis credidisse, patente his etiam post passionis piaculum pænitentia et indulgentia. non enim solum non timuerunt deum, sed cum ad retribuendum his manum extendisset, id est auxilium obtulisset, contaminauerunt testamentum eius: cum eum, qui testamento legis ad salutem prænuntiatus est, reppulerunt. sequitur enim: extendit manum suam in retribuendo. contaminauerunt testamentum eius: diuisi sunt ab ira uultus eius. et idcirco demutatio his non relicta est, quia pro peccato semel mortuus et resurgens eos tantum demutatione donauit, qui secum per fidem et commortui sunt et resurgent. hos autem ab ira uultus sui euersa ciuitate diuisit partemque eorum cum infidelibus ponens eos uel dispersit in omnia, uel diuisit a sanctis.

17. Dehinc de generali querella ad significationem eius, qui et dux et unanimus et notus fuerat, sermo se rettulit: et adpropiauit cor eius. mollierunt sermones eius super oleum, et ipsi sunt iacula. admixtus apostolis et curam pauperum agens, maximum scilicet ministerii opus curans, adpropiauit cor suum — ab adpropiantibus enim liberari animam suam gratulatus est —, non utique ministerio fidei adpropians, sed iræ dei et contaminationi testamenti eius. ceterum ipse

3 I Cor. 15, 51.

1 interiecto *ex* interiectio *m. 1 V* 2 recidit (i *prior. loc. in ras.*) *R* recedit *P* 3 timuerunt deum *PTE* 4 surgent *RPT* 5 ignorasse *PTe* 6 resurgentem tamen dm̄ *in marg. super. a m. 2 V* credidissent *PTe* (*e ante* resurgentem *add.* si) patente = his *R* 8 ad tribuendum *PT* 11 repulerunt *PE* 12 manum *ex* manuam *m. 1 V* 15 mortuus est et *PTE* 19 genera *R* quaerella *VR* 20 ei dux *PT* ei et dux *E* unianimus *T* unanimis *PE* se *om. V* retulit *RPTE* 21 molliti sunt *T* 23 ministrii *V* ministerio *P* 24 adpropriauit *V* adpropriāsuatibus *corr. m. 1 V* 25 ˇtiq. *V* ministeria *P* adpropriāns *V* 26 ira *V* contaminati *V*.

blandiloquus, emollito super oleum sermone curam agere se pauperum fallens etiam tum, cum pretiosi unguenti effuso alabastro conquestus est, tamquam id magis ueniri in sumptum inopum debuisset. sed ille occasionem furti de pecuniæ conlatione quærebat. et istiusmodi furti blandiloqui oleum psalmo alio euitat propheta, cum dicit: oleum peccatoris non inpinguet caput meum, quia sub specie boni operis malitiæ arma conmoueat. sunt autem etiam in uerbis iacula, sicuti dentes scutum et sagittæ sunt, et lingua machæra acuta est. hæc igitur sermonum iacula detestatur, quæ magis sub blandimento et adulatione nocitura sunt.

18. Sed inter ista inimici iacula inperterritus manet nobisque portum securitatis tutum fidumque demonstrans. sequitur enim: iacta in deum cogitationem tuam, et ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto. ademit nobis etiam in euangeliis dominus sollicitudinis necessitatem dicens: nolite solliciti esse de crastino: sufficit diei malitia sua. quærite primum regnum dei et iustitiam, et omnia præstabuntur uobis: omnem scilicet curam in promerendo dei regno et iustitia collocandam. iactanda ergo cura super eum est: ipse enim enutriet, secundum illud: super aquam refectionis enutriuit

6 Ps. CXL, 5. 9 Ps. LVI, 5. 17 Matth. VI, 33 sq. 22 Ps. XXII, 2.

1 blandiloqus (s *in ras.*) *R* 2 praetiosi *VR* effus = o *R* effusio *V* 3 conquestus (tus *add. m. 1*) est *V* ^{con}quaestus est *R* 3 uen^{i}eri *R* uen^{i}ire *T* 4 occasionem *ex* occasionecon *m. 2 V* 5 et ē eiusmodi *P* et eiusmodi *VT* forte blandiloqui *V* forte blandiloquii *PTE* 6 profeta *VR* 7 impinget *T* capud *VR* maliti^{ae} *corr. m. 2 V* 9 dētis *V* machera *RPT* macera *V* 10 es^{t} *V om. P* q̄ magis *V* 12 interritus *V* 13 porti *corr. m. 1 R* securitatis *ex* securitati *R* securitatem *V* tutum fidumque *VRPT praebere, ob falsam Bened. adnot. commemorandum erat* demonstrat *PTE* 14 in dominum *RPTE* 15 fluctuationem eius *R* 16 et ademit *V* in euuangeliis *VR* sollicitudines *V* 18 sufficit enim diei *b* 19 et iustitiam eius *RE* nobis *V* 20 omnes *V* promerend^{o}am *corr. m. 1 V* iustitiā *R* cōlocanda *V* 21 super eum (eum *ex* ea *m. 1 V*) cura est *VPTE*.

me. enutriens autem non relinquet in fluctibus istius sæculi, sicuti enutritus Iacob omnem tempestatem et odiorum et duræ seruitutis euasit dicens: deus, qui enutriuit me a iuuentute mea. ipse enim uitæ auctor est, ipse cibi largitor, non terreni tantum, sed etiam spiritalis.

19. Sed illo super aquam refectionis educato et a procellæ fluctibus liberato digna impios pœna consequitur, cum dicit: tu uero, deus, deduces illos in puteum interitus. uiri sanguinum et dolositatis non exdimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te, domine. est quidem puteus aquæ uiuæ; sed est et puteus interitus secundum illud: non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque contineat super me puteus os suum. non relicto igitur in fluctuatione iusto illi in puteum interitus deducentur, cuius os clausum resurgenti ex inferis unigenito deo esse non potuit. ceterum post passionem domini statim eos belli uictoria cum excidio ciuitatis absumpsit: omni promiscua ætate ad satisfactionem uincentium interempta, non dimidiatis uitæ diebus iuuentute prostrata. dies autem pleni sanctis et fidelibus reseruantur secundum illud: et dies pleni inuenientur in his, quorum spes semper in domino est: qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

3 Gen. XLVIII, 15. 12 Ps. LXVIII, 16. 20 Ps. LXXII, 10.

1 huius seculi *P* 2 sicut *PT* 4 enim *supr. scr. T* ipsi cibi *V* 6 edocat *V* 7 impius *P* 9 uiri *sup. lin. V* dolosi *PT* exdemidiabunt *V (cf. Sabatier II, 111)* dimidiauerunt *PT* dimidiabunt *R* 11 sed est et *e* sed est *VRPT* 13 sorbeat *V sed cf. Ps. LXVIII cap. 13* 14 puteus *supr. scr. m. 1 P* in fluctuationē *P* 15 ille *PT* deducetur *PT* clusos clausum *V* resurgenti et ex *P* resurgentes (i) ex *corr. m. 3 R* resurgente ex *e* 17 adsumpsit *V* 18 ad statisfactionem *corr. m. 1 V* euincentium *PT* 21 inueniuntur in his *V* inuenientur his *RPTE* 22 amen *om. V* Explicit Psalmus LIIII incipit Psalmus LVII *V* Explicit Psalmus LIIII incipit Psalmus LV *R* Explicit Psalm. LIIII incipit LV *P* Expl. de LIIII Psalmo incip. de LV *T*.

PSALMUS LV.

In finem pro populo, qui a sanctis longe factus est, Dauid in tituli inscriptione, cum tenuerunt eum allophyli in Geth.

Miserere mei, domine, quoniam conculcauit me homo: tota die pugnans tribulauit me, conculcauerunt me inimici mei tota die et reliqua.

1. Multa psalmi superscriptio conprehendit, quæ præter rerum gestarum notionem alterius intellegentiæ intimant sensum, cum pro populo, qui a sanctis longe est, psalmus est, cum tituli inscriptio præfertur, cum postremo exordium ipsum in finem præscribitur. si enim eam solam querellam præsens sermo concineret, quod, cum fugeret, ab allophylis in Geth Dauid teneretur, totum se circa id tantum hic increpitæ iniquitatis motus exsereret. at uero cum hæc ante rei gestæ significationem ad inbuendum legentis sensum dirigendumque prælata sint, sine dubio intellegimus per rerum gestarum, quæ in Dauid gerebantur, effectus inprimi nobis secundum spiritum prophetiæ earum rerum, quæ sub his præscriptionibus significatæ sunt, notionem: ut, quod Dauid passus est, præfiguratio fuerit passionum domini nostri Iesu Christi: ut, quod tituli inscriptio est, eius, qui moriendo uicerit, significata uideatur æternitas, quia tituli inscriptio, quam *στηλογραφίαν* sermo græcitatis enuntiat, his maxime, qui probabilem uitam degentes etiam pro salute patriæ mori bello non timuerint, ad æternitatis gloriam deferatur. populus autem, qui longe sit factus a sanctis, Israhel indignus factus sanctificatione gentium longeque ab ea discedens esse noscendus est. quod autem in finem est, proprium ei esse, qui finis legis est, intellegatur:

3 inscriptionem b 4 allofili Geth *R* 8 conpraehendit *R* 10 psalmus ÷ (: *in ras. P*) 11 profertur *R* 12 in fine *RPE* quaerellam *R* querelam *PTE* 13 contineret *Te* ab allophilis *RPT* 14 se id circo *R* iniquitatis increpitae *E* 15 ad uero *R* 16 legendis *R* legentium *PTE* 17 rerum *supr. scr. T* 19 significata *RPe* 20 ut *om. R* 21 passionum *om. R* nostri *om. R* 23 CTEλαΓΡαΦΥαΝ *T* stelagraphiā *Pa* stilographiam *R* 25 in bello *e* timuerunt *E* 26 populo *RPa* pro populo *coni. Bened.* 28 descedens *R* in fine *RP*.

quod idipsum psalmi fine noscetur, cum huius ipsius intellegentiæ nostræ absolutionem is maxime, quo psalmi finis concluditur, sermo declaret.

2. Per hæc ergo, quæ superscriptioni præter rerum gesta conexa sunt, psalmum etiam ex persona domini tractabimus, non tamen a prophetæ ipsius dissidentes querellis. neque eum in his, quæ pertulit, non etiam ingemuisse existimandum est; quia idcirco his ipsis, quæ spiritalem sensum intimant, rerum gesta conexa sunt, ut per actionem prophetæ sensus ac sermo notesceret prophetiæ, cum propheta non tam spiritu quam passionibus prophetaret. erit ergo sermo inter Dauid ipsum et hominem Iesum Christum temperatus: ut, quia infirmitates omnium portauerit et peccatorum nostrorum frequenter et uoce sit usus et lacrimis, extra contumeliam dei sit et affectus et sermo qui hominis est.

3. Miserere mei, domine, quoniam conculcauit me homo: tota die pugnans tribulauit me, conculcauerunt me inimici mei tota die. diem frequenter significari pro ætate cognouimus, ut ubi dies tota est, illic omne uitæ tempus ostensum sit. neque enim uel Dauid uel dominus unius tantum diei insectatione uexatus est. sed qui misericordiam dei postulat seseque conculcatum esse conqueritur, habet securitatis et uirtutis suæ arma, quibus non solum terrena odia, sed et spiritalium nequitiarum bella sustentat, aduersum quas potius quam aduersum carnem et sanguinem pugnam nobis apostolus docet esse. ministeriis enim impiorum utuntur ad uexationes tribulationesque sanctorum, cum eorum corda penetrantes in omnem eos impetum turbulentæ mentis instigant.

4 per haec certe *PTe* rerum genera *Pe* 5 coñexa *T* 6 dissidentis *R* 7 non etiam non gemuisse *RP* non etiam gemuisse (genuisse *α*) *E* 8 is (h *supra*) *corr. m. 1 R* 11 prophetarit *PTE* 13 portauit *RPE* 19 cognoscimus *PTe* et ubi *R* 22 esse conquaeritur *R* (ẽe con) q; ritur *P* 24 sed spiritalium *R* 26 aduersus uexationes *RPTα* 27 paenetrantes *R* penitrantes *T* 28 in omni eos impetu *R* mentes *R*.

4. Hanc igitur supereminentem in hoc sæculo efferentemque se altitudinem propheta non pertimescens ait: ab altitudine dierum non timebo; quia multi, qui debellant me, timebunt. scit æterni iudicii diem, nouit etiam æternum ignem pœnis æternis præparatum: atque ideo magis illi, qui eum debellare temptant, timebunt, quia hoc non sancto timente in eos magis iudicii terror incumbet. pro fiducia uero securitatis suæ subiecit: ego uero in te sperabo. in domino laudabo sermones meos tota die. spes omnes in deo conlocat sermonesque suos toto tempore uitæ suæ laudat. neque obscurum est, quid in loquente se laudet.

5. Uox enim hæc sancto est digna, quæ sequitur: in deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. non hunc frangit sæculi terror, neque conspirantium aduersus se odia perturbant. spes enim, quæ in deo est, terrores humanorum non pertimescit odiorum. carnem autem pro significatione hominum, per quam in corpore continentur, frequenter accipimus; uel cum dicitur de impiis: non habitabit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt, uel illud: uidebit omnis caro salutare dei, uel illud apostoli: nonne estis carnales et secundum hominem ambulatis? manet itaque inperterritus sub misericordia dei atque ideo in eo sperans omnes carnis impetus insectationesque non metuit. sed digna plane etiam hæc unigenito deo uox est, cui exinanienti se ex dei forma uirtutem dei atque naturam seruilis forma non abstulit. factus enim caro deus etiam in adsumptione carnis deus esse permansit, utens uirtutis suæ sub consortio nostri corporis potestate. non enim carne est degrauatus, ne

18 Gen. VI, 3. 20 Luc. III, 6. 21 I. Cor. 3, 3.

1 & ferentē q̄ se *P* 2 profeta *R* 5 adque *R* 6 sancto non *PTE* 7 incumbit *PTE* 13 homo *P* homo (caro) *RTa* *sed cf. quae secuntur* 18 cum dicitur (dicit˜) de impiis *conieci* cum hic de impiis *R* cum hic de impiis dicit *Pb* cum hoc de impiis dicitur *T* cum de ipsis dicit *e* habita(bit) *P* 19 istis *om. R sed cf. Ps. LXIV cap. 4* 22 impterritus *T* adque *R* 23 omnis *R* 24 planae *R* 25 exinani ═ ═ ente *R* atq. ═ ═ ═ ═ naturā *P*.

super undas ambularet, neque non ut usque ad fimbrias uestis uirtus diuinæ potestatis exiret, neque ut non peccata dimitteret et sputo suo naturam uidendi cæcis ab utero oculis accenderet et aure producta de uulnere abcisæ auris uulnus obduceret, neque ut non solida parietum corpore interlabente penetraret. non ergo metuit a carne uel in deo sperans propheta uel sub adsumptione carnis deus opera diuina consummans.

6. In his etiam, quæ consecuntur, rei in eo quoque gestæ significatio continetur. ait enim: tota die uerba mea exsecrabantur: aduersus me omnia consilia eorum in malum. habitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt. nusquam enim nisi occultis consiliis aduersum eum et testimonia falsa et captiosæ interrogationes sunt conparatæ: in commune habitantes et consilia malitiæ occulentes. sed et increpationem uerborum eius, quibus impietates eorum exprobrare non destitit, non tulerunt egressus quoque omnes ipsius in calcaneo contuentes, tum in eius supplantationem fraudulentas conspirationes ineuntes: ob quod eos digna hæc iudicii sententia conprehendit.

7. Sequitur enim: sicut expectauerunt animam meam, pro nihilo saluos facies illos, in ira populos deduces. nouus hic prophetæ sermo est, ut eos, qui expectent animam suam, ad nihilum deus saluet, et cum aliud sit nihilum, aliud saluari, nunc salus, quæ in eos fiet, in nihilum sit. est ergo quod saluetur in nihilum? est plane, quicquid resurrectione concessa demutatione non dignum est. nam cum omnis

3 accenderet *ex* ascenderet *corr. m. 1 R* 4 aurae *R* 5 penitraret *T* 6 profeta *R* 7 consumans *R* 8 consequntur *R* consequuntur *PTE* 9 exsecrabatur homo aduersus *T* execraba = tur homo aduersus *P* 10 eorum malum habitabunt in malum habitabunt et abscondent *P* (*idem praebet α nisi quod om.* et abscondent) 12 nūquam *R* 13 eum testimonia (*om.* et) *PTE* 14 cōparantae *T* in comune *P* in cōmunae *R* habi: tes (tan) *m. 1 P* 16 impietatem *PTE* non destitit = non *R* 17 tum *scripsi*, dum *RPTE cf. Acad. p. 16* 18 fraudulentae conspirationis ineuntes *R* fraudulenta conspiratione consentiunt *PTE* 19 iudicis *Pb* 20 sustinuerunt *T* 22 profetae *R* expectant (expectauerunt) *PTE* 23 in nihilum *PTE* 24 est ergo — nihilum *in marg. infer. add. P.*

caro redempta in Christo sit, ut resurgat, et omnem adsistere ante tribunal eius necesse sit, non tamen omnibus gloria et honor est promiscuus resurgendi. quibus ergo tantum resurrectio, non etiam demutatio est tributa, hi saluantur in nihilum. in ira enim deducentur hi populi, quibus ad pœnæ sensum salus resurrectionis est constituta; a qua ira eripiendos nos apostolus pollicetur dicens: quoniam si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati in sanguine eius saluabimur per eum ab ira. pro peccatoribus igitur ad salutem resurrectionis est mortuus, sed sanctificatos in sanguine suo saluabit ab ira.

8. Denique pro nihilo populis saluatis et in ira deductis spem uitæ suæ sanctus hic nuntiat dicens: deus, uitam meam nuntiaui tibi, posuisti lacrimas meas in conspectu tuo, sicut in promissione tua. dignus promissione dei est ob constantiam prædicandi et ob meritum non tacendi: lacrimæ enim suæ, quas uel pro se propheta uel pro nobis dominus profudit, in dei sunt conspectu, legatione earum ad obtinenda, quæ deus promisit, usurus.

9. Sed se gratiam æternæ promissionis inituro inimici eius conuertentur retrorsum, ut, quo in ira deducerentur, ostenderet. id enim sequitur: conuertentur inimici mei retrorsum, in quacumque die inuocauero te. illo deum inuocante illi eo, unde processerint, conuertentur: deducente eos dei ira et resumpto ad pœnas corpore puniendo.

10. Sed illis ad æternitatem pœnæ in infernum post resurrectionem reuersis hic officio gratulationis suæ fungitur, dum ait: ecce cognoui, quia deus meus es tu, et in deo

7 Rom. V, 8.

2 neces sit *R* 3 honore *P* 4 hii *RT* 5 iram *T* hii *RT* 9 iusti *PTe* 13 iram *T* 14 nunciat *RT* 18 pro sc profeta *R* per se propheta *e* 20 optinenda *RP* iussurus *R* 21 ad gratiam *T* ituro *PTα* 22 ut qđ *P* in irā *RP* 23 conuertantur *ex* conuertentur *R* conuertantur *Pe* 25 deducentes *P*[1] deducentis *P*[2]*T* 26 puniendo *R* (*de abl. gerund. cum partic. praes. coniuncto cf. Draeger Synt. II, 849*) puniendos *PE* puniendi *T* 27 poene *R* 28 officicio *T*.

laudabo uerbum. hoc ergo uerbum suum in deo laudat, quod deum suum esse cognouit.

11. Neque id tantum laudat, sed etiam illud, quod sperauit in eo non metuens, quid homo sibi faciat. hæc plane digna sanctis omnibus uox est, constanter inter insectationes humanas fidem tenere et metu terrenæ turbulentiæ non moueri speque certissima quod aliquid aduersum animæ æternitatem homo effecturus sit non timere, cum post intercessionem mortis istius in immortalem gloriam et corruptio et infirmitas nostra mutetur. atque ob id sermones suos, quibus se sperantem in domino humanam uim protestatur non metuere, conlaudat dicens: in domino laudabo sermonem, in domino sperabo: non timebo, quid faciat mihi homo. ob hoc ergo sermonem suum laudat in domino, quia sperans in eo hominem non timebit.

12. Sed ut doceret, idcirco se nihil ab homine pertimescere, quia, si quid potestatis suæ exseruisset in corpore, id rursum resurrectionis gloria sine corporum labe redhiberet, subiecit: in me sunt, deus, uota quæ reddam laudationis tibi: quoniam eruisti animam meam a morte et pedes meos de lapsu; ut placeam coram deo in lumine uiuentium. non extra se sunt ista, quæ sperat, nec laudationis uota, quæ reddet, sunt extrinsecus capessenda. ipse enim sibi resurrectionis est dominus; ipse huic mortuo et intra sepulcrum relicto corpori diuinæ naturæ suæ tribuit consortium. neque enim resurrecturis omnibus ab exteriore materia corpus adquiritur neque peregrinæ originis externarumque causarum natura redhibetur: sed idipsum in profectum æternæ claritatis emerget, fietque in eo demutatione potius quam creatione, quod nouum sit. sunt ergo in se uota, quæ reddet tum

4 non metuens qđ *R* 5 constantem *PTE* int' (inter *T*) sectationes *PT* 6 turbŏlentie *P* 7 qđ nihil aduersum *T* 9 in mortalem *R* 10 adque *R* 18 rediberet *P* 19 uota tua *Re* laudationes *Re* 23 quae reddat *T* q̄ reddita *P* quae reddenda *e* 24 emortuo *PTE* 25 tribuet *R* 28 redhibetur *R* (*quod noto propter fals. adn. Bened.*) redhibitur *T* redibitur *P* recipitur *un. Vat. rec.*, *e* 29 emergit *PTE* fi& in eo que (eo *supra*; *in marg.* q) demutatione *R* fitque in eo demutatione *PTE*.

cum infirmitas corporum detrahetur, id est lapsus et lacrimæ; tum, cum corruptionem incorruptio deuorabit, tum, cum mortem potestas inmortalis absorbebit, tum, cum sit deus omnia in omnibus, tum, cum lumen uiuentium sit in eodem uiuentium lumine deo ipse placiturus. nam si sibi in creatione mundi secundum Sapientiæ professionem super filiis hominum adgaudebat pater, longe magis in reconciliatione mundi intellegendus est patri esse placiturus. est enim lux uera mundi, inluminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LVI.

In finem, ne disperdas, Dauid tituli inscriptio, cum fugit a facie Saul in speluncam.

Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

1. De superioris psalmi superscriptione id tantum demutatum in consequenti est, quod, ubi pro populo longe a sanctis facto prænotatum est, nunc ne corrumpas uel disperdas præscribitur, quod uno uerbo τῷ μὴ διαφθείρῃς utrumque græcus sermo conplexus est. consequens enim erat, ut, quia corruptio eos, qui longe a sanctis discederent, mansura esset, ne huic sanctus subderetur oraret. nam et in psalmo alio gratulationem auersæ huius a se corruptionis ostendit dicens: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. neque ambiguum est, psalmum hunc secundum apostolorum professionem ex persona esse domini intellegendum.

24 Ps. XV, 10.

1 detrahitur *P* 2 mortē *ex* morte *corr. man. rec. R* 3 absorbet *ex* absorbit *m. 1 R* absorbet *PE* 6 filios *PTE* 7 patri huius esse *R* (*an* patri filius esse?) 9 omnem *om. Pe* Explicit Psalmus LU incipit Psalmus LVI *R* Explicit Ps. LV inc. LVI *P* Expl. de LV incip. de LVI *T* 14 in spelunca *R* 18 in *om. R* pro polo *R* 19 praenotatum *scripsi cf. Stud. 1889 p. 314* enotatum *R* enigmatum *Ta* aenigmatum *Pb* aenigma tum *Ed. Basil. 1550 et Par. 1572* 20 *inter* quod *et* uno *eras.* quo ≡ d *R* to me diaftires *P* cōme dias theres *R* tomedias thyres *a*, *om. T lacuna relicta* 21 grecus *R* 23 sanctis *R* orarent *P* nam in *Pb* alio ≡ ≡ gratulationem *P*.

2. Itaque Dauid ad humanæ carnis gloriam resurrectionis dominicæ tempus expectans nunc et non corrumpi se rogat et auersam a se corruptionem in eo, in quo primitiæ resurrectionis sunt, prophetæ præscientia gratulatur. ideo autem: in finem tituli inscriptio est, quia et gloriosa ad æternitatis honorem uita suscepta et mors plurimis salutaris uirorum fortium inscribatur sepulcris et hæc omnia ad eum referri oporteat, qui uel finis est legis, uel quem psalmi ipsius finis ostendat. id autem, quod in spelunca clausus hæc loquitur, tempus est prophetiæ, quo psalmum intellegitur scripsisse, ipsa illa speluncæ habitatione mansuri in corpore domini humilitatem prophetans. ceterum uideri non potest, ut qui ob metum erat intra speluncam reconditus, psalterio et cithara, ut testatur in psalmo, id est totius artis musicæ perstreperet apparatu.

3. Cœpit autem ita: miserere mei, deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. misericordiam rogat, quia confidit in domino. docens ab his misericordiam dei sperandam esse, qui crederent. et misericordiæ dei quod momentum quiue sit effectus, ostendit dicens: et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. auibus naturæ est infirmitatem pullorum alis inumbrare eosque a præteruolantium ui atque inprobitate defendere. quod et in gallinis maxime noscimus, cum collectos intra pinnas fetus suos aut opacant aut tuentur. quarum consuetudinem ad exemplum sollicitudinis suæ dominus commemorat dicens ad Hierusalem interfectricem prophetarum: quotiens uolui colligere filios tuos, sicut gallina, quæ congregat pullos suos sub alas suas et noluisti? sperat ergo in umbra alarum dei sanctus, donec iniquitas transeat, id est dum aut sæculi scandala, aut iniquitates impiorum, aut

26 Matth. XXIII, 37.

4 profetae *R* in fine *RP* 6 mors *ex* mortis *P* salutaris plurimis *T* 7 sepulhris *R* sepulturis *PTE* oportebat *PT* 9 profetiae *R* 11 mansuro *RPa* mansuram *Ed. Basil. 1550* 12 intra speluncа *R* 13 id est *om. PT* 17 in deo *PTE* 21 a — uibus *R* pullorum infirmitatem *T* 22 adque *R* atq; *P* ꝓbitate *P* 23 pennas *PTE* 24 aut operiant aut tueantur *e* 26 profetarum *R* 28 sub alis suis *PTE* 30 iniquitates *ex* iniquitatis *T*.

terrenæ humilitatis infirmitatem, dum hanc ipsam quasi speluncam habitaculi et corporis sui Dauid, qua nunc est clausus, euadit.

4. Sed sperans sub umbra alarum dei officio spei suæ semper intentus est dicens: clamabo ad deum altissimum, deum, qui benefecit mihi. clamat fide potius quam uoce. qui fugiens et latens clamat. porro autem non est in sermone sperantis gratulatio adeptorum; sed propheticæ scientiæ ac fidei est, gerendis non aliter gaudere quam gestis et idcirco ad eum, qui sub indemutabili constitutione bonitatis iam sibi benefecerit, clamat; et quatenus benefecerit dominus, consequentibus docet dicens: misit de cælo et liberauit me, dedit in obprobrium conculcantes me. misit deus misericordiam suam et ueritatem suam, animam meam eripuit de medio catulorum leonum; dormiui conturbatus. dignum fuit, etiamsi nulla demutatio personæ esset ac sensus, diapsalma interuenire, quia ad intellegentiam dictorum sensus esset credentium erigendus. benefecit deus sancto suo, mittendo de cælo, ut liberato eo in obprobrium hi, qui eum conculcabant, darentur. et misit misericordiam suam ac ueritatem ad eripiendam de catulorum medio animam ipsius, tum cum conturbatus dormisset. si mors significatur in somno, uel cum dormiturus Dauid cum patribus suis est, uel cum dormiens Lazarus excitandus est, uel cum centurionis illius non est mortua puella sed dormit, uel cum eos, qui dormierunt, non præueniemus in resurrectione, si conturbatio dormientis significatio est passionis, cum dicitur: nunc anima mea turbata est ualde, quam tamen eripi de manu canis ita antea est

27 Ioh. XII, 27.

1 terrenae (*om.* aut) *RPα* infirmitatem *ex* infermitatem *T ex* infirmitatis infirmitatem *R* 2 habitali et corporis *P* habitaculū scilicet corporis *T* qua *ex* quia *R* quia *α* 3 euadat *T* 4 et sperans *PTe* sperans *b* 5 ad dn̄m *PT* 8 ademptorum *P* profeticae *R* 12 e caelo *PTE* 15 eripuit animam meam *PE* et eripuit animam meam *T* 17 esset *ex* cesset *R* aut sensus *T* ascensus *Pα* 18 benefacit *R* ds̄ (n) *supr. scr. T* 19 hii *RT* 20 conculcabat *R* et misit misericordiam ac ueritatem *Pe* et misericordiam misit ac ueritatem *T* 26 sic *R*.

deprecatus: libera me de ore leonis et de manu canis unicam meam et non alii canum uel leonum catuli intellegi possunt, quam qui sunt et natio uiperarum, de quorum medio anima eripitur et eripitur per missam e cælo misericordiam et ueritatem secundum illud: misericordia et ueritas sibi obuiauerunt et si misericordia et ueritas dominus Iesus Christus est: non ambigitur, quin illi in obprobrium deducantur, qui conculcantes dominum in passione ista non credunt; quibus utique obprobrium est unigeniti dei aduentum et peccatorum indulgentiam perdidisse.

5. Et quia huic sanctorum spei uel persequentum odia uel negantum aduersatura semper essent, conmemoratis humanæ salutis sacramentis subiecit: filii hominum, dentes eorum scutum et sagittæ et lingua eorum machæra acuta. uitia motusque animorum sub corporalibus officiis diuinus sermo significat, ut in deuteronomii cantico: incrassauit et calcitrauit dilectus, impietatis luxu sub significatione consuetudinis corporalis increpito, uel illud: qui deuorant plebem meam ut cibum panis, uel etiam: dentes peccatorum contriuisti. nec non et apostoli: quod si mordetis inuicem, uidete, ne consumamini ab inuicem, ut quod singulis quibusque membris officii actionisque mandatum est, id ad efficientiam mentium animorumque referatur: ut nunc uel persequentium uel obtrectantium commemoraturus effectus ait: filii hominum, dentes eorum scutum et sagittæ et lingua eorum machæra acuta, cum et consumerent sæuitia potestatis et obtrectationum iaculis uulnerarent.

1 Ps. XXI, 22. 5 Ps. LXXXIV, 11. 16 Deut. XXXII, 15. 18 Ps. LII, 5. 19 Ps. III, 8. 20 Gal. V, 15.

1 depraecatus *R* 4 per missa *R* misericordia et ueritate *R* 6 sibi (i s) *scripsi* (*cf. Sabatier II, 171*) se |*RPTe om.*˙*b* 7 deducantur *R*≡≡≡ dantur *P* dedantur *T* dedentur *a* dentur *Ed. Basil. 1550* (*Bened. falsa de cod. rettulerunt*) 12 negantum *ex* necantum *corr. m. 1 R* 14 scutum et sagittae *T cf. p. 160, 9* arma et sagittae *RPE* machera *R* 15 animorum *R* animarum *PTE* 16 deuteronomii (*alterum* i *in ras.*) *R* deuteronomio *Pa* 17 luxū *R* 20 et illud apostoli *e* 22 singuli *P* 23 ad *om. P* ut non uel *R* 25 scutum et sagittae *PTE* arma et sagittae *R*.

6. Sed inter hæc, quæ scit et expectat, propheta non tacuit. deprecatus enim, ne corrumperetur, absorbendæ corruptionis istius tempus exoptat dicens: exaltare super cælos, deus, et super omnem terram gloria tua. quæ in altum de humilibus efferuntur, ea exaltari uidentur, quia per profectum quendam in id, quod sublimius est, euadunt quod autem super cælos exaltandum est, necesse est ut prius descenderit ad inferiora de cælis, per quod rursum exaltandum sit super cælos. quod idipsum apostolus absolutissime ita dicit: qui cum ascendisset in altitudinem, captiuam egit captiuitatem, dedit dona hominibus. ascendit autem quid est, nisi quia et descendit in inferiora terræ? qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleat omnia, hinc exaltandi super cælos causam significans extitisse, quod descendendi usque in inferiora terræ humilitas esset assumpta. ex uoto ergo propheta prænuntiat exaltari super cælos deum. et quia exaltatus super cælos impleturus esset in terris omnia sancti spiritus sui gloria, subiecit: et super omnem terram gloria tua: cum effusum super omnem carnem spiritus donum gloriam exaltati super cælos domini protestaretur.

7. Omnis autem hic profectus non naturæ diuinæ, sed infirmitati hominis optatur: quia se per assumptionem carnis in cælestibus collocandum propheta non nescit, quippe cum concorporales et participes effecti simus in Christo Iesu. et idcirco hæc ad carnis suæ infirmitatem, quæ et in passionibus domini uexanda et super cælos esset exaltanda, conexuit: laqueos parauerunt pedibus meis et incuruauerunt animam

9 Ephes. IV, 8 sq.

1 profeta *R* 2 depraecatus *R* deprecatis *Pa* 4 sup omnē terrā *ex* in omni terra *corr. R* 9 quod ipsum *PTE* absolutissimae *R* 11 dona hominibus *PTE cf. Sabatier III, 799* donationes in homine *R* 13 ipse est qui *PTe* 14 adimpleat *RPT* adimpleret *E* 15 descendendi *ex* descendi *corr. m. 1 P* 16 praenunciat *RT* 19 gloria tua *ex* gloriam tuā *R* 21 protestaretur (re *ex parte eras.*) *R* 22 autē *ex parte eras. R* 23 inr̄ caelestib; *P* 24 concorporales *RT* corporales *Pe* 25 participes *RPT* cū participes *a* comparticipes *e* Iesu *om. PTe* 26 in carnis suae infirmitatem *PTe.*

meam. foderunt ante faciem meam foueam et inciderunt in eam. per conpassionis fidem etiam se ipso in domino propheta patiente, tamquam et ipse sit passus, hæc queritur. sed in eos, qui maiestatis dominum persecuti sunt, cum in foueam præparatam inciderint, mortis ipsius et sensus refertur et pœna.

8. Et quia conpatiendi et conmoriendi fides nos glorificat in Christo, uelut in procinctu spei fideique huius propheta consistit dicens: paratum cor meum, deus, paratum cor meum: cantabo et psalmum dicam tibi. exsurge, gloria mea, exsurge psalterium et cithara. exsurgam diluculo, confitebor tibi in populis, domine, psalmum dicam tibi in gentibus. interiecto diapsalma hunc ad deum rettulit propheta sermonem psalmi interim fide hæc eadem, in quæ cor eius paratum est, concinendo; et animi sui et corporis gaudia sub significatione psalterii et citharæ adhortatus sese ipsum in eo, quod cantet psalmumque dicat, ostendit. ait enim: exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium et cithara: exsurgam diluculo, se ipsum scilicet ostendi in psalterio citharaque declarans, cum ad exsurgendum cithara psalterioque commonitis ipse potius, qui in his significetur, exsurgat. exsurgens autem diluculo cum gloria sua spei euangelicæ gloriam cantat, congruente diluculi et orationis tempore et salutis. nam id sequitur: confitebor tibi in populis, domine, psalmum dicam tibi inter gentes. laudaturus in populis et in gentibus deum necesse est ut in eo salutem gentium laudet: quia iam non in uno Israhel funiculum hereditatis artatum sit, neque Iacob portio, sed terræ plenitudo iam dei sit; neque simus iam imago terreni, sed imago cælestis.

4 quaeritur *RPab* 7 nos conglorificat *T* in xp̄o *R*, christo *PTe* 8 t in procinctu *R* 12 confitebor RP^1 et confitebor P^2TE psallam tibi *R* 13 diapsalmate *e* nunc ad deum *R* 15 *ante* est *eras.* ti *R* 17 se== ipsum *R* 18 *post* ostendi *aliquid* (& ?) *eras. R* ostendit *e* 23 congruente diluculo *T* 24 confitebor *R cf. supra* et confitebor *PTE* 28 funiculū hereditatis artatū sit *R cf. Abh. IV, 91* funiculus h. artatus sit *PTE* 29 terraeni *ex* terraenae *R.*

9. Quid autem confitendum in populis psallendumque inter gentes esset, ostendit: quia magnificata est usque ad cælos misericordia tua et usque ad nubes ueritas tua. hæc est ergo in populis gentibusque confessio, quia magnificata usque ad cælos misericordia sit et ueritas usque ad nubes. nam cum domino obuiam sancti rapientur in nubibus ipso illo nube in resurrectionis corpore eleuato et creatura omnis secundum apostolum a corruptione sit liberanda pacificataque omnia per eum et in cælo sint et in terra, merito et usque ad nubes ueritas nostræ in eo resurrectionis ecfertur et magnificatur usque ad cælos misericordia eius, congemescentis creaturæ corruptione depulsa. sed horum quidem usque ad nubes et usque ad cælos significatur elatio; uerum illi proprium est cælos transgredi et omnem sensum existimatæ sublimitatis euadere.

10. Repetita itaque spei suæ precatione propheta sic clausit: exaltare super cælos, deus, et super omnem terram gloria tua. nullus exaltando deo modus est; nam super cælos eius elatio est. dominus enim creaturarum ultra creaturas intellegendus est. et cum nobis non aliud sit in cognitione quam cælum, ultra omnem sensum est, qui super cælos exaltatus sensum notionis excedit. misericordia quidem eius usque in nos redundauit, sed magnificata usque ad cælos in cælestibus mox futuris. et cum usque ad nubes ueritas eius elata sit nobis obuiam in nube rapiendis, sed cælos omnes tamen consessurus a dei dextris ipse transcendit, gloria quoque eius in

7 Rom. VIII, 21. 8 Coloss. I, 20.

3 et ueritas tua usque ad nubes *PE* 5 misericordia sit *scripsi*, misericordia = = = *R* sit misericordia *PTE* 6 rapiantur *ex* rapientur *T* illa,·*e* in resurrectionis corporeę *α* in resurrectionis corporeae gloriam *ed. Basil. 1550, Par. 1572* 7 eleuato *R cf. Ps. LXII cap. 3*, elato *ex* elati *T* elati *ex* eluti *P* elati *b* elato *e* 8 pacificādaque *e* 9 per eum quae et in *E* 10 nostrae *coni. Bened.*, nostra *RPTe* h˘ fertur *P* haec fertur *T* 11 congemescentis *R* congemiscentis *PTE* 15 praecatione *R* 16 super coelis *ed. Par. 1572* coelis *b* 17 gloria tua *ex* gloriam tuam *R* 18 creaturarum ultra *RPTb* creaturarum est ultra *e* 19 intelligendus ē (est *T*) *RT* intelligendus *Pb* 21 excedit *ex* excidit *corr. m. 1 R* excludit *PTe* 22 redundabit *R* 24 sed *RPTab* scilicet *ed. Basil. 1550, Par. 1572* 25 transcendet *R*.

terris, id est nobiscum mansura, cum dicit: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem sæculi, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LVII.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.

Si uere utique iustitias loquimini, iusta iudicate filii hominum et reliqua.

1. De superioris psalmi superscriptione sola deest significatio aliqua gestorum. nam et in finem et ne disperdas et tituli inscriptio est. neque enim psalmus quicquam per rerum gesta continet prophetiæ, ut, sicut ceteris, sanctus Dauid et dictis prophetet et gestis: sed increpatio in impios et denuntiatio iudicii dei in peccatores et retributio lætitiæ in sanctos et fructus homini iustitiæ continetur. hic ergo finis in psalmo est, hæc depellendæ corruptionis fiducia, hæc ei, qui nos per mortem redemit, tituli inscriptio est.

2. Et quidem talem totus psalmus ipse se profert: si uere utique iustitias loquimini, directa iudicate filii hominum. etenim in corde iniquitates operamini, in terra iniquitatem conplectuntur manus uestræ.

1 Matth. XXVIII, 20.

2 diebus uitae usque *PTE* 3 noster *om. R* Explicit psalmus LVI. incipī psalmus LVII *R* Finis psalmi LVI inc. LVII *P* Expl. de LVI. incip. de LVII *T* 6 inscriptionem b 8 iustitias *V* iustitiam *R* 9 fili *V* 10 de superioribus psalmis superscriptione *V* 11 In in (*alterum supra scr. m. 1*) fine *R* in fine *VP* ne disperdas (*om.* et) *V* 13 pròfetiae *VR* ut sicut ceteris *VRPTα* sicut in ceteris *ε* 14 prophetet et *T* prophete (profete *V* prophetae *α*) et *VPα* prophetat et (ꝓphetat *supr. scr.*, tat *in ras. R*) *R ed. Basil. 1550, Par. 1572* sed *VPTE* sic (ic *in ras.*) *R* increpatio in impios et *om. R* et denuntiatio *PTb* est denuntiatio (ati *sup. lin. a m. 1*) *V* est et denunciatio *e* 15 dī ern peccatores *V* 16 et et fructus *ex* et ceteros ius *m. 2 V* homini *R* hominis *V* omnis *PTe* 17 depellendae *RTV²* depellenda *V¹Pe* 19 talit̃ *PTe* totus *V om. RPTe* (*sed in R post* talem *4—6 litt. eras.*) ipse se profert *in marg. add. P* ipse se proferet *R* 20 iustitiam *RPTE* recta *R* fili *V* 21 iniquitatis *V¹* 22 conplectentur *R*.

iustitiæ sermo communis est; sed æqui iudicii studium et consuetudo paucorum est. sed plane tum uere quis loqui iustitiam existimandus est, cum iudicium retineat ueritatis, deo ob id non eloquia humana, sed cordis opera, id est cogitationum molitiones iudicante. solet autem iniquitas sub publicæ conscientiæ pudore non peragi; et ideo, licet conplexæ manus non sint iniquitatem, tamen iniquitatem deo cor operatur in terra. hinc adulterium solo conceptum corde iam crimen est, hinc secundum Pauli euangelium secreta hominum deus iudicat, uoluntates hominum deo iam in ipsis humanæ natiuitatis exordiis contuente. nam cum naturæ potentis uirtus non tam uiscerum fibras quam adpetitus mentis introeat, necesse est non per motus sensuum perspiciendi sumat exordium, sed per scientiam naturæ etiam futuros motus sensuum præsciens adprehendat.

3. Et idcirco de his, qui conplexas manibus iniquitates corde perficiunt, continuo subiecit: alienati sunt peccatores ab utero, errauerunt a uentre, locuti sunt falsa. sic alienatus Esau ab utero est, cum maior minori seruiturus, etiam ante quam exsisteret, nuntiatur, deo futuræ non nescio uoluntatis, cum et sermonis falsitas et uitæ error a uentre est: ipso potius hoc sciente quam aliquo ad necessitatem genito naturamque peccati. ac ne uitium referri posset ad originem, præduratæ in his ad obœdiendum uoluntatis crimen exprobrat dicens: furor illis secundum similitudinem serpentis

1 sed quia iudicii *Pe* sed iudicii *T* 2 et plane *PTe* uere *ex* uero *m. 2 V* 3 retineat *ex* retinet *m. 2 V* *post* deo *aliquid eras. R* 4 eloquia diuina *R* 5 molitiones *ex* molitionis *P* solent autem iniquitates *V* 6 conplexae *ex* conplexus *m. 2 V* non *om. VR* sint *ex* sine *m. 2 V* iniquitate *VR* 7 tamen iniquitate *V* 8 solum *V* 9 euuangelium *VR* secreta^{s} *P* iudicat *ex* indicat *m. 2 V* uoluptates *R* hominum *lacuna rel. om. P om. V* 10 iam *om. PTE* humanis *R* natiuitatis *ex* natiuitates *V* exordii *R* contuētem *V* nam *om. R* 11 potentis *ex* potestis *corr. m. 1 R* potens *V* uisceram *V* fimbrias *R* 12 adpetitas *V* 13 exordium *ex* exordeum *m. 1 R* per naturae scientiam *VPTE* 14 adpraehendat *VR* 15 complexas (a *in ras. a m. 1*) *R* iniquitatis P^1 17 sic esau alienatus *VPTE* 19 nunciatur *T* nominatur *R* uoluntatis *ex* uoluntate *m. 2 V* 20 sermonis (i *in ras. m. 1*) *R* sermo est *V* est a uentre *V* in ipso *V* 21 ab necessitatem *P*.

sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas: quæ non exaudit uocem incantantium, medicamenti medicati a sapiente. non excusatur quædam necessitas naturalis in crimine. nam serpens innocens esse potuisset, cui aures per se ut surdæ sint obstruuntur; uocemque incantantis non audit, cum medicata medicamina a sapiente non percipit. neque hic Marsorum cantus et consopita uiperarum sibila memorat, quia hæc eadem maiore cum inertia per fidem nominis dei uirtutemque torpescunt; sed illam contumacem atque insolentem antiqui serpentis inobœdientiam docet aduersus sanctorum cantus et medicata a sapiente medicamina obsurdescentis; cui etsi cotidie, ne fallat, ne subrepat, ne mordeat, etiam sub diuini nominis denuntiatione mandetur, tamen obstructo desæuit auditu; ex quo non obœdientes euangelio natio uiperarum sunt.

4. Sed quia potestas eius suorumque conteritur et omnia in his sæuitiæ arma franguntur, hæc subdita sunt: deus conteruit dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confregit dominus. spernentur uelut aqua decurrens: intendet arcum suum, donec infirmentur. sicut cera liquefacta auferentur: supercecidit ignis et non uiderunt solem. de peccatorum dentibus et molis leonum frequenter nobis fuit sermo, quia in his desæuientis malignitatis significatur instinctus. his ergo

1 aspidi[s] *R* et obturantis *ex* et ebturantis *R* ebt obturantes *V* 2 exaudiet *PTE* medicamenti meditati (dicamenti me *sup. lin. add. m. 2*) *V* medicamentis medicati *Pα* 4 nam *om. V* 5 uocemquae *V*[1] 7 marsorum *RPT* sanctorum *V* consopia *V* sibita menorat *V* 8 cū *supr. scr. m. 1 R* i=nertia (i *in ras. a m. 2*) *P* intertia *V* enertia *α* energia *ed. Basil. 1550, sed cf. Bened. in adn.* 9 illā *V* in illam *P* adque *V* 10 serpentes *V*[1] aduersum *PTE* 11 a *add. m. 2 V* obsurdescentes *R* cui etsi *scripsi*, cui et *R* cum ei *VPTE* 13 denunciatione *R* denuntiationē *P* mandatur *T* tamen *scripsi* ei tamen *R* et tamen *rel. libri, cf. quae dixi Stud. 1889 p. 314* desaeuit *ex* desaut *m. 2 V* aditui *V* 14 euuangelio *VR* nati uiperarum *PTα* 15 sed *om. R* potestates *V* suorum *V* 16 seuitiae *V* conteruit *V, cf. F. Neue Formenl. II, 488*, contriuit *rel. libri* 18 confregit dš *V* decurrens *ex* decurrans *m. 2 V* 19 intendent *VPα* intendit *R* arcum *ex* arcē *m. 2 V* 21 de peccatoribus dentibus *R* 22 et *sup. lin. a m. 2 V* molas *R* 23 desaeuientes *P* desaeuientis — significatur *supr. add. m. 2 V.*

confractis contritisque uelut decurrens aqua spernentur. omnis enim superfluentium aquarum cursus est otiosus, cum unusquisque ex his tantum, quod sibi utile putet esse, deriuet ceteris meatu transcurrente perituris, cum ad solam sui abolitionem usque ad maria deferantur. atque huius quidem in his naturæ atque contemptus in psalmo alio meminit, cum loquitur: effusus sum tamquam aqua et dispersa sunt ossa mea. factum est cor meum tamquam cera liquefiens in medio uentris mei. et multa quidem, quæ ex solidis in liquida soluuntur, demutant habitum sine abolitione naturæ, ut ex rigentibus fluant: cera autem, si solo suscepta igni sit, sic liquescit, ut pereat. eodem nunc modo creationis utriusque in perdendis peccatoribus posuit exemplum: spernentur uelut aqua decurrens, intendet arcum suum, donec infirmentur. sicut cera liquefacta auferentur. primum ergo spernentur sine consistendi spe et manendi inutiliter defluentes; dehinc arcus domini erit, donec infirmentur, intentus; infirmati autem, liquefacti ceræ modo auferentur. et in arcu seueritatem iudicii dei significari frequenter ostendimus, peccatorum hunc semper pœnis his, qui punientur, intentum. et sane intento arcu, igne iudicii eos ut liquefactam ceram auferendos sequens sermo declarat: supercecidit ignis et non uiderunt solem. superiectus ergo ignis eos auferet, ne solem iustitiæ contemplentur; indigni enim sunt, qui sint coheredes æterni luminis.

7 Ps. XXI, 15.

1 decurrens *ex* deerrens *m. 2 V* omnis ergo *V* 2 cum *om. V* 3 ex his id tantum *PTE* diriuet *P* 4 transcurrente *ex* transerrente *m. 2 V* sui *om. V* absolutionem *R* 5 deferantur *ex* deferũtur *m. 2 V* adque *VR* (*in V* adque — naturae *sup. lin. a m. 2*) 6 loquitur *R* dicitur *VPTE* 8 factus sum tamquam *R* caera *V* liquefiens *ex* lifiens *m. 2 V* liquescens *Re* 10 soluentur *R* demutant *ex* demistant *m. 2 V* sine absolutione *R* 11 caera *V*[1] si *om. TE* 12 igni sit sic *R* igni sit sic *V* ignis sic *P* igni sic *E* igne sic *T* per at *corr. m. 2 V* 14 qua *corr. m. 2 V* intendit *VRPa sed cf. supra* arcum *ex* urcum *m. 2 V* 15 laquefacta *V* 18 liquefactae *coni. Bened.* 21 igingne *corr. m. 1 V* ignĕ *P* igne *supr. scr. m. 1 R* ut — auferendos *supr. scr. m. 1 R* 22 et *om. V* 23 ergo *ex* egro *R* auferet ideo ne *corr. m. 1 V.*

5. Ac ne id, quod tamquam cera liquefacta auferentur igne super eos, ne solem uideant, decidente, abolitionem eorum potius quam pœnam significaret, adiecit: priusquam producat spinas uestras rhamnus, sicut uiuentes, sicut in ira absorbet uos. rhamnus sentium genus est, quod plures ex se condensasque spinas modo rubi ecfert; florescit autem cum ceteris uere confotum. ergo antequam rhamnus peccatorum spinas producat, ut uiuentes eos ignis in ira absorbet. neque enim suspenso adhuc iudicii tempore quiescere peccatores sine pœna erat dignum: uiuentes itaque eos, cum pœnæ scilicet sensu, absorbet ignis, etiam antequam resurgant. corporum enim resurrectio significatur in rhamno, quæ ipsa in se spinas, quibus conpungenda sunt, exhibebunt: aliis fructus æterni floris habituris, his uero tantum ad ecferendos in se modo rhamnorum spinarum aculeos excitandis. peccatorum autem uim et dolorem significari meminimus in spina, cum dicitur: in ærumnam incidit, dum configitur spina; quia usque ad mortem humiliatus de peccato condemnauit peccatum in carne, uelut cum configens spina configitur. et unusquisque, secundum apostolum, siue bona siue mala percipiet in carne, cum ipsam materiam ac sensum, in qua conpungatur, habiturus sit peccator. ante resurrectionem carnis, id est antequam spinas suas rhamnus emittat, uiuens absorbetur

17 Ps. XXXI, 4. 19 II. Cor. 5, 10.

1 ac ne id quod *om.* *PTe* tamquam cera autem liquefacta *PTe* 2 decidente *ex* decedente *P* decedente *Vα* aboletionem *V*[1] et ut abolitionem *PTe* 3 significare *V* 4 ramnus *T* ramn' *P* ramnus *ex* ramnas *m. 2 V* rā$\overset{u}{n}$os *R* sic in ira *PTE* 5 uos *RPT* *om.* *V*[1] eos *add.* *V*[2] 6 condensatosq (atosq *eras.*) *R* rubi *add.* *m. 1 V* ecfert *V* effert *RPT* 7 confotum *ex* confotem *m. 2 V* 8 producat *ex* producet *R* producet *P* ut *om.* *e* absorbeat *P* absorbebit *e* 10 cum *add.* *m. 2 V* 11 absorti *R* resurgent *VP* 12 enim *add.* *m. 2 V* ipse *R* 13 exibebunt *V* 14 habetur *V* his *ex* hisic *R* ac ecferendos *V* ad haec ferendos *R* ad efferendos *PTE* 15 aculeo *R* 17 in erumnam *VRTα* incidi *R* incidet *PTe* confringitur *Pα* qua usque *P* quousque *e* 18 ad *om.* *V* 19 cum *om.* *V* 20 mala *ex* male *m. 2 V* 21 tum ipsa materia *R* in quā *R* conpingatur *V* 22 habiturased *R* habitura seu *V* habitaturus sit *P* resurrectionem *ex* resurrectionis *m. 2 V*.

ad pœnam anima eius secundum diuitem euangelicum punienda, quæ uiuens sit.

6. Sed inter hæc iusti cuiusque, tamquam Lazari in sinu Abrahæ requiescentis, lætitia monstratur. sequitur enim: lætabitur iustus, cum uiderit uindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. et dicet homo: sic utique erit fructus iusto? sic utique est deus iudicans eos in terra. lætitia iusti est, cum uiderit uindictam, quia peccatoribus puniendis deductum se per angelos in æternam requiem lætatur: manus suas non peccatorum sanguine abluens, sed, cum peccatores in sanguine sint, quia rei sanguinum sunt, manus ille ab omni reatu sanguinis ablutas continebit. et idipsum psalmo alio testatus est, cum dicit: odiui congregationem malignorum et cum impiis non sedebo: lauabo inter innocentes manus meas. et commemoratis innocentiæ officiis adiecit: ne perdas cum impiis animam meam et cum uiris sanguinum uitam meam. in peccatorum scilicet sanguine manus ille abluet inter innocentes. adeo autem hi uiri sanguinum sunt, ut omnium ab Abel usque ad Zachariam interfectorum ab his sanguis sit reposcendus et abluente manus suas Pilato super se suosque esse iusti sanguinem sint professi.

7. Sed manus suas lauante iusto atque lætante dicet homo: an fructus erit iusto? et utique eum esse dicit, quia deus sit in terra eos iudicans. dicens ergo homo:

13 Ps. XXV, 5 sq. 16 Ibid. 9.

1 ad poena[m] *V* euuangelicum *R* euangelicum *ex* euangelicam *m. 2 V* in euangelio *PTe* 3 sed inter haec iustitia monstratur *mediis omissis V* cuiusque *om. P* 6 peccato[r]ius *V* et dicit homo *V* et dicet *Rb* si utique erit *PTE* si utique est *R* 7 sic *om. RPTE* 8 eos *om. P* 9 deductum *ex* deductus *m. 2 V* 12 reatus sanguine *R* et ipsum *Pe* idipsum *Vb* 13 alio *om. R* est *supr. scr. m. 1 R* odio habui *PTE* congraegationem *V* 15 manus meas *om. V* 16 innocentiae *om. R* 19 sanguinum *ex* sanguinem *m. 2 V* 20 [h]abel *R* zacchariam V^1 21 reposcendus *ex* reiposcendus *corr. m. 1 V* abluentem *V* se *om. V* 22 sint promissi *V* 23 adque *VR* dicit homo *R* 24 sit iusto *R* et utique — an fructus sit iusto *om. R.*

an fructus sit iusto non ambigitur expectare iudicium, iusto tamen iam in terris, quia per angelos in Abrahæ sinum deductus sit, iudicato secundum illud: qui credit in me, non iudicatur, sed transit de morte in uitam: qui autem non credit, iam iudicatus est. cum ergo sanctus non iudicandus sit, qui in uitam sit transiturus ex morte, et infidelis iam iudicatus ad pœnam sit, intellegitur in eos relicum esse iudicium. qui pro gestorum qualitate inter peccata fidemque sint iudicandi per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LVIII.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul et custodiuit domum eius, ut eum interficeret.

Eripe me de inimicis meis, domine, et ab insurgentibus in me libera me et reliqua.

1. Superscriptio psalmi a superiore non differt, sed psalmus eo differt, quod quædam ex his, quæ in Dauid ipsum gesta sunt, præferuntur, cum Saul misit et custodiuit ad interficiendum eum domum eius. uerum, si ob id dirigenda ad deum esset oratio, superiora illa, id est in finem et ne disperdas uel corrumpas et in tituli inscriptione, non necesse fuerat anteferri. hæc autem maxime quamquam spiritali sint distributa ratione, cum et finis legis sit Christus et corruptioni subiecta non fuerit eius æternitas et gloriosæ mortis

3 Ioh. III, 18; V, 24.

1 ambigitur *ex* ambigetur *m. 2 V* 2 iā *supr. scr. m. 1 P* abraae *VT* habrahae *R* seductus *V* 7 reliqum *R* reliquum *PTE* 8 idemque sint iudicati *R* Explicit psalmus LVII. incipit psalmus LVIII *VR* Explicit psalmus LVII. incipit LVIII *P* Expl. de LVII. incip. de LVIII *T* 12 inscribtione *V* 13 eius *om. R* 14 ut interficeret eum *E* 15 de inimicis meis dš m̄s *R* de inimicis *h. l. V*, *sed cf. infr. cap. 2* 17 suberscribtio *ex* superscribtione *V* 18 his *ex* bis *R* 20 eum *ex* eam *corr. m. 2 V* uero (o *in ras.*) *P* si *ex* ersi *V* ad eum (eu *add. m. 2*) *V* 21 in fine *VR*.

ipsius titulus in salute sit gentium, tamen etiam ipsa, quæ de gestis eius præscripta sunt, prophetica esse declarant, cum passionis dominicæ ut propheta non nescius sub occasione ac tempore eorum, quæ perpetiebatur, odiorum et patiendo prophetam se docuerit et loquendo. tractabimus autem psalmum, ut eorum, qui secundum litteram sapiunt intellegentiam, non grauemus: sed et ut, quod a Saul custoditus ad interficiendum est, non minus eius sit temporis prophetia, quando a populo et in Hierusalem tamquam in domo sua dominus conclusus et custoditus sit ad mortem.

2. Eripe me de inimicis meis, domine, et ab insurgentibus in me libera me. eripe me de operantibus iniquitatem et de uiris sanguinum libera me. uitiorum humanorum causas profectusque conplexus est, ut, unde orta est et quo euaderet impietas, nosceremus. et idcirco iras et simultates et inimicitias euangelium conpressit — cum irasci sine causa fratri reatus gehennæ sit et oblatio muneris nisi post reconciliationem non concessa sit simultatis et inimicos non solum diligendos, sed et pro his orandum esse decernat —, quia ex his ad uirum sanguinum peruenitur. nam primum inimici sunt; dehinc insurgunt in eum, cuius inimici sunt; insurgentes autem iniquitatis operarii sunt; postremo iniquitatis operarii usque ad uiros sanguinum profecerunt. uiros autem sanguinum non solum admissa cædis, sed et cogitata consummat.

1 de *add. m. 2 V* 2 eius *add. m. 2 V* profetica *VR et sic in seq.* declarantur *T* 3 ut *om. PT et ed. pleraeque* 7 sed et = = quod *P* sed et quod ut *R* sed et quod *V* a *supr. scr. m. 1 R* 8 sit eius *PT* prophetia, quando a populo *coni. Bened. in adn.* profetia quam a populo *R* profeta quam a postulo *V* propheta quam (q^{am} *P*) apostolus *PTe* 9 dominus (dm̄s *ut saepe scribitur in V*) *addidi* cōclusa *V* 11 me *om. V* dn̄e *VPTe* deus meus *R* 14 conplexum est *R* 15 orta et quo euaderet *V*^{2} (orta euideret *V*^{1}) 18 concessit simultates *V* 19 decernat *T* decernunt *VR* decernit *PE* 20 sanguinem *V* unam primum *V* 21 dehinc — inimici sunt *om. V* surgent *P* in *supr. scr. m. 1 R* insurgentis *V* 22 iniquitates *R* 23 uirum *V* p̱ficiunt *T* 24 caedis set et cogitata *ex* caecidisset cogitata *m. 2 V* cedis (caedes *T*) sed et agitata *PT* consumat *R.*

3. Sequitur enim: quia captauerunt animam meam, inruerunt in me fortes. neque iniquitas mea, neque peccatum meum, domine; sine iniquitate cucurri et direxi. captata anima Dauid est, cum ad interficiendum domo clausus est. et quamquam erutus de Saul manibus sit, tamen uiri sanguinum sunt sanguinem eius optantes. sed secundum psalmi præscriptionem aduersum unum esse precationem conuenerat rege utique hoc uolente. sed orationi propheticæ fuit sermo moderandus, ut querella referretur ad populum, cum captant animam fortes inruentes: quippe quos fortes armauit, qui et cor Iudæ ad ministerium perditionis ingressus est. hi ergo fortes captant animam et eius animam, in quo neque iniquitas neque peccatum est, qui currens sine iniquitate direxit.

4. Et nescio si anterior psalmus referri in Dauid ista patitur, quo dicitur: ecce iniquitatem meam ego agnosco et peccatum meum contra me est semper. non conuenit psalmorum ordini tanta diuersitas, ut ab eodem dictum esse utrumque intellegendum sit. sed si, quia anterior confessi peccati psalmus posterior in tempore est, uideatur Dauid ante peccatum, ut peccati nescius, hæc locutus, meminerimus eum sub eodem peccato de humanæ necessitatis confessione dixisse: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea secundum illud: quis

16 Ps. L, 5. 23 Ibid. 7.

2 inq(i)uitas *corr. m. 2 V* 3 (pe)ccatum *corr. m. 2 V* 4 capta *V* 5 domo *ex* domu *R* et tāquā *P* erutus *ex* eruditus *m. 1 V* 6 sanguinem *ex* sanguinum *m. 2 V* 7 praescribtionem *V* 8 praecatione *ex* praecationem *V* rege utique (utiquae *V*[1]) haec uolente *VPT* regem utique haec uolente *α* regem utique haec uolentem *ε* 9 quaerella *VR* querela *PTE* refelretur *ex* refelletur *R* 10 a = nimam (*eras.* d?) *R* 11 fortis armauit *VTE*, perditionis *V* pdi = tionis (i *ex* uo *corr.*) *R* proditionis *PTE*, *cf. Stud. 1889 p. 315 et Lact. II, 14, 8 (ubi* perditores hominum *dicuntur spiritus maligni)* 15 ita patitur *Pb* ista patiatur *e* 16 quod dicitur *VP* [*sensus*: nescio si anterior psalmus (L), quo dicitur: „ecce iniquitatem meam ego agnosco“ patitur ista (sine iniquitate cucurri) in Dauid referri] 18 ordinata diuersitas *PT* 19 sed si quia *ex* sed quia *m. 2 V* et si quia *Tα* et si qua *P* 20 ui de = tur *P* 21 meminerimus *ex* memineruimus *m. 1 V* eam *V* 23 enim ĩiquitatibus *V*.

enim gloriabitur castum se habere cor coram deo nec si unius diei fuerit infans? manente in nobis etiam secundum apostolum et origine et lege peccati. non ergo conscientiæ humanæ uox ista conueniet.

5. Sed uideamus, ne forte eius querellis hic abnegatæ de se iniquitatis conpetat sermo, qui peccatum non fecit et in quo inuentus dolus non est, qui et dixerit: ecce ueniet princeps mundi et non inueniet in me quicquam: peccati scilicet in se calumniam non reperiendam, per quod de peccato peccatum condemnaturus esset in carne. ergo hic intellegendus est conqueri captatam animam suam et inruisse in se fortes. qui et habuit hanc querellæ securitatem, ut in se neque iniquitatem neque peccatum esse profiteretur, et qui sine iniquitate cucurrisse se dixerit secundum illud: exultauit ut gigans ad currendam uiam. a summo cælo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius.

6. Hic ergo solus currens direxit, qui infirmitatis nostræ humilitate suscepta egressus cælos, regressus ad cælos, qui reuehens nos secum oblaturusque deo munus precatus sit: exsurge in occursum mihi et uide tu, domine, deus uirtutum, deus Israhel. intende ad uisitandas omnes gentes: ne miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. exsurgere enim sibi in occursum deum uirtutum ad uisitandas omnes gentes precatur: in eo namque coexcitatæ et collocatæ a dextris eius in cælestibus gentes sunt. et dignum

7 Ioh. XIV, 30. 14 Ps. XVIII, 6 sq.

1 enim *om.* *R* 2 fuerit *ex* fuerat *m. 1 R* 5 quaerellis *VR* querelis *PTE* abnegate *V* abnega == tae (n *eras.*) *R* 7 non *add. m. 2 V* 8 in me *om.* *V* 9 calumnia non reperienda *VPT* 10 esset *om.* *V* 11 conquaeri *VR* captam *R* inruisse *ex* inruis *corr. m. 2 V* in eum *R* 12 habuit *om.* *Ve* habuerit *T* iniquitatem neque *add. m. 2 V* 13 et *om.* *V* 14 se *om.* *V supr. add. R* exultabit *P* ut *add. m. 2 V* gigans *VRP cf. Neue Formenl. I, 149* gigas *TE* 15 caelo *VRPT* caeli *E* 17 hic *ex* hir *V ex* hinc *R* currens *add. m. 2 V* dixerit *R* 18 regressus ad caelos *om.* *V* 19 oblaturusq; dñm precatus sit *P* oblaturusq. deo precatus sit *T* 21 istrahel *V* 24 praecatur *VR* coexcitatae *RT* excitatae *V* quoexagitat *P*.

fuit, reditum eius ambitione occursus cælestis ornari, ne ingressuro cælos dignatio paterna deesset. neque id mirum, cum primo nominis sui martyri Stephano uelut in primoribus cæli in occursum a deo patre descensum sit. uisitari itaque in occursu suo omnes gentes precatur secundum illud: neque enim misit deus filium suum in hunc mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluus fiat mundus per ipsum. descensum namque eius in carnem et ex Maria natiuitatem lætantes angeli et patentes cæli honorauerunt. non inpudens ergo hæc occursus sui oratio est, cui ad salutem gentium, sicuti et psalmo alio et apostolico testimonio continetur, primogenito ex mortuis uox occurrentis hæc fuerit: filius meus es tu, ego hodie genui te. hanc itaque occursus sui significationem uisitandis in se gentibus deprecatur, non tamen iudicii seueritate præterita, cum misericordia ab omnibus, qui iniquitatem operantur, auertitur: omnibus quidem in eo, quia caro factus est, gentibus uisitatis, sed æque omnibus iniqua operantibus iudicatis.

7. Interiecto enim diapsalma, quæ impietatem populi essent mansura, declarat. mox namque et templi desolatio et ciuitatis euersio et ipsos illos captiuitas consecuta est. quin etiam nunc ingressu ciuitatis eiusdem edicto romani regis inhibentur. et cum deserta sanctorum sancta et prophetias silere et placationum hostias deesse et dignitatem omnem deformatam ministerii leuitici recordantur, conuersi nunc et fame uerbi dei et cibi salutaris adfecti ad solacium præsentium miserarium circumire

5 Ioh. III, 17. 12 Ps. II, 7; Act. ap. XIII, 33.

1 cersus (oc u supra) *corr. m. 2 V* ne ingressuro *ex* ngressuro *m. 2 V* 2 caelos *ex* taelos *m. 2 V* paterna deesset *VRPT* paterna de caelo deesset *E* 3 primoribus (*om.* in) *V* in prioribus *R* 5 gentes *om. R* praecatur *VR* 6 ds̄ *ex* dī *m. 2 V* 7 per eum *RPTE* 10 occursusque oratio *V* occursus oratio *PT* 11 psalmogeniti *uocibus* alio — primo *omissis* *R*[1], primogenito *ex* psalmogeniti *corr. man. rec.* 12 fuerit (er *eras.*) *R* 14 depraecatur *VR* 17 aequo *R* 19 in impietatem *E* impietas *P* esset = *P* 20 et ciuitatis *ex* ciuitatis *m. 2 V* 21 euersio — captiuitas *in marg. inf. add. m. 2 V* 22 eius *V* 23 profetias *VR* placationum (*om.* et) *V* 25 leuuitici *V* fame (*om.* et) *V* 26 praesentiū (ū *in ras.* 3—4 *litt.*) *R*.

sunt soliti ciuitatem. id enim sequitur: conuertentur ad uesperam et famem patientur ut canes et circumibunt ciuitatem. famis huius tempus et per prophetam alium denuntiat deus cum dicit: ecce induco famem super terram: non famem panis, neque sitim aquæ; sed famem uerbi, ut audiatur uerbum dei, inpudentiam eorum ac rabiem in nuncupatione canum arguens secundum illud: libera me de ore leonis et de manu canis unicam meam. et hunc quidem habent interioris conscientiæ suæ dolorem, cum se dispersos, cum captiuos, cum tributarios congemescunt, sine templo, sine sacerdote, sine regno: et hoc, posteaquam in maiestatis dominum saluatoremque mundi manus impias intulerunt.

8. Sed ubi de peccato crucifixi unigeniti dei arguuntur, impii esse non desinunt; et dolore translatæ ad gentes diuinæ cognitionis adcensi ore adhuc uerbisque desæuiunt. sequitur enim: ecce loquentur in ore suo et gladius in labiis eorum.

9. Sed hanc obtrectandi atque insectandi impietatem non solum in his, sed etiam in gentibus, quæ audire detrectant, ita diuinus sermo condemnat: quoniam quis audiuit? et tu, domine, deridebis eos, pro nihilo habebis omnes gentes. nemine audiente inridentur a deo; quia, ubi dicitur: quis?, ibi aut rarus significatur aut nullus: nullus secundum illud: quis similis tibi in diis, domine?

4 Amos VIII, 11. 8 Ps. XXI, 21. 25 Ps. LXXXVIII, 7; LXXXV, 8.

2 canis *V* circũibunt *V* circuibunt *R* 3 famis huius tẽpus et per *V* famis huius pẽs (tẽ *suprascr.*) per *R* famem huius temporis per *PTE* 4 denuntiat deus (dš) cum dicit *scripsi cf. adn. Bened.* denuntians (denuncians *R*) cum dicit *VR* denuntians dicit *PTE* 5 aq *R* 6 inpeudentiam *V* 7 atq. *T* qua *P* in nuncupatione *ex* in nuncupationem *corr. m. 1 V* 11 congemescunt *V* congemiscunt *RPTE* 14 arguentur *VR* 15 ex dolore *V* 16 accensi *RPT* ore *ex* ori *m. 2 V* 17 loquitur *V*[1] loquuntur *V*[2]*PT* 19 adque *VR* inpietate (m *suprascr.*) *V*, *cf. Acad. p. 27* 20 qu e (a *suprascr.*) *corr. m. 2 V* audire *ex* audiri *m. 2 V* audere *R* detractant *R* 22 et tu dm̃ *V* 23 irridentur *TE* 24 nullus *poster. loc. om. RPT* 25 qui *V* similis tui *R* diis *ex* dies *m. 2 V*.

rarus autem in eo, cum dicitur: quis dabit ex Sion salutare Israhel? inridentur igitur non audientes et in quorum ore labiisque sit gladius; quia in cælis habitans deus subsannabit aduersus deum et Christum eius reges ac principes congregatos. gentes etiam omnes spernet uisitatas et non obœdientes; quia, quamuis ex his sit portio quantulacumque credentium, tamen uniuersitas reputatur in plurimis secundum illud domini dictum: numquid, cum uenerit filius hominis, inueniet fidem super terram? non quod non in aliquibus reperietur, quibus et dicetur: uenite, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum a constitutione mundi; sed, cum pauci ex omnibus gentibus sint fideles, non per paucos efficitur, ne non omnes gentes sint infideles. inridendarum autem gentium ea maxime causa est, quod, dum crucifixum, dum mortuum, dum sepultum stultitia prudentiæ sæcularis exprobrat, magnæ pietatis sacramentum non intellegentes filium dei resurgentem ex mortuis et maiestatis esse dominum non credunt.

10. Sed habens ille potestatem animæ ponendæ et animæ resumendæ, quia hoc mandatum accepit a patre, inrisis spretisque gentibus subiecit: fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus est: deus meus, misericordia eius præueniet me, deus meus ostendit mihi inter inimicos meos. fortitudinem suam ad deum custodiet, animam suam scilicet, quam deposuit resumendo;

1 Ps. XIII, 7; LII, 7. 8 Luc. XVIII, 8. 10 Matth. XXV, 34.

1 rursus autem *PT* daubit *corr. m. 2 V* exion *R* 2 istrahel *V* et *om. R* 3 gladiisque si gladius *V* 4 regis *V* principes (e *in ras. a m. 2) V* 5 obydientes *V* 7 et credentium *V* putatur *V* 8 uenerit *ex* ueneris *m. 2 V* 9 super *add. m. 2 V* 10 repperietur *VRP*[2] *sed cf. F. Neue Formenl. II, 473* benedicti *ex* benedicto *m. 1 V* 11 praeparatum *ex* praepparatum *R* 14 aute[m] *corr. m. 2 V* aut[ẽ] *corr. m. 3 R* gentem *V* 15 stultia *P* stultae *V* 16 exprobrae *V* exprobrant *PE* 17 dī *ex* die *corr. m. 2 V* 19 sed habens sed ille *(del. m. 2) V* *post* animae ponendae *uerba repetita* et animae ponendae *del. m. 2 V* 20 spraetisque *R* 22 meus es *RPTE, sed cf. Sabatier II, 117* 24 ad deum qui custodiet *P*.

nemo enim auferet eam ab eo, quia uirtus sua et refugium suum sit, in cuius manibus commendauerit spiritum suum. cuius misericordia eum præueniet, ut etiam ante resurrectionem dei filius intellegatur, cum moriente eo, obscurato sole, lux deperit, cum pendente eo in cruce tremit terra, cum descendente eo ad inferos sanctos eius inferi non tenent, cum emittente eo spiritum uelum templi tamquam custodia illinc spiritali erumpente discinditur, cum postremo centurio proclamat: uere dei filius erat iste. custodita igitur ad deum fortitudine sua, quia lux lucet in tenebris et tenebræ eam non conprehenderunt, et præueniente eum misericordia sua ostendit ei inter inimicos eius, quia susceptor eius esset, cum id etiam inimici confessione patuisset: uere eum dei filium esse centurio proclamat. et hæc tum quidem ita cognita sunt.

11. Sed quia secundum illud: et uidebunt in quem conpunxerunt etiam in futurum inter inimicos eius ostendet deus, quod eius sit susceptor, quippe cum secundum apostolum introgressa gentium plenitudine id, quod Israhel sit relicum, saluabitur, ut quod scriptum est inpleatur: ueniet ex Sion, qui liberabit et auertet impietates ab Iacob — et hoc illis a me testamentum, cum auferam impietates eorum, ad significationem itaque repositæ huius misericordiæ speique subiecit: ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ. disparge illos in uirtute

9 Matth. XXVII, 54; Marc. XV, 39. 10 Ioh. I. 4. 16 Zach. XII, 10: Ioh. XIX, 37. 20 Esai. LIX, 20. 21 Rom. XI, 27.

1 aufert *PTE* et quia *corr. m. 1 R* et quia *VPE* refugium *ex* refugiem *corr. m. 2 V* 5 in cruce = (*una litt. eras.*) *R* in crucē *V* tremuit terra *PT* remittere *V* 8 discingitur *V* 9 ueri *Vb* adeum *RPT* 10 fortitudo *V* 11 conpraehenderunt *R* praeueniente *ex* praeuente *T* 13 potuisset *V* uere enim eum *E* dū uere eū *T* 14 quidem tum *Pb* 17 in futuro *T* ostendit *V* 18 sit *ex* ostendit *corr. m. 2 V* 19 introgressa *ex* introgesta *m. 2 V* gentium multitudine *R* istrahel *V* reliqum *R* reliquum *PTE* 20 scribtum *V* exion *R* 21 quiliberabit *ex* queliberauit *m. 2 V* qui eripiat *R* impietates *ex* impietate *P* impietatem *T* ut hoc *R* 24 nec occideris *V* 25 disparge (par *sup. lin. add. m. 2*) *V* disperge *RPTE* in uirtutute *R*.

tua et destrue eos, protector meus domine, delicta oris eorum, sermonem labiorum ipsorum; et conprehendantur in superbia sua et de exsecratione et mendacio conuellentur in consummatione; in ira consummationis et non erunt et scient, quoniam deus dominatur Iacob finium terræ. inimici quidem propter nos, sed dilecti propter patres; misericordiæ id, quod eorum est relicum, reseruatur. dispersi quidem interim circum omnes fere gentes, sed consparsione eorum sancta æque radice liberabuntur. destruentur ergo secundum prophetiam non occisi, sed dispersi et destruentur in delictis oris eorum et sermone labiorum, cum ex Sion ueniat liberator, de quo clamauerunt: crucifige, crucifige et cui dixerunt: nos patrem habemus Abraham et rursum: quis tibi dedit hanc potestatem? et: in qua potestate hæc agis? in hac igitur superbia conprehendentur, cum saluatori suo hæc a se ingesta esse non cognoscant; auersaque impietate de exsecratione ac mendacio auellentur et hoc in consummatione, quia, cum intrauerit gentium plenitudo, tum quod Israhel est relicum saluabitur. in ira autem consummationis non erunt, quia impietates ex Sion ueniens auertet: non autem non erunt, qui et sunt cognituri cognoscentque, quia deus Iacob dominetur finium terræ, non iam in funiculo hereditatis et in Iacob portione

13 Luc. XXIII, 21. Ioh. VIII, 39. 14 Luc. XX, 2. 15 Matth. XXI, 23.

1 distrue *V* dilecta *V* 2 et conprehendantur — in consummatione *om. V* et conprehendantur — conuellentur *in marg. infer. add. m. 3 R* comprehendentur *ed. post Par. 1572* 4 conuellantur *R*[a] consummatione (*om.* in) in ira consummationis *R* in consummatione consummatio in ira consummationis *PE cf. infra lin. 18 sq.* 5 quonia dš dominatur Iacob *V* quoniam deus dominabitur Iacob *R* quoniam deus Iacob dominabitur *e* quia deus Iacob dominator *T* quia dñs dominat' *P* 7 patres *ex* patris *m. 2 V* 8 reliqum *R* reliquum *PTE* 9 consparsione *VRP*[1] conspersione *P*[2]*E* conspersiones *T* sancta adque *VR* sancta atque *e* 10 profitiam *V* 11 et *ante* destruentur *om. R* 12 exion (exiō *V*) *VR* 13 crucifige *semel R* dixerant *V* 14 habraham *V* abraam *T* 15 agis *ex* facis *T* 16 conpraehendentur *VR* incesta *R* 17 auersaque == *R* aduersaquae *V* 18 qua cum *V* quae cum *R* 19 reliqum *R* reliquum *PTE* 20 in ira — quia *om. V* impietates *ex* impietatis *P* 21 exion *VR* 22 cognoscente *V*.

noscendus, sed deus Iacob, id est, quia, qui in homine Iacob deus intellectus et uisus est, dominator sit terræ finium, quorum et creator est confitendus.

12. Sed illos interim desolationis ac dispersionis suæ manet pœna. nam etsi consummationi temporum propter patres et electos hæc dispensatio misericordiæ reseruetur, interiecto tamen diapsalma, quid in eos interim repetita significatione constitutum fuerit, ostenditur. sequitur enim: et conuertentur in uesperum et famem patientur ut canes et circumibunt ciuitatem. ipsi dispergentur ad manducandum: si autem non saturabuntur, et murmurabunt. amissa ciuitate temploque deserto et secundum romani regis edicta circumeuntes tantum, non etiam ineuntes ciuitatem famis eos non huius panis et cibi, sed oblationum, hostiarum et uisionum, quibus omnibus saturabantur, adficiet, aduersum custodem suum canum inprobitate latrantes. et dispergentur ad manducandum: quia per diuersa speciem sacerdotii illius legitimi et holocausti et circumcisionis imitantur, cum hæc tantum non nisi intra Hierosolymam sint legitima constituta. sed ad manducandum dispersi non saturantur. non enim nisi sanctis et deo placitis et loci ipsius ac templi constitutione religiosis sollemnitatibus explebuntur. sed adhuc et murmurabunt: ne hac quidem fame festiuitatum suarum edomiti, ut secundum murmur, quo in deserto deum exacerbauerunt, pænitentiæ quiete resipiscant.

1 quia qui *Bened. in adn.*, quia *VRPα* qui *ex* quia *T* qui *ε* 2 dominator *ex* dominabitur *m. 2 V* 5 temporum *ex* temporam *m. 2 V* 6 hanc *P* dispensati(o) *corr. m. 2 V* 7 quid *ex* quide *m. 1 V* in *ex* inter *m. 2 V* 9 canis *V* circuibunt *R* 13 ineuntes *ex* non ineuntes *m. 2 V* introeuntes *T* fames *PTE* 14 sed cibi *P* cibi *T* ostiarum *V* & uisionum *R* uisionum *VPTE* 15 saturabantur (abantur *add. m. 2 V*) *VRTα* saturabuntur *Pε* 17 manducantur *ex* manducandum *m. 2 V* sacerdotii illius *ex* sacerdotillius *m. 3 R* sacerdotii alius *ex* sacerdotium alius *m. 2 V* sacerdotii alias *un. Vat. rec.* 18 olocausti *V* holoc = austi *P* holochausti *T* 19 int *ex* in *T* hierosolimam *R* hierosolyma *VT* 20 dispersi = (*eras.* u?) *R* 21 nisi *om. VRε* ipsius templi ac constitutione *V* ipsius hac templi constitutione *b* 22 solemnitatibus *TE* & murmurabunt *R* murmurabunt (*ex* murmurabuntur *m. 2 V*) *VPTb* •23 fame *add. m. 2 V* 24 ut *om. R* qđ in deserto *R* 25 resipiscant *ex* resipistant *m. 2 V*.

13. Sed inter hæc spes omnes suas et gratulationes psalmi fine concludit dicens: ego autem cantabo uirtuti tuæ, exaltabo mane misericordiam tuam: quia factus es susceptor meus et refugium meum in die tribulationis meæ. adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus, deus meus misericordia mea. et ista quidem omnia possunt ad prophetæ gratulationem referri: sed neque a domini sunt confessione diuersa. hæc enim eorum dispersio passionis impietatem est consecuta. sed quod in misericordia dei mane, quia susceptor et refugium eius factus est, exultaturus est, uidetur id ad resurrectionis tempus esse referendum; quia, cum omni tempore laus dei cantanda sit a propheta, resurgenti tamen ex mortuis diluculo in cælosque redituro exultatio matutinæ gratulationis est propria, domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LIX.

In finem, in his, qui inmutabuntur, in tituli inscriptione Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam et Syriam Sobal, et conuertit Ioab et percussit uallem Salinarum duodecim milia.

Deus, reppulisti nos et destruxisti nos et reliqua.

1. Multa in psalmo ante rerum gesta præscripta sunt, quæ necesse est ad alicuius intellegentiæ significationem his, quæ

2 tue *VP* 3 & exultabo *R* exultabo P^2T *ed. Basil. 1550* 4 et refugium — susceptor meus *om. V* et refugium in (*om.* meum) PT^2 7 quidem *om. PTE* 8 a *del. m. 2 V* 9 impietate *R* sed quotquot *P* 10 dei *om. PT* manent *P* manet *e* qui^{a} *V* qu^{i}a *R* factus sit *T* 11 exultaturus est *sup. lin. a m. 2 V* est exultaturus *T* exultatur^{u}os (*om.* est) *P* 13 tamen *ex* tam *m. 2 V* deluculo] *V* 14 gratulationis *ex* gratulatio *m. 3 R* est *om. R* dn̄o n̄ *V* domino nr̄o *T* domino *RPE* 15 in omnia saecula s. a. *VPTE* Explicit psalmus LVIII. incipit psalmus LVIIII *VP* Explicit psalmus LVIII. incipit LVIIII *R* Expl. de LVIII. incip. de LIX *T* 17 in his quae *h. l. VR sed cf. infr. cap. 1 et 2* in tituli inscriptione *R* in titulis *V sed cf. infra et Sabatier II. 119* 18 in doctrina *VRa* 19 Subal. et *corr. ex* SuBαLeTH *R* 22 in *om. T* praescribta *V* 23 ad *om. PT* significatione *T*.

effecta sunt, anteferri: cum in finem, cum pro his, qui demutabuntur, cum tituli inscriptio, cum in doctrinam Dauid superscriptio conprehendit. post quæ gestorum tempus adscribitur: succendit Mesopotamiam et Syriam Sobal, et conuertit Ioab et percussit uallem Salinarum duodecim milia. quo psalmus omnis ab historia dissentit. nam cum Sobal percussit cum Mesopotamia et Syria, quæ ab eodem ad bellum commota et accensa et capta est, hanc maximi belli uictoriam ingens gratulationis lætitia consecuta est. psalmus autem totus tristis et mæstus est, cum super repulso detractoque populo dolor est, cum commotæ turbatæque terræ querella est, cum sanandæ contritionis eius oratio est. deinde id, quod in Salinarum ualle memoratum est, neque in historia, neque in aliquorum translatorum intellegentia est. nam secundum Aquilam, qui translator legis Iudæis post passionem domini fuit, ita scribitur: cum percussit ualles. sed hic secundum litteram scribens et extra spiritalem intellegentiam manens belli locum edidit. translatio autem illa seniorum septuaginta et legitima et spiritalis, ante passionem domini gestaque suscepta, per nominum naturarumque species nunc quoque, ut in omnibus psalmis, causam sensumque manifestat, in commemoratione gestorum non argumentum psalmi, sed tempus

1 in fine *VRP* cū *ante* pro his *supr. scr. m. 1 R* 2 inscribtio *V* in doctrina *VPTe* 3 superscribtio *V* superscriptio *ex* superscriptid (?) *R* conpraehendit (co *in ras. R*) *VR* post quase *V* 4 et syriam iobal *omissis uerbis* et conuertit Ioab *V* et siriam subalet = (*eras.* h?) c. I. *R* et siria sub al. et c. I. *P* 6 milia *om. V* quod *VPT* qđ *R* omnis *om. e* 7 cum *add. m. 2 V* subal *R* percussus *RPTE* cum *del. m. 2 V* et siria quae *R* syriaq: *T* 8 ab eo *T* ad *supr. scr. m. 1 R* 10 estristis (is *in fin. add. m. 2*) *V* 11 destructoque *TE* 12 quaerella *VR* sanādi (ae) *corr. m. 2 V* contritionis *ex* contristionis *m. 2 V* 13 in salinarum moratum est *V* 14 in hystoriā *P* 15 aquilam (qui *in ras. a m. 2*) *V* aq lān (i) *P* acylan *R* legis *om. R* iudaeus *T* 16 dī *V* 17 spiritalē *ex* spiritalē si *m. 2 V* intelligentiam habens *PT* 18 dedit *R* 19 dī *V* 20 gestorumque *VRPα* gestorumque ordinē *T* *locus nondum sanatus* nomin = ū *R* 21 uti nominibus *R* sensusque *P* 22 in commemorationē *P*.

ostendens: ne ob id, quod continetur in gestis, sed ut tum, cum ea gesta sunt, scriptus esse noscatur.

2. Sed antequam de tempore loquimur prophetiæ, quia multum ad intellegentiam psalmi proficit scire, quando sit scriptus, de superscriptione tractemus, quæ intellegenda refertur ad finem et his, qui inmutabuntur: qui ex impietate scilicet ac uitiis desinentes ad religionem atque innocentiam transferentur et ex peccatis synagogæ ad ecclesiæ gratiam demutabuntur, sicut in eo psalmo, qui primus pro his, qui inmutabuntur, est scriptus, ostendimus, cum dicitur: audi filia et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui; quoniam concupiuit rex speciem tuam; et rursum in eodem: pro patribus tuis facti sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. filiorum itaque demutatione facta pro patribus paternam domum obliuiscitur, deo regi magis regina placitura, cuius morte renouatur ad uitam. et idcirco tituli inscriptio pro his, qui inmutabuntur, adscribitur, gloriam mortis eius, qui pro omnibus mortuus, tituli inscriptione testante. et testante ad doctrinam Dauid, ut omnes eum Dauid, qui et oriens et iustus et rex æternus est, nouerimus; qui inimicas nobis infestasque uirtutes cum duce suo peremit, omnibus his, qui aduersum nos uitiorum bella accendere erant soliti, extinctis: non in ualle planctus, neque in ualle tabernaculorum, sed in ualle salium; id enim magis quam salinarum græcus sermo declarat, cum ex se iam non

10 Ps. XLIV, 11 sq. 13 Ibid. 17.

1 ostendens *ex* ostendit *m. 2 V* 3 loquamur *R*[a]*PT*[a] loquemur *a* 4 proficit *ex* profecit *P* profecit *V* scriptum *V* *5 de superscribtione *VR* in finē *V* 7 adque *V* 8 eclesiae *V* 10 est *ex* et *m. 2 V* scribtus *VR* dicimus *R* audi filia *om. P parua lacuna rel.* 14 nati sunt *RE* fili *V* constitues principes *V* 15 super *ex* super eos *m. 2 V* fi = liorum *P* 16 obliuiscitur *ex* obliuis *m. 2 V* 17 morte *add. m. 2 V* 18 inscribtio *V* 19 gloriam *T* gloria *VR* gloriae *PE* est mortuus *T* mortuus est *E* 20 et testante *om. V* dauit *V* 21 omnesecundum (s m *suprascr.*) dauit *corr. m. 2 V* rex et aeternus est *VPTE* 22 inimicus *V* infectasque *P* 24 plantas *V* 25 sallium *P* saliud *V* 26 declarat *ex* declurat *m. 2 V.*

flebiles habitationes nec lamentanda tabernacula, sed salem potius hæc mundi huius uallis exhibeat, eos scilicet eorumque similes, quibus dictum est: nos estis sal terræ, in quibus maxime anticus ille nosque incendens hostis extinctus est. pro his igitur in fine commutandis et sub testimonio ac tituli inscriptione ad Dauid edocendis psalmus hic scribitur, non alio tempore, quam cum Nathan propheta throni æterni regem ex Dauid semine nuntiauit. in eo enim tempore hæc, quæ in rebus gestis præscribuntur, effecta sunt, in quo prophetia æterni regis ostensa est. intellegendus ergo psalmus pro his est, qui inmutabuntur, in Dauid æternum regem edocendis, et qui pro amissis patribus erunt ex commutatione iam filii. ita enim cœpit:

3. Deus, reppulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius, quia mota est. ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino conpunctionis. dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. secundum communem sæculi sensum iræ miserationique non conuenit, neque ipsius in eosdem uterque hic idem conueniet adfectus, ut ultionis uoluntati uoluntas miserationis admixta sit. solis autem hoc patribus pie irascentibus congruit, ut misericors eorum ira in peccatis sit filiorum, secundum etiam illud beati Pauli, cum ita Satanæ in interitum carnis tradit, ut spiritus saluus sit in die domini, uindictæ præsentis seueritatem ad salutem spiritus proficere demonstrans. æternus ergo ille et cælestis

3 Matth. V, 13. 23 I Cor. 5, 5.

1 nec *ex* nec cum *m. 1 V* sallem potius *P* sales potius *T* uallem potius (u *in ras. a m. 2) V* 4 antiqus *R* antiquus *PTE* 6 a dauid *T* Dauid *e* edocentis *VRa* edocentes *P*, *cf. Acad. p. 16* 7 t^{h}roni *P* ex *supr. scr. m. 1 R om. V* 8 semine esse *VE* nuntiauit *ex* nuntiasit *m. 2 V* nunciauit *R* 11 in dauid *om. V* 12 erant *V* 13 dextrucxisti *V* iratus es nobis *ex* iratus est *m. 2 V* iratus es nobis *PTb*, *cf. Sabatier II, 119* 16 commota *Pb* tuo *om. R* potasti *ex* putasti *m. 2 V* 17 metuentibus *ex* metuentis *m. 1 V* 20 idem *om. Pb* ut *om. V* 21 uoluntati uoluntas (tati uolun *add. m. 2) V* uoluntati (*in ras.*) uoluntas *P* miserationi *ex* miserationis *R* 22 misericor *V* 23 si filiorum *R* 24 in *om. R* 25 uindice *V* 26 ille caelestis *PTE*.

omnibus pater, qui et dixit: ego occidam et ego sanabo, sic repellit et destruit suos, ut misereatur iratus. destruxit enim Hierusalem templum, sed cælestem sanctis reddidit ciuitatem; reppulit ab operationibus legis, sed iustificationem fidei iustificans ex fide impium tribuit; dissoluit terrestre regnum, sed reges constituit cælorum. ita iram misericordia consecuta est, dum damno terrenorum præsentium ingens æternorum bonorum retributio repensatur.

4. Et hæc quidem non magis ad Israhel, quam ad uniuersitatem humani generis aptata sunt; quia ex uno in omnes sententia mortis et uitæ labor exiit, cum dictum est: maledicta terra in operibus tuis, nunc autem per unum in omnes donum uitæ et iustificationis gratia abundauit, ut quorum terra maledicta est, horum nunc conformia deo corpora sint, et quæ commota metu et ignoratione turbata et labore contrita est et ipso illo lætificantis uini conpuncta potu, nunc susceptæ significationis secura uirtute futuræ iræ defugiat potestatem. in arcu enim, ut frequenter tractauimus, præparatæ ad pœnam impiis iræ terror ostenditur secundum illud: numquid irascetur per singulos dies? arcum suum tetendit et parauit eum et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas arsuris operatus est. metuentibus igitur significationem dedit uel signi in frontibus, uel fidei in cordibus, uel testimonii in operibus, uel gloriæ in confessionibus, uel uictoriæ in martyribus, ut a facie arcus iræque fugiatur,

1 Deut. XXXII, 39. 11 Gen. III, 17. 19 Ps. VII, 13 sq.

1 et sanabo *R* 2 reppulit *P* et destruit uiros *corr. m. 2 V* distruxit *V* 4 repulit *TE* ab operationib. regis *V* iustificationem *ex* iustificationis *m. 2 V* 6 ira misericordia (m) *corr. m. 2 V* 7 bonorum *R add. m. 2 V om. PT* 9 histrahel *V* 10 apta *P* 11 extat *R* 12 suis *V* in omnes donum *om. PT* 13 et *om. Pe* iustificationis *ex* iustificationes *m. 2 V* 14 conformando corpora *V* 15 et labore — uini con *om. V* 16 et ipso illo *P* laetificatis *R* 17 sc̄ificationis *T* 19 ira & terror *P* irascitur *R* 20 per singulos dies nisi conuertamini arcum suum *R* 21 et parabit eum et in eo parauit *V* et parauit in eo *RPTE* 22 arsuris *ex* arsuri *R* operatus est *ex* superatus est *R* 23 dedit *add. m. 2 V* uel fide *P* 24 ut ≡ uictoriae *R* 25 in martyriis *e* a faciae *P* iraequae *R*[1].

ut dictum est: natio uiperarum, quis monstrauit uobis fugere ab ira uentura? gratulantis igitur humani generis hæc uox est post regnum mortis, post diaboli terrores, post laborum peccatorumque onera, post infelicis lætitiæ dolorem, quia uitiorum gaudia, cum sint intellecta, conpungunt. in uino enim secundum apostolum lasciuia est. et sicut est uinum cor hominis lætificans, ita et uinum est cor hominis conpungens. nam et calix iræ est, sicuti et calix uitæ est.

5. Post hæc ergo et post hoc uini conpunctionis uinum significatione fugiendi arcus iræque concessa uniuersitas fidelium æternis spebus exultat. id enim mox diapsalma interueniente declarat: ut liberentur dilecti tui, salua dextera tua et exaudi me. — dextera domini fecit uirtutem et a dextris deo uirtus dei coexcitata secum humilitatis nostræ carne consedit. data ergo significatione fugiendi a facie arcus liberantur dilecti et per dei dexteram saluantur. et a qua facie arcus liberentur saluenturque, apostolus docuit dicens: qui liberauit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis suæ. liberandi ergo dilecti saluandique per dexteram dei sunt.

6. Sed salutis huius ad fidei firmitatem noscenda est prophetia. sequitur enim: deus locutus est in sancto suo: lætabor

1 Matth. III, 7. 6 Ephes. V, 18. 14 Ps. CXVII, 16. 18 Coloss. I, 13.

2 fugerae V^1 ab uentura ira *T* gratulantis *ex* gratulantes *m. 2 V* 3 post diaboli tortores *P* 4 onera *ex* one *m. 1 V* honera *PT* infelicis *ex* infelices *P* infaelicis *V* 5 gaudia *ex* gaudiae *m. 2 V* intellectae *R* 6 enim (&) *T* etenim *Pb* lasciua *R* 8 nam et calix uitae est *R* sicuti et calix irae est *in marg. add. m. 1 R* 10 hoc uini conpunctionis uinum (unum, i *superscr.*, *V*) *VR* hoc uinum uini conpunctionis uinum *P* hoc uinum compunctionis *T* hoc compunctionis uinum *E* significationē *R* significationem *V* 11 concensa *R* 12 aeternis rebus *R* aeternis speciebus *P* diabpsalma *P* 13 dextera tua *om. V* 14 et a dextris (et dextris *R*) dō uirtus dī *VR* et a dextera dō uirtus dī *Pb* et ad dexterā dī uirtus dī *T* et a dextris dei uirtus dei *e* 15 coexcitata secus *P* excitatus eum *V* 16 refugiendi *V* 17 saluanturque *R* 22 firmitate (m *superscr.*) *corr. m. 2 V* profetia *ex* profetiae *m. 2 V*.

et partibor Sicimam et conuallem tabernaculorum dimetibor. meus est Galaad et meus est Manasses et Ephræm fortitudo capitis mei, Iuda rex meus, Moab olla spei meæ. in Idumæam extendam calciamentum meum: mihi allophyli subditi sunt. in sancto deus locutus est, in eo nempe, cui etiam dæmones clamant: scimus, quia tu sanctus dei es et de quo angelus euangelizat: et quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius dei. in hoc itaque sancto locutus est, cum dicit: pater, qui in me loquitur, ipse facit opera sua. locutus ergo in sancto deus in principio sermonis exultat. exultabit enim ut gigans ad currendam uiam, exultabit in Sicima partienda. Sicima Samaria est, quæ eadem et Sichem est, quam Iacob Ioseph filio suo sub benedictione spiritus deputauit, hæc, cum omnibus antea legis temporibus in impietate mansisset, euangelium domini ex parte suscipiens: nam hodieque pars eius inreligiosissimis studiis de studio uetere detinetur. illic enim uaccæ adoratæ, illic mons relicto sacrario electus, illic regnum aduersum Iudam excitatum. sed eodem

7 Marc. I, 24. 8 Luc. I, 35. 10 Ioh. XIV, 10. 12 Ps. XVIII, 6.

1 partibor *VPTE* diuidam *R* sic[h]imam *P* conuallem *ex* conualent *m. 2 V* 2 dimeti[h]bor *V, cf. Sabatier II, 119* dimetiar *RPTE* galaad (a *postr. in ras.) V* gala[h]at *P* 3 et tefren *corr. m. 2 V* et effraim *P* et effrem *R* fortitudo *VRPE* assumptio *T* iuda — spei meae *supr. scr. m. 1 P* 4 in idumeam *VR* in idumea *P* 5 allophili *RT ex* allopili *corr. m. 2 V* allofili *P cf. Acad. p. 21* 8 euuangelizat *R* 10 opera tua *R* 11 locutus ergo ≡≡≡ (*eras.* est) in sancto deus *R* locutus est ergo in sancto ds̄ *PT* locutus ergo deus in sancto *E* 12 exultabi[t] *corr. m. 2 V* exultauit *Re* gigas *TE* exultauit *VR* et exultauit *e* 13 sic[h]ima *P* Sichima *E* in samaria est *PT* 14 sichem *ex* snhem *m. 1 R* sychem *VP* iosef *V* iosep *R* sub benedictione (ne *ex* nem *m. 2)* sp̄s *V* sub benedictione spū *R* sub benedictionis spiritu *e* 15 ante *V* 16 in *om. V* euuangelium *R* susciopiens *V* suscipiens *R* suscepit *PTE, cf. Addenda* 17 hodiequae *P* ueteri *ex* uetere *R* ueteri *T* 18 detenetur *V* adorate *R* odorate *PT* 19 eo *VPTE.*

primum dominus accedens etiam credente Samaritana et aquæ uiuæ potum precante fidem intulit; mox etiam apostolis prædicantibus participes sancti spiritus facti sunt. partita ergo Sicima est, cum fideles ab infidelibus separantur. et est futuri iudicii ista diuisio, sicut scriptum est: *ueniet dominus serui illius in die, qua non sperat, et hora, qua ignorat: et diuidet eum partemque eius ponet cum hypocritis.* diuisa ergo Samaria est uel iudicio, uel fide secundum illud: *non ueni pacem mittere in terram, sed diuisionem.*

7. Neque solum loquens in sancto deus Sicimam partitus est, sed etiam conuallem tabernaculorum dimensus est, hanc siquidem habitationis humanæ demersam humilemque sedem, quam et alio loco ob ægritudines uitæ ac lamentationes calamitatum uallem planctus esse commemorat dicens: *deposuerunt in ualle plorationis;* dimensus ergo hanc est, quia gentium plenitudo spectatur. et ubi modus est credentium futurus, illic dimensionis examen est, partem intra ecclesiam congregandis, parte alia in eadem ualle residentibus.

8. Quisque autem aliqua metitur, necesse est ut ea, quæ sua sunt, metiatur. suus enim est Galaad et suus est Manasses.

5 Matth. XXIV, 50 sq. 9 Matth. X, 34. 15 Ps. LXXXIII, 7.

1 d^{m}n̄ *V* acce^{n}dens *V* etiam credentae *corr. m. 2 V* iam credenti *T* samaritana *ex* samaritani *V ex* samaritanae *P* 2 praecante *VR*[1] praecanti *PR*[2] precanti *T* intulit — participes *in marg. inf. a m. 2 V* praecantibus *V* 4 sichima *PE* fidelis *V* separatur *ex* separantur *m. 2 V* 5 certa diuisio *PTb* dš *V* 7 diuidet eum (*om.* et) *V* ponit *V* 8 hippocritis *V* ippocritis *R* ypocritis *PT* aɫ: Samaria Sicima *T* fidei *V* 9 in terra *R* 12 demensus est *P* dimensum *V* 13 inhabitationis *PT* humanae — lamentationes *om. PT* 14 aegritudines *ex* aegritudinem *m. 2 V* calamitatem *PT* 15 uallum placitus *V* esse *ex* essem *m. 2 V om. R* 16 demensus *PT*[1] ergo *om. PT* 17 expectatur *Pe* ut$^{\vee}$bi *corr. m. 2 V* modus *ex* motus *P* credentiū *supr. scr. m. 1 R* 18 dimēsionis *ex* dimēsum *m. 2 V* demensionis *P* parte *T* partim *e, cf. Neue Formenl. I, 204* eclesiam *V* aecclesiam *R* 19 congraegandi *V* congregandis^{tis} *T* partem aliam *V* 20 quisquae *corr. m. 2 V* quisq: *T* quisq̧ *R* quisquis *PE sed cf. Acad. p. 29, Draeger Synt. I, 101* necesse est *ex* neceest *m. 2 V* 21 manasses (s *in ras.*) *P*.

mons iste Phœnicum est Arabiæ Mesopotamiæque contiguus, ex parte Manasse in possessionem deputatus: et ideo et suus est Manasses, sub Manasses nomine terræ plenitudinem, sicuti et sub Galaad omnem orbem suum esse demonstrans. sed in his usurpandis nihil præter ius proprietatis ostensum est.

9. Ephrem autem adsumptio capitis eius et Iuda rex eius est. hæc sanctus loquente in se deo loquitur, qui et per Iacob Ephrem conuersa manuum sanctificatione benedixerit et regem ex Iuda, qui et expectatio gentium futurus esset, ostenderit. adsumptio ergo Ephrem est, non etiam Manasses, cum Ioseph uterque sit filius. sed cum in capite significatio contineatur et corporis secundum illud: de torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput et omnis sanctus caput est corporis Christi, idcirco adsumptio capitis eius Ephrem est, quia contra generationum ordinem ad præferendam ecclesiæ sanctificationem in prælato Ephrem et postposito Manasse minor maiori est antelatus. adsumptio itaque capitis sui est Ephrem, id est populi, quem in Ephrem præfiguravit. uel potius ecclesia in corpus adsumitur.

10. Iuda etiam rex meus est, id est a se dispositus et electus. non utique uel Dauid ipsi rex Iuda est, cum ex Iuda rex ipse sit primus, uel loquenti in sancto suo deo rex est, sed loqui hæc sanctus iste, in quo deus loquitur, intellegendus est, qui et spiritu Iacob repleuerit ad æterni regis istius prophetiam, cum ait: non deficiet princeps de Iuda, nec

12 Ps. CIX, 7. 25 Gen. XLIX, 10.

1 foenicum *VRPT* mesopotamiae qu≡e (a *eras.*) *R* mysopotamiaeque *V* 2 & suus *R* suus *PE* 3 sub manasses *supr. scr. P add. m. 2 V* sub manasse *ex* sub manasses *R* sub manasse *T* sicuti est *P* 4 sub *supr. scr. m. 1 R* 5 ius (iu *in ras.*) *P* iura *T* 6 effrem *RVP et sic uel* efrem (*V*) *fere semper* adsumpsio *V* iudas *P* 7 loquitur *ex* loquēte *m. 2 V* qui *ex* quis *V* *inter* per iacob *et* effrem *quaedam erasa P* 9 qui expectatio *PT* futuras *V*[1] 10 adsumptio *ex* adsumptione *m. 2 V* iosef *V* iosep *RP* 11 significatio *ex* significatione *m. 2 V* 12 corporis *ex* corpores *P* bibet *ex* bilet *m. 2 V* bibit *R* 13 exaltabit *ex* exaltaui *m. 2 V* capud *V* 15 ad praeferendum *V*[1] 16 et postpositum *P* 18 populus *Te* postius *V* 19 eclesia *V* 20 rex meus & *R* rex ei' est *T* 21 dauit *V* 22 loquente *P* dō *ex* dš *P* 23 iste ei in quo *VE* 24 sp̄u *V* sp̄s *P* repletus fuerit *PT* isti *V*.

dux de femoribus eius, donec ueniat semen, cui repositum est, et ipsum est expectatio gentium.

11. Et quia non solum ex hac generatione sanctorum, sed etiam ex peccatorum origine huic dei sancto carnis esset ineunda susceptio, quia in similitudine carnis peccati deus filium suum misit, idcirco etiam Moab olla spei eius est. et hæc quidem Moab generatio secundum eam, quæ in Genesi sententia est, diuinæ maledictionis suscepit opprobrium. sed post decem generationes per gradus successionis sancto digna fit genere: sanctusque hic ex Iuda et ex Moab originem sumens, decocta tamquam per ollam carnis cruditate, in speciem cibi significatur æterni, cum caro eius uere cibus uitæ sit. est et olla secundum Hieremiam urens peccata atque tollens; sicuti et dominus ipse mittere ignem uenit super terram et multi secundum apostolum tamquam per ignem erunt salui, cum defæcatis et perustis uitiis, ut argentum ignitum, probabiles iudicentur. hinc ergo Moab spei suæ olla est, cui etiam ex Moab, cruda utique atque uitiosa, iam cælestis illa ad cibum uitæ sanctificatio carnis in spe est.

12. Quin etiam usque in Idumæam calciamentum suum extensurum esse se dicit, scilicet usque ad defectionem Esau: quia Idumæa, quæ sedis est Esau, prædicationis apostolicæ

15 I Cor. 3, 15.

1 semen *V cf. Sabatier I, 126 adn., om. RPTE* 2 repositum est *ex* repositum *m. 2 V* ipsum *V* ipse *RPTE* 3 et quam solum *V* 4 origine *ex* originem *RP* 6 est *om. V* 8 diuina *P* suscepti *corr. man. rec. R* obprobrium *R* opprobiū *V* 9 generationes *ex* generationis *m. 2 V* post gradus *PT* susceptionis *R* digna fit generationis per gradus successionis digna fit genera *V hoc quoque loco dittographia deformatus* 10 sanctus itaque hic *T* sanctoque hic *V* et moab *T*. 11 cruditatem *V* 12 et *supr. scr. m. 2 V* 13 ieremiam *h. l. V* adque (*ex* adquae *V*) *VRP*[1] 15 defecatis *T* depeccatis *V* et perustis ut argentum *V* 17 adque *VR* 18 cibū *ex* uerbū *m. 1 R* est santificatio carnis in spe est (in *add. m. 2) V* 20 idumeam *ex* idueum *m. 2 V* 21 se *add. m. 2 V* 22 quae sedis est Esau, praedicationis *scripsi* sedis est esau praedicationis *R* quaeau sedis est praedicationis *V* esau sedes est praedicationis *T* esau sedes est et praecationis *P*.

dirigat gressum. speciosi enim pedes euangelizantium sunt: et in calciamento pedes, in pedibus autem gressus ostenditur. neque solum in Idumæam cursum prædicationis extendet, sed etiam allophyli subditi sunt secundum illud: exaudi. deus, orationem, ad te omnis caro ueniet; quia deo dignum sit gentes ei omnes esse subiectas et uniuersitatem carnis ad confessionem æternæ huius misericordiæ erudiri.

13. Sed cognitis his, qui inmutabuntur, secundum tituli inscriptionem et doctrina eius, qui Dauid est æternus, accepta æternam illam primitiuorum in cælis Hierusalem et circumstantium deo sanctorum ciuitatem ingredi propheta festinat, ducem, qui se eo deducat, expectans. sequitur enim: quis deducet me in ciuitatem circumstantiæ? quis deducet me usque in Idumæam? nonne tu, deus, qui reppulisti nos et non egredieris deus in uirtutibus nostris? Esau defectio est et Edom secundum Genesim deficiens est; et secundum apostolum, quod est relicum Israhel, saluandum est. optans ergo propheta in ciuitatem circumstantiæ deduci scit se ante usque in Idumæam esse uenturum, id est in illam defectionem populi anterioris, qua maior seruiet minori. et ultima prædicatio conuertet corda patrum ad filios, cum ueniens ex Sion peccata et impietates ab Iacob auferat. sed hic idem deducet, qui et ob impietatem ante destruxit et reppulit, qui capta Hierusalem destitutoque regno indignos spretosque

1 Rom. X, 15. 4 Ps. LXIV, 3. 17 cf. Rom. IX, 27.

1 gressus *PTb* euuangelizantium *R* 2 et calciamento *P* pedes *ex* pedis *m. 1 R* 3 neque *ex* nequoe *m. 1 V* extendit *PTE* 4 allophili *VT* allofili *RP* sibi subditi sunt *T* 5 deus *om. e* orationem meam *RTe* 6 ei *om. V* 7 ad confessione[m] *V* erudiri *ex* erudiris *V* 9 doctrinam *V* doctrinae *P* acceptā *RP* 10 circumstantiū = (s *eras.*) *P* 12 deducat (t *in ras.*) *R* 13 quis *ex* quise *m. 2 V* 14 repulisti *PTE* 15 deus *post* egredieris *om. RPTE* 17 reliqum *R* reliquum *PTE* istrahel *V* 18 in ciuitate *R* deduci *ex* deducit *m. 2 V* 19 scit *om. V* uenturam *V* 20 anterioris *ex* anteriores *P* quia maior *VRP* 21 conuertere *VRP fort.* conuertet et? 22 exion *RP ex* syon *T* ab iacob *ex* ab hac iacob *m. 2 V* ab iacob *supr. scr. P* auferat *ex* auferet *T* 23 ante *supr. scr. P* dextruxit *V* et *ex* te *m. 2 V* reppulit *T* quia capta *PTE* 24 hierusale *V* distitutoque *R* destituto *VPT* spraetosque *VR*.

deseruit, solitus ante eos spiritalibus auxiliis confouere et cælesti militia aduersum inimicorum bella tutari. nunc autem deserente eos custodia spiritus sancti nullum in uirtutibus eorum. id est in exercitibus diuinæ propugnationis auxilium est. et ideo, quia destruxit, non egredietur in uirtutibus eorum.

14. Sed repositæ spei, quia quod Israhel est relicum saluabit, misericordiam propheta non tacuit dicens: d a n o b i s a u x i l i u m d e t r i b u l a t i o n e e t u a n a s a l u s h o m i n i s. i n d e o f a c i e m u s u i r t u t e m e t i p s e a d n i h i l u m d e d u c e t t r i b u l a n t e s n o s. scit uanam salutem esse, quæ ab hominibus speratur, quia et uitæ huius usus sine misericordia dei nullus sit secundum illud: m e l i o r m i s e r i c o r d i a t u a s u p e r u i t a m, quia, nisi ad profectum æternitatis uita suscepta sit, miseriarum in nobis potius erit origo, non uitæ. auxilium itaque a deo in tribulationibus sperat, quia hominum salus uana sit. postulat ergo de tribulatione auxilium in deo uirtutes concesso auxilio facturus: cum liberati omnes a lege peccati in dei potius iustificatione maneamus, cum pugnam non aduersus carnem et sanguinem, sed aduersum spiritales nequitias et mundi potentes, deo satanam ipso spiritu oris sui interficiente, peragamus, cum non regnet iam in inmortali corpore nostro tribulans nos ante peccatum, cum absorbeatur mors a uita

12 Ps. LXII, 4. 22 I Cor. 15, 53.

2 bella *ex* bellum *m. 1 P* turi *V* 3 custodia *ex* todia *m. 2 V* eorum — exercitibus *om. PT* 5 quĭ *T* dextruxit *V* 6 histrael *V* reliqum *R* reliquum *PTE* saluabitur *T* 10 esse et quae *P* esse eam quae *T* 11 uitae *ex* uotae *m. 1 R* huius sine *PTb* 12 nullus sit usus *PTb* melior est *PE* 13 uita^m̄ *corr. m. 2 V* 14 misericordiarum nobis *V* itaquae *V* 16 uirtutis *VP* uirtutē *T* 17 facturū *V* 19 sed aduersum (ad *add. m. 2*) *V* sed & aduersū *R* sed aduersus *PTE* spiritales *ex* spiritalem *m. 2 V* 20 potentis (*ex* potentes *m. 2 V*) *VPT* dō satanā (dō *supr. scr. m. 2*) *V* dō satanan *R* satanan *ex* satanam *P* sathanam *T* deo interficiente *PTb* ꝑgamus *P* pergamus *V* 21 regnet *ex* regnetet *R* in inmortali *ex* non inmortali *m. 2 V* in mortali *RT* 22 nos *om. R* ante *om. PT* cum non (n̄ *T*) absorbeatur *PT* mor^s *corr. m. 2 V.*

in contentione uictoriæ per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LX.

In finem in hymnis Dauid.

Exaudi, domine, deprecationem meam, intende orationi meæ et reliqua.

1. Simplex est psalmus æternæ gratulationis continens prophetiam. nam neque res gestas neque significationis alicuius cognomenta superscriptio conprehendit: tantum hymnus in finem est, ut id, quod a propheta cantatum est, in fine uel psalmi uel temporum explicandum esse noscatur. oratio autem est iusti æterna sperantis seseque in Christo coexcitatum in cælestibus gratulantis. cœpit enim ita:

2. Exaudi, deus, orationem meam, intende deprecationi meæ. a finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum. exaudiri precationem suam sanctus hic postulat, cuius et ea fiducia est, ut in orationem suam uelit intendi, utrum sit innocens, casta et fidelis et ex intimo conscientiæ atque cordis metu profecta, quia secundum apostolum et corde credendum et ore confitendum sit ad salutem. intendendæ autem orationis hinc precatio est, quod, dum corde anxio

1 in conten≡≡≡tione *R* in contentionem *E* per dōn nostrum ihm xpm *V* 2 amen *om. V* Psalmus explicit LVIIII incipit psalmus LX *V* Explicit Psalmus LVIIII incipit Psalmus LX *R* Finit Psalm[s] LVIIII incip. Ps. LX *P* Expl. LVIIII incip. de LX. Psalmo *T* 4 in hymnis *VR* (ἐν ὕμνοις LXX) hymni *e* hymnus *b om. PT* 5 depraecationem *VR* 6 orationi (*ex* oratione) meae *V* orationem meam *R* 7 aeternae *add. m. 2 V* profetiam *VR* 8 nam nec *PT* 9 cognomen *PT* conpraehendit *VR* tantum *ex* tamē *m. 2 V* ymnus *T* in fine *VRP* 10 ut *om. PT* ut id *om. V* in finē *PTe* 11 explicandum esse noscatur *om. PT* 12 est *post* iusti *in fin. uers. postea add. m. 1 R* 13 gratula tis *P* 14 depraecationi *V* praecationi (precationi *T*) *RPT* 16 exaudiri *ex* et exaudiri *m. 2 V* praecationem *V* p[de]cationem *R* 17 ea *ex* ei *corr. m. 1 R* uellet *VR* 18 casta fidelis *V* 19 adque *VR* profeta *V* secundum apłm *RT* secundum Paulum *b* 20 confitendum *ex* confitendendum *m. 1 V* intendendae (intendende *P*) *ex* intendae (intende *P*) *RP* intende *V* 21 praecatio *RP* praedicatio *V*.

est, a terræ finibus clamauerit. non hic extima solitudinum aut contigua oceani incolebat, qui a terræ finibus anxio corde clamabat; sed sciens se in carne quidem, quæ terra est, degentem iam in fine carnis habitare, dum secundum Paulum habitans in corpore peregrinatur a corpore, dum uiuens iam non sibi uiuit neque ipse uiuit, sed uiuit in eo Christus, congemescens tamen in hoc suo habitaculo superuestirique festinans et ideo anxio corde a terræ finibus clamat, quia et necessitatem habeat in carne uiuendi et spem teneat a carnis uitiis desinendi dicens:

3. In petra exaltasti me, deduxisti me; quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. habitabo in tabernaculo tuo in sæculum. hinc itaque iam sanctus a terræ finibus clamat, quia exaltatus in petra sit. petra autem secundum apostolum Christus est, quem exaltauit deus et donauit illi nomen, quod est super omne nomen. in quo et elegit nos ante mundi constitutionem in cælestibus. per eum enim sumus in spem æternitatis deducti et in hac spe non confundimur, quia ab inimici facie hæc eadem spes nobis fortitudinis turris est facta. nam cum in muris sit ualida et firma munitio, murorum tamen ipsorum firmitas in turribus omnis est. et idcirco turrris fortitudinis exaltans nos in petra deus factus est, quia per hanc spem uim diaboli eiusque

5 II Cor. 5, 8. 6 Gal. II, 20. 15 Phil. II, 9. 17 Ephes. I, 3 sq.

1 extima *Ve* exvtima *R* extrema *PTb* solitudum *V* 2 contiguam *R* oceani (h *supra*) *V* anxio *ex* anoxio *P* 3 qua terra est *V* 4 gentem (de *supra*) *R* degentem (m *del. m. 2*) *V* secundum Apostolum *E* 5 peregrinatur a dño *R* 6 neque ipse uiuit *om. V* congemescens *VRP*[1] congemiscens *P*[2]*TE* 8 ancxio *P* a *om. V* qui et *VR* 9 et spem = teneat *R* desinendis *V* 10 dicetns *corr. m 1 V* 11 im *V* deduxisti me *R ante tractat., cf. Sabatier II, 120 et infr. 18* (deducti), eduxisti me *PT om. h. l. VR* 13 habitabernaculo *V*[1] in saeculum *scripsi, cf. Sabatier l. c. et Acad. p. 24,* in saeculo *VR* in saecula *PTE* 14 a terra (e *supra*) *corr. m. 2 V* qui (a *supra*) *P* qui *V* 15 petra *ante* autem *add. m. 2 V* 17 legit (e *supra*) *corr. m. 2 V* 18 in spe aeternitatis *VR* 19 confundemur *V* facit haec *ex* fecit haec *m. 2 V* 20 in meris *V* 22 im *V* 23 ciusque *V*.

insidias sustinemus tutissima aduersum eum spiritalesque eius nequitias fidei munitione consepti: cum in tabernaculo dei habitaturi simus in sæcula, sine ullo scilicet ætatis modo in æternum fluentibus sæculis temporibusque mansuri.

4. Set quia hæc, quamuis spe reposita iam sanctis sint, tamen adhuc sub dispensatione temporum differantur, qua munitione interim tutus sit, interiecto diapsalma demonstrat dicens: protegar in uelamento alarum tuarum, quoniam tu, deus, exaudisti orationem meam. protectionem misericordiæ dei sub uelamento alarum diuinus sermo significat, de quo quia superioribus tractatum est, superfluus nunc et otiosus erit sermo. sed protectionis meritum ex fide orationis indultum est secundum illud: petite et dabitur uobis.

5. Quin etiam ad quam spem protectione alarum dei inumbrandus esset, ostendit dicens: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. dies super dies regis adicies, annos eius usque in diem generationis et generationis. permanet in æternum in conspectu dei. hæc enim hereditas sancti est, uita et incorruptio et regnum et coæterna deo habitatio. non Israhel tantum hæc hereditas scripta est, sed timentibus dei nomen. dies enim æterni sunt regis, siue quia sancti, qui peccati serui non erunt, reges sunt secundum illud apostoli: iam sine nobis regnastis et utinam regnaretis, ut et nos uobiscum conregnaremus, siue quia hic idem etiam rex sit propheta,

13 Matth. VII, 7; Luc. XI, 9. 23 I Cor. 4, 8.

1 aduersus eum *e* 2 munitionem *P* conepti *V* 3 modi *V* 4 mansuris *R* 5 set *V* et *R* sancti *VPe* sit *V* 7 tutum (*om.* sit) *PT* diabpsalma *P* 8 protegat *V* 9 meam *om. V* 11 superioribus psalmis *VPTE* tractatum *ex* tractum *P* 13 secundum illud *om. V* 14 protectionem *V* inumbrandus sit (*ex* set) *corr. m. 2 V* 16 timentibus te *RPT* reges *V* 17 annus *V* in dies *RPTE* generationis et generationi *ex* generatio *m. 2 V* generationis *R* 18 supermanet (*lectio nata ex falsa diuisione uocabulorum* et generationi spermanet) *V* 20 *ante* habitatio *4 litt. eras., quarum 3 prior.* hab *erant R* histrael *V* Israheli *uel* Israeli *E* 21 timentibus nomen tuum *R* 22 regis *ex* reges *m. 2 V* 23 regnastis *V* regnatis *RPTE cf. phil. Abh. IV, 84* 25 conregnaremus *VPTE* conregnemus *R* qua *corr. m. 1 V.*

siue quia æternum regnum consedentem a dextris oportet regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis; non ut rex ipse tum non sit: sed cum tradiderit regnum deo patri, conregnabit is ipsis, qui reges sunt. ex quo mihi uidetur hæc nunc ratio seruata. ut usque in dies generationis et generationis adicerentur super dies dierum anni eius, in conspectu autem dei maneat in æternum: ut tempus illud, quo eum regnare, donec inimicos suos sub pedibus suis ponat, oportet, a generatione usque in generationem sit conprehensum, quia generationem hanc spiritalis natiuitatis generatio ex mortuis consequetur, æternitatis autem suæ exceptio, dum in æternum in conspectu dei est, prædicetur. est autem ipse primogenitus ex mortuis. sed huius regenerationis dominus ad apostolos ita meminit: amen dico uobis, quod uos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, et uos sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israhel. huius igitur generationis tempus ostendit et usque in hanc super dies dierum anni regis augentur. ceterum ipse in conspectu dei manebit æternus iam omnibus, quos redemit, in reges cælorum et coheredes æternitatis adsumptis, tradens eos regnum deo patri.

6. Et quia conparticipes et concorporales et conformes eius effecti sint iam in eis nec corruptione nec morte dominante, cum in omnem plenitudinem dei repleantur, subiecit spiritus

14 Matth. XIX, 28.

1 quia *add. m. 2 V* aeternum regnum *VR cf. Stud. 1889 p. 322* in aeterno regno *PTE* considentem *V* dextris *ex* dexoris *m. 2 V* 2 omnes inimicos suos *P* 4 conregnabit = is ipsis *R* conregnabist his ipse *V* conregnabit = is (his *T*) ipse *PT* conregnabit his ipsis *e* 5 oratio *V* seruatque ĩ dies *V* et generationes *V* 6 adicerentur = super *R* eius sit in *V* 7 manere *e* illut *R* quo oū *V* 8 regnar & *P* regnare oportet *T* ponat a generatione *PT* 9 usque in generatione *V* sit comprehensum quia generationem *in marg. infer. add. P* 11 consequatur *PTb* tuae expectatio *V* 12 in aeterno *P* in conspectū *R* est *om. V* 14 ad *om. V* 18 histrahel *V* 19 reges *R* 20 aeternus *ex* aeternum *m. 1 R* iam in omnibus *P* 21 coheredes *ex* coheredes eorum *m. 2 V* 24 effecti sunt *PT* in his *VPTE* 25 replentur *V*.

prophetiæ: misericordiam et ueritatem eius quis requiret eorum? non inopes iam misericordiæ ueritatisque eius hæ scilicet generationes erunt, quas in se ex mortuis regenerauit ad uitam quæque in spe gloriæ dei manserint, tum cum in regnum traditæ deo patri suscipientur in reges consummata in omnes eius misericordia ac ueritate, per quem redemptas se gratulentur ad uitam, sitque omnibus accessus ad patrem. post quod nihil misericordiæ ac ueritatis requiratur a domino, cum in dei plenitudinem inpleantur. simile autem huic prophetæ dictum est id, quod ad apostolos dominus locutus est: nunc quidem tristitiam habetis; rursum autem uidebo uos et lætabitur cor uestrum et gaudium uestrum nemo auferet a uobis. in illa die me non rogabitis quicquam, quia iam gaudium nemo ablaturus ab his sit.

7. In hanc igitur æternitatis spem sese propheta confirmat dicens: sic psallam nomini tuo, deus, in sæculum sæculi. ut reddam uota mea de die in diem. psallet in sæculum sæculi et uota de die in diem reddet nullo temporum fine conclusus, hymnis æternis æternorum uotorum gaudia redditurus, cum absoluta omni terrenorum corporum infirmitate cælestem atque angelorum agat uitam de die in diem uota reddendo secundum illud: uota mea domino

11 Ioh. XVI, 22. 23 Ps. CXV, 18 sq.

1 qui (s *sup.*) *P* qui *V* 2 requirit *V* eum *PT* inopis *ex* opis *m. 1 V* iam *om. V* 3 hae *ex* heae *m. 1 V* hae (ae *in ras. a m. 1) R* hae *ex* haec *P* 4 regenerabit *PTE* qua (e *sup.*) in spe *V* 5 suscipientur (s *in ras.*, ur *ex* e *m. 1) R* 6 et ueritate *T ex* ueritatem *P* per quē *ex* perquo *m. 1 R* p quam *ex* p quem *m. 2 P* 7 redemptas *ex* redempta *P* redempta *V* redem(p)tos *R?* 8 nihil *om. V post* ueritatis *posuerunt E* 9 plenitudine *R* impleatur *P* similem *V* 10 profeta (e *sup.*) *V* ita locutus est *VPTE* 11 *inter* nunc *et* quidem *eras. 4 litt.* (audē?) *R* 12 uestrum *om. R* 13 auferet *VPTe cf. Sabatier III, 469 adn.* tollet *Rb* 14 nemo ab his ablaturus sit *T*[1] 16 speciem *P* 17 ds̄ *V om. RPTE* 18 psallit *PT* 19 de die in diem *om. V* reddit *PT* temporeum *corr. m. 1 V* 20 uotorum *in marg. add. P* 22 adque *VP* de diet *V.*

reddam in atriis domus domini, in conspectu omnis populi eius, in medio tui, Hierusalem, cælestis utique matris et liberæ per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXI.

In finem pro Idithum psalmus Dauid.

Nonne deo subdita erit anima mea? ab ipso enim salutare meum et reliqua.

1. Prophetiæ sermo non nisi ad aliquem profectum audientium scriptus est, ut aut ad scientiam doceat, aut ad uoluntatis innocentiam confirmet, ut nunc hic psalmus pro Idithun a Dauid cantatur, in quo ad dei timorem, ad humanarum siue spiritalium nequitiarum constantem tolerantiam eruditur et ad contemptum opum, quia auaritia malorum omnium radix est, firmatur. in his enim beatæ æternæque uitæ status certus est, si et pietas in deum sit et patientia in aduersis et contemptus opulentiæ. a dei itaque confessione cœptus est psalmus.

2. Nonne deo subdita erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. etenim ipse deus meus, saluator meus, susceptor meus; non mouebor amplius. confessio dei communi hominum affectu a propheta ita cœpta est, ut, cum post multam inscientiæ noctem, post ambiguam humanarum sententiarum incertamque doctrinam, post diuersarum

1 conspectu *ex* conspectui *m. 1 V* 8 libere *V* per dominum nostrum *RT* per deum ac dm̄ n̄ *V* per dm̄ dn̄m n̄rm *P* 4 amen *om. V* Explicit psalmus LX incipit LXI *VR* Expl. de LX. ps. incip. de LXI *T* Incip[s] tractat[s] de psalm[s] LXI *P* 6 idith[u]m *corr. m. 2 V* 7 ab ipsa autem *V* 9 profetiae (*ex* profitiae *V*) *VRP* 10 est *supr. scr. R* aut *ex* aud *m. 3 R* ad *ante* scientiam *om. VE supr. scr. m. 1 P* scientiam (am *in ras.*) *R* ad uoluntatem innocentiam *V* 11 ═ ═ ═ idithun a dauid *R* prodit; humana dauid *P* addidit hunc ad dauit *V* ad Idithum a Dauid *e* 12 in quo dei timore *R* 13 nequitiarum ═ ═ ═ instantem *R* erudimur *T* 15 firmatur *eras. R* firmamur *T* uitae et status *V* 16 patientiam *P* patientia *ex* patientia et *m. 2 V* contentus *P* 17 a *add. m. 2 V* a *ex* ad *R* ceptus (ce *in ras. 3—4 litt.*) *R* 19 et ipse deus meus *PTE* saluator *Ve* salutaris *PT* et salutaris (taris *in ras. R*) *Rb* 20 susceptor [aditor] *supr. scr. m. 1 R* 21 affectum *V*.

religionum uanam opinionem, cum diu erratum quæsitumque de deo sit, an unus an plures, et sexus aut unius aut duplicis, et potestatis aut æqualis aut disparis, et ætatis aut uniformis aut uariæ, et naturæ aut innascibiles omnium aut aliquorum aliquando generatæ; tum deinde cum aliquibus magna ætate et longo labore certatum sit, aut nullos omnino esse aut a cura humanæ uitæ abesse; iam porro cum a plerisque tractatum sit, uel solem astraque cetera deos esse uel mundum ipsum in æternitatis specie huius ac mutationum manentem cum omnibus suis, quæ ex se ecferat, deum esse; iam uero ut plerique ignem uel aquas uel spiritum diuino nomine atque honore donauerint, alii quoque ligna, lapides, metalla sub specie hominum, uolucrum, ferarum adorauerint; postremo cum iam fessis omnium destitutisque studiis plerique eorum maximeque prudentes, unum hoc se scire, id est, nihil horum hominem scire docuissent: tum post hanc quasi necessariæ confessionis inscientiam prudens quisque conuersus ad prophetas atque apostolos dei legem omnem sub sacramento æternæ dispositionis perceperit, in qua rationem deductæ in hoc corpus animæ conexæque tractauerit, in qua diuisionem gentium secundum angelorum numerum acceperit, in qua et esse principem mundi et unius electionem gentis audierit, in qua humanæ mortis auctorem non ignorauerit et habitare in carne sua peccati legem

1 uariam opinionem *E* 2 an unius an duplicis *et sic in seq. semper* aut — aut *in* an — an *mutarunt E*, *sed cf. de cod. lectione* aut — aut *Hartel Ennod. p. 645* et potestates aut aequales aut dispares *R* 3 et aetates aut uniformes *R* 4 innascibilis *VRPTE* 5 generatae *TE* generatas *T in marg. VRP* (*fortasse legendum* et natura aut innascibilis omnium aut aliquorum aliquando generata sit) ab aliquibus *PTb* 6 aut nullos *ex* aut nullū, *ut uidetur*, *m. 1 R* . ut nullos *P* ut nullus *T* esset *T* 8 dōs (os *in ras.*) *R* 9 in aeternitatis speciae *Pa* in aeternitate speciei *T* hac mutationū *P* manente *VR* 10 cum omnibus *ex* cumnibus *m. 2 V* ec(h)ferat *P* efferat *RT* ferat *V cf. praef.* 11 uel *ex* uael *m. 2 V* adque *VRP*[1] 12 sub speciae *P* sub speciem *V* 13 postremo *ex* postroemo *m. 1 V* 14 omnium *ex* hominum *P* 15 unum (h)o se *V* hominū *V* 16 tunc *V* 17 inscitiam *Ve* conuersus *ex* conuersum *P* 19 ratione *VR* 20 conexeque *R* conexaeq. *V* conexae *P* 22 unius oclectionem *P* 23 suā *V*.

obnitentem legi mentis suæ senserit et congemuerit, postea quam dei spiritum, dei uirtutem, dei sapientiam, dei filium et unigenitum deum ad remissionem peccati condemnationemque peccati legis hominem natum esse cognouerit, qui humanarum passionum sorte perfunctus ad condemnanda in se cælestium nequitiarum impia temptamenta sit mortuus, ut æternitatem omnibus, qui per habitantem in carne nostra peccati legem moriebamur, inueheret; ac tum hoc sacramento pietatis accepto post ignorationis noctem in scientiæ lumine collocatus ita dicat: n o n n e d e o s u b d i t a e r i t a n i m a m e a ? a b i p s o e n i m s a l u t a r e m e u m. e t e n i m i p s e d e u s m e u s e s t, s a l u a t o r m e u s, s u s c e p t o r m e u s: n o n m o u e b o r a m p l i u s. reperta itaque fidei sede post uagos errores impietatisque sententiam, quia susceptorem suum saluatoremque cognouerit, amplius non mouetur. quid enim ultra ignorationi anxietatique hominum est relictum, cum æternitas animæ et corporis, id est totius hominis prædicetur, cum adsumptio atque susceptio terrenæ nostræ carnis a deo sub sacramento magnæ huius pietatis ostensa sit, cum peccatorum remissio condemnata peccati lege sit præstita, cum homini nostro a dextris dei consessus in cælis sit?

3. Sed hanc humanæ beatitudinis spem gentilium impietatum studia comminuunt, prudentiæ sæcularis inanitate profectum homini ad deum denegantes et deo consortium adsumpti corporis detrahentes, arbitri moderatoresque diuinæ potestatis: quasi difficilius deo sit adsumpsisse hominem quam eum in

1 om[b]nitentem *P* legi *ex* lege *T* menti suae *P* 3 condemnationemque peccati *sup. lin. a m. 2 V* 4 hominum *V* 5 sorte *ex* serie *corr. m. 1 R* ad condempnandam *P* in sae *corr. m. 2 V* 6 tēptamenta (p *ex parte in ras.*) *R* 7 lege *VR* 8 hac (ha *in ras.*) tum hoc *P* 9 inscitiae *V* lumine *ex* luminae *m. 2 V* lumen *P* collocatus *ex* conlocatus *VP* dicit *PTE* 10 subdita ē *R* 11 ds̄ meus et susceptor meus *V* 13 fidei sed post *R* impietatesque sententia *R* 14 qui susceptorem *PT* 15 ignorantiā *V* an = xietatiq. *P* 16 relicum *V* aeternitatis *V* 19 condemnata peccati le[ge] *R* condempnata lege peccati *PT* 20 dei *om. PT* 23 saecularis *ex* sicularis *m. 2 V* 25 arbitrio *V* 26 eum *ex* cum *R*.

tanta naturæ ac uitæ suæ ratione formasse. hanc itaque impiam eorum obtrectationem propheta mox arguit: quousque inruitis in hominem? interficitis uniuersi, tamquam parieti inclinato et maceriæ inpulsæ? inpellunt enim hæ ignorantes atque impiæ disputationes hominem ad uitia procliuem et quassum iam cadentemque demergunt consiliis adhortationum fallacium noxiarumque perimentes: quasi parua sibi ipsa conciliatrix uitiorum uoluntas sit, quam adhuc desperatio iudicii æterni retributionisque in usum tantum præsentium et corporalium adhortetur.

4. Sed hunc corporis sui parietem, quem ante libido, ebrietas, auaritia, ira perfoderat, iam in se in domum dei uiuis lapidibus extructum esse non nescit et in imaginem dei creatum esse recolit; certusque conformem se dei gloriæ præparari subiecit: uerumtamen honorem meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti. illis honorem suum detrahere cogitantibus ille in siti cucurrit. est enim sitis bonorum æternorum et spiritalis esuries in sanctis, de qua dictum est: beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam. cursum ergo iustitiæ suæ sitiens tenuit, omnem uitam integram etiam ab ipsa contradicentium sibi obtrectatione conseruans. nam et a domino suo didicit, ut opera omnia sua etiam gentilis testimonii iudicio laudentur, cum dicitur: sic luceant opera uestra coram hominibus, ut magnificent patrem uestrum, qui est in cælis. sic et Paulus placens omnia in omnibus

18 Matth. V, 6. 23 Ibid. 16. 25 I Cor. 10, 33.

1 suae (u *ex* n? *corr.*, ae *in ras. 2—3 litt.*) *R* 2 ob^{t}rectationem *P* obtrectatione formasse *V* arguit dicens *E* quosque *V* inruistis *ex* inruitis *P* irruistis *T* 3 interfecistis *PT* 4 macheriae *P* 5 haec *V* adque *VRP*[1] 6 quassatum *T* iā *in ras. m. 3 R* 9 et *add. m. 2 V* 13 structum *R* et *om. V* in *supr. scr. m. 1 P* 14 reformem *R* 16 cucurri *ex* curri *m. 1 V* in sitim *Ve* 17 in sitim *VRe, sed cf. infra* etenim sitis *PT* 18 et spiritalis esuries in scis ≡ (cis *in ras. et postea eras.* s) *corr. m. 1 R* et spiritalis in sanctis *Ve* est spiritalis in sanctis (in sanctis *in ras. T*) *PT* 19 esuriunt *ex* esurient *m. 2 V* iustitiam *ex* iustitiae *m. 2 V* 20 sciens *VRPe* ipsa *ex* ipsu *m. 2 V* 21 a *add. m. 2 V* 22 testimonii *ex* testimonium *m. 2 V* 23 laudetur *P* cum dicitur *om. V* luceat *P* 25 placens per omnia omnibus *Te.*

neque Iudæis neque Græcis neque ecclesiæ scandalum est, ne habeat aduersarius male de se quid loqui, illo quidem obtrectandi studium uoluntatemque retinente, quamuis se ille liberum ab omni obtrectationis occasione præstaret; quod et in hoc sancto in siti currente cognoscimus. sequitur enim: ore suo benedicebant et corde suo maledicebant, cum et conseruantes honorem suum probabilis uitæ confessione benedicerent et interioris odii malignitate maledicerent.

5. Sed id. quod sibi maxime salutare est, sanctus iste etiam diapsalma interueniente congeminat, indefessæ in nobis confessionis perseuerantiam oportere esse demonstrans. sequitur enim: uerumtamen deo subiecta est anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea. quia ipse est deus meus et saluator meus, adiutor meus, non emigrabo. in deo salutare meum et gloria mea. deus auxilii mei, et spes mea in deo meo. inpellant quidem isti inclinatum parietem maceriamque iam quassam et, benedicente licet ore, corde maledicant, scit tamen subiectam animam suam deo esse oportere, quia ab ipso patientia sua sit. didicit enim ab eo non auertere faciem a sputamentis nec subtrahere alapis maxillas nec potandum cum felle acetum renuere nec post colaphos et flagella maledicere. ipse enim deus suus est atque saluator, ipse etiam adiutor, ne de patientiæ huius perseuerantia speique suæ fiducia motus emigret. in eo enim est salus et gloria eius et spes, qui se coexcitatum sibi conformem sit cælesti suæ gloriæ redditurus.

1 eclesiae *V* 3 retinere *V* se *supr. scr.* P^1 4 et *add. m. 2 V* 5 sq̄r̄ enim *R* 7 conseruant *VR* benedicebant *R* 8 et interioris oris malignitate *PT* (*in P* oris *supr. scr. m. 1?*) 9 quod maxima sibi *V* 10 diabpsalma inueniente *P* 11 perseuerantia *P* 13 et patientia *P* 14 deus meus et V^1 deus ═══════ et *P cf. Sabatier II, 122* deus et V^2*RTE* 15 salutarem meum *V* 16 auxiliū mei *R* in deo ē *Re* inpellant quidem insiti *R* 17 et benedicentes *T* 21 maxellas *V* potandum *ex* putandum *m. 2 V* putandum *P* fel *V* 22 rennuere *RP* colafos *VPT* 23 adque VRP^1 patientia *R* 24 fiducia *ex* fiduciae *m. 2 V* mutus *supr. scr. m. 1 R* ạemigret *P* 25 salus (s *in ras. m. 1, postea* is *eras.*) *R* et spes *ex* est spes *m. 2 V* 26 *post* suae *3—4 litt. eras. R.*

6. Et quia spei huius ipse etiam ceteris, ut propheta, sit prædicator, subiecit: sperate in eum omnis cœtus plebis et effundite coram illo corda uestra, quia deus adiutor noster est. nihil occultum, nihil clausum, nihil obligatum sub dei confessione in corde retinendum est. effundendus coram eo omnis adfectus est, ut nihil de nobismetipsis fiduciæ sit, sed ut per eum, ante quem nos tamquam pro peccato effundimus, adiuuemur. effundenda autem coram eo corda nostra lacrimis et fletibus sunt secundum illud: fuerunt mihi lacrimæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie: ubi est deus tuus? hæc recordatus sum et effudi in me animam meam; effusionem animæ in lacrimarum profusione esse demonstrans, quia per eas rogandus est, qui est solus fidelis adiutor.

7. Sed officio suo functus propheta admonitionem suam parui apud impios scit esse momenti; nam continuo diapsalma intercedente subiecit: uerumtamen uani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris; ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. uani homines, quia aut ipsi uana sperent aut in eos sperare sit uanum; mendaces quoque, quia impietatis suæ sensu aut falluntur aut fallunt: et in eo mendaces, ut decipiant in stateris, sub iustitiæ scilicet nomine iniusta peragentes. nam ubi examen de se moderatæ prudentiæ pollicentur, ibi studia immoderatæ impietatis exercent, errore se ipsos, quem a ceteris depellere se professi sunt, inplicantes: et idcirco ipsi de uanitate in idipsum, illo scilicet recidentes, ex quo se excedere gloriantur.

9 Ps. XLI, 4 sq.

2 speratae V^1 in eū *VT* in eū *ex* in eo *P* in eo *R* omnes *T* 3 et *add. m. 2 V* efficite (*ex* effecite) coram *P* dš *supr. scr. m. 1 P* 5 est *add. m. 2 V* 7 ante quam *VP* tramquam *V* 8 effundim̓ *R* 9 lacrimis *ex* et lacrimis *m. 2 V* 10 meae *om. T* panes *Re* 12 in *add. m. 2 V* effusione *P* 15 sua *V* paraui apud *V* 16 monenti *P* diabpsalma incedentes *P* 17 fili *V* mendaces filii hominum *om. V* 19 quia ut ipsi *RP* qui aut ipsi *V* ipsi *e* sperant *e* serent *ex* serint *m. 2 V* 20 quid inpietatis *V* sensū *R* 23 studia *ex* studiae *m. 2 V* 24 errore *ex* errores *P* errori *T* qu = em *P* 26 in idipso *R* decipiunt in idipsum *T* illos *V* reccidentes *V* recedentes *ex* recidentes *R* recedentes *PT*.

8. Sed radix maxime iniquitatum in pecuniæ cupiditate est; quam qui adpetit, grauissimæ tempestatis naufragio mergetur. sequitur enim: nolite sperare in iniquitate et in rapinas nolite concupiscere. diuitiæ si fluant, nolite cor adponere. magnæ enim in his desiderii sui et amoris inlecebræ sunt: rapiunt ingenia mentesque pendulas adprehendunt. non solum itaque non concupiscendæ earum rapinæ sunt, uerum ab his uoluntas nostra, etiam si præbeantur fluantque, referenda est, ne desideratæ cupitæque dominentur. non enim hæc spebus nostris bona sunt coæterna, neque nobiscum aut condescendunt in infernum aut conresurgunt de inferno. fides, pietas, continentia, benignitas expetenda est, et maxime dei cognitio sectanda est. ceterum hæc uana et per naturam sui ad omnem iniquitatum necessitatem captiosa uitanda sunt.

9. Et quod illud magis ad spem æternitatis expetendum esset, propheta subiecit dicens: semel locutus est deus, duo hæc audiui, quia potestas dei est, et tibi, domine, misericordia, quia tu reddis unicuique secundum opera eius. semel deo loquente duo audiuit; et necesse est ea sibi esse conexa, quæ sub unius sermonis significatione sunt cognita. ad deum namque in exordio psalmi propheticam confessionem retulerat dicens: nonne deo subdita erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. depellendus itaque absolute fuit Iudaicæ impietatis furor: ut in deo patre significari doceretur et filius, ut nunc in uno etiam

2 tempestatis *ex* tempestates *R* mergitur (*ex* mergetur *P*) *PTE* 3 et *om.* *V* 4 si affluant *Re* 5 magna *P om.* *V* etenim *ex* enim *m. 1* (?) *V* in hisce *E* 6 mentisque *V*[1] 7 adpraehendunt *VR* 9 refrenanda est *Te* cupitaeque *ex* cupiditateque *m. 2 V* dominentur *ex* dominantur *P om.* *V* 10 speciebus *P* coaeternae *V* aeterna *PT* neque nobiscum *ex* neque neqiscum *R* que nobiscum *V* 12 fidis *V* benigneitas *corr. m. 1 V* expectanda est *P* 17 estet *V* 18 haaec *P* 19 reddes *RPTE* 20 audiet *R* 22 significatione *ex* significationes *P* a[d] d ≅ *P* 23 prophetica (profetica *VR*) confessione *VRPT* 25 *ante* depellendus *eras. uidetur* de *R* itaq̃. *V* absolutae *VR* iudaeicae *V*.

alter ostenditur. eam enim fidem esse subdendæ deo animæ suæ testatus est, quia ab ipso esset salutaris eius. et salutarem Iesum esse sæpe tractatum est. semel autem deo loquente duo intellecta sunt et audita, sicut illud: pater, manifestaui nomen tuum hominibus in patre significauit et filium, uti nunc semel loquente deo duo hæc audiuit: quia potestas dei est, et tibi, domine, misericordia, quia tu reddis unicuique secundum opera eius. nouit Paulus in uno utrumque, id est neutrum sine altero confiteri dicens: unus deus est, et unus dominus, quia et in deo dominus, et deus significetur in domino. in semel itaque loquente deo hæc duo audiuntur: quia potestas dei est, et tibi, domine, misericordia. ab ipso enim salutare eius est; et filius omnia accepit a patre: et idcirco in eo dei potestas uel accepta uel nata est. pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. retributor ergo uniuscuiusque est ille, qui iudex est. sed potestas eius est, a quo unigenitus deus est natus in iudicem; et potestas eius a deo est, qui iudicium accepit a patre: atque ita nec caret potestate qui iudex est, nec miseratione qui deus est. certe necesse est æterni iudicii reus maneat in uno utrumque non confitens, cum tamen non unus intellegendus sit esse, qui uterque sit, dicens: pater in me et ego in patre, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

4 Ioh. XVII, 6. 10 I Cor. 8, 6. 15 Ioh. V, 22. 23 Ioh. X, 38.

1 ea^{m} *corr. m. 2 V* fidem esse (ẽẽ *R*) subdendae *VRe* fidem subdendae *PTb* 2 suae testatus est *Ve* suae esse testatus est *RPTb* qui ab *V* salutaris *V* salutare *RPTE* et salutarem *VRPE* et salutare *T* 3 est *om. V* 6 ut nunc *VPT* ut in uno *R* ita nunc *coni. Bened. in adn.* dō duo haec *V* dño duo haec (dño *in ras.*) *T* domino duo haec *R* dño dō haec *P* domino deo duo haec *E* 7 et tibi dm̃ *V* reddes *RPE* 9 id est *supr. scr. m. 1 P* 11 significatur *PTe* semel (*om.* in) *e* loquente *ex* lonte *m. 2 V* dño *P* 12 duo haec *VT* 14 accipit *V* idcirco (*om.* et) *V* 15 quemquam *ex* quamquam *m. 2 V* 16 retributio *R* ergo *ex* irgo *R* 18 a dō *ex* dō *m. 2 V* 20 est *post* dš *add. m. 2 V* 22 confitens *ex* fitens *m. 2 V* sit *om. V* qui *add. m. 2 V* 23 noster (n̄) *om. VR* Explicit psalmus LXI incipit psalmus LXII *VP* Explicit psalmus LXI incipit LXII *R* Expl. de LXI incip. de LXII *T*.

PSALMUS LXII.

Psalmus Dauid, cum esset in deserto Idumææ.

Deus deus meus, ad te diluculo uigilo et reliqua.

1. Dauid in deserto habitasse libro regnorum continetur, ut, qui passiones domini præfigurabat, etiam tum eas, cum desertum habitat, prophetaret, unigenito deo æque in deserto moraturo. sed ut sancto uiro congruum et tanto propheta erat dignum, cum declinans odia impiorum solitudini se dedisset, maximis rerum cælestium sacramentis occupatur et ab omni humanæ aut impietatis aut ignorationis cœtu remotus animum ad ea, quibus æternitatis cognitio ac meritum adquirebatur, intendit. non occupatus, non impeditus communium rerum ac sæculi curis, sed in illo solitudinis suæ quieto otiosoque secreto, cum nihil in oculos, in mentem offensionis incurreret, solis est diuinis studiis negotiosus. et uideamus, unde psalmi sermo sit cœptus.

2. Deus deus meus, ad te de luce uigilo. huic plane ad gratulationem cognitionemque dei dies cœpta est, cui initium idipsum orandi ad deum, quod lucis est. deum quidem uniuersitatis, sed tamen per cognitionis scientiam deum suum deprecatur.

2 esset in deserto *Ve* isset in desertum *Rb* 3 dš meus *V* deluculo *V* uigilo *Ve* uideo *Rb* 5 passionis *V* 6 habita *V* profetaret *VR* deo *om. PT* morat$\overset{u}{\text{ọ}}$ro *T* 7 congruam *P* 9 et ab *RPT* aut *V* omni humanae aut *supr. add. m. 2 V* 10 ea *ex* eat *R* eae *V* 11 merit$\overset{u}{\text{ọ}}$m *T* adquirebatur *ex* adquiribatur *m. 2 V* 12 communium *ex* communiaum *m. 2 V* 13 suae *om. PT* 14 in mentem *om. T (sed spatium uacuum)* emine$\overset{s}{\text{n}}$tur *P* et in mentem *E* offensionis *P* 15 negotio usus *R* psalmus (us *add. m. 2)* sit coeptus *V* 17 de luce *ex* leuce *corr. m. 2 V* diluculo *R* 18 cui initium idipsum orandi ad deum quod lucis est *scripsi cf. Acad. p. 59*, cui in id ipsum orandi ad dm̄ quod lucis est *V* cui id ipsum orandi ad deum quod lucis est *RPT (sed in T post* lucis est *spatium uacuum)* cui idipsum orandi ad deum initium quod lucis est *E* 20 dm̄m suum *P* 21 depraecatur *VRP.*

3. Oratio autem non tam uerborum est, quam adfectus; et idcirco subiecit: sitiuit tibi anima mea, quam simpliciter et caro mea. in terra deserta et inuia et inaquosa. deo igitur, penes quem fons uitæ est, anima ipsius sitit desiderio intenta potandi. et quidem uniuscuiusque mens ad cognitionem spemque æternitatis naturali quodam fertur instinctu, quia ueluti insitum inpressumque omnibus sit, diuinam inesse nobis animarum originem opinari. cum non exiguam cælestis in se generis cognationem mens ipsa cognoscat. porro autem terrena hæc corpora, quæ ad uitiorum concreta materiam sint, dum his, quibus quasi naturaliter delectantur, infecta sunt, desperant se consequi posse consortium munusque cæleste: quasi non et animæ naturam uitia corporis, quibus oblectatur, inficiant, aut, cum delectatio corporis redundet ad mentem, non et mentem secum corpus retrahat ad oblectationis adfectum. necesse est autem ut in eadem condemnatione sit uoluptatis, quod in eadem est uoluptate. sed nos spiritalibus doctrinis eruditi scimus et animæ et corpori salutem a deo esse donatam, si modo post regenerationis gratiam mentis gaudiis sensus corporis inbuatur, id est, si non secundum carnem, sed secundum spiritum uixerimus; quia spiritus carnisque opera secundum apostolum uitiorum et continentiæ studiis distinguantur. arduum autem, sed maxime uerum est, æternitatem ita corporis ut

1 uerborum est *P* quam *ex* qua *m. 2 V* est idcirco *P* 2 sitibit *V* mea *ex* mea ipsius *m. 2 V* multipliciter *T* multiplicitib *P* 3 et caro *V* caro *RPTE* et in inuia *PT* 4 adeo *V* adō *R* a deo *P* ad eū *T fort.* ad deum poenes *P* uox uitae *P* anima ipsius *ex* eanima mea ipsius *corr. m. 2 V* 7 inpraessumque *R* 9 cognitionem *PT* 10 cōsecrata *V* materia *V* 11 sunt *ex* sint *P* sunt *E* 12 se (e *in ras.) in uersu exeunte adiunxisse uidetur m. 3 R* si *VP* sibi *T* sequi posse con *om. V* consequi posse *om. R (ubi in uers. ineunt. 1—2 litt.* [s?] *eras.) PT* 13 natura^m *corr. m. 2 V* oblectatur *ex* sublectatur *m. 2 V* oblectantur *Re* 16 uoluntatis *V* 17 ut ī eadem est uolūtate *V* 18 et corporis *VR* datam *E* 19 pos^t *corr. m. 2 V* gaudii *V* 20 secundum carnem sed *om. P* 22 et continentia est: diis *P* distinguatur *P* ^distinguitur *V* distinguitur *Re* 23 aeternitate *V*.

animæ sperare. et ideo ad sitim animæ propheta subiecit: sitiuit tibi anima mea, quam simpliciter et caro mea, nihil in se sub infidelitatis ambiguitate retinens incertum: sed tam simpliciter, quam anima deo sitiens, et caro sua sitiat. sitit enim non corpori, sed deo sitiens. nam quamuis eum in deserto et inuio et inaquoso manentem necessitas ipsa naturæ ad sitim corporis detineret, tamen etiam per has inediæ et sitis passiones scit fidem probandam esse credentium, ut magis anima deo, quam corpori, sitiat, sitiens et corpori: quia neque fames neque angustiæ neque ulla genera passionum a caritate dei, quæ est in Christo, sint apostolum separatura. sitit ergo deo sanctus. et quid sitiat, psalmo alio testatus est, cum dicit: sitiuit anima mea ad deum uiuum, quando ueniam et parebo ante faciem dei? hoc animæ desiderium, hæc sitis spei eius est, ut dei sibi proueniat aspectus, ut quamprimum raptus in nubibus, deo Christo obuiam eleuatus appareat.

4. Et desiderii huius adfectum nunc quoque propheta declarat. nam post sitis protestationem, post deserti et inuii et inaquosi inopiam, quia in his ueluti militia et uictoria sit fidei, subiecit: sic in sancto apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuam et gloriam tuam: quia melior misericordia tua super uitam. prophetiæ scientia est pro gerendis gesta memorare. et hinc frequens auctoritas est, cum aceto potauerunt adhuc in passione potandum, cum disciderunt uestem, quæ discindenda post esset; ut nunc in siti corporis deo sitiens ei in sancto suo talis apparet, in simplicitate carnis, in siti animæ, in oratione diluculi, quia non nisi per hæc probati uel

13 Ps. XLI, 3.

2 sitibit *V* et *om. RPT* quam — caro mea *om. V* multipliciter *PT* 3 ambiguita = = te *P* 5 corporis *P* 6 et in inuio *RPTE* manentē *supr. scr. m. 1 R* manente *V* 7 inaediae *VRPT* 8 passionis *V*[1] 10 famis *P* a *om. V* 11 sit *VRP* 12 et qui *V* sitit *R* 14 faciem dī *V* faciem tuam *RPTE* 15 praeueniat *PT* 17 adfectus num *V* profeta *VR* 18 nam post *RPTE* quod post *V* 19 inopia *V* 21 et gloriam (*om.* tuam) *P* melior est *R* 22 uita (m) *corr. m. 2 V* propheticae scientiae est *Te* 24 adphuc *corr. m. 1 V* discinderent (*ex* disciderant *P*) *RP* disciderant *a* 26 ei *ex* & *P* carnis *in ras. P* 27 deluculi *V*.

adsumpti habebuntur a Christo uel ei obuiam rapientur in nubibus. sed in sancto dei non aliter apparebunt deo, quam secundum illud: qui me uidit, uidit et patrem atque illud: ego et pater unum sumus. quia in filii et natura et nomine æternæ naturæ ac nominis significatio continetur: apparens filio uel susceptus a filio patri apparebit in filio.

5. Atque, ut in sancto appariturus deo cuius sancti desiderium in hac sitis suæ significatione ostenderet, subiecit: ut uiderem uirtutem tuam et gloriam tuam: eum scilicet ut uideret, qui secundum apostolum et uirtus dei est et in gloria dei est, uisurus autem non ad aliud, quam ad consortium æternitatis merendum et ad regni cælestis æternitatem sortiendam, quia hæc per misericordiam dei ultra uitæ huius beatitudinem præparentur.

6. Id enim sequitur: quia melior misericordia tua super uitam. magnum quidem dei munus est, quod uenimus in uitam, et ipsa natura duce nasci nos gratulamur. sed quia plena omnis anxietatum ac dolorum ætas nostra est, plus in misericordia dei spei est, quam in uita: quia hanc mors ex peccati lege consequitur, hæc uero æternitatem ex morte restituet. sicuti tritici satio ac dissolutio ipsa tritici conseruatione præstantior est — hoc enim deus, prout uult, uestit in spico — ita magnum misericordiæ dei munus est, si commortui Christo

3 Ioh. XIV, 9. 4 Ioh. X, 30.

1 habebuntur uel ei a xp̄o *corr. m. 2 V* 2 in sanctos *V* 3 illud *ex* illum *m. 2 V* uidet uidet (*ex* uidit uidit *m. 2 P*) *RP*[2]*α* adque *VRP* 4 illum *V*[1] unum (m *in ras. a m. 2*) *V* in filio *P* et naturam *V* et nominae *P* 5 aeternae *VRPT* paternae *E* natiurae *corr. m. 1 V* 7 desiderio *VP* 8 suae (u *in ras. m. 1? eras.* t) *R* hostēderet *V* 9 eum *ex* cum *R* scilicet *ex* uidelicet *P* uidelicet *b* ut *om. Ve* 10 et in gloria dei est *om. V* 11 ad (*in ras. m. 1 R*) alitud *RTE* aliut *V* aliud *P* 12 regnii (*om.* ad) *V* 13 per misericordia (m *superscr.*) *corr. m. 2 V* 15 idem sequitur *V* melior est *RPTE*, *sed cf. supra* 16 munus sint uita et ipsa *V* 17 duce nostra gratulamur *V* 18 ōni *V* omni (s *superscr.*) *P* om̄iū *T* a(n)xietatum *V* anxiaetatum *R* ancxietatum *P* doloris *V* nostra et *V* 19 spes *V* 20 restituit *PTE* 21 satio — ipsa tritici *in marg. sup. add. m. 2 V* conuersatione *R* 22 prout *ex* proutut *P* spico *Vα* spica *ex* spico *m. 3? R* spica *PTe*, *cf. Neue Formenl. I, 550.*

uiuamus in Christo. nam et ipsa Adæ mors, ne in æternitatis pœna maneret, sub misericordiæ significatione est constituta et apostolus dissolui se melius sibi esse decernit. et propheta gaudium mansuræ se mortis ostendit dicens: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, quia per eam cum peccati lege resolutis demutationis gloriosæ profectu æternitas animæ corporisque iam sine peccati corpore rependetur.

7. Certus ergo misericordiæ dei, quæ supra uitam melior sit, propheta officium gratulationis exsequitur dicens: labia mea laudabunt te. sic benedicam te in uita mea et in nomine tuo leuabo manus meas. et sermone et opere laudat deum atque benedicit; nam in uita sua benedicens in nomine suo manus eleuabit. in eleuatione manuum non habitum orandi, sed excelsi operis indicium significari frequenter docuimus. in hac igitur uita sua deum, quia misericordia eius supra uitas sit melior, laudabit. est enim et uita post uitam, qua in Abrahæ sinibus uiuendum est, in qua et dei nomen in pauperis quiete benedicitur, secundum illud prophetæ: non mortui laudabunt te, domine, neque omnes, qui descendunt in infernum; sed nos, qui uiuimus, benedicimus dominum. super has igitur uitas misericordia ea est, quæ, quod oculus non uidit et auris non audiuit et in cor hominis non ascendit, his, qui dominum diligunt, præparauit.

4 Ps. CXV, 15. 18 Ps. CXIII, 17 sq. 22 I Cor. 2, 9.

1 neaaeternitatis *P* ne aeternitatis *VTe* 2 maneret *ex* manet *m. 2 V* misericordiae *ex* misericordia *R* 3 dissoluis se *V* 4 sibi mortis *Te* praetiosa *VRP* 5 per eam *TE* per eum *VRP* 6 peccati (*om.* cum) lege resoluta cum demutationis *Tb* peccati (*om.* cum) lege resolutis demutationis *V* gloriae *V* 9 profecta *V* exequitur *T* 10 te *V*, *cf. Sabatier II, 123* te domine *RPTE* 11 et sermone et ore *PT* et sermone suo et opere *E* 13 manus suas *VPTb* in eleuationem *VP* habitum -= orandi (*eras.* m) *R* habitu orandi *V* 14 indictum *R* iudicium *a* 15 supra uita sit *ex* supra uita sua dm̄ *m. 2 V* supra uitam sit *PT* 16 laudauit *PE* et uita — uiuendum est *in marg. inf. add. R* et *supr. scr. P* qua *e* quia *cod.* 17 habraae *R* in qua dei nomen *E* in *om. PTE* 18 quiete *in ras. R* quietem *V* benedicitur *ex* benedic&tur *R* 21 superas *R* ea est *ex* est *m. 2 V* ea ē *in ras. R* 22 nec (*ex* nic) auris audiuit *R* auris *ex* aures *P*.

8. Hanc igitur laudat atque benedicit, non etiam nunc ab holocaustis pecudum adipisque pinguedine sacrificia legis expectans, sed in sola animæ confessione benedictionisque laude se ipsum deo hostiam statuens secundum illud: sacrificium laudis honorificabit me et illud: immola deo sacrificium laudis et illud: quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis, quia litteræ ac legis allegorumena præscriptione cessante deus uiuæ intellegentisque hostiæ sit laudibus honorandus. subiecit enim: sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea, et labia exultationis laudabunt nomen tuum. neque illa quasi abominanda condemnat, sed hæc ut magis expectata confirmans, cum sicut adipe et pinguedine, quæ sacrificiorum primitiæ habebantur, repleri animam suam exultationis laude deposcat.

9. Verum hæc non tam uerborum officia quam mentis sunt, ut sacrificium laudis ex operum sanctitate descendat. itaque continuo subiecit: si memoratus sum tui supra stratum meum, in matutinis meditabar in te. meditationem matutinam recordatio nocturna consummat; et idcirco de luce ad deum uigilat, quia ex strati, id est ex lectuli puritate et fiducia et conscientia orationis est matutinæ. obrepentes itaque

4 Ps. XLIX, 23. 5 Ibid. 14. 6 Ps. L, 18.

1 ob holocaustis *R* ob ^{h}olocaustis *P* 3 que *add. m. 2 V* 4 statue^{n}s *corr. m. 1 V* 5 honorificauit *ex* honorificabat *m. 2 V* honorificauit *P* illut *V* immula *V* 6 dis et illut *in marg. add. m. 1 R* 7 dedissem *ex* ≡ uidissem (*eras.* 1?) *R* holocausti *V* delectaueris *V* 8 alligorumina *VR* (*in R* umin *in ras. 1, supr. scr. m. 3* allegorica, *in marg.* allegorumina) *cf. infr. CXLVII cap. 5*, allegoricorum (alligoricorū *a*) *PTE* 9 *ante* deus *eras.* & (?) *R* uiuae (u *in ras.*) *R* uiua^{e} *V* intellegentes‿quae *P* 11 labia *ex* lauia *m. 2 V* unt ≡≡ (*eras.* is?) nom̄ tuū *in ras. R* 12 abomina^{nda} *corr. m. 1 R* abhominanda *P* condempnat (p *del. P²*) sed *RP* condemnatis et *V* 13 confirmas’ *T* (*fort.* confirmat, *sed cf. praef.*) 14 que *R* habeatur *ex* haueatur *m. 2 V* 15 laudem *V* 17 sanctitatem *V* discendat *R* 18 memoratus *ex* memormoratus *R* ˢup *R* 19 in matutinis *ex* matinis *m. 2 V* meditabar *ex* meditabor *m. 2 V*, *cf. seq.* meditabor *Re* 21 ^{s}trati *RP* trati *V* id est *supr. scr. P.*

sub secreto noctis cogitationes dei recordatione conpressit, seseque aduersum carnis incentiua luctantem metus nominis dei sui iuuit. sequitur enim: quia fuisti adiutor meus et in uelamento alarum tuarum sperabo, dei se meditatione, per quam sibi adiutor est, protegente. non enim ei alia quam placendi deo cura est: eius tantum in strato meminit, in eo matutinus ex nocturna recordatione meditatur; adiutor suus est et sub uelamento alarum eius exultat, id est tegmine protegentis est tutus.

10. Sed horum omnium hinc profectus, hinc causa est, quia sequitur: adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. amoris hæc uis est, ut his, quos amamus, etiamsi absentes sint, hæreamus, dum adfectum insitum nequaquam aut locus diuellit aut tempus. adhæsit ergo deo propheta non blandimentis sæculi, non corporis uitiis amorem suum ab eo caritatemque retrahentibus, quia secundum apostolum adhærenti deo unus est spiritus et dominus pro discipulis orauit: pater, sicut nos unum sumus, ut et illi unum sint in nobis. adhærens ergo deo susceptus a dei dextera est: id est per uirtutem dei, quæ significatur in dextera, ab eo, qui dei et uirtus et sapientia et uerbum caro est factus, adsumptus est conformis gloriæ corporis iam futurus.

11. Et quia susceptus a dei dextera metum omnem a se, qui ab inimicis suis esse possit, abiecit, fiduciæ suæ non tacuit

16 I Cor. 6, 17. 18 Ioh. XVII, 11; 21 sq.

2 luctantem&us *R* 4 iuramento *V* sperabo *ex* exultabo *T* 5 adiutor *ex* adiuitor *R* ei *in ras. m. 1 R* 6 cuius (cu *in ras. m. 1 R*) *RPTE* strato *ex* stratu *m. 1 R* stratu *ex* strato *P* in eo quoque matutinis *α* in eo quoque in matutinis *ε* 7 quia adiutor *E* adiutor *in marg. add. m. 1 R* suus et sub *PT* 8 tecmine *R* tegmine *ex* tegmene *P* 9 tutus *ex* tutum *R* 10 quia *P* q{ *T* 11 poste *R* 12 haec uis *supr. scr. m. 1 R* ūt *R* 13 hereamus *V* aereamus (a *ex parte in ras.*) *R* affeotum *R* 14 adhesit *V* adesit *R* profeta *V* propheta *ex* prophetā *R* 15 non blādimentis *V* blandimentis *ex* in blandimentis *R* 16 cantatemquae *V*[1] aderenti *R* 19 adherens *V* adaerens *R* ergo dš *P* dei *om. V* 21 & uirtus *ex* uirtus *m. 3 R* factus *ex* factū *m. 1 R* assumptus & *T* 22 futurus *ex* futuros *m. 3 R* 23 et qui *E* suscept' ē (e *ex* i *corr. m. 3*, ē *in ras. m 3) R* susceptus est *b* a = se *R* 24 adiecit *V* et fiduciae (& *supr. scr. m. 3 R*) *Rb*.

securitatem neque iusti iudicii dei ignorat seueritatem dicens: ipsi autem in uanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes uulpium erunt. in uanum itaque animam suam quærunt. secundum enim euangelium homo cum corpore animam non perimit, et misericordia dei melior super uitam est, et hic iam susceptus a dextera dei est. terræ autem inferiora introibunt, quia chao inuio separantur a sanctis; et in manus gladii tradentur, quia secundum diuitem potestas pœnæ, quæ in ore gladii significatur, in impios exeretur; partes etiam uulpium erunt, fallacium bestiolarum sortem adepturi: quia et Herodes est uulpis et uineam sponsi exterminant uulpes et foueam sibi filio hominis caput suum nusquam reclinante in impiorum cordibus condiderunt; et dæmonum in his significatas esse nequitias non dubium est, quibus cum principe eorum præparatus ignis gehennæ est.

12. Sed inter hæc lætitiam eius, qui ob humanæ salutis gaudium frequenter ad patrem exultauit, ostendit: rex autem lætabitur in domino, laudabitur omnis, qui iurat in eo: quoniam obstructum est os loquentium iniqua. causam, cur rex lætetur, significat, quia, quisque in eo iurabit, in deo sacramenti huius religione laudabitur: qui sciat

5 Matth. X, 28.

1 dei *om. PT* 3 tradentur — gladii *om. V* 5 quaesierunt *PTE* 6 perimit (mi *in ras.*) *RP* uitā *R* uita[m] *corr. m. 2 V* uita *P* uitas *E* 7 [h]ic *corr. m. 1 R* hinc *V* 8 quae a chao *PT* inuio *ex* inuia *m. 2 V* inuio (io *add. m. 3*, o *in ras.*) *R* a scis et *V* scī; s& (*lineola supr. i in ras.*) *R* 9 tradentur *ex* traduntur *m. 1 R* potestatem *V* 10 gladii *ex* gladiis *R* etiam *ex* uitium *m. 2 V* 11 bestiolarum (ol *eras.*) *R* sorte *V* ademptūri *R* herodes (erodes *R*) *ex* herodis *RP* herodis *V* 12 est *om. PT* uulpis *VRPT cf. F. Neue Formenl. I, 181* uulpes *E* 13 capud *P*[1] 14 demonum *VR* 15 principe *ex* pricipe *m. 1 R* earum *P* 17 qu[i] *corr. m. 1 V* [h]umanae *corr. m. 1 R* salutis (tis *in ras. 3*) *R* 18 gaudium est frequenter *R* exultauit *eras. R* 19 in deo *RE* et laudabitur *E* iurat *in ras. m. 3 R* (*supr. scr. m. 1* iurat *sed postea eras.*) 20 est *om. R* ōſ (*sic*) *R* 21 letatur *R* quia *ex* quisa *m. 1 V* quisque *VPTa* quisq *R* quisquis *e* 22 iurauit *P* iurauerit *T*.

scilicet regem Iesum, qui etiam deum super omnia, qui secundum Paulum testetur magni dei saluatoris aduentum, qui secundum Esaiam iurans in eum iurabit in deum uerum. obstructum enim est os loquentium iniqua, quia prædicetur ex lege et ex prophetis atque ab apostolo in eo nos ante constitutionem mundi et elegisse pater et benedixisse doceatur et ipse nos coexcitauerit et conlocauerit a dextris dei in cælestibus, cum uidebunt eum in maiestate sua iudicare de uiuis et mortuis. per hæc itaque obstruetur os loquentium iniqua. ipse enim est rex in æternum et in nomine domini Iesu omne genu flectet cælestium et terrestrium et inferorum, et omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus in gloria dei patris, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXIII.

In finem psalmus Dauid.

Exaudi, deus, orationem meam, dum deprecor ad te: a timore inimici eripe animam meam et reliqua.

1. Psalmi superscriptio historiam non continet. simplex est et prophetali spiritu editus: tantum per id, quod in finem

3 Esai. LXV, 16. 10 Phil. II, 10 sq.

1 ihm *VP* Christum Iesum *E* 3 esaiam (a *in ras*) *R* eseiam *V* isaiam *T* in eum *Bened. in adn.*, in deum *R* in dō *VPT om. E* iurauit *PE* iurauerit *T* in dm̄ uerum *VRPT* 4 enim *supr. scr. P* ōs *R* qui *R* 7 coexcitauerit *ex* coexcitauerunt *m. 2 V* et conlocauerit *add. m 2 V m. 1 R* 8 ═ ═ cum *R* et cum *VPTE* magestate *R* 9 paec *corr. m. 1 R* obstruetur *ex* obstructur *m. 1 R* obstruuntur *V* hos *R om. V* loq̄.tium *V* 10 Iesu Christi *Rb* 11 genu *ex* genum *R* flectet *ex* slectet *V* flectetur *PTE cf. Acad. p. 57* terrestrium (*om.* et) *Pb* 12 confitebitur *ex* confiteatur *m. 1 R* 13 Iesus Christus *Rb* in gloria est dī patris *PTE* in omnia saecula saeculorum (saeculaorum *V*) *VTb* in p mnia saecula saecula saeculorum *P* Explicit psalmus LXII incipit psalmus LXIII *VP* Finit psalmus LXII incp̄. psāl. LXIII *R* Expl. de psalmo LXII incip. de LXIII *T* 17 dum *V* cum *R* depraecor *V* ad te *om. R* 18 a ═ timore *R*; *de forma huius tractatus in cod. V ualde mutata ac mutilata cf. praef. et Acad. p. 51* 20 editus tantum *supr. scr. m. 3 R* in fine *RP*.

præscribitur, res non sui temporis, quo scriptus est, continere testatur. sed quærendum est, ex qua persona sit dictus, quidue ex se intellegendum enuntiet; nam sine dubio esse spiritalis est opinandus. cum enim ipsi illi psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui et rerum ac personarum proprietate dissentiant magisque per editiones nominum atque gestorum spiritalium operationum significent effectus, quid de eo erit intellegendum, in quo simplex tantum psalmi in finem intellegendi inscriptio continetur, nisi quod spiritalis in eo doctrinæ forma sit constituta?

2. Esse autem plures memini, qui omnia, quæ in libris psalmorum scripta sunt, ad personam domini nostri unigeniti dei filii existiment esse referenda, nihilque in eis aliud quam quod ei sit proprium contineri. quæ eorum opinio argui non potest. omnis enim ex adfectu religiosæ mentis hic sensus est; et caret culpa, propensiore studio omnia ei, per quem ipsa omnia sunt, coaptare. quamquam enim idipsum interdum imperite fiat, tamen per id, quod ad eum cuncta referuntur, necesse est ut ea, quæ ei sunt propria, uere ac fideliter prædicentur. cauendum autem est, ne, dum omnia conuenire in eum æqualiter opinamur, per adsertionis huius studiosam intentionem plurimum et diuinitatis suæ dignitati et corporationis sacramento et operationum potestati et passionis uirtuti et resurrectionis gloriæ detrahatur.

1 non sui = (*eras.* s) et tempori s (bu *supr. scr. m. 3*) *P* non sui sed temporis *T* scriptus = est *R* 4 ipsi psalmi illi *P* 6 sui *om.* *PT* dissentiant *ex* discensiant *m. 1 R* 7 per haeditiones *R* 8 intellegendum (gen *in uers. exeunt. add. m. 3*, d *in ras.*) *R* 9 in fine *PR* 10 spiritalis *ex* uiritalis *m. 1 R* 12 in libris *T* 13 salmorum *R* 14 filii dei *E* in eis *e* in eis *T* in eo *RP* 15 et sit *R* 17 et carū culpa *R* studio *in ras. m. 3 R* ei per *in ras. 6—8 litt. R* 18 coaptare (aptare *in ras. m. 3*) *R post* interdum *2—3 litt. eras. R* 20 quae ei (e ei *in ras. 3*) *R* predicentur *R* 21 autem *ex* uutem *m. 1 R* 22 assertionis *ex* adsertionis *P* 23 dignitati *ex* dignitatis *P* 24 operationem *R* uirtuti (uir *in marg. adiect.*, tuti *in ras. m. 1 ?*) *R*.

3. Tenendus igitur modus est et diligenter ac caute constituendum est, quid de diuinitatis suæ natiuitate, quæ ei a patre est, fuerit prophetatum, quando eius hominis, quem adsumpsit, persona tractetur, ubi operatio, passio et resurrectio prædicetur, quid uero unicuique tempori congruat, quando fides gentium nuntietur, quando peccata anterioris populi arguantur, quando doctrina timoris dei et confessionis eruditio ex prophetæ oratione præstetur. in his enim prophetiæ spiritalis ordo consistit. et si dominus prædicatur, profectus scientiæ huius ad fidem utilis est. si ad timorem et confessionem eius docemur, domino formamur, proficimus, adquirimur, ut per passionem eius redempti, ita eidem per doctrinæ suæ instituta placituri.

4. Esse autem in præsenti psalmo quædam intellego, quæ ei homini, quem dominus adsumpsit, aptari posse uideantur, ubi dicitur: perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. significari enim forte in eo existimabitur Iudæorum conspiratio, cum testimonia, quibus argui posset, quæruntur nec reperiuntur, et omnia scrutantium ingenia deficiunt; dehinc quod sagittis paruulorum, id est doctrinis apostolorum uulnerentur, aduersum quos nullam causam iustæ persecutionis inuenerint, et ideo defecerint contra ipsos linguæ eorum. hæc quidem non tamquam inprobabilia prætermittimus, sed quædam alia in psalmo sunt, quæ ordinem intellegentiæ huius impediant. non longe tamen ab his sermo expositionis nostræ dissentiet.

5. Existimamus enim non modo apostolorum, qui primi fuerunt, sed cuiusque sancti in domino sperantis confessionem

1 tene^n^dus *corr. m. 1 R* diligiter *R* contuendum est *T* 2 quid = de *R* ei *in ras. m. 3 R* 5 u^o^nicuique *R* gentium *ex* nuntium *m. 1 R* 7 prophetae *ex* propheta *R* oratione *ex* curatione *m. 3 R* 8 prestetur *R* ōsistit (sistit *m. 3 in ras.*) *R* 11 adq^i^rimur *R* 13 salmo *R* 14 ei *in ras. R* quĕ (e *in ras.*) *R* 15 scrutati *h. l. V, sed infra et ipse* perscrutati in iniquitates *P* 16 scrutiniū̄ *ex* scrutinio *m. 2 P* 18 posset *in ras. P* qruntur *R* quaerĕntur *P* 19 sagittis *ex* sagittas *T* 20 iuste *R* 23 in salmo *R* 24 ab is *R* 25 dissentiet *ex* dissentiant *T*.

præsenti psalmo contineri. inter maximas enim sæculi tempestates et grauissimas humani generis in deum impietates sumus constituti, cuius fidelem per nos et ueram confessionem nunc philosophia inrideat, nunc hæreticorum furor incurset, nunc auaritiæ studia condemnent, nunc ambitionis fauor inquietet. quibus omnibus dissimulandis, tolerandis, uitandis, coarguendis mens nostra nisi per deum erudita non sufficit. quantis enim et quam molestis disputationum aculeis dei prouidentiam et principalem atque ininitiabilem in creato ab eo mundo dominatum eius philosophia impugnat, nunc aquis, nunc terræ, nunc atomis, nunc cælo dei nomen indulgens! quam uero ingenioso calliditatis usu fidei doctrinam hæreticus mentitur! quanto deinde audientium periculo opum gloriam auarus adfirmat! quanto quoque continentiæ excidio uoluptatum gaudia corporis adsertor exsequitur! quam pestifera autem ambitiosorum in honoris adhortatione facundia est! quibus omnibus peruigil cura, pernox oratio et æterna ad deum confessio repugnabit. ob hæc igitur fidei nostræ et æternæ salutis excidia propheta orare intellegetur in psalmo, ex persona sua, quatenus in deum sperare nos conueniat, ostendens.

6. Ait enim: exaudi, deus, orationem meam, cum tribulor; a timore inimici eripe animam meam. ingruentibus his, quæ superius memorauimus, per quæ fides nostra et spes periclitatur, ad eum, qui solus mederi his potest, referatur oratio. metus est enim, ne infirmam per naturam et

1 presenti salmo *R* continere *P* 2 impietates in deum *T* 3 fidelē ꝑ nos *Re* per nos fidelem *PTb* 4 filosofia *R* ereticorum *R* 6 omnibus *om. PT* tolerandis *om. R* uitandis et coarguendis *E* 9 initiabilem *R* 10 filosophia *R* nun[c] atomis *R* 13 *post* gloriam l *uel* b *eras. R* auarū *P* 14 continere excidio *P* uoluptatum (up[t] *in ras. m. 3 R* uoluntatum *P*) gaudia corporis *RPT* gaudia corporis uoluptatum (uolūtatū *a*) *E* 16 [h]onoris *corr. m. 1 R* adortatione *R* ꝑuigili *P(V)* 17 cura *om. R* repugnauit *P* 18 ob *in ras. R* 19 intelligitur *PTE* in salmo *R* qua == tenus (*eras.* n?) *R* in *om. R* 23 ingruen[t]ibus *corr. m. 1 R* ꝑ quas *P* 24 mederi *ex* mediri *R* 25 refertur *PTE* == == metus (*eras.* ne, tu *in ras.*) *R*.

consortium carnis animam undique subrepentium inlecebrarum æstus absorbeat. adsunt namque cotidie et pugnant blandimentis fallacibus, quasdam machinas excidii admouentes. itaque per doctrinam cælestis eruditionis peruigilem curam fidei inpendere admonemur, timere insidiantem semper hostem, ne incautam securitatem nostram ipse in speculis positus incurset. uigilandum ergo in oratione dei est et semper orandum, ut, cum fatigari anima et adfligi subrepentium inlecebrarum aculeis cœperit, deus semper oratus exaudiat nosque ab his, quæ timemus, eripiat. ait enim: a timore inimici eripe animam meam. deus enim non tum tantum orandus est, cum quæ timentur ingruerint — et timenda sunt ea, quæ, cum cœperint adesse, dominantur —, sed semper atque indefessis precibus orandus est, ut nos a timore eorum, quorum dominatum timemus, eripiat. scriptum enim in prouerbiis est: cum uocarem, non exaudistis; et cum extenderem uerba, non intendistis; sed inania fecistis consilia mea et consiliis meis non intendistis. et ego perditionem uestram inridebo. erit ergo, cum inuocabitis me, et ego non exaudiam. propheta ergo, licet prior tempore, non tamen eorum, quæ postea dicerentur, ignarus est, sed inpendentibus semper tribulationibus anxius et ad omnem timorem inimici sollicitus deum orat ob ea, quæ timet, et, ut secum in tribulatione sit, ut exaudiat, deprecatur. neque enim dei misericordiam metus noster, sed fides promeretur; et longæ præparationis documento opus est, ut mereamur audiri. meminit ergo propheta ab his se omnibus precatu liberari et docet

15 Prov. I, 24 sq.

1 undique (ndique *in ras.*) *R* 2 cotidiae *R* 3 ita *R* 5 et timere *coni. Bened.* $\overset{h}{\text{ostem}}$ *corr. m. 1 R* 6 incautā *in ras. R* 8 animā *R* inlecebrū *R* aculeis *in ras. R* 9 caeperit *R* 10 inimi *R* 12 et timenda *scripsi* sed timenda *cod.* ea sunt *PTE* 13 sed semper adque *R* et semper atque *PTE* 14 ut *om. R* 15 scriptum est enim *PTb* 19 uestrā *ex* uestrae *corr. m. 1 R* 23 et ut (ut *supr. scr. P*) secum *RPE* et se cum *T* 24 ut exaudiat RP^1T et exaudiat P^2 et ut exaudiat *E* 26 praeparationi ═ s *R* docimento *P* 27 peccatis liberari *PT*.

orationem suam non ex dominatu eorum, quæ timuerit, sed ex metu esse dominatus.

7. Ait enim: protexisti me a conuentu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem, qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in obscuro inmaculatum. non hic propheta arma bellica, nec ensis, aut iacula, aut tormenta arcum pertimescit. omnis enim ei in lingua timor est; huius gladios, huius spicula metuit. ab his quidem fide sua tutus est; ait enim: protexisti me a conuentu malignantium; sed arcus homicidæ linguæ semper intentus est et acumen gladii in lingua eius præsto est. uolant autem letales eius sagittæ, et non ambiguum est, quid efficiant, scilicet ut sagittent in obscuris inmaculatum. et proprietas uerbi intellegenda est. non sanctum, non fidelem, non iustum, sed inmaculatum sagittant, eum, cui per sacramentum baptismi sordes et maculæ ueterum criminum recens ablutæ sunt, nondum tamen firmatæ fidei, nondum doctrinis spiritalibus eruditum, nondum contra hæc pugnacis linguæ arma certantem, sed simplicem et ex nouæ natiuitatis infantia tenerum. hunc ergo sine metu contradictionis alicuius, intento iam pridem arcu, per rerum ignorantiam in obscuro positum uulnerabunt. ait enim: subito sagittabunt eum et non timebunt, naturam simplicem et inmaculati nouitate imperitam. hanc enim fallunt, huic occultos laqueos prætendunt insidiarum secretis latentibus gloriantes.

8. Sequitur enim: firmauerunt sibi uerbum malum; disputauerunt, ut absconderent laqueos; dixerunt:

1 sed ex merito *P* 4 qui *V* (*cf. praef.*) *PTe* (LXX οἵτινες) quia *Ra* 5 exacuerunt == ut *R* 7 enses *PTE* 8 arcuum *PTe*, *cf. Bücheler Decl. p. 84* ei *om. e* timor *supr. scr. m. 1 R* 9 gladius *P* sua *supr. scr. T* 11 omicidae *R* 12 in *supr. scr. m. 1 R* 13 loetales (*ex* letales *R ex* laetales *T*) *RPT* qui‿deficiant (f) *corr. m. 1 R* 14 in obscuro *PTE* 16 sagittant *eras. T* 17 *ante* ueterum 4 *litt. eras. R* 18 ablatae *R* fidei *add. m. 2 P* 19 eruditus *P* pugnacis (cis *in ras.*) *R* 20 certantem === sed (*eras.* te ?) *R* 21 hinc *R* intentū *R* 22 arcū *R* positū *ex* posito *R* 24 & *ante* inmaculati *in ras. R* immaculatā *e post* nouitate *eras.* n *R* 25 occultos (v *supr.* o *eras.*) *R* 27 sibi *supr. scr. P.*

quis uidebit eos? tempus discernitur et inferendi uulneris et consilii firmati. nam cum dicitur: subito sagittabunt, futuri temporis opus docetur; cum autem: firmauerunt uerbum malum, iam ex præterito consilium firmatæ pridem uoluntatis ostenditur. semper enim excidia aduersus fidem præsto sunt, et occultis ac fallentibus insidiis pestiferæ adhortationis doli adiacent, quos a raris quibusque conspici opinantur. et ideo dictum est: absconderunt laqueos et dixerunt: quis uidebit eos? si enim hæreticus peruertere fidem temptet, incredibile est quantis eam dolis subuertere contendat; si spem æternitatis nostræ philosophus inpugnet, mirum in modum omne bonum præsentis uitæ ponet in corpore: omni ingenii sui alacritate ea, quibus doctrinæ cælestis institutio subrui possit, uterque scrutantes.

9. Sed quid ad deum humana peruersitas? quid aduersus opificem operis ingenium? exquirant licet omnibus argumentationis suæ quæstiunculis excidium ueritatis, deficiet tamen in ueritatis destructione falsitatis adsertio; atque ideo subsequitur: perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. defectio scrutantium defectionem superuacuæ contra deum adhortationis ostendit. quæ enim non labefactabuntur ingenia contradictioni ueritatis intenta? rimentur licet omnia naturalium causarum secreta peruicacique studiorum suorum uigore ipsa cælestium motuum interna scrutentur, in ipsa tamen operis sui intentione deficient doctrinis spiritalibus refutati. qui enim fortuitis motibus agi omnia docent, audient a nobis æternæ uirtutis deum non in fortuitis manere, sed esse mundi

1 tepus *R* 5 excidia *ex* extendia *m. 1 R* 6 presto *R* ocultis (ltis *in ras.*) *R* pestifere adortationis *R* 7 iacent *PT* quibusquae *R* opinantur *eras. T* 8 dic== ==tum (c *in ras., postea 2 litt. eras.*) *R* et dixerunt *om. R* 9 ereticus *R* 12 post uitae *in ras.* uita *R* 14 scrutan== ==tes *T* 17 questiunq(u)lis *sic m. 1 R* 20 scrutionio *R* scrutiniū *PT cf. supr. cap. 4* defectione superuacuae *P* 21 labefactabuntur (t *in ras.*) *R* 22 omnia *ex* omma *m. 1 R* 23 studiosom suorum *R* 24 tame(n) *in ras. R* 26 nec (qui) enim *R* *post* docent *des. f. 44 T deinde in eo cod. complura exciderunt; nam f. 45 incip. a uerbis* et exultent *Ps. LXV, 11* 27 in *om. P* furtuitis *R.*

creatorem indefinitæ ut essentiae, ita et uirtutis; ipsum a nemine, sed ex eo omnia; moderantem ea ipsa omnia et continentem. qui uero prædicabit animæ cum corpore occasum, audiet animam non esse terrenam, sed ex adflatu dei ortam elementis corporis admisceri; mortem autem non interitum esse, sed discessionem eius a corpore. qui autem resurrectionem carnis abnegabit, sciet non difficilem eius instaurationem futuram ei, cui inchoatio prima sit facilis. porro qui curam humanæ conuersationis deo auferet, cognoscet æterni regni deum iudicem; neque hominem ideirco tantum conditum, ut esset — quid enim esse hominem deo utile fuit? — sed ut in cognitionem dei editus profectum sibi ex opificis sui cognitione speraret.

10. Iam si fidem hæreticus destruet, dei filium semper fuisse cognoscet, nullo a patre interuallo temporis separatum; ipsum esse uerbum, uirtutem, sapientiam dei; hunc mundi opificem fuisse, hunc et hominis conditorem; hunc prima mundi crimina diluuio abluisse, hunc Moysi legem dedisse, hunc in prophetis fuisse et per eos ingentia illa corporationis et passionis suæ sacramenta cecinisse; hunc in corpore resurgentem caducæ carni claritatem spiritalis gloriæ intulisse et in naturam diuinitatis suæ terrenæ corruptionis absorbuisse primordia.

11. Deficient igitur aduersum ista scrutantes; et per uirum doctrina dei eruditum et in altum humilitatem cordis sui erigentem hæc diuinæ operationis præconia proferentur, ita ut hæc eminentia dei eorum ipsorum, qui hæc audiant, confessione laudetur. atque ideo ita sequitur: perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. accedet

1 indefinitae (*ex* indefinita) ut essentiae = ita et *R* indefinitae sen-tentiae (sen *in ras.*) ita et *P* 2 omnia continentem (*om.* et) *Pb* 5 sed = disces = sionem *R* 6 resurrectionis *P* 7 cui *supr. scr. R* 8 prima (r *ex* i, *supr. aliquid eras.*) *R* 11 uti lefuit (uti lefui *in ras.*, t *add. m. 3?*) *R* 13 hereticus *R* 16 hunc — conditorem *in ras. 3 ex parte in marg. exter. R* hunc *ante* prima *in marg. inter. add. R* 19 caecinisse *P* resurgentem *ex* surgentem *R* 20 carnis *R* 21 pri = = mordia (*eras.* mo) *R* 22 ista *supr. scr. m. 1 R* 23 do = c trina *R* 24 operantis *R* propherentur *R* 25 haec *ex* hae *m. 1 R* audian = t *R* 26 sunt *ex* tunt *m. 1 R* 27 scrutiniū *ex* scrutinio *m. 2 P.*

homo et cor altum, et exaltabitur deus. cognita enim scrutantium defectione et accedente homine cordis alti magnificentia diuinæ bonitatis agnoscitur. quantus autem fiet doctrinæ spiritalis profectus! nam quis non magnificabit deum, quem mundi huius cognouerit conditorem? quis non metuet quem iudicem sciet? quis non renasci in innocentiam uolet, cum peccati remissio sacramento nouæ natiuitatis indulgeatur? quis non a peccato desinat iam renatus et in innocentia uelit paruuli permanere, cum talium sciat regnum esse cælorum? hæc professio nostra scrutantium ingenia debilitat, hæc doctrinæ nostræ spicula, quæ per regeneratorum exordium sagittæ sunt paruulorum, stultas disputationes et ridicula de deo dogmata uulnerant. his aduersari profanæ linguæ contradictio non potest, aduersum omnium disputationum et adhortationum nostrarum fidem et trepidatio abnuentium et metus est audientium.

12. Adnuntiatis enim operibus dei tunc incipient facta eius intellegi, tunc in his lætabitur iustus, tunc eum omnes recti corde laudabunt. et hoc ipsum psalmus ita edocet: accedet homo et cor altum, et exaltabitur deus. sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, et nihil habuerunt contra ipsos linguæ eorum. conturbati sunt omnes, qui uidebant eos, et timuit omnis

9 Matth. XIX, 14.

1 ad cor altum *e* 2 hominem *P* 4 doctrinae *ex* doctrina *R* *post* profectus *eras. 2—3 litt. R* nã *ex* na *corr. m. 3 R* qui *P* 5 cognouit *P* 6 in(in)nocentiam *P* 7 remissio *R* remissione *P* remissionem *E* (s)acramento *P* sacramentum (sacramentū) *RE* 8 indulgeatur (indulgeat[r]) *coni. Bened. in adn.* indulgeat *RPE* et innocentiam *R* et innocentia *P* 10 prophessio *R* 11 generatorum *P* 12 sagittas disputationes *R* 13 uulnerantes his aduersarii *P* 14 aduersum (aduorsum) *conieci* adorum *R* ad horum *PE cf. Stud. 1889 p. 315 et infr. p. 233, 4* et adhortationum *om. RP sed cf. Ps. CXLIII cap. 13 fin.* 15 fidem *om. P* *post* trepidatio *2 litt. eras. R* abnuentium (nuentiu *in ras.*) *R* abnuentium est *P* et m&u.entium (s est audi) *R om. P* 18 tun = c eum *R* 19 ipsū *ex* ipsud *P* ipsud *R sed cf. Acad. p. 28* 21 nihil ab(h)ierunt *R* pro nihilo habuerunt *P*.

homo. et adnuntiauerunt opera dei et facta eius intellexerunt. lætabitur iustus in domino et sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde. aduersus uulnerantes sagittas paruulorum loqui aliquid aduersantium lingua non habuit. et qui uidebant paruulos sagittantes, conturbantur et metuunt, cum se in errore sitos recognoscunt, cum diem iudicii et retributionem actæ in corpore uitæ agnoscunt, cum opera dei audiunt et facta eius intellegunt. in his est lætitia sanctorum, in his spes firmissima. ob hæc deum qui recto corde sunt laudant, scientes esse remissorem peccatorum, mortis peremptorem et diaboli debellatorem, iudicem sæculi, æternitatis largitorem, deum et dominum nostrum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXIV.

In finem psalmus Dauid.

Te decet hymnum, deus, in Sion et tibi reddetur uotum in Hierusalem et reliqua.

1. Oportune superiorem psalmum hic, qui subiacet, consecutus est. est autem et ipse in finem et congregationem gentium, quæ dominum laudaturæ sunt, nuntiat; et ipse huius interpretationis nostræ fidem reddet.

2. In exordio autem eius secundum consuetudinem suam propheta orationem omnem ad deum erigit. omnis enim nobis res atque sermo cum confessione dei ineundus est. sed sciens propheta, plures pro diuersitate studiorum in superuacuis demorari, specialem et proprium dei a nobis honorem requirit

2 *ante* intellexerunt *eras.* non *R* 6 se in errore sitos *P* se in errore sistos *R* in se errores istos *e* 10 remissorem (*ex* remissorum *R*) *RP* remissionem *α* (*V*) 11 peremptorē (*in uersu exeunt.* ē *euan.*) *R* bellatorem *P* Explicit psāl LXIII incp psalmūs (*sic*) LXIIII *R*, *in P deest subscriptio, de V cf. praef.* 15 psāl *R* 16 hymnum *V cf. Sabatier II, 125* hymnus *RE* 18 oportunae RP^1 oportune P^2*α* opportune *ε* psalmū *ex* psalmus *R* subiacet *ex* subiacet & *R* 19 in fine *P* 20 nuntiat et *Pe* nuntiauit *ex* nunciauit *R* 22 suam *ex* scuam *R* 23 dirigit *PE(V)* 25 studiorum *RP* rerum studiorum *α* rerum ac studiorum *ε*.

dicens: te decet hymnum deus in Sion. Sion mons quidem Hierusalem adiacens est; sed montem hunc eiusque nomen atque etiam urbis ipsius ecclesiam, quæ corpus est Christi, nuncupatam semper accepimus, domino in psalmis dicente: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. et ne in regno eum collis huius constitutum arbitraremur, in prophetis atque etiam in euangeliis dictum est: gaude ualde, filia Sion, prædica, filia Hierusalem: ecce rex tuus uenit tibi. et apostolus: ea autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. hymnus ergo hic deo condecet, qui sit in Sion spiritali et ecclesiastico cantico innocens et dei laudibus dulcis.

3. Omnia autem superstitionum genera, quæ extra religionem dei sint, condemnat. plures enim sunt in demersissimo erroris profundo locati, qui doctrinæ suæ peruersitatem quadam inanis laboris probitate commendent. cernimus namque nudis philosophos corporibus algere; ipso etiam coniugiorum usu magi abstinent; hæretici sicco panis cibo uiuunt. sed qui tandem otiosi huius propositi profectus est? totum hoc inane atque ridiculum est et cum ipsis superstitionis causis miserabile. deo ergo uouenda sunt contemptus corporis, castitatis custodia, ieiunii tolerantia. atque ideo ait: et tibi reddetur uotum in Hierusalem. uota enim tantum ecclesiasticæ religionis utilia sunt. quæ cum et dignis deo cantionibus et propositæ in ecclesia obseruantiæ studio probabuntur, tum digni erimus,

5 Ps. II, 6. 8 Zach. IX, 9, cf. Matth. XXI, 5. 10 Gal. IV, 26.

1 te *Vα* tibi *RPs* decet dme̅ *V* hymnum ds̅ *V* ymnus deus *P* sion *secund. loc. supr. scr. m. 3 R* 4 accepimus *P* salmis *R* 5 dicente *ex* dicentem *P* constitus *R* habeo super *R* 7 profetis *R* euuangeliis *R* 8 gaude *ex* gaudet *P* 10 susum *P* liberata est quae mater nostra *P* 13 deo *ex* ds̅ *m. 2 P* 14 *post* omnia *eras. 5—6 litt. R* 15 condempnat *R* in demerso *P* 17 condẽpn& *R* 18 usū *ex* usu *m. 3 R* ⸗agi⁹ *R* magi *P* magistri *E* 19 heretici *R* 20 totum *ex* tutum *R* adque *R* 21 cū ipsi *P* 22 *post* contemptus *eras.* ergo *R* 26 obseruantia *R* probantur *Re.*

pro quibus deum sanctus spiritus interpellet. idem namque per prophetam loquitur et docet. ipse autem secundum apostolum pro nobis inenarrabilibus gemitibus interpellat; atque ideo hic ita dictum est: exaudi orationem: non enim subsequitur m e a m, ut dicentis persona posset intellegi. licet enim multi, tamquam hoc deesset, addiderint, non tamen in authenticis extat. propheta enim non suo sensu, sed inspiratus hæc loquitur: exaudi orationem.

4. Sequitur, ut, quorum oratio sit exaudienda, demonstret. nec longe expectationem nostram differt; subiecit enim: omnis caro ad te ueniet. humani generis uniuersitatem scriptura sub carnis nomine designat, ut in lege: et dixit deus, non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt, et in eadem: quoniam corrupit omnis caro uiam eius et in propheta dominus: et effundam de spiritu meo super omnem carnem et in euangelio: et uerbum caro factum est et inhabitauit in nobis. huius igitur humani generis orationem exaudiet deus, quod uanis infelicium superstitionum doctrinis tenebatur, cum præcepta gentilia omnes eos ad studium impietatis inbuerent, deum in lignis et saxis et metallis prædicando et mundi opificem atque animæ nostræ parentem intra inanimem materiam collocando. hunc igitur errorem gentes fatentur, quod eos philosophiæ facundia detinuerit in errore: scientes tandem uetera delicta sua et antiquæ impietatis crimina deo propitianda esse per Christum. ipse enim secundum apostolum nostra placatio est, ait namque: quem proposuit deus placationem

2 Rom. VIII, 26. 12 Gen. VI, 3. 14 Ibid. 12. 15 Ioel II, 28. 17 Ioh. I, 14. 27 Rom. III, 25.

2 profetam *R* ipse ipse autem *R* 4 ita *om.* *R* *post* orationem *4—5 litt.* (meam ?) *eras.* *R* 5 possit *PE* 6 autenticis *P* 10 differ = t *P* 11 scribitura *R* 13 *post* meus *2—3 litt.* (est ?) *eras.* *R* 14 ea' *P* ea *R* corrupionis (t supr.) *in ras.* *R* 15 et effundam *PE* (καὶ ἐκχεῶ *LXX*) effundam *R* 17 inhabitauit *ex* inhabitabit *R* 21 praedicandi *P* 22 inanem *ed. Basil. 1550*, *Par. 1572* 23 filosofiae *R* 24 errore *ex* errorem *R* tandē *ex* tande *m. 3* *R* uetera *in ras.* *R* 25 *post* impietatis *eras.* dō *R* dō *supr. scr. m. 3* *R* 26 enim ē (ē *supr. scr. m. 3)* *R* placatio est (c *in ras.*) *R* 27 dñs *P*.

per fidem in suo sanguine et iterum: ipse est placatio pro peccatis nostris. ueniet ergo ad eum omnis caro dicens: uerba iniquorum præualuerunt super nos, et impietatibus nostris tu propitiaberis,

5. Sed qui tandem propitiationis effectus est? uel quid proderit errorem gentilem reliquisse et doctrinam impiam spreuisse? et idipsum non dissimulauit dicens: beatus, quem elegisti et adsumpsisti, ut inhabitet in tabernaculis tuis. omnis quidem caro ueniet, id est ex omni hominum genere congregamur, sed beatus est quisque fuerit electus. multi enim secundum euangelium uocati sunt, sed pauci electi. electi autem sunt nuptiali ueste conspicui, puro atque integro nouæ natiuitatis corpore splendidi. itaque non res indiscreti iudicii electio est, sed ex meriti electu facta discretio est. beatus ergo, quem elegit deus: beatus ob id, quia electione sit dignus. scire autem nos conuenit, hic beatus in quam rem fuerit electus; scilicet ad id, quod sequitur: inhabitabit in tabernaculis tuis. omnis perfectio bonorum inhabitationis cælestis est requies. multas mansiones dominus in cælis esse testatur, sed patrem orat, ut apostoli ubi et ipse sit maneant, dicens: pater, quos mihi dedisti, uolo ut ubi ego sum, ibi et illi sint mecum. ex plurimis ergo mansionibus apostolis suis eam, quæ sibi est propria, communicat. scit propheta, quanta beatitudo sit in tabernaculis dei esse, alio loco dicens: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. sed non ob id bonorum cælestium

1 I Ioh. 2, 2. 11 Matth. XX, 16. 21 Ioh. XVII, 24. 25 Ps. LXXXIII, 3.

3 praeualuerunt *Ve* inualuerunt *RPb* 4 et inpietatibus nostris tu propitiaberis *V cf. Sabatier II, 125* et impietates nostras tu propitiabis *RPE* 10 congregantur *P* congregabuntur *e* (congraegabuntur *V*) quisque *P*(*V*)*a cf. Acad. p. 29* quisquis *Re* 13 splendidi (di *uersu exeunte add. m. 3, postea uers. ineunte 2—3 litt. eras.*) *R* 14 delectu *E* dilecti onis (dilectionis *ex* dilectu *fec. m. 2*) *P* 15 descretio *R* 17 seq t ir i; *in marg. infer. add. m. 3 R* 18 in tabernaquulis *R* 19 requie (i *supr. scr. m. 3*) *R* requie *e* (in requie *V*) 22 et illi *om. V* 23 quę *ex* que *R* 25 dei == esse *R* deficit (*ex* defecit *m. 2 P*) *VPE* defecit == == (*eras.* in ?) *R*.

spes adimitur, si non omnes ad cohabitationem dei eligentur. plures enim mansiones diuersæ dignitati habitantium præparantur. sed licet diuersa sit dignitas — differt enim stella stellæ in gloria — tamen quotquot habitationibus, uariis licet, digni habebuntur, fidei fructum et honorem gloriæ cælestis sortientur.

6. Post enim beatitudinem eius, qui ad habitandum in tabernaculis dei fuerit electus, hoc sequitur: replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. his ergo bonis domus replebuntur, quia in tabernaculis dei beatus habitabit. et quidem interim, bona domus quæ sint, possumus existimare, ecclesiæ scilicet munera, quæ ei secundum multiplicem fructum Christus indulsit, quia et ipsa secundum apostolum domus dei est: ut scias, inquit, quemadmodum oporteat in domo dei deuersari, quæ est ecclesia dei uiui, columna et firmamentum ueritatis. hæc ergo habet tricenum, sexagenum centenumque fructum. his ergo bonis domus dei fides credentium explebitur, quæ interim donorum diuisionibus adornatur, sicut scriptum est: huic ergo datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii fides in eodem spiritu, alii dona curationum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum. uerum sunt et alia plena et

3 I Cor. 15, 41. 13 I Tim. 3, 15. 19 I Cor. 12, 8 sq.

1 eliguntur *ex* eligentur *m. 3 R* eligantur *ex* eligentur *m. 2 P* 2 *ante* diuersae *supr. scr.* & *m. 1? R* dignitatis *P* dignitates *R* praeparantium *P* 3 stella = stellę *R* stella ?.ab stellaę *corr. m. 2 P* 4 quotquot *ex* quodquod *m. 3 R* 5 caelestis gloriae *PE* 6 quia ad habitandū (ad *supr. scr. m. 2*) *P* 7 replebimur *VRE* replemur *P* 9 equitate *ex* iquitate *m. 1 R* his *ex* hi *m. 1 P* hi *R* domus dei *E* replebimur *E* 10 in tabernaculis (cu *in ras. m. 3*) *R* *post* beatus *eras.* qui *R* *post* habitabit *3—4 litt. eras. R* 11 bona domus (a d *in ras. 3*) *R* 14 inquid *R*[1] inquirl *P* oporteat te in *Pb* *post* dei *5—6 litt. eras. R* diuersari *E* 15 aecclesia *R* 16 tricenum sèxagenum centenumque *(V)RP cf. F. Neue Formenl. I, 105* tricesimum sexagesimum centesimumque *E* 19 huic ergo *VR* hinc enim *P* huic enim *E* dabitur *V* sermo *VRE* aliis sermo *P* 20 alii (*alterum* i *in ras. m. 1 R*) sermo *VR* aliis sermo *P* alii uero *e* 21 curationum *V cf. Sabatier III, 702* sanationum *RPE* aliis genera *P*.

perfecta domus dei munera nequaquam naturis carnalium sensuum æstimanda. nouit hæc usque ad tertium cælum apostolus raptus et prædicat dicens: quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his, qui diligunt eum. his igitur domus dei donis replebimur. et meritum percipiendorum horum fructuum docet dicens: sanctum est templum tuum. mirabile in æquitate. omnia namque credentium corpora templum dei esse apostolus docet dicens: an nescitis, quod templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? si quis templum dei corruperit, corrumpet et hunc deus. templum enim dei sanctum est. ornandum ergo hoc dei templum est sanctitate atque iustitia, ut bonis domus dei repleatur, ut æquitatis ac fidei operibus mirabile sit. domum autem dei etiam ipsum adsumptum a dei filio hominem intellegere erit promptum, quia in eo inhabitet omnis plenitudo diuinitatis, et per naturæ proprietatem in eo pater habitet, bonis itaque eius, id est uirtutis, gloriæ, æternitatis unoquoque eo replendo, qui se templum deo sanctum et mirabile in æquitate seruauerit. omnium itaque spes ista est, ut bonis domus dei repleamur, ut sanctum et mirabile templum illius simus. beati quidem sunt, qui iam a deo ad habitandum in tabernaculis eius electi sunt, sed festinare nos in consortium huius beatitudinis congruum est. operationibus id atque orationibus consequentes.

7. Ob quod ita sequitur: exaudi nos, deus salutaris noster, spes omnium finium terræ et in mari longe.

3 I Cor. 2, 9. 9 I Cor. 3, 16 sq.

1 in naturis *R* 2 (h)aec *corr. m. 1 R* 6 bonis *E* replebimur *m. 1 R* 11 *post* quis *eras.* in *R* corruperit *ex* corrumperit *R* et hunc *VRe* eum *Pb* 12 ornandum *ex* orandum *P* 13 tem(plē) *corr. m. 1 R* sanctitate *ex* sanctitati *m. 1 R* 14 dei *om. P* 15 &tiam (iam *in ras. m. 1*) *R* *post* adsumptum *1—2 litt. eras. R* 16 inhabitet — pater *om. P* 18 habit& (& *in ras. m. 1*) *R* habitat *e* itaque *om. e* gloria = *R* 20 omnium itaque nostrum spes *E* 22 iam (i *in ras.*, *eras. e?*) *R* 24 id *om. R* adque *R* 25 consequentes *R* expetentes *PE*.

non competit hæc oratio Iudæo. et quamquam hic liber legis sit, prophetia tamen non est gentis unius. spes enim hæc omnium finium terræ est; et quacumque se habitabilis mundi huius temperies extendit, omnibus Christus in spe est. quin etiam interni atque externi maris insulæ in huius nominis uirtute requiescunt. spes enim omnium finium terræ et in mari longe est. sed spem oportet non ex inani esse præsumptam, ne magis sit incertorum præsumptio, quam expectatio cognitorum.

8. Itaque, cur in eo spes omnium sit, in consequentibus docet dicens: præparans montes in uirtute tua accinctus in potentia et conturbans fundum maris, sonum fluctuum eius. ad terrenorum montium naturam sermo iste non pertinet: firmati enim sunt, non præparati; præparatio autem futuræ operationis est cœptum. dehinc memoratorum montium præparatio in accinctu potentiæ atque uirtute est: terra autem omnis ex nihilo est iussa subsistere, resque ea potentiæ non eguit accinctu, quæ ex iubendi facilitate pendebat. utile est autem cognoscere, sicubi in scripturis montium facta sit mentio. ait namque propheta: audite, populi omnes, et adtendat terra et omnes habitantes in ea. et erit uobis dominus deus in testimonium, dominus deus de domo sancta sua. propter quod ecce dominus descendet de loco suo et descendet super excelsa terræ et conteret montes subtus se, et

20 Mich. I, 2 sqq.

1 competit (com *supr. scr. m. 3) R* 2 haec spes enim *P* 3 quacumque *ex* quaecumque *R* 5 atque externi *om. P* 8 presumptam *ex* presemptam *corr. m. 1 R* 12 in potentia *V*[1] (*cf. Sabatier II, 126, ἐν δυναστείᾳ LXX*) potentia *V*[2]*RPE* et conturbans *V* (ὁ *συνταράσσων*), qui conturbas *RPE* fundum (fundum = *R*) *VRP* profundum *e* 13 monitium *R* 14 firmati aut̄ sunt *P* non praeparati *ex* praeparati *R* 15 de inc (h *supr.*) *R* 17 resquae *P* ea *eras. R* 18 non = (eras. n?) *R* 22 in testimonio *V* dm̄s ds̄ de *V* dominus de *RPE* 23 mo (do *supr.*) *R* ecce ds̄ *V* 25 suptus *V*.

ualles liquescent, tamquam cera a facie ignis. propter impietatem Iacob hæc omnia et propter peccata domus Israhel. et rursum: commota est et contremuit terra, et fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt, quoniam iratus est eis deus. ascendit fumus ab ira eius, et ignis a facie eius exardescet, et carbones accensi sunt ab eo. et inclinauit caelum et descendit, et caligo sub pedibus eius. et in consequentibus est: misit sagittas et dissipauit eos; et fulgura multiplicauit et conturbauit eos. et in his, quantum lectio docet, descensionem domini de cælo per prophetam spiritus sanctus ostendit, metum terræ, montium trepidationem, ob id, quia his dominus iratus sit, fumo de ira eius exorto, igne deinceps de conspectu eius accendendo. in fumo, qui ascendit, præteriti temporis res est; in igne autem accendendo futuri significatio continetur. dehinc, ne quicquam de natura hebeti et immobili dictum existimaretur, hos montes sagittæ missæ dispergunt et fulgura multiplicata conturbant.

9. In hoc igitur montium nomine supereminentem omnem potestatem intellegi oportet, quæ se contra deum exaltans atque efferens iræ dei subdidit. descendens igitur deus uerbum, adsumptum sibi hominem potentia accingens, primum hæc

3 Ps. XVII, 8 sqq. 9 Ibid. 15.

1 facie *ex* faciae *R* 2 haec omnia — Israhel *om. V* et propter *RP (cf. Sabatier III, 943, καὶ δι᾽ LXX)* propter *E* 3 commota *V* et commota *RPE* 4 contremuit *Ve* intremuit *RPb* 5 iratus est eis dš *V (cf. Sabatier II, 33, ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ θεός LXX)* iratus his dñs *R* iratus est his *PE* 6 ab ira *VPE* in ira *R* 7 exardescet *VPE* exardescit *R* et carbones *V* carbones *RPE* accensi *VRPb* succensi *e* 8 et inclinauit *V* inclinauit *RPE* 9 est *eras. R om. e* sagittas *V (cf. Ps. CXLIII cap. 9 Sabatier II, 33 adn., βέλη LXX)* sagittas suas *RPE* 10 dissipauit *R* dissiparit *ex* dissipauerit *V* dispersit *PE* 13 motum *e* quia (a *in ras. m. 1) R* 17 nequiquã *P* hebeti *ex* hebiti *corr. m. 1 R* aebeti *P* 20 in *om. Pb* montium ≡ nomine *R* supereminentem omnẽ potestatem in tellegi (in *in marg. add. m. 3) R* omnem supereminentem uirtutem intellegi *PE* omnem sčilicet supereminētem uirtutem *V* 21 exaltans *ex* exultans *R* 23 ominem (h above) potentia ≡ *(eras.* m*) R*.

cacumina montium depressit. diaboli scilicet et suorum contumacem excellentiam protriuit, quos per hanc primæ obtritionis potestatem pœnæ æterni iudicii præparauit. seruauit autem hanc eandem propheta rationem dicens: ascendit fumus ab ira eius, et ignis a conspectu eius ardescet. fumus enim eos interim arsuri ignis inuoluit, atque ob id in præsenti psalmo ita scriptum est: præparans montes in uirtute tua accinctus potentia. accinctio potentiæ ei, quod indigebat, corpori coaptatur. non enim uirtus accingitur, sed in uirtute dei potentia homo, quem dominus adsumpsit, accingitur.

10. Contemplandum autem est, quid præparationem montium subsequatur: qui conturbat fundum maris, sonum fluctuum eius. conturbat non mare, sed maris fundum, neque fluctus eius, sed sonum fluctuum. mare autem, ut prophetiæ sermo edocet, pro sæculo nuncupatur, ut ait: superinducet dominus machæram terribilem et magnam super draconem serpentem prauum et perimet draconem, qui in mari est. et iterum: hoc mare magnum et spatiosum; ibi requiescet draco, quem figurasti ad inludendum illum. uel certe illud absolutius: ueni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. montes igitur, id est aduersariæ omnes supereminentesque uirtutes pœnæ iudicii præparantur et maris fundamenta turbantur. in harum enim inimicarum uirtutum fiducia sæculum consistebat, et hæc in inuisibilibus sæculi huius

4 Ps. XVII, 9. 15 Esai. XXVII, 1. 18 Ps. CIII, 25. 21 Ps. LXVIII, 3.

4 profeta ≡ (*eras.* m) *R* 5 ardescet *ex* ardescit *m. 1 P* 6 inter mansuri *P* in *om. R cf. Acad. p. 22* 7 psalmo *ex* salmo *m. 3 R* 8 accintio *ex* accentio *m. 1 R* ei *in ras. 1 R* 10 in *supr. scr. m. 3 R* 12 subsequatur *Re* consequatur *Pb* 14 fluctus (*m. 3*, luctus *in ras.; prius scriptam uocem del. m. 1 et in marg. add.* fluctus) *R* 15 profetia sermo *R* docet *P* 16 mac(h)eram *R* 17 perimet *ex* perimit *m. 1 R om. P* 18 hoc mare *V* mare hoc *RPE* 19 spatiosum *V* latum *RPE cf. Sabatier II, 204* 20 illum *V* ipsum *RPE* illud *supr. scr. m. 1 R* absolutiōs *corr. m. 1 R* 24 arum *R* eni(c)nimiarum *corr. m. 1 R* 25 fiducia *ex* fideciae *m. 1 R* in *om. RP* inuisibilibus (*sup.* ui *eras.* in) *R* inuisi(bi)libus *P.*

profundis latebant. sonus autem fluctuum cum fundo maris perturbatur. turbato enim diabolo omnia terroris sui ministeria turbantur: et ipse, in quo gentes pauebant, aduersantium potestatum sonus trepidat. recordemur uatum murmura et inconditos bacchantium fremitus et nonnumquam confuso audientium sensu incertum nescio quid simulacrorum æra sonuisse, omnem denique profano cærimoniorum cantu mundum resultantem; nunc uero domino Christo prædicato silere omnia confutata et trepida, cum hi templorum et gentium dii uirtute fidelium subiciuntur ad pœnam, cum credentium uerbis torquentur, laniantur, uruntur et inuisibiles nobis atque inconprehensibiles naturæ uerbo continentur, puniuntur, abiguntur, cum uates silent, cum muta sunt templa. per hæc itaque iam iudicio præparantur. et præparatio ista quid proficit? profecit namque: turbabuntur gentes et timebunt: cernentes scilicet deos suos mutos et tantum ad inpositionem manuum nostrarum pœnæ suæ uocibus ingemescentes. sed post perturbationem gentium alii timebunt; timorem enim erit inlatura turbatio. numquid omnes, qui turbabuntur, et timebunt? non utique omnes, qui turbabuntur, et timebunt.

11. Qui ergo timebunt? qui inhabitant fines. non subiecit scriptura, ut adsolet, fines terræ; non enim hic de terræ finibus loquebatur. dehinc ergo sermonis ratio non patitur, ut id adiectum existimemus. ait enim: qui inhabitant fines.

1 sonū *R* aut̄ *supr. scr. m. 1 R* 3 in *om. Pb* 4 recordemur *(V)PE* recordamur *R* 6 simulachrorū *P* 7 caerimoniorum *(V)R* cerimoniorū *Pa* cerimoniarum *e cf. Stud. 1889 p. 321* 8 resŏlūantem *corr. m. 1 R* 9 gentiăm (&) *corr. m. 1 R* di (i) *m. 1 R* 11 = uruntur (*eras* ui? *uel* in?) *R* 12 abiciuntur *R* 13 iam *ex* tam *m. 1 R* 15 et timebunt *VRe* timebunt *a* et peribunt *P* 17 uocibus *ex* uobus *m. 1 R* ingemescentes *R* (ingementes *V*) ingemiscentes *PE* pturbationem *R* turbationem *(V)PE* 18 timor eni *in ras. 3*, *supr. scriptum erat* tim, *postea eras. R* 19 qui turbabuntur et timebunt *scripsi* qui et (& *supr. scr. R*) turbabuntur timebunt *RPe* non utique — timebunt *om. R* 20 qui et turbabuntur et timebunt *Pb* qui turbabuntur timebunt *e* 21 tibunt (me) *R* habitant (in) *R* 23 loqueba = tur (*eras.* n) *R* ergo *om. P* uti adiectum *P* ut ita = dictum (*eras.* d) *R* ut ita dictum *e*.

numquid et gentes, quæ intra fines sunt, non timebunt, et terrarum tantum extima deum metuent, ab eius metu ceteris, quæ in medio habentur, alienis? finis autem est non res ipsa, sed rei extimum. extimum uero est, in quo res ipsa deficiet. qui ergo fines inhabitant? scilicet qui in carne positi neque in totum adhuc secundum carnem agunt neque iam omnino finem peccati per desinendi a peccatis consuetudinem teneant, sed uolentes desinere nec penitus desinentes et finem etiamnunc, id est quandam proximam defectionem peccati, carnis habitantes nec a carne absunt nec in totum interna carnis exercent. apostolus autem cum in corpore sit, peregrinatur a corpore. apostolus cum in uita sit, cotidie tamen moritur; uiuit autem iam non ipse, uiuit uero in eo Christus. omnes ille fines ambiguæ uoluntatis excessit, etiam extra fines corporis peccatique habitat peregrinando a corpore, dum in corpore est, et cotidie moriendo, dum uiuit, et iam non ipse in se uiuendo, sed Christus. ceterum timentium trepidatio ex ambiguæ habitationis incerto est, dum adhuc habitando fines timent, nondum penitus, quod iam habitant, transeundo, et tamen desinendi uoluntate finem iam habitent desinendi.

12. Sed uideamus, hi, qui fines habitant, cur timebunt et unde illis metus ingruat. neque id occultum est; sequitur namque: et timebunt, qui inhabitant fines, a signis tuis. metus ergo omnis a signis est. sed quæ hæc erunt signa?

11 II Cor. 5, 8. 12 I Cor. 15, 31. — Gal. II, 20.

1 timebunt (*sic m. 1*) *R* 2 exti = ma *R* 3 abentur *R* 6 aduo *R* omnino (*eras.* h) *R* 7 disinendi *R* teneat *a* tenent *e* 8 paenitus *P* 9 carnis (i *in ras.*) *R* carne *e* (*fortasse legendum* carnisque *cf. infr. lin. 14* fines corporis peccatique) 10 cum in corpore — ap *in ras. m. 3*, ostolus *sup. ras. scr. m. 3 R* 12 cotidiae *R* 13 in me *corr. m. 1 R* omnis ille finis *P* 14 extra finis *corr. m. 1 R* 16 &iam *RP* in se *supr. scr. m. 1 R* 18 habitationes *corr. m. 1 R* habitandi fines *P* 19 quod iã habita sit *P* quod iam habitatum sit *e* 20 in fine *e* habitent *ex* habite *m. 3? R* 22 ingruat (ru *in ras.*) *R* (ingruet *V*).

exitus matutini, et uespere delectabis. uisitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. flumen dei repletum est aqua, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio tua. ab his igitur signis metus ortus est. est enim magnum in singulis quibusque eorum signum. nam post præparationes montium in accinctu potentiæ et conturbati maris fundum et sonitum fluctuum eius progressus ecclesiæ in matutinum et uespertinorum hymnorum delectationes maximum misericordiæ dei signum est. dies in orationibus dei inchoatur, dies hymnis dei clauditur, secundum quod dictum est: suauis ei sit laudatio mea et rursum: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.

13. Succedit igitur et hoc sequens signum: uisitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. terra hæc, qua utimur, non locupletatur, sed ex fructuum suorum ubertate locupletat. non ergo in eam sermo conueniet, quæ et locupletandi se caret sensu et cuius id est, ut locupletet, officium. uisitauit autem deus terram, id est humani generis natiuitatem; eaque uisitata a deo multiplicatis gratiarum muneribus ditescit apostolo dicente: in omnibus ditati estis in ipso, in omni uerbo et scientia. his enim bonis replemur et sine cessatione potandi

11 Ps. CIII, 34. 12 Ps. CXL, 2. 21 I Cor. 1, 5.

1 delectabis *V cf. Sabatier II, 126* delectationis (tionis *in ras. 3 R*) *RP* delectationes *E* 2 in=ebriasti *P* locupletare *R* 3 aquis *h. l. R* (*sed infr. et ipse* aqua) 4 ita est *P* *post* praeparatio *3—4 litt.* (nis?) *eras. R* 7 conturbati maris fundum *V ex usu Hilar.* (*pro* conturbatum maris fundum) conturbati maris fundi *RP* conturbationem maris fundi *E* sonitum *scripsi* sonitu *RP* sonitus *E* 8 processus *P* in matutinum (matutinu *R*) *RPe* matutinorum *b* 9 delectationis *P* delectatione *R* 10 inchoatur *(V)P* inco=atur *(eras. h) R* hymnis *(V)Re* in hymnis *Pb* 11 est *(V)PE* ē *add. m. 3 R* 15 locupletare *R om. h. l. V* 16 locupletatur *ex* locupletamur *m. 1 R* 18 idē est *in ras. m. 3 R* 19 autē *(V)P* aut *R* 20 umani *R* eaquae *P* 22 ipso *supr. scr. m. 2 V* omni (*om.* in) *V*.

cotidie cælestium bonorum munus haurimus pleni diuinis copiis atque ebrii. locupletatio enim ostensa est esse ea, quæ superius nuncupabatur ebrietas.

14. Et locupletationis atque ebrietatis huius fructus est contuendus. et qui hic tandem sit, non tacetur: flumen dei repletum est aqua, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio tua. et de flumine ambigendi locus nullus est. ait enim propheta: fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. et ipse dominus in euangeliis ait: qui biberit ex aqua, quam ego dedero, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ salientis in uitam æternam. et iterum: qui crediderit in me, sicut scriptum est, flumina de uentre eius exient. hoc autem dicebat de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. hoc ergo flumen dei aqua repletur. spiritus enim sancti muneribus inundamur, et in nos ex illo uitæ fonte fluuius dei aqua repletus infunditur. habemus etiam et cibum paratum. et quis hic cibus est? ille scilicet, in quo ad dei consortium præparamur per communionem sancti corporis in communione deinceps sancti corporis conlocandi. id enim præsens psalmus significat dicens: parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio tua: quia cibo illo quamuis in præsens saluamur, tamen in posterum præparamur.

15. Seruat autem consuetudinem suam propheta, ut tempora, de quibus loquitur, distinguat. superior namque sermo tamquam de præterito fuit; quæ autem adhuc gerenda erant, gerendorum fide et scientia tamquam iam gesta memorauit. ut autem ea omnia futuri temporis doceret esse, ait: riuos

8 Ps. XLV, 5. 10 Ioh. IV, 13 sq. 12 Ioh. VII, 38 sq.

1 aurimus (h supr.) *corr. m. 1 P* aurimus *R* 3 aebrietas *P* 9 in euuangeliis *R* (in euangelio *V*) 10 ex (x *in ras. 1*) *R* & flumina *R* 13 hoc ergo *V cf. Ephem. Austr. 1889 p. 984* 18 hic (*V*)*PE* hic ille *R* 19 a quo *e* per communionem (em *ex corr. 1*) *R* 20 *post* sancti *3—4 litt. eras. R* in communionē *P* 23 salu = emur (e *ex* a *ut uidetur corr.*) *R* saluemur *e* 25 epph&au = t (*eras.* i) tempora *R* 26 nāque *supr. scr. m. 1 R* 27 adhuc *supr. scr. m. 3 R* erant *supr. scr. m. 3 R*.

eius inebria, multiplica generationes eius: in stillicidiis eius lætabitur, cum exorietur. omnis hic orantis est sermo et, ut ea, quæ commemorata sunt, deus expleat, deprecantis. terra autem uisitata inebriata est; et quomodo nunc riui eius inebriantur? sed meminisse debemus, quod si quis ex aqua domini potauerit, flumina de uentre eius effluent: ergo potatione aquæ opus est, ut flumina fluant. inebriamur autem ipsi, cum spiritum sanctum, qui flumen est nuncupatus, accipimus. dehinc, quia ex nobis diuersi gratiarum riui emanant, orat propheta, ut hos eosdem dominus inebriet: ut his inebriatis et dono diuini muneris perfusis generationes nostræ multiplicentur, terra scilicet bona secundum euangelicam conparationem uerbi semen excipiens fructu tricesimo et sexagesimo et centesimo ditescat. est autem nobis per sacramentum baptismi renatis maximum gaudium, cum quædam in nobis spiritus sancti initia sentimus, cum subeat nos sacramentorum intellegentia, prophetiæ scientia, sermo sapientiæ, spei firmitas, sanationum charismata et in dæmonia subiecta dominatus. hæc enim tamquam stillicidia nos penetrant, quæ paulatim cœpta fructu multiplici exuberant. in his ergo stillicidiis, cum exorietur, terra lætabitur. sed stillicidia multiplicantur, ut riui sint; riui autem inebriantur, ut flumina sint.

16. Consequens autem est, ut omnem expectationem nostram propheta confirmet et doceat, quid montium præparatio, fundi maris turbatio, terræ uisitatio et eius inebriatio, fluminis plenitudo consummationis habitura sint. docet itaque in his, quæ consecuntur, dicens: benedices, domine, coronam anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur ubertate. pinguescent fines deserti, exultatione colles

13 Matth. XIII, 8; 23.

1 in stillicidiis eius *VE* in stillicidiis *RP* 4 depraecantis *R* et quod nunc *P* 6 si qui *corr. m. 1 R* si qui *Pa* x — potauerit *in ras. m. 3 R* 7 effluent *ex* effluaent *R* effluant *Pa* 8 qui *supr. scr. m. 1 P* fluuius *ex* flumen *m. 3 R* fluuius *PE* 12 euuangelicam *R* (euãgelii *V*) 13 (tricensimo et sexagẽsimo et centesimo *V*) 18 sanationũ (nũ *in ras. 3*) *R* 19 paenetrant *P*(*V*) 20 in his igitur *P*(*V*) 25 turbatio (io *in ras.*) *R* et fluminis *PE* 27 benedicis dñe coronam *V* benedices coronam *RPE* 29 et exultatione *E*.

accingentur. induti sunt arietes ouium, et conualles abundabunt frumento; etenim clamabunt et hymnum dicent. annum benignitatis dei ex propheticis atque apostolicis doctrinis cognouimus. dictum enim est ex persona domini: spiritus domini super me, propterea unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem et cæcis uisionem, uocare annum domini acceptum et diem retributionis: annum æterni et beati illius sæculi sine dubio declarat. namque bonitatis domini hic annus est, quo erunt indefessa illa benignæ retributionis tempora auspicanda. huius igitur anni dei benedicetur corona, iucundissimus et suauissimus uisitatæ terræ inebriatæque fructus. hæc enim Christi est, depulsa corporum nostrorum corruptione et perempta mortis potestate, uictoria. hæc corona sanctificatæ terræ nostræ flore benedicta est dominus sanctorum suorum choro atque ambitu gloriosus. tunc ubertate campi replebuntur, tunc deserti fines pinguescent, tunc colles exultatione accingentur, tunc arietes ouium induentur. illud enim retributionis est tempus.

17. Sed discrimen ipsius retributionis est contuendum. in campis enim, quorum in cultura usus est, ea, quæ sub lege ex cultura dei fuerint, opera ubertatem consequentur. ubi autem fines deserti pinguescent, ecclesiæ, quæ deserta fuit diu, populus repromissionis bonis opimatur. in collibus uero exultatione accinctis gloriosa martyrum gaudia nuntiantur; hi enim sunt terris ceteris celsiores. cum autem arietes ouium induentur, æterna illa et beata patriarcharum et prophetarum et apostolorum, qui duces gregis sancti sunt, uestis ostenditur, de qua ait beatus apostolus Paulus: oportet enim corruptibile

5 Esai. LXI, 1 sq. 29 I Cor. 15, 53.

1 accingentur *RP* erigentur *e* 6 euuangelizare *R* 12 benedicetur corona *RP* (benedicitur corona *V*) benedicet coronam *E* uisitatae = (*eras.* q) *R* 16 adque *R* 17 ubertatae *R* fines (*V*) *R* finis *P* 18 exultanter = *P* arietes *ex* arietis *P* 20 contuendū (s *supr. scr. m. 2*) *P* 21 et cultura dei (*V*) *PE* 23 diu fuit *PE* (fuit *V*) 25 accinctis *ex* accingentur *P* 27 (patriarcarū *V*) profetarum (*V*)*R* 29 Paulus *om. P* enim *om. R*.

hoc induere incorruptionem et iterum: in quo nolumus despoliari, sed superindui, ut absorbeatur hoc mortale a uita. hoc ergo indumento arietes ouium induuntur et hoc gloriosæ inmortalitatis habitu uestiuntur.

18. Sed quamquam diuersa retributionum sint dona monstrata, spem tamen præter hæc non exiguam misericordiæ suæ deus tribuit dicens per prophetam: et conualles abundabunt frumento: humiliores scilicet, sed tamen non impiæ fidei atque operis homines fructum uitæ sortientur. non enim ubertate replebuntur ut campi, neque ex deserto pinguescent. neque exultatione accingentur ut montes, neque tamquam arietes ouium induentur, in quibus omnibus indefinitæ gloriæ munus ostenditur, sed frumento abundabunt, uiuendi scilicet substantia non carebunt, quia per infirmitatem fidei humiles sunt et editis circum se collibus uallium more depressi.

19. Ac ne propheticus sermo hos campos, hæc deserta, hos colles, hos arietes. hæc conuallia, quæ aspectui nostro subiacent. uoce et sensu carentia significare existimaretur, adiecit: etenim clamabunt et hymnum dicent, dei scilicet laudes ob hæc diuersa retributionum præmia indefessis et maximis uocibus concinentes.

PSALMUS LXV.

In finem, canticum psalmi.

Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius et reliqua.

1. Superscriptio psalmi a superiore eo distat, quod in se habet canticum psalmi, cum in anteriore psalmus cantici editus sit. ceterum æquabiliter præscribuntur in finem. itaque secundum illam, quam in exordio attulimus. de titulorum

1 II Cor. 5, 4.

2 dispoliari *PE* 5 dona monstrata sint *PE* 7 habundabunt *R* 8 humiliores *ex* humilioris *m. 1 R* 12 definitae *Pb* 15 uallium ore *P* 16 ac *ex* hac *R* 17 aspectu *P* 18 significasse *P* 21 concinnentes *P* Finit psalmus LXIIII incipit psalmus LXV *R* Explic psalm LXIIII incipit psalmus LXV *P*; *de V cf. praef.* 28 aequabiliter *R* aequaliter *PE*.

inscriptione rationem perspicuum est psalmum hunc ob adepta per meritum boni operis spiritalis doctrinæ instituta cantari: quia quando in superscriptione psalmus cantici est, per cognitionum cælestium prædicationem gesta boni operis continentur in psalmo; cum autem canticum psalmi est, ex operationis obœdientia adeptæ spiritalis scientiæ hymnus ostenditur. canticum enim uocis officium est; psalmus autem ex coaptatione, quam harmoniam nuncupant, organi conparatur. fitque ex inparibus ac dissimilibus modis artificis ingenio apta et consonans et amœna modulatio. quo exemplo uariis officii nostri et scientiæ ministeriis gratum deo opus et sibi consonans conparamus. et huius quidem intellegentiæ ipsi nobis psalmi auctores erunt, cum quando sit in psalmo cantici per scientiæ et cognitionis doctrinam boni operis prædicatio, in cantico uero psalmi per gestorum meritum gratulatio adeptæ scientiæ intellegatur. ob eam igitur causam in psalmo præsenti spiritus prophetiæ a gratulationis doctrina cœpit. psalmum autem ex prophetarum persona consistere, res ipsa et ratio demonstrat.

2. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudationi eius. dicite deo: quam terribilia sunt opera tua! in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. primum ergo iubilandum deo præmonet, secundo psallendum nomini eius, dehinc dandam gloriam laudationi eius, tum dicendum deo: quam terribilia sunt opera tua! postremo

1 inscriptionē *R* rationem *supr. scr. m. 1 R om. P* ob adempta *P* 4 gesta *om. R* 5 *post* est *1—2 litt. eras. R* 6 *post* operationis *5—6 litt. eras. R* 8 coaptatione *RE* ea adeptatione (ea *ex* eo) *P* qua *R* armoniam *RP* nuncupantur *P* comparantur *P* 9 fuitque *P* 10 officio *P* 11 dī *P* 12 comparemus *ex* comparamus *P* quidem [opus] intellegentiae (opus *supr. scr. m. 2*) *P* 14 doctrina *R* 17 a *om. RP* doctrinae *P* coepit *ex* caepit *m. 1 R* . ex persona prophetarum *PE* 18 res *supr. scr. m. 1 R* 19 deo (dō *V*) *VRE* dño *P* 20 laudationi *PE* laudationis *R* 21 terribilia sunt *e, cf. infr. et Sabatier II, 127* terribilia *RPb* in multitudine *RE* in multitudinem *P* 22 *inter* tuae *et* mentientur *supr. scr. & postea eras. m. 1 R* 23 secundum *V* 24 dandam gloriam *VR* gloriam dandam *E* dehinc — laudationi eius *om. P* tunc dices dño *V* 25 terribilia sunt *Ve* terribilia *RPb*.

id confitendum: in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. sed ut rationem atque ordinem ita dispositi huius sermonis intellegamus, necessarium est id, quod difficultatem adfert, paucis absoluere.

3. In latinis codicibus ita legimus: iubilate deo omnis terra. et quantum ad eloquii nostri consuetudinem pertinet, iubilum pastoralis agrestisque uocis sonum nuncupamus, cum in solitudinibus aut respondens aut requirens per significantiam ductæ in longum et expressæ in nisum sonus uocis auditur. in græcis uero libris, qui ex hebræo proximi sunt, non eadem significantia scribitur. namque ita se habent: ἀλαλάξατε τῷ θεῷ πᾶσα ἡ γῆ; et cum illis alalagmos, quem latine iubilum ponunt, significat uocem exercitus prœliantis, aut in concursu proterentis hostem, aut successum uictoriæ exultationis uoce testantis. quam rem, ubi ita se translationis ratio temperauit, absolutius in psalmo altero intellegemus, cum dicit: omnes gentes, plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis. uox autem exultationis dissentit ab iubilo; sed pro translationis condicione, quia propria exultantis uocis nuncupatio non reperta est, per id, quod iubilum dicitur, uox exultantis ostenditur.

16 Ps. XLVI, 2.

1 id *om. V* in multitudine *h. l. VRPE* 2 sed ad *V* adque *VR* ita dispositi *om. V* 3 intellegamus *om. V* 4 *inter* paucis *et* absoluere *supr. scr.* uerbis *m. 2 P* 6 sed quantum *V* nostri *VRE om. P* 7 agresti quae (s *supr.*) *corr. m. 2 V* sonum *ex* sinum *m. 1 V* 8 per significantiam *om. V* 9 et expraessae in nisum == *R* et expressae innisū *P* & exp̄sse ĩemẽsū *α om. V* sonus *VPE om. R* auditur in graecis *VPE* audit (L *supr.*) in grecis *supr. scr. m. 3? R* 10 ex hebreico *V* non eadem significationem eiusmodi habet *V* 11 ΑΑΑΑΞΑΤΕΤΩΟΕΩΤΤΕΑΗΙΗ; *R* CΑΛΑΛΑΓΜΟΙC · ΕΤΩΘΕΩΙΤΑΕΛΕΓΗ (*primae 11 litt. in ras.*) *P* αλαλαξατε τω θεμιτακλητε *α* ἀλαλάξατε — illis *om. V* 12 alalagmos *Rα* alalagmus *VP* latini *V* 13 proeliantis *VR* praelianti = s *P* 14 propterrem hostem *V* successu *V* 16 intellegemus *RP* intelligimus *E* 18 ab == == iubilo (*eras.* in) *R* a iubilo *VP* 19 quia *R* qa *α* qua *P* 20 reperta ē == (ē *in ras. 1 postea eras.* s) *R*.

4. Positi igitur in uitæ istius prœliis et in hoc carnis et sanguinis nostri certamine aduersum diabolum exercitusque eius armis spiritalibus dimicantes deo monemur in uoce exultationis iubilare. et ne ad inanimem hanc terræ molem esset sermo referendus, uniuersitas nostra ex terra in primo Adam parente genitorum sub plurali numero monstratur, cum dicitur: iubilate deo omnis terra. simul enim et officium omnium docetur et origo. terrendus ergo est confessionis nostræ sermone omnis profanus auditor; et aduersum diabolum armaque eius orationum nostrarum sonitu certandum est, et belli nostri uictoria exultationis uoce monstranda est.. audiat orantis populi consistens quis extra ecclesiam uocem, spectet celebres hymnorum sonitus et inter diuinorum quoque sacramentorum officia responsionem deuotæ confessionis accipiat. necesse est terreri omnem aduersantem et bellari aduersus diabolum uincique resurrectionis fide mortem tali exultantis uocis nostræ, ut dictum est, iubilo. sciet hoc deo placitum esse, hoc spei nostræ testimonium esse, publicas uictricesque exultationis nostræ uoces personare, quarum propheta non neglegens est, alio loco memorans: circumiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam iubilationis. et ne inanem iubilationis huius doctrinam atque obseruantiam crederemus, alibi protestatur: beatus populus, qui scit iubilationem. necessarium ergo id fidei nostræ est, in cuius scientia beatitudo est.

5. Nam primum in admonitionum ordine propheta disposuit, ut iubilet deo omnis terra, secundo, ut psalmum dicat nomini

20 Ps. XXVI, 6. 23 Ps. LXXXVIII, 16.

1 positi igitur et nos sumus in uitae *V* 3 dimicantes propter quod monemur dō *V* 7 oficium *R* 8 est ergo *V* 11 uictoriam *V* exultationis *VPE* exulta = ti = onis *R* audiat *VRE* audia = t *P* 12 *post* ecclesiam *supr. scr. & m. 3 R* spectat *V* celeLres *VRE* celebs (s *in ras.*) *P* 17 sci& (sci *eras.*) *R* sciet *P* sciat *E* placitum esse *PE* placitum est (*sed* st *in ras.*) *R* 18 testimonium esse *scripsi ex usu Hilar. cf. Stud. 1889 p. 316* testimonium ē *R* testimonium *PE* 20 alio loco *R* loco alio *PE* circūiui *RP* circuiui *E* et immolaui *E cf. Sabatier II, 53 om. RP* 21 inane *P* 23 protestatur *RE* propheta testatur *P*.

eius. deo itaque iubilandum est, quia debitum ei a nobis est exultantis uocis officium. psallendum autem nomini eius est, quia, ut per organum psalmus est, ita et corporis nostri, quod animæ et adfectionis et negotiorum omnium organum est, artificiosis operibus est placendum. digne ergo dei nomine agendum est, ut in quantum effici licet, dictis domini obsecundemus dicentis: sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona et magnificent patrem uestrum, qui in cælis est. uitæ enim nostræ honestas ad eius laudem erit referenda, cui uiuimus. denique idipsum ex subiectis docetur. sequitur enim: psallite nomini eius, date gloriam laudationi eius, quia ex organi nostri psalterio, id est corporis animæ famulantis effectibus præbetur per nos deo gloriosa laudatio, cum gentes opera nostra contuentes patrem nostrum, qui in cælis est, magnificent. et dabitur laudi eius gloria, si digne nomini eius organi, id est corporis nostri, operatione psallamus.

6. Docemur etiam consequentibus monitis ad ordinem obsequellæ propheta uel spiritu per prophetam ita admonente: dicite deo: quam terribilia sunt opera tua! quis enim non trepidet ad maiestatem eius, qui sæcula instituerit, mundum condiderit, tempora reuolubili uicissitudine cursuque dimensus sit, cælum astris ornauerit, terram fructibus repleuerit, mare obicibus concluserit, hominem ut his aut uteretur aut dominaretur elegerit? per hæc enim omnia uirtutis ac potestatis eius æternitas noscitur, apostolo dicente: quæ enim inuisibilia eius, a creatura mundi ipsius factis intellecta

7 Matth. V, 16. 26 Rom. I, 20.

1 quia *PE* quia ≡ ut ≡ *in fine fol. R (ubi locus etiam in seq. aberratione corruptus)* a nobis ē exultantis *Re* a nobis exultantis *Pb* 2 officium *Re* officium est *Pb* psallendum autem — psalmus est *om. R* 16 digne *PE* digni *R* 18 etiam *PE* ergo *R cf. Ephem. Austr. 1889 p. 984* consequentibus (in *supr. scr. m. 2*) *P* obsequellae (e *in ras.*) *R* obsequille (*sic*) *P* 19 ita *om. R* 21 enim *add. m. 2 V* 22 tempora per uices dimensus sit *V* 25 enim *om. V* uirtutis signa potestatis *V* 26 aeternitas *ex* aeternitatis *m. 2 V* 27 factis *P* facti (*ex* facit *R*) *Ra*.

aspiciuntur, æterna quoque uirtus eius et diuinitas. hæc terribile nomen conditoris efficiunt, et operum dignitas maiestatem eius, qui ea sit operatus, ostendit. horum igitur operum esse deus a nobis prædicandus est et a ceteris confitendus est: non hæc omnia esse dii mentienda sunt.

7. Alii enim fortuito hæc extitisse commemorant, alii æterna mansisse confirmant. et idcirco mundum ipsum deum esse contendunt, dum aut suapte, cum uoluit, potestate constiterit, aut, dum initio caret, careat dominantis arbitrio. alii autem solum cælum, quia igneum sit, alii aera, quia motu ac natura indissecabili circumferatur, alii aquas, quia indefessæ ecfluant, deum nuncupant. plures terræ metalla, robora, scopulos, herbas deos adorauerunt. nonnulli deos esse aut putrefactorum corporum ossa, aut deflagrantium rogorum busta mentiti sunt: horum omnium conditorem deum nescientes. et idcirco talem confessionis nostræ ordinem propheta esse docuit oportere: dicite deo: quam terribilia sunt opera tua! in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui: ex multitudine scilicet uirtutum dei uenerationem falsorum in diis nominum mentientes.

8. Sed quia mentientur inimici, quid a cunctis fieri oporteat, docetur ita: omnis terra adorent tibi et psallant tibi: psalmum dicant nomini tuo, altissime. mendacio inimicorum in nuncupatis diis demonstrato salutis nostræ instituta præbentur: ut terrena omnis origo nostra adoret et psallat

2 ista enim terribilem *corr. m. 2 V* 4 operum esse deus *VRα* operum *P* operum conditor esse deus *s* a nobis *VRP* et a nobis *E* 5 confitendus est *R cf. Stud. 1889 p. 316* confitendus *VPE* non *PE* non ne *R* (*an* non uero?) dii metienda sunt *R* dĭ me = tienda sunt *P* 6 fortuito *R* fortuitu *PE* 8 suaptae *R* sua parte *P* cum uoluitur *P* constituerit *P* 9 ut dum *P* 10 igneū sit (ū si *in ras.* t *add. m. 3 ?*) *R* 11 indefessae *RP* indefesse *E* ec(h)fluant *R* effluant *PE* 14 roc,orum *P* 18 mentiūtur *h. l. V* 21 sed quia *RPE* et quia *V* mentientur *VRP* mentiuntur *E* inimici *VRE* inimici tui *P* 22 adorent tibi *V* adoret tibi *R* adoret te *PE cf. Sabatier II, 127* psallent *V* psallat (t *in ras. P*) *RPE* 23 dicant *V* dicat (t *in ras. P*) *RPE* altissimae *R*.

altissimo, uerum deum et uniuersorum conditorem relictis impietatum mendaciis recognoscens.

9. Sensum diapsalma distinxit. sermo enim ad deum cum oratione directus ad homines nunc refertur, quos tamquam longe a cognitione dei consistentes propheta ad proximum aduocat dicens: uenite et uidete opera dei. docuit autem et apostolus esse plures longe a deo positos, quos doctrinæ adhortatio tamquam in uicinia conlocauerit, cum ait: et cum uenisset, euangelizauit pacem his, qui de longe, et pacem his, qui de prope. ex lege enim multi tamquam de prope manentes crediderunt gentibus longe aduocatis.

10. Prophetica igitur prædicatio omnes ad dei opera contuenda aduocauit: sed non ea opera, quæ cunctorum aspectui subiecta sunt, cæli, æris, terræ ac maris — hæc enim omnes contuentur —, sed ea, quæ fidelium tantum studiis conperta sunt quibusque saluti humanæ cum ingenti admirabilium uirtutum terrore consultum est: pharaone impietatis suæ pœnis in exemplum humani timoris coercito, ut terror damnationis inreligiosorum metu religionem inchoaret; cum in terræ iter mare aruit et aquæ in aridam conuersæ sunt; cum Iordanen pedes populus egressus est, et ingressuro repromissionis terram Israhel fluentibus stare iussis relicus ad gradiendi securitatem fluuii alueus decucurrit. ad huius igitur legis et prophetarum dei opera contuenda propheta gentes aduocat dicens: uenite et uidete opera dei; terribilis in consiliis super filios

8 Ephes. II, 17.

3 diappsalma distincxit *P* ad eū *Ra cf. Acad. p. 31* 5 de consistentes *R* 8 in uicinia *Rb* in uicina *P* in uicinio *V* in uicino *e* 9 his qui de longe *V* uobis qui longe *RPE* 10 de prope *V* prope *RPE* 12 prophetica (profetica *R*) igitur *RPE* profetae *V* 13 aduocat *V* aspectui *RPE* oculis *V* 14 caeli aeris *VPE* caeli ≡ aeris *(eras. d?) R* ac *VPE supr. scr. m. 1 R* 15 studium *V* 17 faraone *RP* (faraonem *V*) 20 ≡≡aruit *(eras.* h, r *in ras.) R* iordanen pedes populus *R cf. p. 101, 5* iordanen (iordane *V*) populus pedibus *VP* iordanem pedibus populus *E* 22 fluentibus *R* fluentis *PE* stare iussis *in ras. R* relicus *R* reliquus (u *in ras.) P* 23 legis et prophetarum *om. V* 24 contuenda *VRE* conculcanda *P* 25 opera dm̄ī *h. l. V (sed supr. 6 et ipse* dī*)* terribilis ī *VR* terribilis & in *P*.

hominum. qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede. ipse enim deus esse intellegendus est, ex cuius terribilibus consiliis humanæ saluti per hæc opera consultum est: ut opinionem de deo — quia nemo cælum contuens deum esse non sentiet — scientia nobis et cognitio talium operum de auctore confirmet.

11. Verum hæc, quamuis uirtutum dei opera sint, non tamen spei et saluti satisfaciunt uniuersorum. populo enim tantum legis mare in terram demutatum est eiusque itineri Iordanes aruit. sed quid hoc ad uniuersæ terræ salutem proficit? omnibus enim hoc, quod uenite dictum est, competit; quia de uniuersis præscriptum erat: omnis terra adorent tibi. quid ergo mihi ad salutem tanto postea genito Iordanes tum arefactus inpertit? inpertit plane. huius enim primum aquis peccatorum ablutio Iohanne pænitentiam prædicante donata est: et per quem populo in repromissionis terram iter fuerat, per eum uia nobis cælestis regni et in nouæ generationis lauacro possessio æternorum corporum inchoatur aquis ipsis baptismo domini consecratis. ob quod ad id, quod dictum erat: uenite et uidete opera domini, quam terribilis in consiliis super filios hominum. qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ne ab his, quæ antea gesta sunt, spei nostræ esset

3 *ex om. P* 5 sentiet *RPα* sentiat *ε* nobis *scripsi cf. Stud. 1889 p. 317* nos *RPα om. ed. Basil. 1550 et Par. 1572* 7 quam (*uis. supr. scr. m. 1*) *R* 8 salutis *P* 9 itineri *ex* itinere *m. 1 R* iordanis *RPE* 10 hoc *om. V* proficit *VRE* profecit *P* 11 *ante* uenite *eras.* dictū *R* uenite = dictum est *R* uenit edictum *P* conpetit *P* competit *ex* conpetit *m. 3 R* 12 adoret tibi *R* adoret te (t te *in ras.*) *P* 13 iordanes *V* iordanis *RPE* 14 tunc *V* inpertit *VE* inpertiit (tiit *in ras. m. 3*) *R* impertit (i *supr. scr.*) *P* inper = tit (*eras.* i) plane *R* imptit plane *P* *om. V* 15 aquis primum *V* iohanne *VRP* Ioanne *E* paenitentiam *ex* paenitentiae *m. 2 V* penitentiam *R* penitentia *P* 16 et per quae *P* 17 et in nouae (ioua *in ras.*) *R* et nouae *PE* generationis lauachro (re *supr. scr. m. 2*) *P* 18 incoatur *R* 23 antea gesta sunt *Re* gesta sunt antea *Pb*.

intercisa securitas, cum de futuro transibunt dixisset, ideo subiectum est: ibi lætabimur in ipso. per has enim Iordanis aquas in illa, quæ a prophetis promissa sunt, terra bona gressu abluendorum corporum transitum est atque transitur; et ibi cælestis sacramenti exordiis lætamur. cuius lætitiæ et tempus et causam alius propheta testatur dicens: lætare desertum sitiens, et exultet desertum et floreat tamquam lilium, et ecfloreant et exultent deserta Iordanis. inualescite manus inualidæ et genua dissoluta, consolamini modici animi, sensu conualescite, nolite timere. ecce deus iudicium reddet, ipse ueniet et saluabit nos. tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient, et audietur lingua mutorum. tunc saliet claudus tamquam ceruus. hoc ergo illud est, quod significatur: ibi lætabimur in ipso. quæ in aduentu domini et Iordanis baptismo et infirmitatum omnium curatione expleta sunt. quod autem ibi lætabimur, ad Iordanen pertinet. ita enim dictum est: in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur.

12. Quod autem in ipso, quis iste sit, in quo lætabimur in ipso, propheta subiecit dicens: qui dominabitur in potentia sua in æternum, non ambigemus, quis iste erit, si dicti huius euangelici recordemur: data est mihi omnis potestas in cælo et in terra: euntes nunc docete omnes gentes et apostoli dicentis: propter quod exaltauit eum deus et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectat, cælestium et terrestrium et infernorum.

6 Esai. XXXV, 1 sqq. 23 Matth. XXVIII, 18. 25 Phil. II, 9 sq.

1 inťcisa (cisa *in ras.*) *R* 4 corporum *PE om. R* 5 & *in ras. R* exordiis laetamur *Re* laetamur exordiis *Pb* 8 et haec florient *R* *incip. f. 45 T* 10 consolamini *RPE* consolidamini *T* 14 claudus *R* clodus (o *in ras. P*) *PT* 16 in aduentū *R* 18 iordanen *R* iordanem *PTE* 20 quid *ex* quod *m. 2 P* 21 dicens = *R* 22 ambigemus *RT* ambigimus *PE* 23 euuangelici *R* omnis potestas *Rb* potestas *PTe* 26 quod est — nomen *om. R* 28 flectat *R cf. Acad. p. 57* flectatur *PTE* caelestium *in marg. add. m. 1 R.*

et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria dei patris est. et hæc non de diuinitatis suæ dicta sunt potestate. illa enim, ut semper est dominans, ita et dominabitur semper: sed in æternam gloriam eius adsumptæ ex uirgine carnis natura transfertur. Iesus enim eius hominis, qui ex Maria natus est, nuncupatio est; et Iesu nomen, quod super omne nomen est, donatur. non enim hic, ut in ceteris, Iesu Christo, sed Iesu tantum. ei enim a cælestibus et terrestribus et infernis adorato et per omnem linguam in dei patris gloria esse confesso æterni regni donatur arbitrium. sed ut in pluribus, nunc quoque latinitas nostra non satis proprie significationem dicti græci elocuta est. quod enim nobiscum scribitur: qui dominabitur in uirtute sua in æternum, in græcis ita legitur: τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος. quod nobiscum in æternum, id simplex et in omne tempus sine definitionis alicuius proprietate commune est: quod cum illis τοῦ αἰῶνος, id certi et designati sæculi significationem habet.

13. Unigenitus enim dei filius etsi regnauit semper, non tamen semper regnauit in corpore. ergo ubi designati et tamquam demonstrati sæculi dominatio per id, quod τοῦ αἰῶνος dicitur, uirtute uerbi ipsius continetur, tempus illud ostenditur, quo glorificato in gloriam dei corpori et nomen dei donatur et regnum. et huius quidem dominandi sæculi tempus absolute apostolus docet dicens: cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et uirtutem, et nouissima

25 I Cor. 15, 24; 26.

1 *in P post* ihs *1 litt eras.* 2 dei patris ē *RPT* est dei patris *E* 3 sint *R* 7 est donatum *PTE* hic *supr. scr. P* 11 propriae *RP* 12 graeci (i *ex corr 1) R* 14 ΤΩ ΑΕΤΙΟΖΟΝ ΠΕΝΤΝΑΥΝΑСΤΕΤΑ ΑΟΥΑΙΩΙ (*postea eras.* in hoc) *R* ΤΩΔΕС = ΤΟΖΟΝ = ΤΕΝΤΙΔΙ·ΝΑСΤΕΙΛ ΑΙ·ΤΟΥ ΑΙΩΝΟС *P* to. destio zonten edi nas teiali tulio nos α. *In T omnia satis bene litt. graec. scripta sunt et articulus* τῇ *ante* δυναστείᾳ *superscripta pronuntiatione eius temporis* (ti) *accurate est exaratus; qui cum etiam ex uestigiis in RP eluceat et a Tischendorfio (II, 68) probetur, in textum erat recipiendus.* 16 diffinitionis P^1T 17 ΤΟΥ ΑΤΩΝΟС *R* 21 dominatio *PTE* demonstratio *R* 22 illut *V* 23 quo *VPTs* qđ *Ra* corpore *V* 25 euacuauerit = *(1 litt. eras.) R* 26 & nouissima *Re* et nouissime (e *in ras. P) PT.*

inimica deuincetur mors; tunc solus in uirtute sua sæculi dominabitur. nunc enim quamuis regnet, tamen princeps huius sæculi petiit, ut modo tritici apostolos cerneret; et sunt spiritales nequitiæ in cælestibus, aduersum quas spiritalibus nos armis beatus Paulus instruxit, aduersum quas militantes nos fidei nostræ, angeli, qui secundum euangelia cotidie in cælis deum patrem uident, prosecuntur et misericordia dei protegit.

14. Atque ob id consequitur: oculi eius super gentes respiciunt. ab omni enim in peccatis morante uultus domini auersus est. hæc namque indemutabilis dei significata conuersio est: non quod tamquam per naturam corporalem se quoquam aut auertat aut referat, sed quod par atque idem æqualiter semper manens uniuscuiusque auxilio pro meritorum diuersitate aut desit aut adsit. ex persona enim peccatorum ita scriptum est: auerte faciem tuam a peccatis eorum et iterum: quare auertis faciem tuam et dexteram tuam? et rursum: auertisti faciem tuam, et factus sum conturbatus. ubi autem iustorum persona tractatur, hæc dicta sunt: oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum et iterum: oculi tui uideant æquitates et deinceps: designatum est super nos lumen uultus tui, domine; ergo incorporalis deus misericordiæ suæ oculis et tamquam ministerio famulantium angelorum protegit gentes, et in omnes credentes donum se diuinæ miserationis effundit.

16 Ps. L, 11. 17 Ps. LXXIII, 11. 18 Ps. XXIX, 8. 20 Ps. XXXIII, 16. 21 Ps. XVI, 2. 22 Ps. IV, 7.

1 deuincetur *RTE* deuincitur *P* 2 saeculi *R* saeculo *PTE* 3 petiit *T* petit *RPe* 5 aduersum *RPT* aduersus *E* 6 euuangelia *R* 7 prosecuntur *Rα* prosequuntur *PTs* et *om.* *R* 11 *post* indemutabilis *eras.* est *R* 13 quoquam *R* quoq̃ *α* quoq: *PT* atq; *in ras.* *R* 14 semper *supr. scr.* *T* 15 assit *T* dsit (ab *supr.*) *R* et ex *R* 19 persona *ex* personam *R* tractatur haec (ibi *supr. scr. m. 2*) *P* 22 deinceps *T* 26 donum se *PTα* dona se *ex* donū se *R* donum *ed. Basil. 1550*, *Par. 1572 (an* donum suae? *cf. Stud. 1889 p. 317)*.

15. Hoc Iudæi denegant, his operibus dei infidelis populus contradicit, gloriam sibi in Abraham electi generis usurpans. et consequentibus istud dictis propheta demonstrat, ad id, quod dixerat: oculi eius super gentes respiciunt, conectens istud: qui in iram prouocant, non exaltentur in se. hoc, quod in se exaltantur, dominus in euangeliis condemnat dicens: nolite præferre inter uos dicentes: patrem habemus Abraham; potens est enim deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. quod autem in iram prouocant, omnifariam prophetæ locuntur; Esaias: in iracundiam prouocastis sanctum Israhel; ad Ezechiel quoque spiritus loquitur: fili hominis mitto te ego ad domum Israhel, qui exacerbant me, et in psalmis: exacerbauerunt spiritum eius et rursum: frequenter liberaui eos, ipsi uero me exacerbauerunt. omnis ergo operationem et misericordiam dei in salutem gentium denegans in iram prouocat misericordiæ et salutis auctorem; quia in se gloriosi et exaltati iram eius, qui solus gloriosos potest efficere, exacerbant.

16. Interiectio rursum diapsalmi et sensus et personæ demutationem docet. nam sub hac significatione frequenter alterum, nonnumquam utrumque distinguitur. superior enim sermo ex prophetæ persona omnis fuit dicentis: uenite et uidete

7 Matth. III, 9; Luc. III, 8. 10 Esai. I, 4. 12 Ezech. II, 3. 14 Ps. CV, 33. Ibid. 43.

2 habraam *R* abraam *T* gene^{ris} ^{usur}pans *corr. m. 1 R* 4 dixerit *P* conectens (connectens *α*) istud *RPTα* connectens illud *s* 7 praeferre (p̄ferre *P*) *RPT* *cf. Sabatier II, 13 adn.* proferre *E* 10 locuntur *R* loquuntur *PTE* esaias *R* isaias *T* ^{ut} = esaias ^{ait} *P* in iracundiam *RPE* in iram^{cundiā} *T* 11 prouocastis *RT* prouoca^{s}tis *P* prouocasti *e* hezêhiel *R* hiezechiel *T* 13 israhel *ex* esrahel *m. 1 R* exacerbant *R* (παραπικραίνοντας *LXX*) exacerbauerunt *PTE* 15 omnis *RPT* omnes *E* 16 operatio = = = et misericordia = *P* in salute *R* 17 denegans *RPT* denegantes *E* prouocat *RPT* prouocant *E* 18 in se (e *in ras.*) *R* exaltati = iram (*eras.* s?) *R* gloriosos *ex* gloriosus *corr. m. 1 R* 20 diappsalmi *P* 23 profetae (ae *in ras.*) *R* dicentis *ex* dicentes *R*.

opera dei, quam terribilis in consiliis super filios hominum; sequentem uero apostolicum esse oportebat, ut his inuitantibus, istis prædicantibus eadem doctrina ueteris ac noui testamenti prædicatio contineretur.

17. Horum igitur adhortatio refertur ad gentes, cum dicitur: benedicite gentes deum nostrum. non ex inani nostrum prophetiæ sermo subiecit. non utique illos, quos deos putabatis, heroum nomina uel elementorum creationes uel metallorum materiem, sed nostrum et eum, cuius opera recensentur, qui terribilis in consiliis super filios hominum, qui conuertit mare in aridam, qui dominatur in uirtute sua in æternum. hoc autem proprie apostolicæ doctrinæ est, deum ex lege ac prophetis in euangeliis prædicare.

18. Sed id, quod consequitur: et obaudite uocem laudis eius, intellegentiam confundit. uox laudis namque non eius, qui laudatur, sed eius, qui laudet, auditur. et quomodo gentes, ut uocem laudis obaudiant, admonentur? uerum et hic latinitas nostra proprietatem dicti in translatione non reddidit. nam hoc, quod nobiscum scribitur: et obaudite uocem laudis eius, a Græcis ita dictum est: *καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ*. quo uerbo id significatur, obaudiri posse ut efficiant uocem laudis eius: quod plenius intelleget,

1 terribilis *RPE* terribilis ē *T* in consiliis *RPE in marg. add. T* 3 p̄dicantibus (p̄dic *in ras.*) *R* 5 adortatio *R* 6 deum *RPE* dominum *T* 7 prophetiae (profetiae *R*) *RPTa* prophetae *ε* 8 putabatis *RPTa (Bened. de R falsa rettulerunt)* perturbatis *ed. Par. 1572* heroum (u *in ras. R*) nomina *RE om. PT cf. Acad. p. 30* elementorum (*om.* uel) *R* 9 uel =metallorum= materiem (*supr.* metallorum *signa transpositionis erasa*) *R* uel materiem metallorum *PTE* eū *supr. scr. R* 12 autē *R* enim *PTE* propriae *R* proprium *PTE* deum *RE* dn̄m (*in ras. P*) *PT* 13 == ac *R* in euuangeliis *R* 15 uox laudis namque *scripsi cf. Stud. 1889 p. 321* uox laudis nam *P* uox laudis *R* nam uox laudis *TE* 17 uerum *om. R*

20 KAIAKITICATATTHN PONE ETECANCAIOC AYYOY *R* KAE-AROYTICATA·ITHNΦWNHN TICA·INECAIWEΔYTOI *P*, *om. a*, *T textum bene scripsit, nisi quod et ipse* AKOYTICATAI, *cui adiunxit litt. lat.* acutisate (*uoci τὴν superscr. τιν cf. supr.*) 21 quo *ex* quod *R* obaudiri posse ut efficiant *PTa* utaudiri posse == == efficiant *R* ut obaudiri posse efficiant *ε*.

qui meminerit dominum in euangeliis dixisse: quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, prædicate super tecta. deus namque constanti et publica prædicatione laudandus est, neque debet in commemorandis uirtutibus eius fides nostra trepidare.

19. Sed quæ tandem uox laudis eius audiri efficienda est? nempe ea, quod credentium animam posuerit in uitam, quod apostolicæ prædicationi et martyrum confessioni constantiam et perseuerantiam largitus sit confitendi, quorum discursibus orbem terræ quibusdam quasi pedibus cælestis regni prædicatio transcucurrit. in omnem enim terram exiit sonus eorum. et alibi spiritalis discursus gloriam clamans spiritus sanctus: quam speciosi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem! hæc ergo uox laudis dei prædicantium audienda præconio est, propheta testante: qui posuit animam meam ad uitam et non dedit commoueri pedes meos. non enim humanarum comminationum terriculis a cursu prædicationis suæ apostoli deflexi sunt, neque firmitas pedum insistentium a fidei gressu commota est, quin semper iudicii et æterni regni dominum prædicarent.

20. Locutus autem ex unius persona spiritus prophetiæ rem ipsam non uni tantum nomini conpetere significat. nam cum dixisset: et non dedit commoueri pedes meos, subiecit quoniam probasti nos, deus, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum. sermo itaque cœptus ex uno refertur ad plures. est namque unus spiritus, et una credentium fides est et secundum quod in gestis apostolorum est: erat credentium anima una et cor unum. atque

1 Matth. X, 27. 11 Ps. XVIII, 5. 13 Rom. X, 15. 28 Act. ap. IV, 32.

3 constanti = et (*eras.* a?) *R* 7 quod *ex* quot *R* 8 et perseuerantiam *RE om. PT* 10 pedibus *RTE* fidelib: *P* 12 clamans *R* clamat *PTE* 14 et euangelizantium, pacem *T* hae (e *supr.*) *R* 17 comminationum *Rs* commutationū *PTa* 19 a fidei gressu *RE* fidei gressus *P* fidei gressib: *T* 20 & *supr. scr. m. 1 R* aeterni regni *R* regni aeterni *PTE* 25 sicut igne examinatur *V cf. Sabatier II, 128* sicut examinatur *RPTE* 27 fides = ē & secundum (*eras. uidetur interpunctio*) *R(e)* fides secundum *PTb* apostolorum *RPE* apostolicis *T* 28 anima una *R cf. Sabatier III, 514 adn.* anima *PTE.*

ita, cum ab uno cœptum designatur in plures, unanimitas docetur in pluribus. sed quæ tandem conparationis similitudo est, examinatos eos igni, sicut examinatur argentum? et, ut arbitror, examinandi argenti illa sola ratio est, ut sordes, quæ ex prima terræ materie adhæserint, decoquantur, ut, quæ fraudulenter ex alterius metalli natura admixta fuerint, purgentur. deus itaque credentes in se non tamquam fidei eorum ignarus examinat: sed quia etiam secundum apostolum temptatio probationem adfert, examinantur credentes non ad cognitionem dei sed, ad sui probationem, ut igne purgati et admixtione uitiorum carnalium defæcati splendeant examinatæ innocentiæ claritate.

21. Temptationum autem genera et diuersas martyrum uictorias contuentes scimus, quibus modis anima ponatur in uitam, cuius contemptu desæuientibus pœnarum ingeniis a fidei gressu et testimonio non mouentur. alii enim in uinculis carcerum gloriantur, alii cæsi in uerberibus gratulantur, alii potestati inreligiosorum desecanda felicium capitum colla submittunt; plures in exstructos rogos currunt et trepidantibus pœnæ ministris ignem saltu deuotæ festinationis insiliunt; alii in profundum demergendi non in aquas necaturas, sed in refrigerium æternæ beatitudinis decidunt toto ipso se corpore deo hostiam tamquam holocausta præbentes.

22. Percurrit ergo per hæc passionum genera ex persona apostolorum, euangelistarum, martyrum propheticus sermo

1 coeptum *supr. scr. T* desinatur *R* 4 ut *supr. scr. P* 5 materie *VTb* materiae *Pe* matheriae *R* adheserint *VR* decoquantur *VRTE* de—c≡oquantur *P* 6 fraudolent̄ *P* 7 fidei eorum *om. V* 8 qui^{a} *corr. m. 1 R* 10 admixtione (adm^{i}xtione ≡ *R*) *VRPT cf. Stud. 1889 p. 322* ab admixtione *E* 11 defecati *VP* examinantes *V* 12 claritate ≡ *(eras. m?) R* claritatem *V* 14 c͝tuentes scimus (c͝tu *in ras.*, entes sci *in marg. add.*) *R* animae ponantur *V* 16 enim *om. V* carceris *V* 18 inreligiosorum *om. V* 19 rogis *V* 20 ignem *VPTE* igne *R* saltu *VRTE* saltus *ex* salus *P* 21 demergentes *V* 22 refrigeriū *ex* refriū *P* aeternum *V* decidunt *VRTE* decedunt *P* toto ipso se corpore *RE* toto ipso corpore *V* toto pro se corpore *P* toto se corpore *T* 24 ergo per haec *VTE* ꝑ ergo haec (ꝑ *supr. scr. m. 2*) *P* haec ergo ergo per haec *R* 25 euuangelistarum *R om. V.*

dicens: igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum. induxisti nos in laqueum, id est in custodiæ catenas. posuisti tribulationes in dorsum nostrum, pœnas scilicet uerberum, quibus cum apostolis Petrus gaudet et Paulus exultat. inposuisti homines super capita nostra. transiuimus per ignem et aquam. gloriosas uidelicet martyrum mortes commemorat gladii, ignis, profundi. sed qui transit per ignem et aquam, non in his aboletur, sed in aliud per illa transducitur. et quo transducatur, propheta non nescit dicens: induxisti nos in refrigerium. huius refrigerii et in loco alio meminit dicens: conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit mihi. eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrimis, pedes meos a lapsu. bene placebo domino in regione uiuentium: animam uidelicet suam in requiem beatæ illius resurrectionis hortatus, in qua post mortis istius tempus omni humanarum calamitatum labe detersa non doletur, non fletur, non peccatur, sed uiuitur. in huius igitur beatitudinis per ignem et aquam refrigerium educti sunt.

23. Et ne aut pertranseuntis aquas natatus aut transilientis ignem saltus aut introductio in refrigerium communis alicuius et terreni loci requies significari existimaretur, adiecit: introibo in domum tuam in holocaustis. holocausta sunt integra hostiarum corpora, quæ, quia tota ad ignem

12 Ps. CXIV, 7 sqq.

2 in laqueum *VPTE* in laqueum = = (laqueum *in ras. postea 2 litt. eras.*) *R* 3 posuisti nos *V* tribulationes *VR* tribulationē *PT* in dorsū nostrum *VRE* in dorso nr̄o = *P* in dorso nostro *T* 4 poenas *ex* poenus *R* cum apostolus *ex* cum apostolum *m. 1 V* 8 p ignem aqua (*sup.* a *lineol. eras.*) *P* 9 aboletur (*ex* absoletur *R*) *RTTe* dissoluitur *V* aliut (ut *in ras.*) *R* et quo *RPTE* et ubi *V* 10 nescit *RPTE* ignorat *V* 10 induxisti *V cf. Sabatier II, 128* et eduxisti *RPTE* 13 mihi *PTE* tibi (t *in ras. 3*) *R cf. infr.* CXLVI *cap.* 4 (*ubi etiam* G *praebet* mihi) 14 a lacrimis *R cf. infr. l. c. et Sabatier II, 227* de lacrimis *PTE* a lapsu *R* de lapsu *PTE* 18 et uiuitur *VRTa* 21 et = ne *R* pertranseuntes *T* pertranseuntes *RP* 23 adiecit *RPE* subiecit *T*.

sacrificii deferebantur, holocausta sunt nuncupata. per hæc igitur genera pœnarum martyres in fidei testimonium corpora sua holocausta uouerunt, ut in dei domum, id est in cælestis domicilii habitationem consummatis hostiarum suarum sacrificiis introirent.

24. Sed quid tandem in hac corporum suorum oblatione uouerunt? scilicet ut per hæc martyrii sui exempla gentes ad spem regni æterni erudirent. qui enim tum Christum prædicabant, non sibi, quibus tum erat cognitus, sed nobis, qui futuri adhuc eramus, uel quibus tum erat incognitus, prædicabant. quæ eorum prædicatio omnis posteritatis fidem ad martyrii desiderium accendit. non enim causa alia prædicabant nisi ut fidei suæ et martyrii exemplo plures martyres erudirent. quod Paulus docuit dicens: ego Paulus uinctus Iesu pro uobis gentibus. atque ob id in huius prædicationis fructu deo se uota reddere confitentur dicentes: reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea. et locutum est os meum in tribulatione mea: holocausta medullata offeram tibi cum incenso et arietibus, offeram tibi boues cum hircis. an ignorat propheta ex persona dei in spiritu se locutum: non accipiam de domo tua uitulos neque de gregibus tuis hircos et: numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? et rursum: quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis autem non delectaberis? cessat igitur opinionis nostræ error, ut hæc uouisse martyres existimemus. sed in martyriis posterum

14 Ephes. III, 1. 21 Ps. XLIX, 9. 22 Ibid. 13. 24 Ps. L, 18.

2 genera poenarum *RPE* poenarum genera *T* 3 ut in dei *RTE* ut dĩ *P* id est *RPE* *supr. scr.* *T* 7 uouerunt *RPE* uoluerunt *T* 10 adhuc *supr. scr. m. 1 R* 11 omnis *RE* omnem *PT* 13 martyr == es (*eras.* a) *R* martyras *T* quod *ex* quodquod *R* 14 Iesu *R cf. Sabatier III, 795 adn.* Christi Iesu *PTE* 17 distincxerunt *VP* 19 offeram tibi — arietibus *in marg. add. T* 20 hyrcis *R* hyrcis *ex* hyrcos *P* 21 in spiritu == == se *R* 25 holocaustis autem non *R cf. Sabatier II, 104 adn.* holocaustis non *PTE* 26 cessat *RPTα* cesset *ε* 27 martyras *corr. m. 1 R* martyras *T* martyriis *ex* martyris *P* posterum *RPT* posterorum *E*.

reddent deo quæ locuti sunt uota, ipsi quidem se primum deo uouentes et se ipsos holocausta præbentes, quia in his domum dei introibunt in passionum suarum tribulationibus Pauli uoce clamantes: quis nos separabit a caritate dei? tribulatio an angustia, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum? et: confido, quod neque mors, neque uita, neque præsentia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, quæ est in Christo Iesu. hæc ergo in tribulatione primum beatorum martyrum uota sunt, quæ in tribulationibus suis locuntur et spondent; tum deinde, ut ex nobis holocausta medullata consumment. medullata ob id, quia fides animæ et cordis officium est·resque hæc uoluntatis internæ est. cum incenso quoque arietes offeruntur. quid autem sit incensum, ita hoc eodem psalmorum libro docemur: fiat oratio mea tamquam incensum in conspectu tuo, in incenso orationes intellegendas esse significans. qui uero sub arietum nomine ostendantur, anterior psalmus ostendit, cum ait: induti sunt arietes ouium; in his enim, tamquam in principibus gregum, significat sacerdotes, quos doctrinæ apostolicæ eruditio cum orationum odore — bonus enim secundum Paulum in Christo odor sumus — ad martyrii studium prosequitur. non solum autem arietes cum incenso offerentur, sed etiam boues offerentur; id est contumacis naturæ pecora in culturam

4 Rom. VIII, 35. 6 Ibid. 38 sq. 15 Ps. CXL, 2. 18 Ps. LXIV, 14. 21 II Cor. 2, 15.

1 reddent *R* reddunt *PTE* 3 clamantes *PTE* clamantibus *R* 5 aut persecutio aut f. aut n. aut p. *T cf. Sabatier III, 626 et supr. p. 209, 2* aut persecutio aut f. an n. an p. *R* an persecutio aut f. aut n. aut. p. *Pe* 7 neque creatura alia *om. PT* 9 haec ergo in *RPTE* hec ergo sunt in *V* primum *VRPTab* prima *ed. Basil. 1550* Par. *1572* beatorum *om. V* 10 uota sunt *RPTE* uota *V* locuntur *R* loquntur *a* loquuntur *PTs* 11 tunc *V* olocausta *V* consumment *VPTE* consument *R* 13 res. quae *P* 17 significans *RTE* significat (t *in ras.*) *P* 19 in his enim *PTE* in his ergo *R* gregum *ex* grecum *P* 20 quos *om. R* apostolicae *supr. scr. m. 1 R* 21 Paulum *RTe* apostolum *Pb* 23 offerentur *VR* offeruntur *PTE* 24 offerentur *V* offeruntur *RPTE* *post* offerentur *add.* cum hircis *V* ad culturam di domantur *V*.

dei mitigantur in hoc martyrium Christi nominis doctrinis apostolicis edomita.

25. In eo autem, quod dicitur: offeram tibi boues cum hircis, uirtutem uerbi ex hebræo in græcum demutati latinus sermo non tenuit. nam quod nobiscum est: offeram tibi boues cum hircis, cum illis ita habetur: *ἀνοίσω σοι βόας μετὰ χειμάρρων. Χείμαρροι* cum græcis non proprium, sed appellatiuum nomen hircorum est et eorum maxime, qui in ipso hiemis tempore editi sint. et scriptura hoc in loco tantum *χειμάρρους* nuncupauit, ceteris autem locis *τράγως*, quos nos hircos dicimus, posuit. confirmat autem spiritalis intellegentiæ sensum aliorum consonans sibi et concors translatio, qui pro *χειμάρροις καιρίμους* transtulerunt; *καίριμοι* autem significantur, qui ex ipso tempore editi sunt; *χείμαρροι* autem, quos hiemps genuit, unde et torrentes eodem uocabulo græcitas nuncupat, quos ex nihilo in fluuios hiemps auxerit.

26. Ergo cum ait *βόας μετὰ χειμάρρων*, non de pecudibus se loqui propheticus sermo demonstrat, sed in bubus ecclesiæ se homines ostendere, in *χειμάρροις* autem eos, quos ipsa persecutionis tempestas in martyrii gloriam genuerit. scimus enim plures sacramentorum diuinorum ignaros exemplo martyrum ad martyrium cucurrisse, et extra scientiam fidei ante

1 martyr o (i *superscr.*) *P* 6 NWI *cosibo* ACMETAXCH MAPPWN chIMAPPYA ETAA APPOI *R* ANOICW COI BOAEACETA XEIAIAPPWN XEChI MARASIAAPPOI *P*, *in T omnia bene exarata sunt pronuntiatione* aniso, si, chimarri *litteris latinis superscripta. quae in RP abundant ex dittographia orta uidentur, cf. infr.; ceterum Hilarium re uera* χειμάρρων *et* χείμαρροι *scripsisse pro* χιμάρων *et* χίμαροι *etiam explicatione, quam adiungit, probatur* 9 et scriptura *PTE* inscribiturad *R* 10 chimarrus. XEIMAPPOIC *R* XEIMAPPUC *T* ubi MARRUS (*ubi in ras.*) XIALAPPYE *P* TPATWC *R* TPAGWC *P* TPAΓWC (tragos *superscr.*) *T cf. Addenda* 11 dicimus‿posuit *T* dicimus tragos posuit *RP* 13 KAIPIMOYC *T* KAIPIMOYC *R* CERALCOC KAIPIAIOYC *P cf. Rost-Palm lex. p. 1544* KAIPIMOI (kerimi *superscr.*) *T* KITIMOI *R* Caeriim IKAIPIAAOP *P* 14 editi sint *T* eruditi sunt *R* eruditi sint *VP* XEIAIAPPI *P(R)* hiemps *RP* hiems *TE* 17 XEIMAPPWN *RT* XIMPWN *P* 19 hominis *VP* i (n *superscr.*) *corr. m. 1 R* 20 in *VPT* p *postea interpos. m. 3? R* gloriam *VRT* gloria *Pb* generauerit *V*.

uiuentes, facto fidei præsentis edoctos, ipsam illam consummatæ in martyrio fidei gloriam consecutos. qualis fuit ille, qui dominum in ipsa sua damnatione confessus est dicens: memento mei, domine, cum ueneris in regnum tuum; qui mox tale martyrii huius a domino munus accepit: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. huius igitur similes apostolicæ doctrinæ eruditio deo offert cum hominibus diuturnæ frugiferæque culturæ, sub ipsa desæuientis hiemis tempestate progenitos. dicente autem deo: quo mihi multitudinem hostiarum uestrarum? plenus sum, holocausta arietum et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum nolo. quis enim hæc exquisiuit de manibus uestris? superfluum est existimare, in bubus et hircis tamquam perfecta sollemniorum uota placuisse.

27. Demutat, ut in ceteris, interiectio diapsalmæ personam atque sensum, doctrinæ tamen ordine non dissidente. postea enim quam ex persona apostolorum, euangelistarum, martyrum, prophetarum ostenderat, quibus modis anima eius posita esset in uitam, id est per passionum pœnas atque mortis, per quas in locum beatitudinis transisset reddens in holocaustis deo uota, post hunc ergo sermonem, quem omnem ad deum habuerat, eos nunc, quos ad holocaustorum sollemnia erudierat, adfatur dicens: uenite et audite, et enarrabo uobis, omnes, qui timetis deum. aduocat non incertos neque ad incerta. nam qui sint, quos aduocet, docet: omnes, qui timetis deum; inreligiosis enim neque adeundi neque

3 Luc. XXIII, 42 sq. 9 Esai. I, 11 sq.

1 factos *R* praesentis (s *in ras.*) *R* praesentes *T* p̄sentali (ter *supra*) *P* ipsam (et *supra*) *P* 3 *inter* sua *et* damnatione *10—12 litt.* (confessione?) *eras. R* 4 mei *supr. scr. T* 6 paradiso *V* paradyso *RPT* 7 similis *P* 9 dicenti *RT* 11 adipe *P* 14 perfecta *post* sollemniorum *supr. scr. R* 16 demutat *RP* demutauit *T* diabpsalme *P* 17 sen=sum *R* postea enim *VT* postea enim (stea *in ras.*) *R* postea eni̅ (eni̅ *in ras.*) *P* 19 profetarum *VRP* propheta *T* 20 in uitam *RT* in uita *P* mortis *PT* mortes (e *supra*) *RE* 24 uenite audite *R* et narrabo *RP (corr. m. 1)* 26 sint *supr. scr. m. 1 P.*

audiendi uoluntas est. dehinc, quid enarraturus sit, significat: quanta fecit animæ meæ. hanc enim posuit in uitam, hanc in refrigerium induxit, hæc in holocaustis domum dei introibit.

28. Sed ut hæc animæ fierent, ex causis meruit, ut fierent. quibus uero causis meruit, dicit: ad ipsum clamaui ore meo. meruit ergo bona animæ, quia ad eum ore clamauit. sed clamor oris plerumque mendax est, et non semper uerborum sonus adfectum mentis nuntiat. sequi ergo clamorem oris debet et sensus: et secutus est. nam propheta conexuit: et exaltaui sub lingua mea: non in lingua, sed sub lingua, in occultis scilicet linguæ et quodam intra se tacitæ uoluntatis eloquio. quod idipsum in euangeliis domino placuit dicenti: intra in cubiculum tuum et claude ostium tuum et ora: et pater tuus, qui uidet in absconso, reddet tibi. ergo nunc, qui ore clamatus est, exaltatur sub lingua deus.

29. Sed qui sub lingua exaltatur, omni cordis puritate uenerandus est; nec sufficit non egisse aliquid impium, si mente cogitatur impietas. ab eo autem, qui sub lingua exaltet deum, hanc impietatis cogitationem abesse oportere propheta docuit dicens: iniustitiam si conspexi in corde meo, non exaudiat deus. propterea exaudiuit me deus, intendit uoci orationis meæ. iniquitatem non modo re non effecit, sed nec corde conspexit. uel certe iniquitatem non conspexit in corde, nullum scilicet uitium iniquæ suæ uoluntatis

14 Matth. VI, 6.

1 dehinc — significat *om.* *R* 2 $\overset{me}{\text{ae}}$ *V* hanc enim posuit *RPT* hanc enim animam posuit *V* 3 hanc in *RV²PT* in *V¹* olocaustis *V* 4 introibit (*ex* introibot *m. 1 R*) *RPT* introiuit *V* 6 dicit *R* edicit *PTE* 7 animae *RPTE* anima *V* quia *RT* $\overset{a}{\text{qui}}$ *P* quae *V* ad eum *RPT* ad dm̄ *V* 8 clamor oris *PTE* clamor horum *R* 9 nuntiat *R* enuntiat *PT* 12 tacite *R* 13 in euuangeliis *R* 14 clude *T* hostium *P* 20 exaltent *P* 21 habeē oportere *R* 23 exaudiat *VRPTb* exaudiet *e* $\overset{m}{\text{intendit}}$ *VP¹T cf. Sabatier II, 129* et intendit (*ex* intendet *R*) *RP²E* 24 re *RP¹TE* $\overset{o}{\text{re}}$ *P²* 25 efficit *R¹* 26 in corde suo *V*.

in corde suo contuens: et ob id dignus audiri. in uitam enim eius anima posita est pedesque eius non commoti sunt et in refrigerium inductus est et domum dei introibit et, quæ distinxerat labiis, uota persoluuit deo, honoris et gloriæ confessione subnixus dicens: benedictus deus, qui non amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me, laudem dei cœptam in exordio psalmi in fine confessus, cui gloria est in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXVI.

In finem hymnus psalmus cantici.

Deus misereatur nobis et benedicat nos: inluminet uultum suum super nos et misereatur nobis et reliqua.

1. Psalmus breuis est et euangelica prædicatione absolutus. nam et in finem est et psalmus cantici est, per quod confessio per scientiam gerendorum et per doctrinam proficientia gesta cantantur. et principium eius, unde oportuit, sumptum est. est autem omnis in eo sermo uel prophetarum uel apostolorum, quorum alii uenturum in corpore unigenitum deum, alii uenisse docuerunt, sancto spiritu inluminati et honore gloriæ cælestis expleti. oratio ergo eorum in psalmi exordio esse noscenda est.

2. Deus misereatur nobis et benedicat nos: inluminet uultum suum super nos et misereatur

1 in uitam *PTE* in uita *VR sed cf. supr. p. 267, 20 et 268, 2* 2 enim *RT supr. scr. m. 1 P om. V* pedesque *RPT* pedes *V* 3 introiuit *h. l. VR* 4 distincxerat *V* distinxer^{at} *P* 5 dicens *RT* ait *in ras. P* mouit *V* 8 amen *om. V* Explicit psalmus LXV incipit psalmus LXVI feliciter *V* Explicit psalmus LXV incipit psalmus LXVI *R* Finit psalmus LXV incipit psalm̄ LXVI *P* Expl. de LXV incip. de LXVI *T* 10 in finem hymnus — misereatur nobis *om. V* psalmus cantici Dauid *E* 14 et euuangelica *R* euangelica *T* 15 in fine *VRP* 16 proficientiam *V* 17 et principium *ex* primum et principium *m. 2 V* unde *add. m. 2 V* 18 est autem ōnis *ex* est autem un ōnis *corr. m. 1 V* sermo = = uel *P* sermo uel *ex* sermo uel uel *m. 2 V* 19 uel apostolorum quorum *sup. lin. a m. 2 V* 20 illuminati *TE* et honor^{e} *R* 21 in psalmi exordio *ex* in psalmi in exordio *corr. m. 1 V*.

nobis. secundum doctrinæ ordinem primum misericordia dei poscitur. ex copia enim bonitatis suæ misericordiam in peccatorum remissione largitur; et peccatorum remissio non probitatis est meritum, sed spontaneæ indulgentiæ uoluntas ex bonitatis diuitiis ad miserandi munus exuberans. ergo, qui misericors est, ut benedicat, oratur. et benedictionis quidem fructum iam in exordio formati hominis cognouimus, cum talis ad Adam tum adhuc peccati nescium sermo est: crescite et multiplicamini et replete terram et dominamini eius. ista quidem quamuis corporaliter tantum dicta plerique arbitrentur, tamen spiritali doctrina eruditis plus de se uirtutis præbuerunt. hæc enim benedictio non creationes tantum corporalium successionum Adæ largita est. quamuis enim fecundæ eius soboles futuræ essent, tamen terram inplere non poterant; quæ pro copia hominum licet habitetur, non tamen adinpletur. uerum terram corporis nostri inpleri doctrinis spiritalibus uoluit et multiplicari et crescere scientia dei. per Adam enim atque in ipso Adam, qui primus opus dei fuerat, oportuerat cognitionem dei inchoari: sed eo peccatis coinquinato benedictionis istius fructum prophetæ sibi atque apostoli deprecantur. quem beatus apostolus consecutus ita de se gloriatur: benedictus deus, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo. hi ergo crescunt, multiplicantur, replentur, qui

8 Gen. I, 28. 22 Ephes. I, 3.

1 misaericordia *R* 2 misericordia *R* in peccatorum remissionē *e* 3 largitur — remissio *om. R* *post* remissio *litteras repetitas* ne largitur remissio *del. m. 2 V* 4 ex bonitatis in miserandum munus *V* 10 dicta *ex* dictor *corr. m. 1 V* dicta *ante* tantum *supr. scr. m. 1 R* 11 eruditus *R* 12 non creationes *sup. lin. a m. 2 V cf. Stud. 1889 p. 321* non creationis *E* congregationes *R* concreationis *PT* 14 fecundiae *V* secundae *R* sobolis *R* futura esset *V* terram et inplere *ex* terra est inplere *corr. m. 2 V* 15 non tamen et ĭpletur *VPT* 16 inpleri doctrinis *sup. lin. a m. 2 V* 17 spiritalus *V* scientiam *V* 18 adque *VR* 19 incoari *R* inchoare *V* 20 quo inquinato *R* profetae *R* profeta *ex* probfeta *corr. m. 1 V* 21 depraecantur *V* quē *e* quae *VRPT* baeatus *(sic) add. m. 2 V* 22 in omnibus *V* 24 hii *RT*.

in Christo cælestes sunt; et benedicti sunt, qui spiritali benedictione in cælestibus benedicuntur. et uideamus, an benedictionis istius fructum præsens psalmi oratio deprecetur.

3. Post misericordiam enim et benedictionem id sequitur: inluminet uultum suum super nos et misereatur nobis. benedictione dei opus est, ut nos uultus eius inluminet, ut tenebrosa corda nostra cognitionis suæ lumen inradiet, ut maiestatis suæ spiritus lucem obscuratis intellegentiæ nostræ sensibus tribuat et gloriari deinceps liceat, dicentes: designatum est super nos lumen uultus tui domine. hanc autem inluminationem uultus sui super nos misericordia ipsius, quæ in peccati remissione in nobis est cœpta, largitur. in quem autem profectum inluminationem uultus dei super se precentur, sermo consequens docet.

4. Ut cognoscamus in terra uiam tuam et in omnibus gentibus salutare tuum. interiectio diapsalmi, etsi conuersionem personæ adtulit, sensum tamen non demutauit. nunc enim ad eum sermo est, qui nunc usque fuerat in uotis. quod autem in latinis libris ita scribitur: ut cognoscamus in terra uiam tuam, in græcis ita est: *τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου.* inter *γνῶναι* et cognoscamus id

9 Ps. IV, 7.

1 in ^in^ xp̄o (in *in principio uersus supr. scr. m. 2) V* *post* Christo *nonn. litterae erasae P* benedicti *ex* bonedicti *m. 2 V* 2 et uideamus *ex* et bene uideamus *m. 2 V* 3 fructus *V* praesentis *PE* ratio *R* 4 misericordiam enim et *om. V* 6 benedictione *ex* benedictionem *R* 7 irradiet *PTE* irradiet *ex* irradiat *m. 1 R* 8 obscuratis *ex* obscuricatis (?) *R* obscuritatis *e* 12 in peccati remissionem *V* in peccatis remissionem *P* in nos *V* ē *in ras. P* et *V* 13 *post* super se *3—4 litt.* (sup?) *eras. R* 14 praecentur *V* p̄cetur *R* docet.diapsalma.ut cognoscamus *PTE* 15 in omnibus (*om.* et) *RPb* 17 personae non attulit (adtulit *P*[1]) *Pb* p̄sonae ^sensus^ non attulit *T* sensū ^psonā^ *T* tamen demutauit *PTab* 18 ad dm̄ sermo est *V* sermo est ad eum *E* fuerat *ex* fuerit *m. 1 R* 19 au꞉ *supr. scr. P* ista *V* 20 TOY YNωNAI ЄNTIY·HTHNOΔONCOY·INTЄRTNONЄNωNAI *P* TOY GNωNAI CHTHẎN NOAONCAY· inter ĩgno & NAω̃NAẎ *R om. Va, in T omnia bene sunt scripta (praeter* ΓNONAI), *post alterum* ΓNONAI *spatium 4—5 litt. uacuum; superscripta est pronuntiatio* gnone en ti gi tin odon su.

differt, quod sine personæ definitione est γνῶναι, *cognoscamus* autem ipsos eos, qui hæc locuntur, ostendit. ergo secundum ueram illam græcitatis translationem inluminari se dei uultu ob id deprecantur, ut cognita fiat in terra dei uia, quæ est doctrina uitæ religiosæ. per eam enim ad deum pergitur. religiosæ autem uiæ doctrina Christus est, quam se esse in euangeliis ostendit dicens: *ego sum ueritas, uia, uita* et rursum: *nemo ad patrem uadit, nisi per me.* et hunc esse uiam, ipse ille conexus sibi psalmi sermo testatur. quæ *in terra*, id est uel ex terra ortis uel terram inhabitantibus cognoscibilis et nota præstanda est. *ut cognoscamus in terra uiam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.* Iesum salutarem dici ipse ille proprietatis sermo loquitur. nam quod nobiscum *salutare* est, id apud Hebræum Iesus est. confirmat autem istud angelus ad Ioseph de Maria loquens: *pariet autem filium, et uocabis nomen eius Iesum: quia ipse saluum faciet populum suum a peccatis.* Iesum itaque ostendit angelus idcirco, quia salutaris esset populo, nuncupandum. tantæ ergo prædicationi se inpares esse, nisi inluminentur, ostendunt, nisi quodam uultus domini splendore lucescant. sunt enim et ipsi secundum euangelium *lumen mundi* — dominus autem ipse lux uera est — a luce inluminati, ut lumen essent apostoli et prophetæ. ceterum superfluum est ideo inluminari se uelle, ut cognoscant ea, de quibus quasi cognitis prædicabant.

7 Ioh. XIV, 6. 8 Ibid. 16 Matth. I, 21. 22 Matth. V, 14.

1 psone *supr. scr. m. 1 R* TNANAI *V* TNONENWNAI *P* GNONETNONAI *R* 2 autem *om. V* loquuntur *PTE* 3 sed uultu *V* 4 praecatur *V* dī ui == a *P* 5 doctrinae *V* ad dm̄ *V* ad eum *RPT cf. Acad. p. 31* 6 religiosae autem uitae *Ve* religiosae uiae autem *PT* in euuangeliis *R* in euuangelio *V* 7 uia *add. m. 2 V* et uita *E* 9 esse iam *V* connexus *PTE* 10 id est quae ex (*in* ras. *3*) terra *R* ortis ex hortis *P* mortis *V* 11 et nota (not *in ras.*) *R* et ne *P om. V* quae in terra — et nota praestanda est *om. T spatio uac. relicto* 13 salutare *T* salutare ac salutarē *e* illi *V* 14 hebreum *VRT* 15 iosef *V* 17 a peccatis eorum *e* 19 ē & populo *R* 20 esse *ex* esse se *R* ostendit *V* 22 euuangelium *VR* 23 ea luce *T* inluminat *P* illuminati s̄ *T* profetae *VR* 24 est dō *V* 25 cognitis *ex* cognotis *m. 1 R.*

5. Hanc autem omnem propheticam atque apostolicam doctrinam necesse est confessio populorum et remissorum peccatorum lætitia consequantur: neque solum peccatorum remissorum, sed quod eum, qui peccata remiserit, æquitatis futurum iudicem sciant, quod per eum in uiam uitæ omnes gentes terram inhabitantes dirigantur relicto idolorum errore ad cognitionem dei eruditæ. idcirco hæc secuntur: confiteantur tibi populi, deus, confiteantur tibi populi omnes. lætentur et exultent gentes, quoniam iudicabis populos in æquitate et gentes in terram diriges. cum confitentur populi, designari uidentur ex tribubus duodecim uel credentes uel credituri. cum confitentur populi omnes, exceptio nulla fit gentium. cum lætantur et exultant gentes, quoniam iudicabit populos in æquitate et gentes in terram diriget, causa lætitiæ ex spe iudicii æterni et directarum in uiam uitæ gentium prædicatur.

6. Interiectio diapsalmi uidetur hic nihil innouasse, cum præsertim sub isdem uerbis sensus iteratus sit: confiteantur tibi populi, deus, confiteantur tibi populi omnes. sed cum adicitur: terra dedit fructum suum, intellegitur non ex nihilo eorumdem uerborum facta esse repetitio, si tamen idipsum sub isdem uerbis significatum intellegere debeamus. inuenimus enim confessionem duplici ratione esse tractandam: esse unam confessorum peccatorum, ubi in deserto Iordanis confitebantur peccata sua; esse aliam laudationis dei,

1 profetiam adque *V* 2 remissio populorum *V* *qui postea om.* et remissorum peccatorum ǎ remissorum peccatorum *P* et ::: remissio peccatorum (*eras.* in?) *R* 3 consequatur *VPTE* 4 eum *ex* eorū *m. 2 V* 5 in uia *R* inhabitantes *ex* habitantes *P* 6 relictorū *V* in cognitionem *V* 7 id seq̄tur *V* 8 dš *RP* dī *V* 9 indicas *PT*[1]*e* 10 in terram *VRe cf. Sabatier II, 130* in terra *PTb* dirigis *T*[1]*e* 11 ex tribus *VR* uel credentes *R* 13 exultent *P* 14 in terra *T* 15 et spe *V* directarum (ec *in ras.*) *P* rectarum *V* 17 hinc nihil *P* 18 isdem *RP* hisdem *VTα* itenatus *V*[1] 20 icitur *R* 22 isdem *R* hisdem *VT* 23 esse tractandam (am *ex* ū *corr. m. 2*) *V* tractandam esse *PTE* 24 ēē unam *R* unam *PTE* confessionē (*sed* ionē *in ras. 3*) *R* (b) *cf. Acad. p. 59* 25 esse *om. V* aliam *ex* ueliam *m. 2 V cf. Acad. p. 15.*

ubi dominus loquitur ad patrem: confitebor tibi, domine pater, domine cælorum et terræ, quoniam abscondisti hæc a sapientibus et reuelasti ea paruulis. prima ergo illa et superior confessio peccatorum esse credenda est, maxime quæ prædicationi propheticæ atque apostolicæ conectitur; sequens hæc laudationis dei intellegenda est populorum, deinde omnium, id est gentium uniuersarum, et ob id, quia terra fructum suum dederit.

7. Sed quærendum est, quem fructum terra dederit, ob quem populi omnes deum laudent. causa quidem deo debitæ laudationis æterna est, quod corporales hos et nobis necessarios fructus terra suppeditet: sed terræ non sunt. aut enim nostri sunt, quibus præbentur, aut dei sunt, per quem ministrantur. requiramus ergo, quos fructus terra habuerit et amiserit. per id autem, quod amisit, ostendemus habuisse. Adæ terram meminimus post peccatum datarum sibi benedictionum honore fuisse spoliatam. ipsi enim dictum est: quoniam terra es, et in terram ibis. ergo quia terra est, hac post peccatum maledictione damnatur: maledicta terra in operibus tuis, in doloribus edes eam omnibus diebus uitæ tuæ, spinas et tribulos generabit tibi. terræ elementum extra crimen fuit: caret ergo maledictione, quod carebat et crimine. uerum hic Adæ terra, quæ per inlecebram cibi erat criminosa, maledicitur. hæc ergo ab eo omnibus præsentis uitæ mæroribus consumitur et ægritudinum doloribus

1 Matth. XI, 25; Luc. X, 21. 17 Gen. III, 19. 19 Ibid. 17 sq.

1 confite==or *P* confiteor *TE* dñe pater dñe caelorum *V* domine pater caelorum *R* dñe pat̃ == == celi *P* pater domine caeli *T cf. Abh. IV p. 82* 3 paruolis *V* 4 primo *VP* 5 maximaeq *R* praedicat(i)one *R* profeticae adque *VR* connectitur *TE* 7 ėṫ ob id *R* 8 terrae *V* 9 est *om. V* 11 corporalis *PT*[1] 14 et ergo *P* terra et habuerit *b* et amiserit — quod *add. m. 2 V* 15 et amiserit *V* ostendimus *PT* ostenditur *e* terra *P* ternam *V* 16 *post* meminimus *supr. scr.* enĩ *R* 17 spoliatum (u *in ras.*) *R* ipsi *ex* ipse *m. 2 V* terras (e) *corr. m. 2 V* 18 ibus *V* hac == == post *R* haec post *VP* 22 quod non carebat *V* 23 terra = *R* (*fortasse legendum* terrae).

editur omnibus, spinis et tribulis uitiorum et cupiditatum aculeis conpuncta. omnis ergo terreno Adæ similis hos maledictos fructus terræ suæ reddit. ceterum qui iam cælesti Adæ configuratur, habet innocentem terræ suæ fructum, primum dei cognitione locupletem, dehinc castitatis, iustitiæ, misericordiæ *operibus* gloriosum, uetere homine cum uitiis et concupiscentiis *eius* exuto. ob id ergo deo est reddenda confessio, quod terra fructum suum dederit. suum: quia eum Adam cum habuisset, amiserat. dedit ergo, quod suum est, id est fructum, qui ei in cognitione dei est, exhibuit in ipso illo primum domino nostro, qui terrenum corpus adsumpsit nihil peccans.

8. Ob quæ demonstranda et docenda rursum benedictionis dei munus oratur, cum dicitur: benedicat nos deus. ac ne de incerto et incognito deo sperari benedictio existimaretur, adiectum est: deus noster: patriarcharum scilicet et prophetarum et apostolis ipsis tamquam successionis hereditate iam proprius; in quibus fructum suum dedit terra, continentiæ et fidei et iustitiæ et misericordiæ, quin etiam inter ipsos sæuissimarum persecutionum cruciatus atque mortes ipso iam diuini nominis deuota martyrio.

9. Repetitur deinde benedictionis oratio, cum dicitur: benedicat nos deus. non ex nihilo iterantur hæc uota, sed ut per benedictionem dei augescente doctrina deum omnes terræ fines timeant. ait enim: et metuant eum omnes fines terræ. metuant ergo omnes fines terræ deum, sed deum nostrum, sed deum benedicentem. non est minimum officium fidei metus. nam inter præcipua spiritalium gratiarum dona

1 in spinis *VPTE* tribolis *V* 2 ōnes *V* ae (dae) similes *V* 3 quia iā *P* 6 gloriosam *VR* concupiscentis exuto *V* 7 est *om. PT* 9 fructuum *V* ei et in cognitione *E* ei cognitionem *V* 10 nostro *om. PT* 13 nos dš dš ñr *P* 14 et *ex* te *m. 2 V* 15 noster *ex* nostes *V*[1] patriarcarum *V* 16 haereditatē *R* 17 iam proximis *R* terrae *R* continentiae fidei *PT* 18 misaericordiae *R* 19 adque *VR* mortis *V* 20 diuini *ex* diuino *VP* 21 repetitus *V* cum *ex* nē *m. 2 V* 22 iterantur *ex* iteratur *P*[a] 23 per *om. R, supr. add. P* doctrina deum (m *partim i. ras. 3) R* doctrina dī (: non alienum) *P* 25 dm̄ sed dm̄ nr̄m *P*.

numeratur, cum dicitur per Esaiam: et repleuit eum spiritus timoris dei. et per Salomonem: initium sapientiæ timor domini est. beatus, cui prouenerit timere non ex naturæ humanæ trepidatione, sed ex cognitione rationis. qui enim ex infirmitate in rebus trepidis metuit, hic in secundis rebus rursum ex naturæ uitio insolescit. at qui ex scientia timet, semper timet neque minus secunda quam aduersa formidat. sumit igitur originem sapientia ex timore res utiles ac probabiles exequendo, quæ propriæ peculiaresque sapientiæ sunt. hunc ergo dei timorem omnibus terræ finibus propheta optat, ut nulla gens terram incolens extra metum eius sit, apostolo uoti ipsius summam explicante, cum dicit: et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXVII.

In finem psalmus cantici Dauid.

Exurgat deus, et dispargantur inimici eius et reliqua.

1. Psalmus non a Dauid, sed illi Dauid in finem præscribitur. deinde non canticum psalmi, sed psalmus est cantici, ut in eo cognitionis et scientiæ propheticæ enuntiatio doceretur. est autem ipse totus sacramentis legis euangeliorumque contextus magnaque et ex præteritis et ex futuris

1 Esai. XI, 3. 2 Prov. I, 7. 12 Phil. II, 11.

1 numeratur *supr. scr. m. 1 R* numerantur *V* eseiam *V* esaiam *ex* eseiam R^{1} isaiam *T* replebit *T* spiritu *R* 2 solomonem *V* 3 timor non ex *V* 5 in saecundis *R* 6 naturae *ex* natura *m. 2 V* ad qui *VR* 7 *inter* timet *et* semper *m. 2 V sup. lin. add.* et 8 sapientiae *PT* 12 istius *VP* summa *P* Explicit psalmus LXVI incipit plalmus LXVII feliciter *V* Finit psalmus LXVI incipit psalmus LXVII *RP* Expl. de psalmo LXVI incip. de LXVII *T* 16 in fine *V*, *in R h. l. superscriptio deest* 17 dispargantur *V cf. Sabatier II, 130* dissipentur *R* 19 a *postea eras. R* ad *V* sed — Dauid *om. V* in fine *VRP* 20 psalmum *V* 21 cantici *ex* canticio V^{1} profeticae *VR* enunciatio *RT* 22 ipse totus (totus *ex* tutus *R*) *Re* totus ipse *ex* totus ipse totus ipse *corr. m. 2 V* totus ipse *PTb* euuangeliorumque *VR* 23 magnaq. ex *V* ^{et}ex futuris *R*.

allegoricorum dictorum interpretatione confertus: qui et legis latæ in se doctrinam contineat et adsumptæ a domino carnis adferat notionem et impietatem populi anterioris exprobret et futuræ cognitionis nostræ fidem nuntiet et domini super cælos conplectatur ascensum et futuri regni eius gloriam conprehendat. initium autem ex eo sumpsit prophetia, in quo salutis nostræ consistit effectus. cœpit enim ita:

2. Exurgat deus, et dispargantur inimici eius et fugiant odientes eum a facie eius. sermo uotorum est non ex incerto poscentis, sed ex cognitione scientiaque sperantis; resurrectionis enim nunc in deo tempus optatur, cum de peccato peccatum in carne condemnans potestates huius mundi ostentui fecit cum fiducia triumphatis his in semetipso. uenit enim mundum uincere et principem mundi cum peccati lege configere et decretum mortis peccati remissione delere. hanc igitur propheta fugam horum inimicorum eius expectat. neque enim resurgentis ex mortuis occursum eius potuit hæc odientium eum turba dæmonum perferre, cum ad primam apostolicæ fidei post subiectas his spiritales nequitias potestatem cecidisse de cælo satanan modo sit fulguris prædicatum et princeps mundi in passione sit iudicatus. sed fugientes a facie dei trepidationem suam quidem, dum fugiunt, ostendunt, euadere tamen faciem dei, quamquam fugiant, non possunt. nam et

12 Coloss. II, 15. 19 Luc. X, 18.

1 alligoricorum *V* dictorum *ex* doctorum *R* interpraetatione *VR* datae *V* 2 doctrinae *V* 3 exprobret *ex* exprobiret *m. 2 V* 4 conplectetur *R* 5 gloria *V* conpraehendat *VR* 6 propheta (profeta *V*) *VPTE* 7 constitit *P* ita *om. PT* 8 disparguntur *V* dissipentur (pe *in ras. m. 3, antea eras.* p *R*) *RPTE* 10 scientiaque *ex* scientiaeque *m. 2 V* sperantis resurrectionis *ex* sperantisque surrectionis *m. 2 V* 12 potestatis *VP* ostentui *ex* ostentus *m. 2 V* 13 fiducia *ex* fiduciam *m. 2 V* triumfatis *VR* triūphantis *P* his *om. PT* in semet etipso *V* uenit *ex* ueniet *m. 2 V* 15 decretum *add. m. 2 V* remissionem *V* 17 resurgētes *VP* occursus *V* odio habentiū eū *PT* 18 daemonium turba *V* p≡≡≡ferre (fer *supra*) (*eras.* rae?) *R* perre *corr. m. 2 V* ferre *PTb* primum *V* fidei doctrinam post *T* fidei uocem post *e* 19 subiectas *ex* subiectis *m. 1 R* spiritalis nequitiae *PTe* potestates *Te* caecidisse *V* 20 satanam *TE* fulgoris *RP* praedicatum *ex* praedicatus *m. 2 V.*

trepidationem earundem nequitiarum spiritalium psalmo anteriore declarat dicens: misit sagittas suas et dissipauit eos; et fulgura multiplicauit et conturbauit eos. conturbantur itaque et fugiunt dissipati. uerum dei uultus non effugiunt potestatem secundum illud: ascendit fumus in ira eius, et ignis a facie eius exardescit, carbones succensi sunt ab eo. horum itaque inimicorum fugam hæc et interitus et iudicii pœna consequitur.

3. Et sane idem nunc, ut in anteriore psalmo, prophetiæ ordo distinguitur. sequitur enim: sicut deficit fumus, deficiant; sicut liquescit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. fumus cum emerserit, licet globosus et crassus, tamen paulatim ita deficit aboleturque, ne extet, sicut in conspectu ignis cera sic liquescit, ut non sit; fumo quidem in inane per leuitatem sui tenuitatemque dilapso, cera autem ui et calore ignis absumpta, quia infirmis ipsa per sese naturæ potioris diripiatur ardore; quem in modum omnis iniquorum potestas a facie dei, id est dei iudicio deliquescit.

4. Et hunc peccatorum a dei facie interitum necesse est ut iustorum lætitia consequatur. nam et continuo subiectum est: et iusti lætentur in lætitia. æqua enim iudicii cælestis et iusta moderatio est ut peccatores morte conficere, ita et iustos lætitia munerari. idipsum autem ad ostentandum iudicii examen est consecutum: exultent in conspectu dei, epulentur in lætitia. mundo enim corde, secundum euangelicæ benedictionis merita, conspectu dei digni sunt.

2 Ps. XVII, 15. 5 Ibid. 9.

1 earundem *ex* eorundem *m. 1 R* 3 fulgora *P* multiplicauit *om. V* et conturbat eos *V* conturbantur *ex* conturbantur eos *m. 2 V* 4 et fugiunt *ex* eos et fugiunt *m. 2 V* 6 exardescet *TE* 9 idem *ex* idemet *m. 2 V* ut *VRPT* qui *E* profetiae *VR* 10 defecit *V* 11 liquefit *PTE* pereant *ex* pereant si *m. 2 V* 12 cum *add. m. 2 V* cū (ū *i. ras. m. 3*) *R* (*item litt.* emer *in* emerserit *i. ras. m. 3 R*) 13 deficit *ex* defecit *R*[1] aboliturqui *V* 14 caera *V* 15 in inane *coni. Bened. in adn.* inane *V* in igne *RPTE* dilabso *V* 16 ip=sa *R* ipsa *ex* ipse *V* 17 potioris *ex* potiuris *R* 18 inimicorum potestas *R* (*deprauatum ex* inicorum *cf. Acad. p. 31*) a dei iudicio *V* 19 a facie dei *E* 21 in *om. RPTE* 23 ad ostendendum *PTE* 25 aepulentur *VP* 26 euuangelicae *VR*.

uerum lætari in lætitia significationis est altioris, causam scilicet perfectæ lætitiæ ostendens. plerique enim in his, quæ sibi sunt nocitura, lætantur, ut gaudet lasciuus in scortis, ut fur lætatur in furtis, ut unumquemque pro uitiis suis ea, quæ exercet, oblectant. uerum qui in lætitia lætatur, causam lætitiæ ex ipsius lætitiæ honesta utilique ueritate suscepit. et idcirco in lætitia lætantur, quia in conspectu dei exultabunt; eam ueræ exultationis docens esse lætitiam, quæ conspectus dei iucunditate perfecta sit. exultationis autem huius atque epulantium gaudia, ex quibus est lætitia iusto, sanctus Moyses in diuina illa Deuteronomii cantione ita meminit dicens: iucundamini cæli simul cum eo, et adorent eum omnes angeli dei. iucundamini gentes cum populo eius, et confortent eos omnes filii dei. in hac itaque lætitia lætabuntur et iusti cælesti gaudio unanimes, exultationis diuinæ societate lætantes.

5. Et ad huius nos temporis gratulationem sub fidei euangelicæ confessione nunc propheta aduocat dicens: cantate deo, psallite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum. dominus nomen est illi: et exultate in conspectu eius. adhortatio omnis licet multum ad quendam pulsum et uoluntatis nostræ proficiat et mentis, cum ad aliquid optandum agendumque conciliante ea uel iniciente deducimur, tamen, si maxime adhortationis ipsius

11 Deut. XXXII, 43 (LXX).

1 est interioris *PT* causa *V* 3 nocetura *P*[1] et gaudet *V* fur — furtis ut *sup. lin. add. m. 2 V* 4 ut *ante* unumquemque *om. R* exercent *P* 5 oblaectant *V* oblectat *R* in laetitia — ex ipsius *in marg. super. add. m. 2 V* 6 suscipit *P*[2]*TE* et idcirco ait in *TE* 7 laetentur *Ta* exultabant *V* 8 uere *ex* uerte *m. 1 V* 9 iocunditate *PT* adque *VR* aepulantium *VRT* 10 gaudii *T* iustorum *V* iusta *a* moyses *ex* marses *m. 2 V* est in *V* 11 iocundamini *PT* 14 fili *V* 15 laetantur *R* unamimes *ex* unamines *m. 2 V* un = animes *P* exultationis *ex* exultationes *m. 1 R* 17 et ad cuius *VRP* ad cuius *E fort. recte* 19 iter *ex* alrinter *m. 2 V* 22 impulsum *e* 23 ad *om. e* optandumque (*om.* agendum) *V* conciliante ea *R* conciliantem *V* conciliante casu *PTE* 24 si maximae ad adhortationem ipsius *R*.

causa proposita sit, iam ratione animus ac uia tamquam certissimo duce nititur. ut nunc propheta nos ad cantandum deo psallendumque nomini eius hortatus, ne quid forte ambiguitatis relinqueret, et cui deo et cuius nomini psallendum esset, ostendit, ut iam non adhortatio adhibita, sed cognitio percepta in dei nos exultatione et cantico conlocaret.

6. Psallendum itaque ei iterque eius parandum est, qui ascendit super occasum. occasu autem uniuersa, quæ ueniunt in uitam, intelleguntur aboleri. abolitio autem omnium occidentium secundum humanam communemque opinionem existimatur in morte. ei ergo psallendum eiusque iter nobis est præparandum, qui occasum mortis ascenderit, id est, qui occasum omnem occasu ipso non detentus excesserit. huic autem nomen est dominus, qui se ex forma dei exinaniens et formam serui suscipiens obœdientem se usque ad mortem crucis egit. propter quod eum exaltauit deus nomenque ei super omne nomen donauit, ut in eius nomine genu cælestia et terrestria flecterent et inferna, linguaque omnis confiteretur dominum Iesum in gloria dei patris. ascendit ergo super occasum, cui nomen est dominus, idque, quo occidunt uniuersa, transgrediens legem mortis ex mortuis æternus egressus est. huic itaque iter parandum est secundum illud: parate uias domini, rectas facite semitas eius. omnis uallis inplebitur et omnis collis humiliabitur, ut parato

16 Phil. II, 9 sq. 23 Esai. XL, 3 sq.; Luc. III, 4.

1 propositae *V* sit iã *supr. scr. m. 1 R* ac uia *R* (h *supr.*) 3 eius *supr. scr. m. 1 R* 4 cui dõ (*om.* et) *V* estet *V* 5 adhibita sed cognitio per *sup. lin. add. m. 2 V* praecepta *e* 6 conlocare *V* 7 ei *in ras. R* 8 occasum autem *V* 9 in uita *V* intelligantur *R* oboleri *V* aboletio *V* omnium *om. V* 10 occidentũ *P* secundum *om. V* 11 psallendum = *R* 12 ascenderit *ex* ascendit *m. 2 V* 14 dñs *VR*[1]*T* dño *R*[2]*P* 15 oboedientiam (entiam *in ras.*) *P* se *om. RPT* usque ad *ex* usque in *m. 2 V* 17 iusper (e *supr.*) *V* omne *supr. scr. m. 1 R* 18 ac terrestria *PTE* 19 confitetur *R* confiteatur *PTb* 20 in glam *PT*[1] ergo *add. m. 2 V* 21 dñs *VT* dominus *ex* domino *m. 1 R* domino *PE* itaque *V* 22 lege *V* aegressus *V*[1] 23 iter *ex* inter *m. 2 V* 25 replebitur *PT* ut *om. VRPE* parato *ex* paratio *R*.

itinere in nobis, id est uitiorum infidelitatisque nostræ uel conpressis tumoribus uel eleuata humilitate terrenæ labis, initurus correctis æquatisque uitæ semitis in corda nostra descendat. in huius itaque conspectu exultabimus, cui iter exæquatis et insolentiæ tumoribus et libidinum uoraginibus sit parandum, et in quo nos resurgentes ex mortuis contuebimur. super occasum enim nostræ mortis ascendens uitam nobis ex mortuis in se resurgente quæsiuit. hæc illa apostolorum est lætitia, cum eum post resurrectionem contemplantes contrectantesque uiderunt.

7. Sed hanc sanctorum lætitiam trepidatio eorum, quos cum mundo uicit, insequitur; id enim ait: turbabuntur a facie eius, patris orphanorum et iudicis uiduarum. causam turbationis hanc docuit, quod pater orphanorum sit iudexque uiduarum — a facie enim patris orphanorum uiduarumque iudicis fugient — non relinquens eos orphanos, qui agnoscentes patrem in cælis diabolo patri renuntiauerint, easque uiduas, quæ legi mortuæ sponsum se secutæ sunt, iudicans. uiduam enim, quæ a lege sit libera, beatus Paulus transire ad nuptias alterius sine adulterii crimine docuit idque exemplum omne ad ecclesiam, quæ legi se mortuam Christo postea sociaret, aptauit. est autem etiam secundum huius sæculi sortem sensus aptissimus, ut deus, qui aduocatum nobis a patre alium dedit,

19 Rom. VII, 3 sq.

1 in nobis *e cf. Stud. 1889 p. 317* nos *VRP* apud nos *T* nostro *db* 2 conpraessis *VR*^{1} terrena (*om.* labis) *R* terribilis obiectionis *Vr* terrenae abiectionis *coni. Bened. in adn.* iturus *Te* ituros *P* 3 cum rectis aequatisque *V* cum rectis aequitatisq̧ *R* cum rectis aequitatis *PE* uitaeque *PE* descendet *E* 4 ex aequitatis *R*^{1}*Pe* (ex iniquitatis *corr. man. rec. R*) 5 et *ante* insolentiae *add. m. 2 V supr. scr. T* insolentia et moribus *V* liuidinum *V*^{1} 6 in quos *P* 7 ascendit uitam *R* ascendit qui uitam *PTE* 9 cum *add. m. 2 V* 13 patres *V* orfanorum *VRP* iudices *V* 14 docuit etiam quod *E* iudexqui *V*^{1} 15 a facie — uiduarumque *in marg. inf. add. P* 16 relinq^{en}s *P* relinquentis *T* 17 renūtiaueri^{n}t *V* renuntiauer^{int} *P* easque *ex* eosque *m. 2 V* 18 lege *R* ^{se}se cutae *corr. m. 1 R* sese secutae *PTE* sint *T* 21 legise mortua christo *R* legi sit mortua xp̄o *Pe* legi sit mortua ut christo *T* se sociaret *PT* se sociari *α* se sociantem *ed. Basil. 1550, Par. 1572* 22 aptauit et autē *V* 23 qui *add. m. 2 V*.

ne orphani essemus in sæculo, orbatorum pater sit iudexque uiduarum; quia et desolatæ a parentibus misereatur infantiæ uiduarumque, quæ in se adquieuerint, iudex sit. iudex autem ideo, quia sub nomine uiduarum pleræque non uiduæ sunt, quæ uel deliciatæ in Christo nubere uolunt, uel fallunt humana iudicia; et quia dignitas nominis in conseruato proposito sit uoluntatis, scrutans corda et renes deus idcirco sit iudex, quia solus earum mentem sensumque diiudicet. et quidem hæc, ut dixi, secundum desolationem condicionis humanæ de orphanis uiduisque sint dicta.

8. Ceterum ut ad ecclesiæ totius demonstrationem hæc ita significata esse possint intellegi, continuo subiecit: deus in loco sancto suo: deus inhabitare facit unimores in domo, educens uinctos in fortitudine, similiter eos, qui exacerbant, qui inhabitant in sepulcris. hic ergo locus deo sanctus est, ubi sit uidua ex lege, ubi orphanus ex sæculo, ubi unius moris ac uoluntatis pacificus unanimisque conuentus — erat enim secundum Actus apostolorum credentium anima et cor unum —, ubi qui uincti sunt educentur in fortitudine. ligato enim prius intra domum suam forte eos, qui peccatis suis unciebantur, absoluit, ut Abrahæ filiam

5 I Tim. 5, 11. 19 Act. ap. IV, 32. 21 Luc. XIII, 16.

1 orbatorū *ex* orphanorū *T* iudexque (ue *add. m. 2*) *V* 2 quia et (ut *supr. scr. man. rec.*) *P* et infantiae *V* 3 uiduarumquae quae *V* uiduarumq: quae (et *supr. scr. man. rec.*) *P* uiduarum quoq iudex quae *R* adquieuer = int *P* 4 plereque *R* plerique *ex* plerequae *m. 2 V* plereque (q̄ *supr. scr. m. 2*) *P* sunt uel (*om.* quae) *RPTe* 5 deliciatae *V*[1]*Te* delic : - atae *P* delicatae *V*[2]*Rb* *cf. Stud. 1889 p. 321 Sabatier III, 875 Roensch Ital. p. 155 Paucker Suppl. p. 178* uolent *VP*[1] 6 et qa α et quae *VRPT* proposito *ex* propositae *m. 2 V* 8 deiudicit *P* equidem *V* 9 secūdum (dum *add. m. 2*) *V* 11 ad *supr. scr. P* eclesiae *V* 12 possit *VPT* intelligit *V* 13 inhabitari *V* unimoris *VP*[1] unius moris *P*[2]*Te* 14 uinctos *ex* uictor *m. 2 V* 15 exaceruant *V* exacerbabant *E* 17 in saeculo *V* unus (i) *corr. m. 2 V* ac *ex* hac *R* 18 unianimisque *V* 20 legato *VP*[1] suam *om. V* forti *PTE cf. Neue Formenl. II, 33* 21 adsoluit *V* habrabae *V* abraae *RT*.

o c t o e t d e c e m a n n i s l i g a t a m in libertatem uerbo uirtutis eduxit. eduxit autem etiam eos, qui antea exacerbabant, id est, qui transgressione legis iram in se dei iudicis incitabant uel aduersum nomen eius gentili eloquio disserebant, ad doctrinam diuinæ cognitionis instituit, ut ex persecutore Paulum gentium apostolum doctoremque perfecit. hos itaque exacerbantes, inhabitantes antea in sepulcris, id est intra corporum suorum emortua domicilia consepultos in cælestem uitam spiritalemque deduxit. sunt enim multi in uiuentibus mortui. nam et in euangeliis mortui non putati non differre docentur a mortuis domino dicente: s i n e m o r t u o s s e p e l i r e m o r t u o s s u o s, et apostolus scit quasdam m o r t u a s u i u e r e, id est, dum uiuunt, esse iam mortuas. sed hos omnes de sepulcris dominus, qui in filios dei regenerantur, eduxit.

9. Verum hæc qui in nobis deus super occasum ascendens per uirtutem resurrectionis operatus est, idem omnia ad huius spei nostræ præparationem adumbrata gessit in lege, ut non alius prophetarum, alius euangeliorum deus possit intellegi. atque ideo erga nos quoque paribus hæc momentis, quibus ex Aegypto populum eduxit, inpleuit. nam et patres nostri sub nube fuerunt et in Moyse in mari baptizati sunt et in similitudinem cælestis panis manna e cælis decidente saturati sunt et Christo aquam petra præbente potati sunt;

11 Luc. IX, 60; cf. Matth. VIII, 22. 12 I Tim. 5, 6.

1 otto *(sic)* *R* septem *VPTE* legatam *V* 2 eduẋ *pr. l. supr. scr. R* ante P^1E exaceruabant *V* 3 iudices *V* 4 eius *supr. scr. m. 1 R* 5 instituti *VRP* 6 gentium *om. R cf. Addenda* apłorū *P* praefecit *RPTE* exaceruātes *V* 7 in sepulchris *RT* in sepulcris *ex* sepulcris *m. 2 V* inde est *V* 10 et *om. V* morti *V* nō putanti *corr. m. 2 V* nuncupati *R* 11 sine *V cf. Sabatier III, 308* sinite *RPTE* 12 apostolus *ex* apostolos *R* quosdam (o *in ras. m. 3*) *R* mortuos *R* 13 dum uiuentes etiam *V* mortuos (o *in ras. 3*) *R* ʰos omnes *corr. m. 2 V* hos homines *PTe* 18 prophetarum alius *om. R* 19 adque *VR* ergo *V* haec monentes *V* 20 ex aegipto *R* ex aegyptao *corr. m. 1 V* patres *ex* patris *m. 2 V* 21 nuue V^1 in moysen *Tb* a moyse = *P* et in mari *V* 22 e *supr. scr. m. 1 RP* 23 Christo *om. V* aqua *PT* prebente *V* praeeunte *RPT* (*error ortus ex* praeuente, *cf. supr.* nuue *pro* nube *sim. et de h. loci explicatione Stud. 1889 p. 317*).

quæ quidem in illis salutariter gesta symbola quoque nostræ in se salutis habuerunt, ut sequens prophetiæ sermo declarat dicens: d e u s, d u m e g r e d i e r i s c o r a m p o p u l o t u o, d u m t r a n s g r e d i e r i s i n d e s e r t o, t e r r a m o t a e s t. e t e n i m c æ l i d e s t i l l a u e r u n t a f a c i e d e i, m o n s S i n a a f a c i e d e i I s r a h e l. præisse deum iter populi sui, dum desertum transgreditur, in columna nubis ignisque cognouimus et usque ad populi errorem de cælis stillasse manna. sed cum superiora omnia, quæ ecclesiæ propria sunt atque apta, memorasset, scilicet cum super occasum ascendit dominus, cum orphanorum pater est iudexque uiduarum, cum in loco sancto suo, id est in domo, congregat unimores et uinctos in fortitudine et exacerbantes extrahit e sepulchris, hæc tamen coram populo egrediens et in desertum transiens consummare memoratus est, ut nunc ex præterito motam esse terram, destillasse cælos et hoc a facie dei Israhel in Sina refertur effectum. hoc ideo, ut, cum illa, quæ legis sunt, gessit, in his quoque ea, quæ euangeliorum sunt, præformasse sciretur. egressus enim coram populo suo in desertumque transgressus est; in illum uidelicet desertum Iordanis, in quo lilia floruerunt, in quo fons aquæ uitalis desolata et arida inrigauit. f u n i c u l u m namque ante erat h e r e d i t a t i s I a c o b desertæque gentes elementorum subditæ fuerunt potestati. at nunc inspectante eo, qui

21 Deut. XXXII, 9.

1 symbola *V* figuram *PTE om. R* nostra *VR* 2 ut nunc sequens *V* 3 egred = eris (*eras.* i) *P* egredereris *Rs* 4 transgredereris *s* in *add. m. 2 V* desertum *E* terra mota est *om. V* 5 distillauerunt *RPTE* mons *eras. R* syna *PT* synai *R* 6 istrahel *V* 8 eiusq ad *R* terrorem *VPTs* 9 ec(c)lesiae *R* aeclesiae *V* adque acta (*sic*) — scilicet cum *in marg. sup. add. V* 10 per occasum *V* dñs *om. VR* 12 uniusmores *ex* unimores *m. 3 R* uniusmoris (*ex* unimoris *m. 2 P*) *P²Ts* 13 exaceruantes *V* 15 distillasse *RPTE* 16 istrahel *V* syna *R* 19 in desertumq *R* in desertum *P* in desertō *T* desertum *e* 20 illum (illũ) *scripsi cf. p. 104, 8 et Ps. LXVIII cap. 5* illo *VRP* illud *TE* desertu *V* deserto *RP* 21 desolatis (*ex* desolaris *m. 2 V*) et (*inser. m. 3 R*) aridis *VRP* desolatos et aridos *E cf. de h. l. Stud. 1889 p. 318* funiculus *PTE cf. Abh. IV, 77* 22 ante *supr. scr. m. 1 P om. R* hereditatis spes iacob *V* desertaque *V* 23 at *ex* ad *P* ad *VR* spectantante *corr. m. 2 V* q(i) fuit = populus dī ad ea *P*.

fuit dei populus, deus ad ea, quæ ante erant desolata, transiuit; et iam inrigata ab eo finium deserta pinguescent. et hic idem est, qui manna de cælis dedit populo. si enim lex disposita per angelos est, panemque angelorum manducauit homo, cælique stillasse in Sina scribuntur, profecto ministerium hoc a cælis, id est ab angelis expletum esse non dubium est. estque idem largitor eius, qui de cælis est, panis, qui in Sina mannæ fuerat indultor.

10. Sed transiens ad desertum deus, id est ad gentilium arida et desolata quondam corda transcendens felicem illam bonæ uoluntatis pluuiam segregauit. segregauit enim ipse ex utero matris Paulum in apostolum: quia quos et præsciuit, hos et prædistinxit. hanc etiam eloquii prædicationisque pluuiam et in psalmo Salomon terræ ad spei securitatem nuntiauit dicens: et descendit sicut pluuia in uellus et sicut stillicidia stillantia supra terram. et aliquibus nubibus ne super uineam pluerent meminimus esse præceptum. sanctus quoque Moyses, qui sub uelamento uerborum communium ingentia cælestis spei sacramenta condebat, uerba sua excipi ut pluuiam imbremque cantauit, pluuiam inrigantem desertam et aridam et præparatam deo hereditatem. atque ideo sequitur: pluuiam uoluntariam segregabis, deus, hereditati

11 Gal. I, 15. 12 Rom. VIII, 29. 15 Ps. LXXI, 6. 17 Esai. V, 6. 19 Deut. XXXII, 2.

1 erant *ex* erat *m. 1 V* 2 & iam (& i *in ras.*) *R* ut iam *e* pinguiscent *V* pinguescerent *e* pinguescunt *Tb* 3 mannam *V* populos *V* si *om. V* 4 est per angelos *E* 5 a *supr. scr. m. 1 P* 6 caelis = *ex* caeles ≡ *P* expletum esse non est dubium estque idem *Te* expletum esse non dubium est et quidem *R* expletum esse non dubiū ē qui idem *P* expletum est non dubium est qui idem *V* 7 est panis sit qui *R* 8 fuera^t *V* fuerant *R* 9 ad desiderium *R* gentium *PTb* 11 pluuium *V*[1] 12 in *supr. scr. m. 1 R* 13 praedestinauit *RPTE* etiā *supr. scr. P* aeloquii *R* & loq^i *P* praedicationis *V* 14 solomon^iari ad spei *V* 15 descendet *PTE* 16 super *RPTE* 18 quae sub *e* 19 ingentia caelestia *V* ingenita caelesti *R* 20 deserta et arida *PTE* 21 dō hereditatem *VR* dī hereditatem *PE* dei hereditati *T* adque *VR* 22 segregabit *V*.

tuæ: et infirmata est, tu uero perfecisti eam. animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi. prouidus enim uoluntatum deus segregauit uoluntariam pluuiam præsciendo. quæ infirma est, cum iudicium in se mortis habuit Paulus, cum Petrus scandalo crucis motus est, ter denegat admonitus ne negaret, cum apostoli timent, fugiunt, diffidunt. sed quia in his bonæ uoluntatis esset adfectus, perfecti ita sunt, ut et fundamenta ecclesiarum fierent et columnæ. hæc ergo hereditati dei pluuia segregatur.

11. Quæ autem hereditas sit, non obscurum est, ea scilicet, quæ data est poscenti, cum dicitur: posce a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. gentes itaque animantium et pecorum ritu non intellegentes — et ideo, cum cura pecorum deo nulla sit, hereditas illa in hac segregata uoluntaria pluuia est — in ea habitare monstrantur. sequitur enim: animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi. habitabunt ergo animalia uel in hereditate dei uel in pluuia uoluntaria; et hæc in dulcedine pauperi uel hereditas uel pluuia est parata. eloquia enim dei in sanctorum faucibus dulcia sunt, et beati sunt pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cælorum. animalia autem cum essent, facta sunt spiritalia. hæc ergo omnia in usum hereditatis, uel uoluntariæ pluuiæ ministerium sunt segregata.

11 Ps. II, 8. 13 I Cor. 9, 9. 19 Ps. CXVIII, 103. 20 Matth. V, 3.

1 eum *V* eam == (*eras.* ln) *R* 2 in dulcedinem (*ex* dulcitudinem) tuam *V* == == dulcedinē tuā *P* dulcedinem tuam *RT sed cf. infr.* 3 pauperi dš prouidus *R* 4 praesciendi *V* quae *add. m. 2 V* infirmata *TE* 5 motus (*om.* est) *Te fort. recte* 6 cum ter *b* ne *om. R* timen(t) *corr. m. 1 P* 10 ea *add. m. 2 V* scilicet == quae *R* 13 ritu ī intellegentes *V* et ideo — pluuia est *in marg. add. T* cū *supr. scr. m. 2 P* 14 dō *supr. scr. m. 1 R om. T* nulla sit hereditas *ex* nulla sit hereditas nulla sit hereditas *m. 2 V* illa in hac sit segregata sit *corr. m. 2 V* uoluntaria pluuia (pluuia *supr. scr. m. 2*) ē ea *P* uoluntaria pluuiaea *V* uoluntariae pluuiae *R* 15 monstratur *R* 16 in dulcidine *V* 17 *post* pauperi *inser.* dš *m. 1 R* 19 enim eloquia *V* sanctorum (*om.* in) *b* 20 dulcia runt *V* 21 qm̄ ipsorum *R* 22 cum *om. V* 23 ministerio(u) *V* (*sed postea in uerbis* pluuiae — sunt *dittogr. repititis* ministerium).

12. Atque ut secundum præparatam dulcedinem pauperi uel ecclesiæ congregatio, quæ hereditas deo est, uel apostolicæ prædicationis significatum esse intellegeretur eloquium, subiecit: deus dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtutibus multis, rex uirtutium dilecti, et pulchritudini domus diuidere spolia. segregatæ itaque pluuiæ ad euangelium inrigandum dominus dabit uerbum, idipsum in sensum nostrum et ora diffundens, secundum illud: non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. sed uirtutes multæ euangelizantes sunt, quibus dabit uerbum, ut sit in Paulo uirtus, in Petro uirtus et in Iohanne uirtus et in ceteris uirtus, multasque ob id euangelii prædicandi significet esse uirtutes; quibus quamuis deus et dominus et rex dabit uerbum, uirtutes tamen istæ dilecti sunt, id est eius, qui regi et domino et deo sit dilectus. laboriosius autem id et obscurius, dum conlocationes uerborum non demutat, translatio latina declarat. ceterum absolutius totum hoc sermo e græco enuntiatus eloquitur, hunc scilicet deum et dominum nostrum regem earum, quæ dilecti sint, esse uirtutum: ut uirtutes ad apostolos, dilectus uero referatur ad Christum, cuius uel in his, uel hi omnes intellegantur esse uirtutes. oportuit autem propter ea, quæ secuntur,

8 Matth. X, 20.

1 adque *VR* dulcidinem *V*¹ 2 cōgraegatio *V* dei *e* 3 praedicationes *V* significatam *ex* significatū *m. 2 V* intellegitur *V* eloquium dī (*puncta supr. et sub* dī *prius scripta postea erasa*) *R* 4 euangeliszantibus *corr. m. 1 V* 5 rex uirtutum dilecti *in marg. add. m. 1 R* uirtutium *V cf. F. Neue Formenl. I, 269* uirtutum *RPTE* pulchritudine (h *supr. scr. m. 1 R*) *VRP sed. cf. infr. et Sabatier II, 132 adn.* 6 segraegatae *V* 8 defendens *R* 10 uirtutis *T* multaeteuangeliszantes *corr. m. 2 V* 11 sunt sunt quibus *Re* 12 in iohanne (*om.* et) *V* 13 uirtutes quib. *V* uirtutes hae autē uirtutes quibus *R* 14 dauit *V* uirtutis *R* isti *R* 15 dilecti *ex* dilecte *P* ei' *T* ei *VRP* 16 & laboriosius *R* id et *ex* id est *m. 2 V* id est *R* obscurius *ex* obscuriosius autem *V* 19 d͡n n̄ (o m *supr.*) *V* dominum n͡rm *Re* dominum *PTb* 20 ut *ex* & *m. 1 R* uirtutis *V* ad *ex* ab *m. 2 V* dilectum *VP* 22 q̄. secuntur *V* q secuntur (*ex parte in ras.*) *R*.

licet in omnibus unus atque idem esset spiritus, numerosarum tamen uirtutum fieri mentionem, quia ad pulchritudinem domus ipse uirtutum spolia diuideret. ad ecclesiæ enim decus detracta ab his diabolo et gentium spolia diuiduntur atque etiam ex his spoliis domus pulchritudo perficitur, cum in sacerdotes dei ad ministerii sanctificationem ab aris templisque dæmonum abstrahuntur sanctoque spiritu inrigati euangelizantes effectæ sunt dilecti esse uirtutes.

13. Ad has enim easdem uirtutes, quæ ad pulchritudinem domus uel spolia diuident uel ipsæ sunt spolia, diuinus sermo se rettulit dicens: si dormiatis inter medios cleros, pinnæ columbæ deargentatæ, et posteriora dorsi eius in uiriditate auri. prophetiæ uota sunt, quibus manere in mediis cleris hæc ad pulchritudinem domus diuisa spolia exoptat, ut usque ad consummationis suæ diem — quia significari mors soleat in somno — in domus pulchritudine perseuerent. qui quidem sunt in usum prædicationis tamquam deargentatæ pinnæ columbæ, id est sancti spiritus munere ornatuque pretiosi. in his autem, quæ post eos sunt, in auri uiriditate consistent, ut his post prædicationem euangelii honor regius et indefessa æternitas ex conscientiæ suæ fructu in auri uiriditate reddatur: dum et aurum refertur ad honorem et in uiriditate uigor æternus ostenditur. posteriora itaque dorsi, quæ interscapilia magis græcus sermo significat, id est quæ bonæ conscientiæ atque honoris posteriora

1 sp̄s *supr. scr. m. 2 P* nōmerosarū P^1 2 qui ad *V* 3 ipse uirtuti *V* ipse uirtutis *PTE* ipsae uirtutes *coni. Bened. in adn.* diuiderent *coni. Bened.* aeclesiae *V* 4 diabolo — ex his *om. V* et *ante* gentium *supr. scr. T om. E* 6 ad ministeriis *VP* 8 sint *R* dilecti *ex* dilecte *P* 10 ipse *R* ipsa *V* sermo *ex* sermo sermo *R* 11 retulit V^1*RPTE* inter medios *ex* in medio *m. 1 R* 12 pennae *RPTE* 13 uiriditate *ex* uiditate *PT* prophetae *Te* 14 diuisa *ex* diuinae *m. 2 V* 16 domus *ex* domos *P* pulchritudinem *V* 18 pennae *PTE* sp̄s sc̄s *V* 19 praetiosi *VR* post *supr. scr. T* 20 honor eius et *V* 22 et aurum *ex* et in aurum *R* 23 uiriditate (*om.* in) *Tb* uiriditatis *ex* uiritate *m. 2 P* uictor *V* 24 interscap̄lia *R* interscaplia (scapli *in ras. P*) *VPTE* 25 id *ex* isd *m. 1 V* quae *add. m. 2 V* atq. honoris *supr. scr. T* adquae honores *V*.

sint tempore, ultra prædicationis huius honorem sunt honoranda; cum interim deargentatæ pinnæ sub munere sancti spiritus permanentes post etiam ad conscientiæ suæ fructum auri uiriditatem, id est florem honoris perpetui consequentur.

14. Ut autem hæc ad pulchritudinem domus spolia diuisa, quibus ut inter medios cleros dormirent, id est, ut morte tales consummarentur, optatum est, ad principes ecclesiarum, per quos pulchritudo domus consistit, relata possint intellegi, continuo subiecit: *dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon, monte dei, monte uberum; mons consecratus, mons pinguis.* dum itaque hos cælestis super eam reges discernit, id est, dum dominus de cælis descendens eos, qui spolia fuerint, constituit in reges et super eam domum, quæ per eos pulcherrima est, unumquemque disponit: *in Selmo niue dealbabuntur,* in pace scilicet, quia Selmon interpretatio pacis est, gloriam æternitatis accipient. hic enim dei mons, in quo pax dei nominis ipsius est significata uirtute, et uber et consecratus et pinguis est. reges autem esse eos non obscurum est, de quibus dictum est: *iam sine nobis regnastis et utinam regnaretis: ut et nos uobiscum conregnaremus.* dominus ergo cælestis — quia qualis cælestis, tales et cælestes

20 I Cor. 4, 8.

1 sunt tempore V honore *VR* sint (*in ras. 3 R*) *VRPe* 2 deargentatae *ex* deargentatum *m. 2 V* pennae *PTE* 3 conscientiae *ex* conscientiam *m. 2 V* 6 morte les (ta *supr.*) *R* mortales *P* 8 relata possint *scripsi cf. St. 1889, 318* relatū possit *VRE* esse relata possit *T* relatū possit (ut *supr. scr. m. 1?*) *P* 9 regis *V* eum *V sed cf. infr. lin. 12* 10 monteuberum montem dī *V* montē dei montē uberē *R* mons dei mons uber *PTE cf. Sabatier II, 132 Thalhofer Ps. p. 331* 11 mons consecratus *om. V* 12 eam *ex* eum *m. 2 V* discernet *Rb* 13 constituit in (uit *in ras.*) *R* constituit eam in *V* 14 eam *ex* eum *m. 2 V* 15 disponet *T* niue dealbatū *T* 16 interpraetatio *V* pacis ē (ē *in ras.*) *P* 17 in *om. R* 18 est = significata *R* 19 pinguis (*om.* est) *V* ēē *post* autem *supr. scr. m. 1 R* 20 regnastis (*ex* regnatis *m. 1 P*) *VP* regnatis *RTE cf. Abh. IV, 84* utinam (*om.* et) *PT* 21 ut *om. R* nos *ex* non *V* cogregnaremus *V* 22 qualis *ex* quales *VR* et caelestes *ex* et caelestis *m. 2 V.*

— hos in Selmon reges super domum suam, per quos diuisis spoliis ornabitur, exalbatos niue disponet in reges. factus est enim in pace locus eius et phœnicium secundum Esaiam ut nix dealbabitur. sed reges necesse est, penes quos sit domus pulchritudo, ultra candorem niuis esse præstari. lux enim mundi sunt; et quisque dignus erit cum domino montem regni cælestis inscendere, super niuem dealbabitur: quia cum se apostolis in habitu, quo cum sanctis conregnaturus esset, ostendit, uestimenta eius super niuem alba sunt uisa. hic ergo mons et hoc regnum deo pacis est.

15. Sed plerique sunt, qui ecclesiæ pacem sub hæreticorum consortio mentiuntur, dissoluentes noui ac ueteris testamenti conexam sibi coniunctamque rationem, dum plerique alium euangeliorum, alium deum legis effingunt. nonnulli uero aduersum unigeniti dei naturam nomenque uenientes ex tempore natum solum hominem confitentur, neque ex forma dei in formam serui esse deductum, sed ex forma serui tantum esse cœpisse confingunt. plures autem non ueræ diuinitatis deum neque ex paternæ maiestatis naturæque proprietate subsistere disserunt: sed externæ substantiæ deoque diuersæ, quæ in adoptionem filii electa sit, modo creaturarum ex nihilo, quibus nulla origo anterior sit, constiterit. plures etiam in corpus atque ex se protensum permanantemque patrem loquantur, ut adsumptio illa carnis ex uirgine filii nomen acceperit, non qui antea erat dei filius, idem hominis filius sit natus in corpore. et quidem omnia hæc ad speciem humanæ prudentiæ

2 Ps. LXXV, 3. 3 Esai. I, 18.

1 regis *V* diuisis *ex* diuis *m. 2 P* 2 ornabit^a^ur *T* 3 est = *R* ē *supr. scr. P* foeniciū (*ex* fenicium *m. 1 R*) *VR* feniciū *P* 4 eseiam *V* isaiam *RPTb* paenes *V* poenes *R* 5 domus *add. m. 2 V* 6 quisq. *V* quisq *R* quisq: *PT* 7 inscendere *ex* scendere *P* ascendere *TE* cum se ab apostolis *RP* eum se ab apostolis *V* 11 eclesiae *V* 12 metiuntur *V* 13 connexam *TE* 14 euangeliorum *ex* euangelium *m. 2 V* dm̄ (*om.* alium) *V* 16 neque *ex* neque enim *V* 17 tantum *ex* tante *m. 2 V* 18 cepisse *P* confingunt *ex* confingant *m. 2 V* uere *VR* 20 quae *add. m. 2 V* 21 fili electa *V* filii elata (ie *et* a *in ras.*) *R* ex nihilo modo creaturarum *T* 23 progenitum permantemq. *V* loquuntur *PTb* 25 ante *PE* sit *supr. scr. m. 1 R* 26 quidem (*om.* et) *V*.

coaptantur, postquam rationem cælestis sapientiæ non conprehenderunt; quibus, ut spero, aliis locis uberius copiosiusque responsum est.

16. Quia ergo ueræ fidei una hæc sedis est, deo quæ sit placita, et hic æterni regni mons unus in pace sit, de susceptis plurimis arguit nos propheta dicens: u t q u i d s u s c e p i s t i s m o n t e s c a s e a t o s? lac, cum corrumpitur, densatur et ex uitio in coaguli caseique speciem concrescit. nam utrumque id unus græcitatis sermo conplectitur. ergo sicuti ex natura sua lac ipsum uitio accedente degenerat et quadam sui corruptione coacescit, ita hæc genera doctrinarum, quæ initia cognitionis ex innoxio sincerique lacte deducant, conrumpuntur in uitia fiuntque corruptione sui coagulata uel caseata, ne lac sint. quod idipsum loco alio ita meminit: c o a g u l a u i t s i c u t l a c c o r e o r u m: e g o u e r o l e g e m t u a m m e d i t a t u s s u m; quia consiliis gestisque impietatis cor infectum, cum per infantiæ simplicitatem naturam lactis habuisset, uitiorum postea corruptione degenerans in coagulum densatum esset atque concretum. referendus ergo ab his omnibus et sensus et studium est, neque quisquam alius magis, quam hic mons pacis, habitandus est. nam post exprobrationem caseatorum coagulatorumque montium continuo subiecit: m o n s, i n q u o b e n e p l a c i t u m e s t d e o h a b i t a r e: i n e o e t e n i m d o m i n u s h a b i t a b i t u s q u e i n f i n e m, in eo monte æternæ habitationis sedem deo ostendens esse conplacitam, qui ad sedem pacis esset electus.

14 Ps. CXVIII, 70.

4 sedes *PTb* fides *e* dõq: sit placita *P* quae deo sit placita *T* 6 suscipitis *R* 8 casaeique *R* caseiq: (*ss.* uu) *P* utroq: *P* 9 un' *supr. scr. P* 10 accedente *ex* accendente *R* accidente *V* 11 coacessit *R* coalescit *PTb* 12 sinceroque *T e cf. Stud. 1889 p. 318* deducant (*ss.* u) *T* 13 fiunt (*ss.* q;) *R* corruptionis sui *V* corruptiones ut *R* ne *ex* nae *R* le (*ss.* ac) *P* 14 quod ipsum *VT* coagilauit *V* 16 per infantiam *V* 20 alius magis quam *sup. lin. add. m. 2 V* 21 habitantis est *R* exprobationem *V* 22 coagularumque *V* 23 etenim *ex* enim *m. 2 V* 24 habitauit *V*.

17. Sed quia post legis tempora circumcisionisque præscripta sacrificiorumque præcepta per euangelicæ confessionis fidem ab his, qui gloriantur in lege, id est a carnali Israhel, quædam per nos uidetur pacis dei facta esse mutatio cognitionisque alterius, quam in lege præscripta est, introducta confessio, cum nos omnia per dominum Iesum Christum, quæcumque præcepta sunt lege, in euangelicam spem adumbrata esse doceamus illis contra deum patrem secum locutum ac legem dedisse iactantibus: respondendum est, hac ipsa psalmi prophetia per angelos potius legem in manu mediatoris esse dispositam neque a nobis quicquam esse mutatum, sed in his manere, quæ sola sunt, id est unam eandemque sedem dei pacis incolere, cum quando eundem prædicatorem euangelii dominum Iesum Christum, quem et latorem legis habeamus. post unius enim conplaciti deo montis sedem, quam usque in finem cælestis habitabit, ut sedis hæc euangelicæ pacis præformata per mediatorem legis intellegeretur in lege, continuo subiecit: currus dei decem milium multiplex, milia lætantium: dominus in illis in Sina, in sancto ascendit in altum, cepit captiuitatem, dedit dona in hominibus, etenim non credentes inhabitare.

18. Fidem omnem breuia hæc quidem uerba significant, sed quæ uirtutibus suis magna et infinita conplexa sunt. hanc autem currus siue sedis dei dignitatem haud dissimiliter Daniel propheta descripsit dicens: sedis eius flamma: ignis

25 Dan. VII, 9 sq.

1 praescribta *V* 2 euangelicā *P* 3 in *om. R* istrahel *V* 5 praescribta *V* 6 p̄ dn̄m nr̄m *P* 7 in *supr. scr. m. 1 R* in spem euangelicam *VPTE* doceamus *ex* docemus *m. 2 V* 8 ad legē *V* 9 lactantibus *V* hac *ex* haec *P* 13 eum dm̄ praedicatorem *V* dn̄m ihm *V* 15 dn̄o *PT* in fine *R* 16 habitauit *VP* sedes (*ex* sedis *P*) *RPTE* 18 *post* laetantium *3—4 litt. eras. R* 19 in illis *ex* illis *m. 1 R* sina *ex* sine *m. 2 V* syna *RPT* in sancta *V* 20 hominibus (om. *in*) *VPTe sed cf. infr.* 21 inhabitare dn̄m dn̄ *R* 24 haud *ex* haut *RP* haut *V* danihel *RPT* 25 sedes *RPTE*

ardens rotæ eius: flumen ignis ducebat ante eum: milia milium seruiebant ei et dena milia denum milium adstabant ei. atque in his quidem, siue sub specie talis ornatus, siue sub significationis exemplo, nobis in curru opinio et sensus comitatus cælestis adfertur, ut sub concordi iugo milibus lætantium obsequellam cælestem intellegamus. et hoc illæ in Sina ardentes faces conlucentesque ignes, ingrauescentia tonitrua et totius domini aduentus terror ostendit, ministeria scilicet angelorum legem in manu mediatoris disponentium adstitisse. hic ergo currus dei decem milium multiplex est miliaque lætantium sunt. et quia mediator dei hominumque sit dominus, in cuius manu per angelos, ut dictum est, lata lex fuerit, sequens sermo subiecit: dominus in illis in Sina, in illis scilicet lætantibus milibus: currusque numero multiplici decem milium, id est infinitorum intellegentia sub decem milium multiplicatione subiecta. in his itaque deus in Sina est.

19. Sed ne forte euangelia non supplementa legis aliquatenus uiderentur, qui in illis in Sina est dominus, hic rursum in sancto ascendit in altum captiuamque cepit captiuitatem. in eo scilicet sancto, cuius formam ex forma dei euacuatus accepit. quod autem sanctus sit, cum plures prophetiæ tum Gabriel angelus ad Mariam testatur dicens: et quod ex te nascetur

23 Luc. I, 35.

1 rotae eius *scripsi* (*οἱ τροχοὶ αὐτοῦ LXX*, *cf. etiam Sabatier II*, *871*, *Lucif. ed. Hartel p. 274*) rotas (ro *in ras. R*) eius *RP* rota eius *VTe* flumen ignis *scripsi* (*ποταμὸς πυρός*, *cf. Lucif. l. c.*) flumen eius *V* flumen ingens *RPTE* ducebant *VR fort.* lucebat *cf. Lucif.* 2 ei *post* seruiebant *supr. scr. P* et *om. PT* (*in P eras.*) 3 astabant *ex* stabant *P* adstabunt *V* sub specialis *R* 4 bonis in curru *PT* 5 concordii *V* 6 obsequelam *PTE* 7 syna *RT* ardentis facis *T* conlucentisq. ignis *P*[1]*T* ingrauescentiaque *PE* ingrauescentisque *T* 8 tonithrui *T* aduenturs *corr. m. 1 V* 9 lege *V* manu *add. m. 2 V* 10 milium *ex* mulium *m. 1 V* 11 et *supr. scr. m. 1 R* 12 dominus sit *V* data *P* 16 milib. multiplicationibus (*sic*) *m. 2 V* 18 aliquatinus V^1 20 captiuamque *ex* captiuumque *m. 2 V* coepit *VRP* et captiuitatem *PT* 21 forma ex forma *V* 22 tum gabrihel *T* cū gabrihel *P* tum gabriel (h quoq̄ supra) (quoq̄ *diuers. liq. supr. scr.*) *R* 23 ad Mariam *om. R* et *om. R.*

sanctum, uocabitur filius dei; et dæmones clamant: scimus qui sis, sanctus dei. in sancto ergo ascendit in altum. et quid illud sit ascendere in altum, sub huius ipsius dicti significatione Paulus docuit dicens: ascendit autem quid est, nisi quia et descendit in inferiora terrræ? qui descendit, ipse est qui et ascendit super omnes cælos. ascendens ergo in altum et sese hominem ex mortuis in cælestibus reuehens accepit eos, qui a diabolo erant capti, quos et ad pulchritudinem domus spolia diuisit. dehinc dona in hominibus accepit, cum primogenitus ex mortuis de se ipse testatur dicens: dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. posce a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. accepit ergo dona in hominibus, gentes scilicet in hereditatem; in quibus in sancto in altum primogenitus ex mortuis capta captiuitate conscendit. et quia ultra humanæ spei fidem sit, eum terrenæ carnis corruptionem in cælestem gloriam transtulisse gentesque impias et ante uitiorum ac superstitionum furore peruasas ad cognitionem dei consortiumque esse deductas, ob hoc in his dona hominibus accepit, qui se cum deo habitaturos esse non crederent. atque ita huius mediatoris ex lege consummata cognitio est, ut, qui in lætantium milibus in Sina fuisset, hic idem in sancto rursum in altum captiua captiuitate conscendens dona nos, qui secum cohabitaturos diffidebamus, acciperet.

20. Post hanc itaque contra spei nostræ diffidentiam acceptorum in hominibus donorum hereditatem digna hæc ad deum

2 Marc. I, 24; Luc. IV, 34. 4 Ephes. IV, 9 sq. 11 Ps. II, 7 sq.

2 scs *V* sancte (e *in ras.* 3) *R* 4 dicti *ex* dicit *R* paulus *supr. scr. T* 6 qui ascendit *RPTE* 7 ergo *add. m. 2 V* 8 cepit *V* a diabulo *V* 9 hos et *V* 11 dominus dixit ad me *om. V* 12 postula a me *PT* 13 hereditatem (*om.* tuam) *T* 16 ultra *ex* ultro *m. 2 V* 17 terraene *V* terraenae *RT* 18 legentesque *V* et omni ante *V* 20 ĩ his dona in hominibus *V* 21 habitaturo sese ñ *P* 24 in alto *RP* captiua *supr. scr. P* capta *T* captiuitatem *V*[1] 25 diffidibamus *V* 26 diffidentiae *V*.

prophetæ subiecta confessio est: dominus deus benedictus de die in diem, prosperum iter nobis faciet deus salutarium nostrorum. benedictus itaque dominus et deus est ascendens in altum, capiens captiuitatem, in hominibus dona percipiens, eos qui scilicet inhabitaturos se esse non crederent. cotidie autem per populi credentis accessionem benedictionis multiplicatur augeturque confessio, cum gentiles superstitiones impiæque de diis fabulæ, cum aræ dæmonum, cum idolorum inania relincuntur et iter omnibus ac profectus dirigitur in salutem. hic igitur salutarium nostrorum dominus ac deus est, cuius de die in diem benedictionum significatur æternitas. In eo enim, quod cotidie est, continuatur et semper, cum tanta æui protendatur infinitas, quanta et dierum post dies successio consequatur.

21. Cautissime autem semper propheticus sermo, ne quis per gentiles fabulas philosophiæque doctrinam notionem nostram de diuinæ ueritatis scientia perturbaret, admonuit; quia uariæ eorum impiissimæque sententiæ multa de deo stulte profaneque conplexæ sunt. nos uero ad cognitionem dei patris et dei filii instituti sacramentum sumus ueræ cælestisque prudentiæ in eo, quod uerbum caro factum est. consecuti. ipsum enim nobis, quod Iudæis scandalum, gentibus uero stultitia est, id est dei passio, crux, mors, sepultura siue per rationem diuinæ uoluntatis perfecta cælestisque sapientia est, siue per resurrectionis potestatem uirtutis æternitas est. ad huius igitur nos propheta

2 perum iter — per populi credentis *om. P lacuna non relicta (f. 83 fin. 84 in.)* faciet nobis *RTE* 5 dona perficiens *V* eos scilicet qui *Ts* se *om. V* 7 gentilis *V* 8 inpiasque *V* diis *(ex* dīs *P) VPT* dis (is *in ras. 3) R* 9 relinquntur *R* relinquuntur *PTE* ac *ex* hac *R* 10 diligitur *V* nostrarum *V* 11 in die *V* 12 cotidie *ex* cotie *V ex* cotidiae *R* 13 tanta *ex* tantua *m. 2 V* post diem *R* 15 cautissimae *R* cautissime *ex* cautissime cō *m. 2 V* ne quis *scripsi* ne quit *R* ne quid *Ve* ne qui *PTb cf. Stud. 1889 p. 318* 16 gentilis *V* philosofiaeque *V* filosophiaeque *RP* 17 scientiae *P* 18 impiaeque *PT* de eo *V* stultae profaneque *V* stultae profanaeque *RP* 19 conplexa *V* cognitione (m *superscr.*) *V* fili *V* 21 id ipsum *V* 24 sapienti = e ē *P* resurrectionis (is *in ras.) P* refectionem *V* 25 aeternitas *ex* aeternitem *m. 2 V* est *om. PTb.*

scientiam dei, qui nobis et passus et mortuus est et resurrexit et dominus est, instituit dicens: d e u s n o s t e r d e u s s a l u o s f a c i e n d i, e t d o m i n i e x i t u s m o r t i s: eum nobis deum intimans, qui, cum esset deus, omnia ad salutis nostræ incrementa susciperet. et idcirco hic deus n o s t e r est, quia deus eorum sit, qui fient salui. saluos autem nos per id deus noster effecit, quod exitus sit mortis egressus; id enim his uerbis, quæ latine minus expresse atque absolute translata sunt, continetur. admonui enim superius, plerumque interpretes cunctos, dum conlocationem ordinemque uerborum demutare ac temperare non audent, minus dilucide proprietatem declarasse dictorum. uerumtamen in his, quæ dicta sunt: d e u s n o s t e r d e u s s a l u o s f a c i e n d i, e t d o m i n i e x i t u s m o r t i s, et salutis nostræ deus et exitus eius ultra exitum mortis ostenditur, quia mortis exitus d o m i n i sint. omnibus enim, qui ueniunt in uitam, ingressus in mortem est; sed primogenito ex mortuis tantum proprius fuit egressus ex morte. atque ideo proprius exitus mortis est domini, quia adsumptæ ab eo carnis hæc uirtus sit, ut naturæ nostræ corruptionem in gloriam cælestem post exitus mortis efferat. uerum susceptæ mortis ipsius non fuit occultanda uel causa, uel ratio: et quid nobis unigenitus deus ex forma dei exinanitus et formam serui adsumens adferret auxilii, oportuit ad fidei nostræ et securitatem et scientiam reuelari.

1 nobis *ex* nubis *m. 2 V* 2 dš saluos *ex* dĭ saluos *m. 2 V* 3 et dñs exitus *V* (*sed cf. infr.*) et domini (dñi *supra*) exitus *R* 4 incrimenta *V*[1] 5 susceperit *Tb* suscepit *e* quia *ex* qui *m. 2 V* 6 eorum est *R* fient *ex* fiet *m. 2 V* 7 egressus *ex* gressus *m. 2 V* 8 expressae adque absolutae *VR*[1] expraesse atque absolutae *P* expressa atque absolute *T* 9 admonuit *R* interpraetes *V* 11 dilucid = e (*eras.* a) *R* delucide *V* delucidae *P* declasse *V* declarans se *P* 13 saluos (*om. alter.* deus) *R* et dñm *V* 14 et *ante* exitus eius *supr. scr. P. om. V* 15 quia *scripsi cf. Ephem. Austr. 1889 p. 30* qui *cod. et ed.* 16 ingressus *T* in mortē est *α* in morte est *VPT* in morte sit *R* primogenitu (e *supra*) *V*[1] 17 tantum propius *V* tanto proprior *PTα* ideo *ex* eidem *m. 2 V* 20 effert *V* efferet (t *in ras.*) *R* efferret *PTE cf. Stud. 1889 p. 319* uerum susceptae *PT* (*Bened. adn. falsa*) uere susceptae *R* uerum haec susceptae *Vrb* 21 causam *V*[1] 22 dš *add. m. 3? R* exinanitas *V* 24 reuelari *ex* reuelara (?) *m. 1 R.*

22. Et primum quidem non alienum a dei misericordia et bonitate uideri potest, ut uitam omnibus in se ipso restitueret ex mortuis: namque qui primum animam nobis ad flatum respirationemque uiuendi, cum hominem secundum imaginem sui similitudinemque constituit, de thensauris potestatis suæ diuinitatisque diffuderit. secundum apostolum enim *ipsius genus sumus* et secundum eundem: *omnia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt*: scilicet ut *in ipso* habitatio nostra atque incolatus ostensa sit sedis, dum omnia inmensa uirtutis potestate conplexus est; *per ipsum* uero originis inchoatæ opus effectusque monstraretur, cum in nobis id ipsum, quod sumus, operatus sit; *ex ipso* autem initia uitæ ad exordia spiritus indulta notescerent. non fuit ergo a beneficentia diuinæ bonitatis alienum, ut qui ex se ipso nobis, qui eius genus sumus, uitæ ac spiritus elementa tribuisset, in se ipso quoque nobis per unigenitum deum æternitatis nostræ inchoaret exordia. uereque nunc et ex ipso et per ipsum et in ipso maneremus, cum quando nos in hac habitatione ac sede mundi huius, qui omnia in omnibus est, conlocatus rursum plenius iam atque perfectius in se ac per se atque ex se inita carnis nostræ societate post exitus mortis iam conlocaret æternos. hæc quidem ad significationem diuinæ bonitatis ita dicta sint.

23. Sed suscipiendæ ab unigenito deo carnis adeundæque mortis et per apostolum et nunc per prophetam grandior

6 Act. ap. XVII, 28. 7 Rom. XI, 36.

3 et mortuis *V* qui *supr. scr. R* 4 respirationem uiuendi (& *supr. scr. m. 3*) *R* respirationẽque = uidendi *P* 6 defuderit *P* defudit (it *in ras. 3*) *R* 8 adque *V* eatq *R* 9 sit = *R* sedis (is *in ras*) *R* sedhis *V* uirtutis suae *T* 10 per *add. m. 2 V* incoate *V* 11 monstretur *VPE* sumus *ex* supemus *m. 2 V* 12 autem ut initia (ut *ante uers. ineunt. add. m. 3*) *R* 13 notiscerent *V* 14 ut *om. VPT* se ipso nobis qui *add. m. 2 V* genus *add. m. 2 V* 15 uitae ac *ex* uitaf ac *m. 2 V* uitae = ac *R* elimenta *V* 18 in hac ipsa habitatione *PTE* qui omnia in omnibus est *h. l. om. T* est *om. R* 19 collocatos *T* 20 in se et per se adque ex se (ex se *add. m. 2*) inita *V* in se ac per se adque in se inita *R* p se atque in se inita *P* p se atq: in se qui omnia in omnib: ē inita *T* 21 exitu mortis *R*.

profundiorque ratio tractatur. ac primum quid in crucis sacramento atque mortis ab unigenito deo et domino maiestatis effectum sit, per apostolum intellegamus, ut duce eo docti prophetiæ scientiam consequamur. ait enim ita: et uos, cum essetis mortui in peccatis et præputio corporis uestri, conuiuificauit cum illo donans nobis omnia peccata, delens quod aduersus nos fuit chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio et adfigens illud cruci, spolians se carne, et principatus et potestates ostentui fecit cum fiducia triumphans eos in semetipso. sacramentum itaque salutis nostræ primum resurgens ipse ex mortuis decretumque mortis nostræ, quo ante detinebamur, absoluens in se ipso, qui ex mortuis æternus iam maneret, impleuit. sed in eo ipso, quod nobis uitæ auctor in se est, dum per adsumptionem corporis homo natus et mortuus iam rursum æternus ex mortuis est, omnes quoque inimicas uirtutes mundique potestates principesque aeris huius ostentui reddidit, id est uel nostræ spei uel suæ damnationis fecit ostenta et ipsos quædam quasi ex diis sæculi portenta constituit his ipsis in se cum fiducia triumphatis: dum et per securitatem æternitatis mors ipsa in deo moriente fiducia est et auctores mortis humanæ, dum etiam in se ipso per occupatum a satana cor Iudæ auctores sunt mortis, triumphat ex mortuis, ut neque a pœna mortis abessent, cum se usque ad mortis infirmitatem subiecisset

4 Coloss. II, 13 sqq.

2 dño *add. m. 2 V* 4 prophetae *PT* ait *ex* aut *m. 1 V* 5 esse[tis] *R* mortui *ex* murtui *m. 1 R* 6 nobis *supr. scr. m. 1 R* 7 aduersum *RE* chirografum *VP* cyrophū[gra] *corr. m. 2 R* 9 e medio *PT* sponlians *corr. m. 2 V* 10 se carnem *ex* etamen *m. 1 V* [se] carne *P* potestastis *V* 11 triumfans *R* 12 esurgens *R* 13 decretumque mortis *add. m. 2 V* absorbens *PT* 15 dm̄ per *V* 17 mortus[u] *corr. m. 2 V* mortuus (u *in ras.*, us *adiect. in uers. exeunt.*) *R* 18 aeris *ex* heris *m. 2 V* [m] ostentui fecit *V* 21 triumfantis *P* 22 auctoris *P* auctoris *ex* auctoritas *m. 2 V* 24 sunt *ex* uno *m. 2 V* triumfat *R* triumphant *ex* triumphantis *m. 2 V* ad poenam *V*.

æternus, et omnem pœnam humanæ mortis exciperent ut auctores, cum in æternitatis dominum auctores mortis per id, quod uerbum caro factum est, extitissent. hæc quidem ita apostolus.

24. Sed propheta breuibus licet, sed eandem intellegentiam uerbis significantibus eadem ista conplexus est. nam ubi dominum in exitum mortis ostenderat, subiecit: uerumtamen conquassauit capita inimicorum suorum, uerticem capilli deambulantium in delictis suis. principatus enim ac potestates, in quibus capita inimicorum significantur, fecit ostentui. hæc igitur in mortis exitu conquassat, quorum spiritalem nequitiam atque naturam in eo, quod capilli uerticem perambulent, docet, dum et tamquam dominantes hominum capitibus insistunt et tamquam nequitiæ spiritales sine sensu eorum, quibus insistunt, ipsum illum capilli uerticem proculcent; quia et ipsa scilicet corpora usque ad animæ mentisque sedem sine sensu adeundi interlabantur et penetrent. aeris enim huius sunt potestates; et ideo capilli uerticem perambulant uel insistendi leuitate uel potestate dominandi et toto in orbe per momenta singula commeantes. sed hæc in delictis suis peragunt, dum unicuique in eo, quod delinquat, auctores sunt secundum illud apostoli: deus filium suum misit in similitudine carnis peccati et de peccato condemnauit peccatum

22 Rom. VIII, 3.

1 exciperet *Ve* ut auctoris *P om. T* 2 cum *om. V* 5 brebib. *V* sed *om. E* eandem ista *V* eandē eadem ista *P* 8 conquassabit *RTE* capitau *corr. m. 2 V* 10 et potestas *V* significatur *V* 11 exitus cumquassata forum *V* 12 adqui ratura^{n}m *V* 13 perambula^{e}nt *corr. m. 2 V* perambulet *R* dū tamquam *V* 15 insistu^{a}nt *T* (insistant *fort. scribendum*) procu^{a}lcent *T* 16 animā mentesq: sedem *P*[1] 17 sine sensum *V* paenetrent *V*[2]*R* paenitent *V*[1] penitrent *T* penetrant *P* aeris (ae *add. m. 2*) *V* 18 potestatis *V*[1] 19 leuitatem *P* toto (*om.* et) *T* urbe *V* 20 suis sperabunt *V* 21 delinqua^{n}t *P* sunt *add. m. 2 V* secundum illud — in carne *h. l. om. T et infr. inser. post* proditionis peccant 22 in similitudinem *PTE*.

in carne; cum causam in his exordiumque peccati ex eo ipso, quod in carne sua per instinctum proditionis peccant, id est de peccato carnis peccatum in carne condemnat.

25. Tenet itaque diuinæ dispensationis ordinem propheticus sermo et euangeliorum opera adumbrata esse per legem ipsis illis legis operibus declarat. multa enim plerumque per nominum proprietates ita expressa atque absoluta sunt, ut non magis gerendis in præsens potius quam in futurum significandis rebus inpensa sint: ut nunc post tantas ac tam manifestas euangelicæ spei prædicationes altius quiddam nobis et ultra aurium sensum adfert subiectus ordo dictorum: dixit dominus: ex Basan conuertar in profundum maris. uidetur enim hic sermo domini fuisse, cum ad diuidendum ad iter mare exerendamque in Pharao iram est conuersus. sed numquid ex Basan conuersum eum esse lex docuit? non utique. Basan uero est ciuitas hostilis quondam regni, quæ fuit Og regis habitatio; sed interpretatio nominis pudorem confusionemque significat. potest quidem uideri, ut ex pudore populi in Aegypto seruientis, cum depressus a Pharao ipsam illam conseruandi educandique generis libertatem perdidisset, in profundum maris, id est ad liberandi populi sui magnificentiam deus esset conuersus. sed qui secundum proximum huic psalmum dixerit: salua me, deus, quoniam intrauerunt aquæ usque

23 Ps. LXVIII, 2 sq.

1 cum causam — in carne *om. V* 3 condemna^t *corr. m. 2 V* 4 tenet *ex* tenec *m. 2 V* despensatiônis *V* 5 pelr *corr. m. 1 V* 6 per *add. m. 2 V* 7 proprietatis *V* expraessa *P* 9 tã *supr. scr. m. 1 R* 10 praedicationis aletius quidam *V* 11 subiectas *V* 12 conuertar *ex* conuertur *m. 2 V* conuertar conuertar *PTE* maris *om.* (*spatio uacuo rel. P*) *PT* 13 do^i mmi sermo *V* *post* fuisse *del.* dĩ *m. 2 V* ad ^di uidendum ad (*alter.* ad *part. eras.*) *R* 14 exherendamque *P* in farao *VRP* est *om. VR* sed unumquid *V* 16 est *om. R* quodam *V* fuit graecis *R* fuit in = oc, (g *ex* c) regis *P* *cf. Acad. p. 22* 17 interpraetio V^1 19 seruientes *P* a farao *VRP* 20 perdidissed id in *V* perdidisset id in *R* 21 id es^t *corr. m. 2 V* esset *V cf. Hartel Lucif. p. 376* est *RPT* sit *E* 23 aq̃. usque usquae *corr. m. 2. V.*

ad animam meam; infixus sum in limum profundi et non est substantia; ueni in altitudinem maris, et tempestas demersit me, non ambigendus est post humani corporis pudorem — quia ipsæ illæ corporum atque elementorum nostrorum origines sint pudendæ — in hoc mare, id est in hanc sæculi tempestatem esse conuersus, ut usque ad ultimæ confusionis uerecundiam subiectus crucis morti per eam in se inimicorum capita conquassaret, spiritales scilicet nequitias potestatesque omnes et principatus aeris huius reddens ostentui triumpharet, cum eos æternitati pœnæ, postquam ipse et passus et mortuus est, destinaret. ob id ergo conuersus in profundum maris intellegendus est, id est usque ad ultimas descendisse sæculi passiones, ut conculcans capita inimicorum ultionem diuinæ potestatis exereret.

26. Quod ipsum uidetur sequens sermo conplecti, cum dicitur: ut intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. diuinæ autem ultionis ira sub humanæ uindictæ significatur exemplo. ex Basan enim in profundum maris conuersus ob id est, uti pes intinguatur in sanguine atque ab ipso sanguine, qui ex inimicis est, canum quoque lingua tinguatur. hæc uero accidere solent omnibus bello consumptis et captiuitate deletis et pro uictorum arbitrio atque ultione punitis. per humanæ itaque, ut dixi, consuetudinis morem. cum gladius, cum arcus, cum sagitta, cum framea, cum reliqua pœnarum ac mortium

1 ad amā meā *P* sum *ex* se *m. 2 V* in limū *V* in limo *Re* 3 non ambigendum est *V* 4 ipse ille *VRP* adque elimentorum *V* 5 originis *V* 6 hanc *ex* hac *m. 2 V* conuersus *ex* conuersum *m. 2 V* 7 ultim[a]e confesion = i = s sio *corr. m. 2 V* crucis *add. m. 2 V* 9 potestatisque (que *add. m. 2*) *V* aeris *ex* heris *m. 2 V* 10 aeternae (aet̄nae *P*) poenae *PTe* 11 passus (*om.* et) *PT* mortus *V* destinare[t] *corr m. 2 V* 13 discendisse (se *add. m. 2*) *V* 15 quod id ipsum *V* 16 inc[t]ing[u]anntur *V* t[uu]is *V* 17 can = ū *P* 18 ultiones *V* 19 enim *add. m. 2 V* conuersum *V* ut ipse *R sed cf. infr.* 20 tinguatur *VPTE* 21 ting[u]atur *V* t[i]unguatur *T* ex uiro accidere (re *add. m. 2*) *V* 22 bella *V* 23 per humana uīdictae itaque *V* 25 sagittas *V* frammea *V* mor[t]ium *V* mor = tium *R*.

arma memorantur, diuinæ seueritatis significantur officia. et hæc quidem Iudæis post crucem et mortem domini omnia acciderunt, cum a Romanis capti uniuersa suppliciorum ac miseriarum genera perpessi sunt, ut peremptorum sanguine et incedentium pedes tincti sint et canum lingua satiata sit. sed id non minus ad eorum pœnam damnationemque referendum est, qui ostentui redditi cum fiducia triumphantur.

27. Et quia sub his, quæ in Iudææ populo temporibus legis expleta sunt, uniuersarum fere gentium ad speciem futuræ misericordiæ salus est inchoata, ut per id, quod tum gestum est, id quoque, quod postea gerendum esset, doceretur, cum ipsos illos, in quos illa tum gerebantur, et inumbratio nubis et iter maris et mannæ spiritalis cibus et spiritalis potus ex petra in spe euangelica fideque concluderet: nunc quoque, ut semper, in his ipsis noui ac ueteris testamenti per prophetam facta conexio est, cum dicit: uisa sunt itinera tua, deus, itinera dei mei, regis, qui est in sancto. præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuenum tympanistriarum. in ecclesiis benedicite dominum de fontibus Israhel. ibi Beniamin iunior in pauore, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nepthalim. dei quidem itinera sunt uisa, cum coactis in glaciem aquis præeunte eo in columna ignis et

1 diuinae memoriae seueritatis *V* et quidem (et *add. m. 2*) *V* 4 et incidentium *V* incedentium (*om.* et) *PTe* 5 et tantum lingua *V* 8 et qui *P* iudae *V* iude *P* iudaeorum *E* 9 sunt *ex* sui *m. 2 V* 10 quod tum gestum est id *om. PT* 12 quos (*om.* in) *P* apud quos *T* inumbratio nobis *V* inumbrationib: *P* 13 nmaris *V* spiritalis *ex* spiritales (*bis*) *m. 2 V* cibus et spiritalis *om. R* 14 spe (*om.* in) *V* non quoque *V* ut et semper *PTb* 16 connexio *TE* 17 in soc *V* 19 tympanistriarum (h *supr. scr. m. 3*) *R* tymphanistriarum *V* in ecclesiis benedicite *om. V* dōn *V* dn̄m dn̄m *PT* dominum deum *E* *cf. infra* 20 istrahel *V* ubi ueniamin *V* in pauorē *RP* 21 principes — eorum *in marg. sup. add. m. 2 V* diabulon *P* (*sic et infr.*) 22 principis *V* nepthalim *ex* neptalim *m. 1 R* neptalim *PTa* uisa *om. V* 23 cum a coactis *corr. m. 2 V*.

nubis iter populo siccatum est, cum in medio tympanistriarum iuuenes psallentes gloriose glorificatum dominum cantauerunt. sed nouimus itinera et alia regis in sancto, cum uirtutibus cælestibus animisque sanctorum iter eius præeuntibus in eo, qui primæ sabbati psalmus est, cantatur: tollite portas principis uestri, et eleuamini, portæ æternales, et introibit rex gloriæ. quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. et hæc itaque dei nostri et regis in sancto itinera sunt uisa, cum ingressum eius tanta cælestium cœtuum gaudia præeunt.

28. Sed quia quæ ante præformata in Pharao et in Israhel fuerant, in diaboli suorumque clade et populorum omnium salute perfecta sunt, non ad synagogæ confessionem, sed ad ecclesiæ benedictionem nos cohortatur propheta, ut, quibus dei et regis in sancto itinera essent uisa, firmaret, dicens: in ecclesiis benedicite dominum de fontibus Israhel, ex initiis scilicet legis atque adumbratione gestorum doctrinam ecclesiæ defluxisse commemorans. ac ne quid benedicentibus ecclesiis ambiguitatis existeret, quis hic maximus euangelicæ spei prædicator futurus esset, ostendit dicens: ibi Beniamin iunior in pauore, in ecclesiæ scilicet fontibus Beniamin iunior in pauore mansurus; post consternationem enim pauoris in euangelium Christi de tribu Beniamin Paulus electus est, matutino deuoratas carnes ad uesperum diuidens in salutem.

5 Ps. XXIII, 9 sq. 23 Gen. XLIX, 27.

1 tymphanistriarum *V* 2 iuuenis psalentes *V* gloriosae *VRP*[1] 3 sed nouissimi = s (is *ex* us *ras. corr.*) *R* itinerae *ex* itinera *R* & *part. eras. R* 4 iner (t) eius *V* 5 primae sabbatis *P* primus sabbatis *V* est *add. m. 2 V* cantatus *V om. PT* 6 principes *V*[2]*R* uestras *R* 7 quis est — gloriae *part. in marg. P* dominus — gloriae *om. R* 10 tantae *P* coetū gaudia *P* gaudia coetuum *V* 11 ātea *V* infarone (a) et istrahel *V* 13 non a *V* sed a (d) ecclesiae benedictionem *corr. m. 2 V* sed ad caelest = ē benedictionem *R om. PT* 14 choartatur *R* ut *om. PTb* 15 esse *PTb* firmarent *Pa* 16 dominum deum *s* de sanctis israhel (israel *T*) *PT* 18 commemorans *om. V* 19 ambiguitatis *ex* ambiguitatib. *V* quis hic ipse maximus *V* 20 beminia (m) in *V* 21 in eclesiae *V*.

ceteros quoque principes Iuda, ne ignorentur, ostendit, id est, qui ab eo, qui de Iuda frutice expectatio gentium futurus erat, eligendi essent, reuelans: principes Zabulon, principes Nepthalim. ex his enim, ut euangelia declarant, apostolorum est cœpta delectio, hos principes eorum, qui in ecclesiis congregarentur, ostendens. nam cum ex omnibus tribubus singulis quibusque populis secundum legem sint principes instituti, nunc tamen, ubi euangelicæ dispensationis principes declarabantur, earum tantum tribuum, ex quibus uocandi essent, commemorata sunt nomina. orta enim in finibus Zabulon et Nepthalim luce magna post umbram mortis piscatores ex his sunt hominum constituti. solum ergo id sub prophetiæ significatione ex illa principum uniuersitate memoratum est, quod ad euangelii confirmationem ipsis rerum effectibus et apostolorum electione esset explendum.

29. Et quia tantæ expectationis spe detinentur — quia non ambiguum est omnes sanctos et prophetas cælesti desiderio euangelicæ beatitudinis tempus optasse, domino dicente: amen dico uobis, quia multi prophetæ et sancti cupierunt uidere, quæ uos uidetis, et audire, quæ auditis — consummari id, quod tantopere concupiscit, precatur dicens: manda, deus, uirtuti tuæ, confirma, deus, quod operatus es in nobis. a templo tuo in Hierusalem tibi

18 Matth. XIII, 17.

2 de iudae *PTE* frutice *m. 3 ut uidetur in loco ab orig. uacuo R* fruticet *V* 3 elegendi *V* reuelat *V* diabulon *P* 4 neptalim *Te* 5 dilectio *VRP*[1] congraegaretur (n *supra*) *V* 6 tribubus *ex* tribus *P*[2] tribus *V om. R* 8 tamen = ubi *R* despensationes *V* 9 earum *Te* eorum *VRPα cf. Stud. 1889 p. 319* uocandis essent *V* 10 ziabulon *P* 11 lucē magnā *P* post umbra *V* piscatoris *V*[1] peccatores *P* principes *T* 12 homines *V* solū erat id *V* 13 ad *supr. scr. T* 14 ipsa *T* effectibus et apostolorum *om. PT* esse *VP* 16 expectationis *ex* expectationes *m. 1 R, m. 2 V* detinentur (*ex* dintinētur *m. 2 V*) *VRP* detinetur *T* detinerentur *E* 17 ambiguo *V* desiderii *P* 18 beatitudines *V*[1] tempus opus optase (s *supra*) *V* 19 et iusti *Rb* 20 uidere quae uos *supr. scr. m. 1 R* audiri *V*[1] quae uos audistis *P* quae uos auditis *TE* *inter* auditis *et* consummari *R add.* & non audierunt 21 tanto cōcupiscit *V* praecatur *VR* 23 es in nobis *ex* ē in nobis *R* est nobis *Vα* es nobis *PT*.

adferent reges munera. distinguit intellegentiæ significationem, ne quid confusum ambiguumque subrepat in eo, quod ait: manda deus uirtuti tuæ; quod utique contra humanum sensum et usum naturalis consuetudinis est locutus. mandare enim quisquam uirtuti suæ aliquid non uidetur, quia per eam internæ potestatis insit effectus; et cum omnia uirtute fiant, non existimatur uirtuti ipsi aliquid mandari solere faciendum. sed enim dei uirtus deique sapientia est dominus Iesus Christus, qui et ponendæ animæ ac resumendæ mandatum accepit a patre. idcirco non contra intellegentiæ communis sensum dictum uidetur, quod tamen propheticæ scientiæ proprietate memoratum est, ut uirtuti suæ mandaret deus, unigenito scilicet deo, qui et dei uirtus est. dehinc quia rerum subitarum in deo non cadit noua repensque molitio, cuius scientiam non subterfugiant quæ gerenda sunt, quia natura eius uniuersa, quæ erunt, uirtutis suæ potestate conplexa est, id nunc confirmari propheta postulat, quod iam sit idem deus operatus in nobis, secundum illud apostoli: benedictus deus pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni spiritali benedictione in cælestibus: in quo et elegit nos ante mundi constitutionem, uti essemus sancti et inmaculati in ipso. deus itaque, qui secundum prophetam fecit, quæ uentura sunt, ea, quæ iam ante constitutionem mundi per definitionem gerendorum operatus in nobis est, confirmauit in domino.

18 Ephes. I, 3 sq.

1 offerent *ex* offerunt *R* 2 subripat *V* 6 potestati *R* 7 mandare V^1 faciẽdum *ex* faciẽdae *m. 2 V* 8 sed quia *V* dĩ *supr. scr. m. 1 V* 11 scientię *in marg. add. P* propriaetatẽ memoratus est *V* 12 dõ scilic& *R* 13 dš uirtus est *V* in deo *VRPT cf. Hartel Ennod. p. 673, Lucif. p. 364, Petschenig Vict. p. 159* in deum *E* 14 recensque *RT* (*sed* c *in ras. 3 R, in marg.* p *add. T*) 15 supterfugiant *V* 16 conplexa sunt *V* 18 deus et pater *E* 20 benedictione spiritali *E* 21 ut *RPTb* 23 uentu^ra^ *P* eaque quae *P* iam *om. V* ante constitutione mundi *V* ante mundi constitutionem *T* ante constitutionem (*om.* mundi) *P* 24 per definitionem *om. PT* (*Bened. falsa adn.*).

30. Et quid illud sit, mox continuat ordo dictorum: a templo tuo in Hierusalem tibi adferent reges munera. templum in Hierusalem est, in quo hostiarum legitima offerebantur; nunc autem a templo in Hierusalem a regibus sunt munera adferenda. quod utique contra locorum significationem rationemque gestorum est, ut illinc, quo inferri magis oporteret, id est de templo, offerenda sint munera. sed quia est cælestis illa nobis mater Hierusalem et primitiuorum conscriptorum et frequentantium cœtus, omnisque in Christo renatus dei templum est, maxime in quo non mors magis sit regnatura, sed uita, et qui ipse rex sit eius, cuius seruus fuerat ante, peccati, hostiam se ipsum uiuam et rationabilem et placentem deo offerens: tum ergo ab hoc templo, id est ab hac sancta corporis sui habitatione, in illo conuentu angelorum frequentantium, id est in illa cælesti Hierusalem, si qui reges sint, id est qui peccato ultra non seruiant, offerent se ipsos deo munus.

31. Quod quia carnalis Israhel, dum sibi tantum peculiarem dei misericordiam usurpat, uidetur tamquam soli ei sit proprium defendere, mox propheta subiecit: increpa feras siluæ, concilium taurorum inter uaccas populorum; ut non excludantur hi, qui probati sunt argento: dissipa gentes, bellum quæ uolunt. uaccas in Samaria adoratas esse, cognitio ex libris est. principes uero populi istius iam non populi, sed gregum duces esse, propheticus sermo est, cum dicitur ex domini persona: tauri pingues obsederunt me. feras autem siluæ nequitiarum spiritalium supra

7 Hebr. XII, 22 sq. 25 Ps. XXI, 13.

1 ordo *ex* orido *m. 1 V* 2 offerent *T* 4 templo (*om.* a) *V* in ierusalet (*sic*) *R* a regibus *ex* regibus *R* 5 offerenda *V* significationemque (*om.* rationem) *V* 6 illic *VRP cf. Stud. 1889 p. 321* 8 conscribtorum *VP* 9 omnisque *ex* omnis *m. 2 V* 10 mors *ex* more *m. 2 V* 13 $\overset{tan}{\text{cū}}$ ergo *RPTα* 14 frequentiū *P* frequētium *V* frequentantium — participes esse et mensae (*Ps. LXVIII cap. 19*) *om. T* 15 hierusale *V* ē qui reges *R* 16 peccatu *V* 17 carnalis (i *in ras.*) *VP* isdrael *V* 18 usurpant *V* sit *ex* sunt *m. 2 V* 21 hii *R* 22 quae bella uolunt *R* 23 adoratas in samaria esse *V* princeps *P* 24 populi sed *om. R* graegum *R* grec,ū ≡ *P* 25 obsiderunt *V*.

uerticem capilli in peccatis suis deambulantium significatio intellegenda est secundum illud: deuastauit eam aper de silua, et singularis ferus depastus est eam. quo in loco ipsius principis mundi, id est satanæ, et inmanitas significatur et uirtus. id ergo nunc poscit propheta, ut uel in has feras siluarum uel in hoc concilium taurorum inter populorum increpet uaccas, ne hi, qui probati argento sunt, excludantur. probati autem argento hi sunt, qui secundum argentum defæcati et passionum omnium igne decocti inmaculati et sine terrenæ sordis admixtione iam splendent.

32. Cum enim propheticus sermo fidem gentium populique huius exacerbantis inprobam uoluntatem sæpissime increpet, iamque salus a deo in omnes per omnesque sit cognita idque ex scientia dispositionis dei notum sit, tum impietate populi exprobrata sancti quique in spem regni cælestis uocantur. non enim Iudæorum deus tantum est, non et gentium: immo et gentium; unus enim deus est, qui iustificat circumcisionem ex fide et præputium per fidem. postea ergo quam increpitis his principes Sodomorum et principes Gomorræorum esse meruerunt, tum ad gentes cognitio dei scientiaque defluxit, et iam non intra errorem neque contradictionem inscitia detinentur. increpitis autem siluarum feris taurorumque conciliis uaccisque populorum eos, qui adhuc perpetuis aduersum gentium spem ac salutem

4 Ps. LXXIX, 14. 16 Rom. III, 29 sq.

lan
1 deambutiū *P* 2 diuastauit *V* euastauit *P* 3 est *add. m. 2 V* hoc in loco *P* 4 principes *V* sataneae *corr. m. 2 V* 6 taurorum &inter *R* 7 increpat *V* hii *ex* hi *m. 2 V* 8 hii sunt *RP* (*in R alterum* i *supr. scr. m. 1)* 9 defecati *VP* depaccati *R* de peccati *e* 10 terrene *V* 11 gentium praedicet populique *E* 12 exacernantis *V* saepissimae *V* sepissimae *R* 13 idque ea scientia *V* 14 tum *scripsi* cum (*ex* cum cum *V*) *VRP* impietas *VP* 15 exprobata *Pa* in *om. V* 16 et non *RPE* 17 immo et gentium *om. VP* 19 his qui principes *E* (*de abl. abs. enormiter usurpato cf. Draeger Synt. II, 812)* 20 gomor-
reo
reorum *R* gomor.rum *P* gomorum *ex* sodomorum *m. 2 V* maeruerunt *V* 21 etiam non *R* intro *P* 22 contradictionem insciẽtiae *V* contradictionem scientiae *P*.

infidelitatis odiis persistunt decertare, condemnat dicens: dissipa gentes, quæ bellum uolunt. pacificauit enim omnia dominus in cælo et in terra et secundum apostolum deus in Christo erat mundum reconcilians sibi. earum ergo gentium dissipationem, quæ cælestis pacis fœdus abnuant magisque dissensionum uolent bella, sub diuersarum tamen gentium congregatione denuntiat.

33. Nam ad conseruationem coniunctionemque totius sensus increpitis taurorum conciliis ferisque siluarum, gentibusque bellum uolentibus dissipatis, ne quid sibi ultra adrogans Israhel impiusque præsumeret, subiecit: uenient legati ex Aegypto. Aethiopia præueniet manu sua. deo regna terræ: cantate deo, psallite domino. expleta autem hæc eadem sunt uel magis ex oriente uenientibus, uel tunc, cum in apostolos spiritus sanctus diuisi ignis modo uenit. nam illic ad prædicationis euangelicæ cognitionem etiam ex Aegypto conuenisse scribuntur, quibus magnitudinem diuini muneris tamquam legatis renuntiantibus Aegyptus prope uniuersa est iam fidelis. Aethiopia uero in eunucho Candaces fidei confessione præuenit; manu autem sua, dum ipse baptismi gratiam sibi postulat dicens: ecce aqua, quis me prohibet baptizari? sacramentum ipsum baptismi adeo inpatientis desiderii cupiditate præueniens, ut a diacono ministerium apostolici officii salutis suæ cupidus exigeret. et quia exinde per omnes fere gentes prædicatio diuinæ cognitionis inluxit — quia et omnia regna dominum Christum deum intellectura licet sero sint, et omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus in gloria dei

3 II Cor. 5, 19. 21 Act. ap. VIII, 36.

2 quae bella *R* bellum quae *Pb* 3 secundum (*om.* et) *R* 4 eorum *P* 5 quae caelestis *V* 6 bolent *V*[1] diuersorum *V* 8 potius *V* 9 que bellum uolentibus *sup. lin. a m. 2 V om. P* 10 adrogans *ex* anrogans *m. 2 V* 12 aetiopia *V* manus sua *R* manus eius *PE* 13 cantante *P* &psallite *R* expleta enim *Pb* haec ea *V* 15 diuisio *P* 19 in eunucho Candaces *scripsi* in eo non candaces *V* in candace ē (ē *in ras.*) *R* in candacis *P* in Candacis eunucho *E* 20 gratia *V* 21 aquam *corr. m. 2 V* aquā *R* prohibet me *RPE* baptiszari *V* 22 inpatientes *V* 25 inluxit cum quia omnia *V* 26 dn̄m ih̄m dn̄ *V*.

patris sit — consummationem temporis huius exoptat dicens: deo regna terræ: cantate deo, psallite domino. omnes scilicet ad canendum deo ac psallendum adhortatur, uel quia salute omnium prophetica sollicitudine lætatur, uel regnis omnibus deum cognoscentibus regni cælestis succedit æternitas.

34. Atque ut in ceteris solet, nunc quoque, cui deo dominoque cantandum psallendumque esset, ostendit dicens: psallite deo, qui ascendit super cælos cæli ad orientem; ecce dabit uocem suam, uocem uirtutis. conpetenter nunc ascendentis super cælum cæli ad orientem dei honor poscitur: ut, quia superius significata humilitas eius fuisset, cum uel super occasum ascendit uel exitum mortis egreditur, nunc, ubi non cælum, sed cælum cæli transgressus esse notescit, diuinitatis ac magnificentiæ eius non ignoraretur æternitas. ad orientem uero idcirco, quia ipse secundum prophetam oriens ex alto sit, ut regressus eo, unde descenderat oriens, nosceretur ipseque sit hominibus in hunc cælestis sedis ascensum rursum auctor oriundi.

35. Nam idipsum sequens sermo significat, cum dicitur: ecce dabit uocem suam, uocem uirtutis. in omnibus quidem, quæcumque in corpore manens gessit, uirtutis uocem dedit; cum paralytico dicit: surge et ambula, cum Lazarum

17 Zach. III, 8; VI, 12; Luc. I, 78. 23 Matth. IX, 5 sq.

1 confirmationem *ex* consummationem *m. 2 V* 2 dō *post* dicens *eras. R* &psallite *R* 3 omnis *Va* ac *ex* hac *R* 4 salutē *P* uel quia regni[s] *E* 5 regni caelestibus *V om. R* succedere[t] *V* 7 cum deo *e* 8 cantandū *ex* cantatū *m. 2 V* [p]sallendumque *V* ostendit *add. m. 2 V* 9 deo nr̄o qui *R* super coelum coeli *e* 10 conpetenter — uocem uirtutis *infr. lin. 21 om. V* 12 [h]onor *corr. m. 1 R* superius — cum uel *om. P* 13 *post* exitum *3* litt. *eras. R* 14 egr = editur *P* 15 notescit. *P cf. phil. Abh. IV p. 63* notescitur *R* noscitur *e* 17 ex alto sint regressus *R* 18 oriens *post* descenderat *om. Pb* nosceretur *ex* nasceretur *m. 1 R* hominibus *ex* omnibus *m. 1 R* omnibus *Pe* 19 ascensus *P* rursus *PE* 21 suam — in omnibus *in ras. P* 23 dicit *om. P.*

uocat e sepulcro, cum Petro ceterisque apostolis ait: q u æ c u m q u e s o l u e r i t i s s u p e r t e r r a m, s o l u t a e r u n t e t i n c æ l i s; e t q u æ c u m q u e l i g a u e r i t i s s u p e r t e r r a m, e r u n t l i g a t a e t i n c æ l i s. uox plane est ista uirtutis, humanæ infirmitati tantum posse concedere. sed scimus adhuc aliam uocem superesse uirtutis, de qua ipse testatus est dicens: a m e n a m e n d i c o u o b i s, q u o n i a m u e n i t h o r a e t n u n c e s t, i n q u a a u d i e n t m o r t u i u o c e m f i l i i d e i: e t q u i a u d i e r i n t, u i u e n t. numquid alia uox potest maior esse uirtutis, quam dissolutorum corporum puluerem in formam cogere soliditatemque membrorum et uitas rursum in homines animasque reuocare et corruptionem naturæ inbecillis naturæ cælestis incorruptione mutare? hæc humanæ spei uera et perfecta constantia est, hæc diuinæ magnificentiæ bonitas absoluta est. ob quod uniuersos ad honorem huius tantæ uirtutis hortatur dicens: d a t e h o n o r e m d e o, ut perceptæ inmortalitatis laudem ad honorem eius, qui tanti nobis muneris parens est, referremus.

36. Dehinc, ne quid sibi uel carnalis Israhel uel uniuersitas gentium impiarum ex his pietatis scientiæque dei meritis præsumeret, a quibus hic honor deo reddendus esset, ostendit dicens: s u p e r I s r a h e l m a g n i f i c e n t i a e i u s, e t u i r t u s e i u s i n n u b i b u s, super eum scilicet Israhel magnificentiam futuram esse demonstrans, qui iam ex conparatione nubium

1 Matth. XVIII, 18. 7 Ioh. V, 25.

1 sepulchro *R* s≡epulcrho *P* 2 *sic V nisi quod habet* soluta erint, legaueritis, legata; *at RPE* quaecumque ligaueritis s. t., ligata erunt et i. c. et quaecumque solueritis s. t. soluta erunt et i. c. 6 testatur *V* tra[ta]ctus est *P* 8 fili *V* 9 uiveн̃ *R* potes *V* 11 uitam *PE* uias *V* in homin[is]em animas reuocare *V* 12 naturae inbecillis — incorruptione *in marg. inf. add. m. 2 V om. P* 13 [&] perfecta *R* 14 absoluta ē *R* absoluta *Pb* 15 ob≡≡quod *R* 16 date *ex* dete *m. 1 R* 17 tanti bonis *P* est *add m. 2 V* 18 referremus *ex* referrens *m. 2 V* refere[a]mus *corr. m. 3 R* refe≡rimus *P* referamus *E cf. Hartel Lucif. p. 376* 19 istrael *V* 20 scientiaque *V* 21 honor dī *P* 22 istrahel *V* 23 scilice *V* 24 quia iam *ex* qui iam *m. 2 V* nuuiū V^1.

spiritalis existeret, uel qui secundum apostolum rapi obuiam Christo in nubibus mereretur. et idcirco uirtus eius in nubibus est, quia his, qui ultra terrenam originem mortalemque degentes se in sensum cælestem et uitam, ut ita dicam, aeriam extulissent obuiamque elati in nubibus adstitissent, his esset proprium uirtute dei magnificentiaque lætari. — frequenter autem meminit his ipsis nubibus, tamquam ratione scientiaque perfectis, ne super impiam Israhel uineam pluerent, esse præceptum: quia indigni sancto eloquio, quos iam spinæ et tribuli, id est terrena uitia obsederant, exstitissent. — namque cum omnibus sit ad nouam resurrectionis originem uoce uirtutis utendum, non uniuersis tamen gloriosus idem resurrectionis honor est præparatus domino dicente: nolite mirari ista, quoniam uenit hora, in qua omnes, qui sunt in monumentis, audient uocem eius: et prodient, qui bona gesserunt, in resurrectionem uitæ, qui autem iniqua gesserunt, in resurrectionem iudicii. et idcirco super eum Israhel magnificentia et uirtus dei est, qui esset in nubibus, quia pro discrimine uitæ innocentis atque impiæ resurrectionis sit aut in uitam aut in iudicium distincta diuersitas.

37. Deinde id ipsum sequens sermo designat dicens: mirabilis deus in sanctis suis. in eos scilicet mirabilis, quos in uitæ resurrectionem excitabit æternos. mirabilis autem est, cum omnem beneficentiæ suæ in eos conferat uoluntatem, cum ipsos intra perfectionem cælestis gloriæ conlocabit, sicuti

13 Ioh. V, 28 sq.

2 mereretur *ex* aereretur *m. 2 V* 3 his qui *om. V* 4 degētis *V* 5 aeream *s* 6 esset (t *in ras.*) *R* esse *V* 7 memini *E* 10 obsiderant *V* 12 gloriosos idem *P* gloriosus id ē *V* gloriosus id est *RE* *cf. Stud. 1889 p. 319* 14 omnis *V* 15 *post* monumentis *3—4 litt. supr. scr. eras. R* 16 qui autem *ex* & qui autem *R* 17 in resurrectione *R* 18 dī esset qui esset *P* 19 in nōbib; *R* innocentes *V* adque *VR* 20 in uita *R* 22 id *om. P* 23 in eo *VP* in eis *E* quod in uitae *P* 24 resurrectione *V* excitabit *ex* excitabat *R* excitauit *V* 25 omne *V* beni=uolentiae (i *ex* e *corr.*) *P(e)* conferet *Ve* 26 conlocauit *V*.

ad patrem pro his precatus est dicens: pater, uolo ut, ubi ego sum, hi mecum sint; uel illud: ut omnes unum sint, ego in illis et tu in me. mirabilis ergo in sanctis deus est, quos, cum conformes gloriæ corporis sui fecerit, per se, qui mediator est, etiam in unitate paternæ maiestatis adsumet, dum et in eo per naturam pater est et ille rursum per societatem carnis in nobis est: quos in regnum præparatum illis ante constitutionem mundi obtinendum locauerit, quibus absorpta morte inmortalem uitam æternamque reddiderit. non enim iam incrementis corporum escarumque alimentis infirmitatumque casibus uitæ humanæ demutatio laborque tolerabitur, sed æternitas cunctis, quæ naturæ suæ uirtute ipsa se continens, id est quæ se ipsam alat conseruetque, donetur: certique omnes fore se sempiternos non aliunde iam, id est non extrinsecus continentur ad uitam, sed ex deo, per quem resurrexerint et inmortales maneant et æterni. et ideo hæc humanæ spei sacramenta tali confessionis fide propheta conclusit: mirabilis deus in sanctis suis, deus Israhel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus est deus. dat itaque uirtutem plebi suæ et fortitudinem deus, quæ inmortalis effecta intra se uitam uirtutemque contineat despoliatoque corpore superinduta sit honore cælesti, ut omni corruptione et infirmitate depulsa deum æternitatis suæ laude

1 Ioh. XVII, 24. 2 Ibid. 21; 23.

2 et hi *E* *inter* omnes *et* unum *del.* in omni *m. 2 V* 3 mirabiles *V*[1] 4 quod cum *P* quos (*om.* cum) *V* 5 in unitatem *PE* paterne *corr. m. 2 V* 8 ãte constitutione *corr. m. 2 V* obtinendam *V* 9 absorbta *V* absorta *RP* 12 cunctis q̄ *V* cunctis q *R* 13 quae (ae *add. m. 2*) secundum ipsã *V* donabitur *E* 14 sempiternos quod non *E* aliumde *V*[1] 15 contineantur *E* conseruentur *V* 16 maneunt et aeterni *V* maneant aeterni *R* 18 suis *om. V* ds̄ istrael *V* israel *R* 19 plebi eius *RP* 20 benedictus es deus *P* benedictus deus *R* benedictus deus est *E* 21 se *om. RPE* uitam *supr. scr. m. 1 P* contineatquae *V* contineatur *E* ēē appetit *in ras. a m. 2 P* 22 dispoliatoque *P* (*in ras.*) *E* superinduita *corr. m. 2 V* ut *om. P* omnique corruptione *in ras. a m. 2 P* 23 aeternitati *V* suae *om. P* laudando *P*.

benedicat per unigenitum et primogenitum suum deum ac dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXVIII.

In finem pro his, qui commutabuntur, ipsi psalmus Dauid.

Saluum me fac, deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam et reliqua.

1. Tertius hic pro his, qui inmutabuntur, est psalmus; qui etsi nihil sub historiæ conmemoratione conplexus est, ut in quinquagesimo et nono inesse tractauimus, neque ut in quadragesimo quarto aliquid proprium in superscriptione prætulerit, ubi pro dilecto canticum prænotatur, in eo tamen, quod non illius Dauid, sed illi Dauid psalmus in finem præscribitur, in illum potius Dauid, qui et oriens et iustus et finis est legis, conuenire intellegenda prophetia est. per id enim non ab illo, sed in illo psalmus docetur esse cantatus. in his autem, qui inmutabuntur, euangelicæ spei fideles significari docuimus, qui aut ex legis obseruatione aut ex gentili impietate ad cognitionem dei demutati, tamquam renascentes incorruptæ æternitatis candore florerent; quod idipsum psalmi fine tractabitur. non ambigitur autem psalmus ipse sacramentum passionis domini continere. nam præter Iohannem apostolum, qui in potatione aceti consistere consummationem scripturarum

23 Ioh. XIX, 28.

1 benedicant *VP* et primogenitum *add. m. 2 V* primogenitum *in ras. a m. 2 P* 2 dñm ñ (ñ *add. m. 2) V* 3 amen *om. V* Explicit psalmus LXVII incipit psalmus LXVIII feliciter *V* Explicit psalmus LXVII incipit LXVIII *R* Finit psāl LXVII inc̄p psāl LXVIII *P* 5 quae *h. l. V sed cf. infr. lin. 9* inmutabuntur *R* ipsi *om. R* psalmus *om. V* 11 quinquagensimo *V* 12 quadragensimo *V* superscribtione *V* 13 delicto *R* praenotat *P* 14 sed ipsi *V* in fine *VRP* 17 in illos *V* in illum *E* doceatur *V* 18 aeuangelicae *V* fidelis *VP* 19 qui autem ex *V* obseruatione *ex* obseruationem *corr. m. 2 V* 20 demutatio *P* renascentis *VP* 21 florent *P* 22 a[m]bigitur *corr. m. 1 V* psalmus *ex* psalmi *corr. m. 2 V* 24 in putatione cantici *P* consummationem *ex* consummationis *m. 2 V* consummatione *P* scributurarum *VP*.

testatus est, tum etiam dictum hoc ab eodem sub apostolorum recordatione præsumptum: zelus domus tuæ comedit me adimit ambiguitatem confirmatque omnia ad eum dicta gestaque esse referenda. uniuersarum itaque humanarum passionum sorte perfunctus secundum susceptas infirmitates nostras loquitur; et dolet ipse quidem extra necessitatem et timoris positus et doloris, sed his se tamen, quæ suscepit, accommodans, ut qui carnis nostræ homo natus esset, et dolorum nostrorum querellis et infirmitatis precatione loqueretur. cœpit itaque ita:

2. Salua me, deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. infixus sum in limum profundi, et non est substantia. uiuendi omnibus finem mors in cunctos constituta præscribit. et quid sibi nunc oratio ista uult, quæ se saluari deprecatur, cum lex mortis in omnes sit constituta? dehinc nunc orandæ salutis hæc causa est, quia intrauerunt aquæ usque ad animam; introeundi autem aquis ad animam hinc facultas sit, quod infixus sit in limum profundi; defixi uero in limo profundi nulla substantia sit. ergo quia nemo nisi quod sperat precatur — sperat autem nemo se non mori — talis hæc eius merito oratio est, qui, moriturus licet, morte non erat obtinendus. adsumpta ergo infirmitas habuit officium deprecandæ salutis, diuinitatis uero conscientia spem tenuit salutis in morte sperandæ. saluari se ergo orat, qui 'et dixerit: deus, deus meus, quare me dereliquisti?

2 Ioh. II, 17. 24 Ps. XXI, 2; Matth. XXVII, 46.

1 cum etiam *VP* subab apostolorum *R* 2 praesumptum sit *Pa* zelus — comedit me *in marg. a m. 2 V* 3 ademit *VP* õni ad eam *V* 5 infirmitates *ex* infirmitatis *m. 2 V* loquitur *ex* loquetur *m. 2 P* 6 ac dolet ipsi *V* ex necessitatē timoris *V* 7 quae risuscepit *V* accomodans *ex* ascommodans *m. 2 V* 9 quaerellis *VR* quaere≡lis *P* et *om. P* infirmitatis *ex* firmitatis *m. 2 V* ita *ex* itaui *m. 1 V* 11 in limo *RP*² 13 in *ex* m *corr. m. 2 V* perscribit *ex* prescribit *m. 2 V* et *ex* te *corr. m. 2 V* 14 salutari *V* 15 õnis *V* sit *add. m. 2 V* constituta *ex* constitue *m. 2 V* 16 quam intrauerunt *V* quia intrauerint *PE* animam meā *R* 17 sit in limo *P*² 18 uero in limum *b* 19 praecatur sperat *add. m. 2 V* 21 optinendus *V* 23 speranda *VRPa* (*in R postea 2 litt. eras.*) se *ex* set *m. 2 V* 24 dš meus *V*.

3. Introeuntibus enim aquis usque ad animam subiectus morti crucis fiebat, cum passionum uniuersarum impetus usque ad mortem animæ perrumperet. in aquis autem insectationes populi motusque gentium significari solere non dubium est, cum dicitur: torrentem pertransiuit anima mea, uel illud: et pertransiuit anima mea aquam inmensam. sunt et aquæ harenosam domum subluentes eamque in casum ruinamque pellentes. hæ ergo nunc aquæ usque ad animam intrantes ad precem eum orandæ salutis coegerunt.

4. Verum ineuntium harum passionum non aliunde quam ex adsumptione carnis et uirtus est et potestas. non enim incidere in deum hic infirmitatum nostrarum terror ualebat, aut exerere se nisi in carne corporis nostri, tamquam in subiacente materie, potuerant passiones. porro autem haurienda fuit natura cælestis, ut exinaniens se ex dei forma in formam serui hominisque decideret. et ideo usque ad animam aquæ penetrant, quia substantia ei non sit infixo in limo profundi. non utique substantia ea non erat, quæ adsumpta habebatur, sed quæ se ipsam inaniens hauserat. nullo autem modo se caruit, qui se ipsum exinaniuit euacuans; nec tamen idipsum uidebatur exstare, quod iam in aliud se euacuando concesserat. non est ergo substantia per id, quod infixus est in limo profundi. primus enim homo de limo terræ; et secundus Adam in huius limi profundum de cælis descendens se ipsum tamquam ex alto ueniens defixit. euacuans ergo se, quippe cui substantia

5 Ps. CXXIII, 5. 6 Ibid.

2 crucis *ex* crocis *m. 2 V* 3 insectationis *V* motasque *V* 5 quod dicitur *P* pertransibit *V sed cf. infr. CXXIII, càp. 6* mea *add. m. 2 V* 6 pertrãsibit animã meam quam *V* 7 arenosam *PE* domum *add. m. 2 V* subruentes *ex* subluentes *m. 2 P* 8 pellẽtis *V* hae *ex* heae *m. 2 V* hae ≡ (*eras.* c?) *R* haec *P* 9 intrãtis *V* coeperunt *V* 12 incidere in deum *ex* incidere in dñm in deum *R* incedere in dm̃ *V* 13 se *add. m. 2 V* carne *add. m. 2 V* ĩ subiacentem materie (a *supra*) *V* subiacente materiae *R* in subiacente materia *E* 14 passionis *VP* porro aut *V* 15 forma in *om. V* 16 hominesque decederet *V* 17 paenitrant *P*[1] penetrarit *V* infixa (*ex* infixo *m. 2 P*) *P*[2]*e* infimo *V* 18 ea non *supr. scr. m. 1 R* 19 inaniens ≡ ≡ ≡ erat *P* 20 exinaniuit *ex* exinabit *m. 2 V* 21 euacuando (*om.* se) *ex* seuacuamdo *m. 2 V* 23 de terrae limo *VP* adham *V*[1] 25 ueniens deficiens defixit *V*.

non erat, non iam usque ad carnis, uerum etiam usque ad mortis profunda descendit, et omnis in eum terror desæuientis in nos tempestatis incubuit. cum enim se contra naturæ cælestis terrenæque diuersitatem in hunc limum potestatis suæ uirtute defixit — quia ea, quæ natura dissident ad quandam conexionis suæ soliditatem non generis ipsius propinquitate conueniunt, sed potiore ui tamquam confixa sociantur — tunc et pati cœpit et mori posse, per occasum mortis in inferna descendens.

5. Sequitur enim: ueni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. imitator ille et dominicæ mortis et temporis Ionas mari mersus cetoque susceptus non tam in mari se, quam in inferno positum testatur: clamaui in pressura mea ad deum meum, et exaudiuit de uentre inferorum clamoris mei. et quamuis eum cetus ad speciem infernæ mortis hausisset, ait: introiuit caput meum in scissuras petrarum, descendi in terram, cuius seræ tenaces et æternæ. sancto etiam Iob post illum uniuersarum passionum gloriosissimum bellum, cum dignus iam esset eloquio diuino scientiaque naturæ, post confracti intra se maris portas rugientesque eius in matris suæ uentre terrores, rursum quid etiam in mari significaretur, dominus reuelauit dicens: uenisti autem super fontes abyssi, aut in uestigiis maris ambulasti? aperiuntur autem tibi præ timore portæ mortis, in uestigiis utique maris, tamquam

13 Ion. II, 3. 16 Ibid. 7 (LXX). 23 Iob XXXVIII, 16 sq.

1 non iam *om.* *V* uerbū etiam *V* 2 discendit *V* in eo *P* 4 terraenaeque *R* terraeneque *V* 5 uirtute *in ras. m. 1 R* uirtutē *P* 6 conexionis (e *in ras.*) *P* conixionis *V*[1] non *om.* *V* 7 potiotrē ui tamquam *V* potiore uita quam *R* potiorem uitam quam *P* confixam *P* 8 poss & per *corr. m. 1 R* inferna (*om.* in) *V* 9 discendens *V* 12 mersus *ex* mensus *P* cetoque *ex* cytoque *P* coetoque *ex* coetuque *R* estcoetoque *ex* estoque *m. 2 V* ñ tam *supr. scr. P* 13 quam in *ex* quam *m. 2 VP* positus *V* 15 clamoris mei *V cf. Sabatier II, 937* clamores mei *R* clamores meos *PE* 16 introibit *V* capud *VR* 17 discendi *V* serrae *VRP* 18 tenacis *V* et *supr. scr. R om. V* etiam ionae (nae *add. m. 2*) *V* illum *V* illū *R* illud *PE cf. Stud. 1889 p. 318* 21 rugientisque *V* matris *ex* maris *R* terroris *V* 23 fontis *V*[1] aut in *ex* autem in *m. 2 V* 25 itaq maris *R*.

in profundo uel altitudine maris, portas mortis esse significans. nam cum profunda maris inferiora sint terræ, necesse est in profundo maris, id est in inferioribus, sedem mortis ostendi. ueniens ergo in hoc profundum maris tempestate demersus est, cuius in anteriore psalmo ita meminit dicens: omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. sed et ille, ut dixi, dominicæ mortis imitator, quem ex tenacibus æternisque terræ seris inmanissimus ille maris istius cetus euomuit, haud dissimilia conquestus est: omnes suspensiones tuæ et fluctus tui super me transiebant. usque ad mortis igitur ueniens profundum mortis ipsius tempestate demersus est aduersarumque uirtutum depressus procellis est.

6. Non tamen tacitus eorum, qui se ipsos diabolo præbituri erant uelut ministerii arma peccato — quippe qui et nonnumquam consilia initæ mortis suæ exprobrauerit et stans in templo sæpe clamauerit et eleuatis ad deum frequenter oculis intenderit, ut ad unumquodque diuinitatis suæ opus maximum adspectarent — intellegitur ad patrem; ob quod sequitur: laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero ad deum meum. infirmitates nostras suscipiens portansque peccata usu et consuetudine

5 Ps. XLI, 8. 9 Ion. II, 4.

1 altitudinē *P* latitudinem *V* 2 nā cum profundo maris *V* necesse est in profundo mortis *R* 4 in *add. m. 2 V* p[r]ofundum *R* profundo *ex* profundus *m. 2 V* 8 seris *ex* serris *R* serris *VP* cetus *ex* cytus *P* cytus *V* coetus *R* haud *ex* haut *P* aut *VR*¹ 9 conquaestus est *VRP* suspēsionis *V* 10 fluctus auiassi (ass *in ras.*) super *V* transiebant *VRP et ed. uet. usque ad Par. 1572* transibant *ed. rec.* 11 maris ipsius *P* demersus (*om.* est) *V* 12 aduersariaque *V* aduersariumq; *α* aduersariarumque *Pb* depraessus *VP* est *om. P* 13 tacitus (tacit *in ras.*) *R* tacitu *V* taciti *P* tactu *α* [d]iabolo *corr. m. 2 V* 15 exprobauerit *V* 17 ut ad unum ut ad quodque *V* adspectarent *coni. Bened.* aspectaret *P* adspectare *VRe* 18 intelligeretur *Re* ad et patrem *V* ob [hoc] quod (hoc *supr. scr. m. 2*) *P* 20 speraui dm̄ *V* spero in deum *PE* infirmitatis *V*¹ 21 consuetudine (consuet *add. m. 2*) *V*.

humanæ defatigationis locutus est, namque qui se somno et lassitudini sæpe commiserit etiam usque ad sitis et esuritionis necessitatem. fauces itaque eius raucæ sunt oculique defecti. causam uero maxime clamoris et intentionis oculorum hanc esse docuit, quia speraret in deum, uel cum clamat dicens: qui credit in me, non in me credit, sed in eum, qui me misit, uel cum clamaturus Lazarum uoce magna eleuatis sursum oculis ait: pater, gratias tibi ago, quoniam audisti me.

7. Sed illo uel paterni nominis magnificentiam testante uel humanæ salutis opus moliente odia in eum multiplicantur in cassum. sequitur enim: multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. conualuerunt, qui persecuntur me inimici mei iniuste; quæ non rapui, tunc exsoluere repetebar. numerus odientium ultra capillos capitis est multiplex, siue ob impiorum copiosam multitudinem, siue quia indigni sint dei cura — nam apostolorum capillos, quia tanta eorum deo cura est, scimus esse numeratos — siue quia infidelium numerus ultra numerum sit fidelium. nam cum decus capitis in capillis sit, et ecclesiæ, quæ corpus est Christi, in apostolorum decore omnis ornatus sit, super hoc capitis sui decus odientium est multitudo. oderunt autem eum gratis, id est causam odii non habentes. et

6 Ioh. XII, 44. 8 Ibid. XI, 41.

1 humane (a supr.) *corr. m. 2 V om. R* defatigationis *ex* defitigationis *P* defetigationis *ex* defatigationis *m. 2 V* 2 lassitudinis *V* (c supr.) ommiserit *V* esuritionis *ex* tesumtionis *m. 2 V* 3 fauces *om. V* itaq *eras. R* rauce (a supr.) *corr. m. 2 V* 4 maximae *ex* maximes *R* maximi *e* han (c supr.) *V* 6 eum (*om.* in) *R* 7 misit me *P* 8 rursum *V* quia audisti *R* 11 moliente *ex* molie *m. 2 V* odia *supr. scr. m. 1 R* 14 perseq(n supr.)utur *P* iniustae *VR* quę non *ex* qui non *P* 15 axsoluere V^1 18 capillos tanta (*om.* quia) *V* de (o supr.) *corr. m. 2 V* dī *P* est sed scimus *V* esset scimus *e* 19 numeratos ═ ═ ═ ═ quia (*eras.* siue?) *R* 20 cum *om. V* 21 omnes V^1 ornatus est *PE* 23 eorum gratis *V* odi (i supr.) *corr. m. 2 V* habentis *V*.

conualescentes inimici iniuste sunt persecuti. non enim peccatum egerat, nec dolum habuerat; et ideo, quæ non rapuerat, tunc repetebatur exsoluere. cum enim debitor mortis peccatique non esset, tamquam peccati et mortis debitor tenebatur, ab his scilicet, qui in eo peccati legem, quæ in membris nostris est, exserebant. de peccato enim condemnauit peccatum in carne.

8. In quo quia magnum diuinæ sapientiæ consilium explebat, crucisque mors in deo stultitia gentibus uidebatur, magnaque in eo cælestis terrenæque spei expectatio inerat, subiecit: deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita. non confundantur in me, qui expectant te, domine uirtutum: non uereantur super me, qui quærunt te, deus Israhel. insipientiæ suæ deus conscius est, et delicta sua abscondita ab eo non sunt: pœnas scilicet insipientiæ et delictorum, quas non rapuerat, repetebatur exsoluere. usque ad crucis autem stultitiam — id est, quia stultitia sit gentibus peccata nostra sic suscipiens — ut peccator et stultus gratis iniusteque uexatur. sed quia stultitiam atque delicta propter sapientiam nostram uitamque susceperat, ut et principem sæculi iudicaret et de peccato condemnaret in carne peccatum — cum quando in se, in carne scilicet corporis sui, in qua nihil inueniri poterat peccati, secundum quod ait: ecce ueniet princeps mundi et non inueniet in me quicquam, ueniens hic mundi princeps nihilque inueniens peccati tamen pœnam, id est ius mortis, exeruit, per quod humanæ mortis auctor, quia in auctorem uitæ peccati nescium mortem

6 Rom. VIII, 3. 23 Ioh. XIV, 30.

1 conualiscentis *V* 2 rapuerat *ex* rapuerunt *m. 2 V* 3 expetebatur *V* exsoluere *ex* exsoluerunt *m. 2 V* 6 est *om. V* 7 in carnem *V* 8 explebat consilium *Pb* 9 mortis *P* stultiti^{a} *corr. m. 2 V* 11 tui scis *V* 12 absconsa *R* expectant te *ex* expectate *m. 2 V* 13 *ante* domine *eras.* dñe *R* 14 querunt *V* istrahel *V* 15 poenascilicet *R* 16 rapuerat *ex* rapuerunt *m. 2 V* 17 quia stulta *V* quia stultum *PE* 18 suscipi ut (pi ut *in ras. P*) *PE* 19 iniustaeque *VR* uexetur *ex* uexatur *P* 20 ut principem *Pb* 21 et peccato *V* 22 peccatom V^1 23 in quam *V* 25 nihilque *ex* nihil *m. 2 V* & nihil *ex* nihil *m. 3 R* 26 id est istius mortis *R* 27 nesciuit *R*.

molitus sit, iudicatur; hæc sanctorum expectatio fuit, ut caro omnis redimeretur in Christo, ut in eo æternæ resurrectionis primitiæ exsisterent — non confundi in se eos rogat, qui expectent dominum, neque quærentes deum Israhel super se uereri ac pudere; quia suscipiendæ ab eo carnis tempus desideratum sit secundum illud: multi prophetæ et iusti cupierunt uidere, quæ uos uidetis, et audire, quæ auditis. ne quid ergo in se inbecillum infirmumque maneat deprecatur, ne spem expectantium infirmitas corporis carnisque confundat. per eum enim et in eo expectatio nobis omnis ad deum est. ueniens ergo in corpus, ne in se sanctorum spes confundatur, orat.

9. Quod autem infirmitates nostras ad salutem generis humani ex paterna uoluntate susceperit, quia non uoluntatem suam facturus uenerit, sed uoluntatem eius, qui se miserit, patris, nunc quoque per subiecta declarat: quoniam propter te sustinui inproperium, operuit reuerentia faciem meam. exter factus sum fratribus meis et hospes filiis matris meæ: quoniam zelus domus tuæ comedit me. non fuit ergo in unigenito deo naturalis infirmitas, sed adsumpta, quia propter eum hæc inproperia susceperit passionum. quamquam ne in naturis quidem hominum inest necessitas aliqua peccati; sed ex adpetitu uoluntatis oblectationeque uitiorum peccati usus adripitur. et ideo dominus non se rapuisse, quæ ut solueret repetebatur, ostendit; quia ea, quæ contra naturam sint desiderata, rapiantur, soluturis omnibus quadrantem nouissimum talium debitorum: et ob hoc orationis dominicæ præscripto remitti nobis debita deprecamur. sustinuit

6 Matth. XIII, 17; Luc. X, 24.

1 et haec *E* caro om̄is (om̄is *eras.*) *R* omnis caro *E* 2 aeterno *V* 5 aut pudere *PE* 6 sit (it *in ras.*) *R* illut *V* profetae *R* profit == ae (*in ras. fuit* i) *V* 7 quae uos auditis *Pb* quae auditis uos *e* 9 infirmitatis *V* 11 ne *ex* me *m. 2 V* 16 p *supr. scr. P* 17 reuerentiam *V*[1] faciem *add. m. 2 V* 20 ĩ *V om. R* 23 ex *om. P* et oblectatione uitiorum *Pb* 24 dm̄s *add. m. 2 V* 25 que (a) *corr. m. 2 V* petebatur *P* 26 desiderata (ta *in uers. exeunte add. m. 3*) *R* 27 nouissimum *ex* nouissi *m. 2 V* et ab hoc *V* 28 depraecamur *V* depre == == camur *R*.

ergo inproperium propter deum, dum alienum a natura sua corpus adsumit, dum secundum apostolum peccati nescium pater facit esse peccatum, dum fit obœdiens usque ad mortem crucis, dum ipsi exprobratur, quod ceteros saluans se ipse non saluet, dum contumelias sputorum alaparumque perpetitur.

10. Hoc igitur pudore coopertus ob deum fit alienus a fratribus suis et filiis matris suæ hospes efficitur, a uitiis scilicet eorum, qui sibi secundum carnem consanguinei habebantur, alienus, dum nummulariorum mensas templum ingressus euertit, dum nundinas ouium ac boum prohibet, dum uendentibus columbas, cur domum patris sui domum fecerint negotiationis, exprobrat. zelo enim domus dei peruasus hæc egit. est autem hæc amoris pii indignatio, ut eorum, quos diligimus, contumeliis tamquam zelo efferuescente moueamur. hoc enim pollutæ domus zelo, ut euangelium — sicut superius docui — testatum est, turbam omnem ementium ac uendentium templum ingressus eiecit. zelo autem dei etiam usque ad mortis seueritatem et finem placuisse, laudabile est.

11. Per hanc igitur exprobratarum his cupiditatum indignationem omnium in eum maledictorum congesta conuicia sunt. quæcumque autem in impios dirigi solent, hæc in eum opprobria sunt relata, cum blasphemus, cum Samaritanus, cum Beelzebub, cum dæmonium habens dicitur. id enim subiacet: et opprobria exprobrantium te ceciderunt super me. blasphemiæ opprobrium ei potius, qui deo contumeliam

2 II Cor. 5, 21.

1 dum alienum *ex* alienum *m. 2 V* 2 dum secundum *ex* in secundum *m. 2 V* nesciunt pate *V* 3 dum sit *V* 4 dum ipse *VP* exprobratur (ra *in ras.*) *P* exprobatur *R* ipse *ex* ipsum *m. 2 V* 5 tum cōtumelias *V* 6 alienus = a *P* 9 alienăs *P* alienās *a* alienans *VR* templum euertit ingressus *V* 10 boum *corr. m. 2 V* 11 qur *R* fecerit V^1P 13 indignationum eorum *V* 14 efferuescente *ex* enimferuescente *m. 2 V* efferuescentem *P* 17 et *om. VRP* 19 cupiditatium *V* 20 maledictorum *ex* maledictarum *R* congesta *om. V* 21 autem *add. m. 2 V* obprobria *RP* 22 blasfemus *VRP* 23 belzibul *V* enim (nim *in ras.*) *V* subiecit (e *in ras.*, it *ex* et *m. 2 V*) *VPE* 24 opprobia *V* obprobria *et sic etiam infr. R* 25 blasfemiae *VR.*

exprobret, ingeritur; sicuti dæmonii infamia ei magis, qui a deo sit alienus, est propria. quæ cum omnia ei exprobrata sunt propter domus dei zelum, eorum, qui deum exprobrant, super eum opprobria congeruntur. et huius dicti ad Romanos apostolus scribens sub huius significationis meminit intellegentia.

12. Ipsa etiam ieiunii continentia recidit in opprobrium, cum a diabolo temptatur, cum in templi pinna locatur, cum supra montem fertur, cum postremo ad adorandum satanam totius mundi ambitione temptatur. flet interdum et ingemescit et tristis est, et id ipsum ad infirmitatis tribuitur exemplum. omni denique generi hominum et obtrectatio efficitur et canticum. ipsi enim, qui in portis orandi uictus causa sedeant, oblocuntur et detrahunt, et in eo ebrii psallunt. hæc autem omnia uel secundum gestorum fidem uel secundum humanæ consuetudinis modum in se ita gesta esse conqueritur: et operui in ieiunio animam meam, et factum est mihi in obprobrium. et posui uestimentum meum saccum, et factus sum illis in parabolam. aduersum me detrahebant, qui sedebant in porta, et in me psallebant, qui bibebant uinum. fuit itaque ieiunium ei in obprobrium, quia per esuriendi obprobrium usque ad adorandi satanæ contumeliam temptatus est. uestis autem de sacco habitus est luctus. luctus uero omnis adfectus in fletu est. et cum Lazarum excitaturus inlacrimat, infidelitatem humani generis lugebat: in habitu enim luctus flendi significatur adfectus. quod autem non Lazarum, cuius et morte lætatur, quem

5 Rom. XV, 3.

1 ingeritur *ex* igitur *m. 2 V* daemoni = *R* a *supr. scr. R* 2 est obprobria *V* quaecumq: omnia *P* 3 sint *E* qui dño *V* 6 reccidit *ex* recidit *m. 2 V* cū a *P* quo a *V* 7 zabulo *VP* quo in *V* 8 ad *supr. scr. R* satanā *V* satanan *P* 9 ābitione *R* habitatione *b* fle = t *P* ingemiscit *V*¹*PE* 10 tristes est *V*¹ ad firmitatis *V* 11 deneique *corr. m. 1 V* 13 obloquuntur *PE* 14 gestorum — secundum *in marg. inf. add. m. 2 V* 16 in ieiunio *ex* inienio *m. 2 P* 19 qui sedebant *add. m. 2 V* in portam *V* 20 biberant *ex* ibierant *m. 2 V* ei *in ras. R* 21 usq. adorandi *V* 22 contumeliam (liam *add. m. 2*) *V* 23 omnes effectus *V* et *add. m. 2 V* 24 lazarum *ex* ladiarum *V* (*et sic infr.*) 25 *post* lugebat *eras.* et *R* in habitantiū enim luctu *R* effectus *e* 26 cuius et *ex* cum *m. 2 V*.

et ex mortuis excitaturus erat, fleuerit, omnis ipse euangelii sermo declarat. sed cum resurrectionis fidem nullam futuram in ipso resurrectionis opere fleuisset, fletus eius in parabolam profecit, ut et tum docimentum amoris sui in Lazarum flendo dictus sit præbuisse et a plerisque hodie, quia fleuerit, arguatur infirmus. in ebriis autem psallentibus et his, qui in porta sederent, detrahentibus omnium etiam infirmorum in eum contumeliæ per hanc consuetudinem uulgi docentur. adeo autem nullum genus hominum de eo tacuisse manifestum est, ut Cleophas ei, qui tamquam rerum ignarus causam sermonis interrogaret, respondisse ita scribatur: tu solus peregrinus es in Hierusalem et non cognouisti, quæ facta sunt in ea in diebus his? stupor enim est de ignoratione unius in cognitione uniuersorum.

13. Sed inter has omnium de se et obtrectationes et contumelias humanæ salutis sacramenta peragebat; et salutem a deo homini, quem adsumpserat, deprecatur. id enim sequitur: ego uero oratione mea ad te, domine; tempus beneplaciti, deus! in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in ueritate salutis meæ. eripe me de luto, uti non hæream, et libera ex odientibus me et de profundo aquarum. non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque contineat puteus super me os suum. ceteris in contumelias et opprobria eius intentis ipse oratione sua totus ad deum est; susceptas quidem infirmitates nostras in se habens,

11 Luc. XXIV, 18.

1 exciturus V^1 2 sed eum (eum *add. m. 2)* *V* resurrextionis *V* 3 in parabola *P* 4 proficit ut et R^1 proficitur et *V* documentum *E* 7 infirmarum *V* infi = morum *P* 9 nullum = genus (*eras.* s) *R*
h
10 cleopas *P* cleopas *VR* &qui *R* 11 scribitur *V* 12 es *inser. m. 3 R* et *supr. scr. RP* 13 in his diebus *R* unius in cognitione *om. V* 15 hos V^1 ōnes *V* et ob hoc obtrectationes *V* contumeliam V^1 16 sacramētum V^1 et = salutem *R* 17 depraecatur *VR* 18 *post* uero *del.* omnes *m. 2 V* orationē meam *RPe* a te *R* 19 in multitudinem *P* 20 salutis tuae *RPE cf. infr. cap. 15* eripe me *ex* eripe meae *m. 2 V* 21 ut *R* heream *P* habeam *V* et libera ex odientibus me *om. RP* 24 puteos V^1 25 contumeliis *R* opprobrias V^1.

sed in his, quibus adficitur, cælestis erga nos misericordiæ munus exsequitur; neque inuitus hæc sumens in multitudine misericordiæ beneplacitum deo esse tempus ostendit. in hoc ergo beneplacito tempore rogat, quia non ignorat hanc patris de se prophetiam etiam ab apostolo Paulo recognitam: tempore accepto exaudiui te.

14. Omnia quidem deo pro magnificentia operum intellegenda sunt placere, quæ gesta sunt; et cum in Genesi scribitur: et uidit deus quia bona sunt, uitium nullum in rerum creaturis relinquitur, tametsi quædam humani ingenii corrupta nequitiis sunt, ut ex remediis uenena, ut ex ferro ensis, ut ex igni conflagratio, ut ex cibis cruditas, ut ebrietas ex uino, ut postremo partes ipsæ et membra corporum ad naturales utique usus utilesque formatæ uitiorum se ac criminum ministeria præbuerunt; et cum deo cuncta sint placita, beneplacitum tamen tempus hoc est, quo unigenitus deus in sanguine corporis nostri tamquam inimica ac dissidentia reconciliaturus omnia in cælis et in terra deo esset: cum multiformis illa dei sapientia aliis occulta temporibus nullisque principibus ac magistratibus sæculi cognita ad laudem claritatis dei esset reuelanda, cum coheredes et concorporales et conparticipes Christo gentes fierent, cum in eo omnes aduersæ deo uirtutes dehonestarentur, cum mors, postquam in deo esset grassata, desineret, cum lex peccati, quæ in carne nostra est, tolleretur, cum reuelationem filiorum dei congemescens omnis creatura

5 II Cor. 6, 2. Esai. XLIX, 8. 8 Gen. I, 31.

2 in multitudinẽ *P* ĩ multitudinẽ enim enim *V* 6 exaudiui te *ex* exaudiuit *m. 3 R* 7 dõ *in ras. R* pro magnificentiam *R*[1] 8 quae *ex* q. *m. 2 V* 10 relinquitur creaturis *VPE* tametsi *ex* nametsi *VRP* 13 pares *P* ipse *VR* $^{\&}$membra *R* 14 utilesq (q *postea eras.*) *R* 17 tamquam in inimica $\overset{ac}{re}$ *V* ^{re}conciliaturus *P* 20 magistrationibus *b* esse *V* essent *P* 21 est concorporales *V* et ^{con}corporales *P* et participes *P* 23 moras *corr. m. 2 V* crassatura *R* 25 congemiscens *P*[2]*E*.

speraret, cum in passione unigeniti dei omnium ante constitutionem mundi causarum et originum consummaretur effectus principem sæculi iudicando, hominem ex peccati lege redimendo, creaturis a corruptionis uanitate, cui seruiant, liberandis, nequitiis spiritalibus domini morte damnandis, deo in omnibus et per omnes æternitatis munere et inmortalitatis nostræ claritate laudando. omnia autem hæc uirtus resurrectionis inpleuit, quia per primitias ex mortuis ab hominum genere morte depulsa in auctores mortis æternæ mortis pœna decreta est. in se enim ipso principatus et potestates dehonestatas cum fiducia triumphauit.

15. Et ideo post beneplaciti temporis significationem omnis tribuendæ ueræ salutis oratio est, ut ea ipsa salutis ueritas intellegeretur, quæ ex resurrectione speratur. dehinc, qui infixus esset in limo profundi, ut luto non inhæreret, rogat secundum illud: quoniam non derelinques animam meam in infernum, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. qui enim terra est, et in terram, ex qua acceptus est, reuertetur, luto et limo, quo infixus est, inhærebit in naturæ suæ, id est corporis, originem dissolutus. liberari se etiam ex odientibus se deprecatur et de profundo aquarum, quia usque ad animam suam — id est insectantium passiones — perruperint. ueniens quoque in altitudinem maris ac tempestate demersus nunc, ne demergatur, orat: ut superius adsumptæ infirmitatis nostræ professio sit, cum se demersum esse

16 Ps. XV, 10.

1 passione (*om.* in) *V* ante constitutio V^1 2 cōsumeretur *V* 3 principe *R* principes *V* 4 a *om. V* seruierant *E* nequitii (s) *corr. m. 2 V* 7 impleuit et per *e* 9 auctoris *VP* 10 pricipatus *V* potestatestas *V* dehonestates V^1 13 uere *VR* 15 inhereret *VR* 16 illut *V* derelinquis *V* 17 in inferno *RPE cf. Sabatier II, 30* 18 de terra est *E* et in terra *R* 19 reueretur (t) *corr. m. 2 V* quo *supr. scr. P* inherebit *VRP* 20 in *om. Pe* origine *Pe* dissolutos V^1 21 praecatur *V* 22 id est insectantium passionis perruperint *V* id est insectantium passiones ꝑruperint *R* id est usque ad passionem insectantium odia proruperint *PE cf. supr. p. 315, 3 et Stud. 1889 p. 319* 24 adsumptae *om. R* 25 demersus V^1.

profitetur, nunc uero consciæ in se salutis fiducia est, cum, ne se aquæ tempestas demergat, precatur. nam eiusdem naturæ non est et demersam iam esse et, ne demergatur, orare: sed eius, quæ per corpus licet mersa non tamen sit detinenda per spiritum. et ideo nunc, ne absorbeatur profundo neue super se puteus os suum claudat, precatur. in puteo enim infernæ mortis sedem significari et psalmus alius testis est, cum dicitur: tu uero, domine, deduces eos in puteum interitus, demersum hoc profundumque puteorum inferna terræ significari demonstrans. ne contineat ergo super eum puteus os suum postulat. inpossibile enim est deum uitæ portis inferni detineri.

16. Ac ne in eo, quod mortem nostræ infirmitatis adsumpsit, secundum humanam necessitatem aliquid ex mortis acerbitate mæreret, subiecit: exaudi me, domine, quoniam suauis est mihi misericordia tua: secundum multitudinem misericordiæ tuæ conspice in me. hoc enim in multitudine misericordiæ beneplacitum est tempus, cum in se uniuersorum hominum uitam deus miserans ut miserator deus uitam esset largiturus ex mortuis. sed qui suauem hanc sibi esse dei misericordiam testabatur, susceptæ tamen infirmitatis nostræ sollicitudinem non relaxat dicens: ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, uelociter exaudi me. intende animæ meæ et libera eam: propter inimicos meos eripe me. omnia ut homo et patitur et loquitur. nam ex susceptione carnis et puer est secundum illud: ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo conplacuit animæ meæ, et citum auxilium tribulationi suæ orat et intendi in animam suam

8 Ps. LIV, 24. 26 Esai. XLII, 1.

1 profiteretur V^1 conscius *R* consoientiae *P* 2 praecatur — demersam *in marg. sup. add. m. 2 V* 8 ne *add. m. 2 V* 5 neut super *R* 6 praecatur *VR* in puteum *R* 12 iam in eo quod *P* 13 aliquid ei ex *e* acerbitatē *R* 14 moereret ideo subiecit *b* hereret et subiecit *V* hereret et ideo subiecit *Pa* haereret ideo subiecit *ed. Basil. 1550, Par. 1572* 16 enim multitudinem V^1 17 bene *add. m. 2 V* 19 ēē *P* sed quia *Pb* 24 ut *om. V* homo *add. m. 2 V* haec patitur *V* patitur *P* 25 est *om. V* 26 illut *V* 28 animam (*om.* in) *R*.

rogat, ut per id, quod in eam intendet deus, digna sit liberari. et hæc quidem ut homo noster obœdiens usque ad mortem crucis precatur. sed cum eripi se propter inimicos suos rogat, consuetudinem humanæ et spei et moris excedit. nemo enim saluus alia magis, quam salutis suæ causa uult esse; et a malis quis eripi se ob id necesse est, ne malis adficiatur, optabit. at uero nunc eripi se non sua causa, sed propter inimicos suos ex his, quibus adficitur, deposcit, quia hi inimici dehonestandi in se patiente et triumphandi cum fiducia in se ex mortuis resurgente mox essent.

17. Denique nihil se sua causa agere ac pati consequentibus docet dicens: tu enim scis inproperium et confusionem et uerecundiam meam; in conspectu tuo omnes tribulantes me. inproperium expectauit cor meum et miseriam. superior non dispar professio est, cum dicit: deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt absconsa. contra humanæ enim opinionis errorem soli deo adsumpta magis hæc ab eo infirmitas, quam naturalis esse, erat nota. et quia propter inimicos suos hæc perpetienda sibi fuerant, per quæ humanæ saluti atque æternitati consulebat, huius beneplaciti temporis testatur adfectum dicens: inproperium expectauit cor meum et miseriam, desideratas sibi esse huius temporis significans passiones secundum illud diuinæ communionis sacramentum: desiderio concupiui hoc manducare: quia in his passionis suæ desideriis beneplaciti temporis consistebat effectus.

18. Sed pati ad profectum nostræ salutis expectans alterius quoque expectationis desiderio detentus est. sequitur enim:

25 Luc. XXII, 15.

1 intendit *PE* 4 consuetudine *RP* mores *VP* mortis *R* excidit *P* 5 aliqua magis *Pb* 6 optauit *V* 7 ad uero *R* ac uero *V* non eripi se non *R* 8 hi *ex* nihil *m. 2 V* hii *P* 9 et *om. R* 11 nihil se agere *post* sua causa *supr. scr. m. 1 R* ac si consequentibus *P* 12 inproperium meū et *RPa* 13 tuo sunt omnes *E* 15 superior *ex* super *m. 2 V* 18 errorem *ex* terrorem *m. 2 V* haec *om. R* 21 aeternitatis *V* cuius *V* 24 communiones *VR*[1] 25 cupiui *RPE.*

et sustinui commærentem et non fuit; et consolantes et non inueni. commærentis et consolantis non solacium, sed fidem quærit, ut si quis ueniens ex lege et harum omnium passionum intellegens prophetiam secum tamquam in consummatione ipsius legis adsisteret: ut postea Paulus adimplens passiones Iesu Christi et consepultus in baptismo Christum finem esse scit legis. nam ad consummationem humanarum passionum propheticorumque dictorum, qui gestorum futurus finis erat, idem est et querellarum. id enim sequitur: et dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. hæc enim ita, ut scripta leguntur, expleta sunt. nam et fel ingestum ei, et aceto potatum euangelia testantur. oblatum quidem secundum Matthæum fel renuens, sed secundum Iohannem, ut acetum potaret, sitiuit. locus autem ipse his uerbis est dictus: post hæc Iesus sciens, quoniam omnia consummata sunt, ut impleretur scriptura, ait: sitio; et erat concha posita aceto plena. spongiam igitur plenam aceto hysopo admiscentes obtulerunt ori eius. cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: consummatum est. uenerat ad oues perditas domus Israhel et expectans consolantem commærentemque non habuit: non quod consolatione eguerit uolens pati atque mori, sed qui secum super totius populi impietate mæreret et qui se ipsum ipsa mærentis secum salute consolaretur, ut omnibus tanto scelere perfunctis solacium in his saltim, qui salui fierent, acciperet secundum illud: et in seruis suis consolabitur; quia non credente Israhel gentes ei essent

5 Coloss. I, 24. 6 Ibid. II, 12. 15 Ioh. XIX, 28 sq. 26 Deut. XXXII, 36.

1 commerentem *V* conmerentem *R* consolantem *E* 2 commerentes (conm. *R*) *VR* consolantes *R* 4 profetiam *RV*² profetiae *V*¹ 5 cōsummationem *V* absisteret *V* 6 ihm xp̄i *V* 8 gestorum (est *in ras.*) *R om. P* 9 fines *R* et *om. R* quaerellarum *VRP* 13 matteum *V* rennuens *R* 14 iohannen *V* 16 scribtura *VP*¹ 17 erat (*om.* et) *V* 18 hyssopo *b* 21 peditas *corr. m. 2 V* coherentemque *P* 22 consolationem *P* eguit *PE* aeguit *V* 23 qui secum *ex* cum *m. 2 V* impietatē *R* hereret *P* 24 merentes *P* 25 perfunctis *ex* perfunctus *R* saltem *PE* 26 secundum (*om.* illud) *P* secundum dauid *V* 27 credētes istrahel *V* gentes in eum *E*.

crediturae. uerum prophetiae non sitisse scribitur, sed, ut inplerentur omnia, sitisse se dixit, quia cunctae nostrae, quae in eo fuerunt, infirmitates non naturales sunt, sed adsumptae. dehinc, ut satisfecisse scripturae propheticae nosceretur, potato aceto omnia consummata esse testatus est, ut plenitudo legis et prophetarum, qui legem et prophetas consummabat, exsisteret.

19. Iam uero, quia intra consummationem oblati fellis et potandi aceti consummanda quoque erat passionis totius prophetia, ad ea, quae postea impietatem tanti facinoris consecuta sunt, sermo se rettulit dicens: f i a t m e n s a e o r u m c o r a m i p s i s i n l a q u e u m e t i n c a p t i o n e m e t i n r e t r i b u t i o n e m e t i n s c a n d a l u m. o b s c u r e n t u r o c u l i e o r u m, n e u i d e a n t, e t d o r s u m e o r u m p e r p e t u o i n c u r u a. esse mensam sacrificiorum, ut de lege, quae in se futuri est speciem conplexa, taceamus, apostolus testis est dicens: n o n p o t e s t i s m e n s a e d o m i n i p a r t i c i p e s e s s e e t m e n s a e d a e m o n i o r u m. sed esse mensam scientiae, cum nonnullis locis cognitum sit, tum etiam in his ipsis dictis intellegi oportere idem beatus apostolus ad Romanos scribens interpres est, cum eos obcaecatos esse, ne quid intellegerent, testatur. haec ergo mensa, unde cibus uitae spiritalis accipitur, c o r a m i p s i s i n l a q u e u m e t i n c a p t i o n e m e t i n r e t r i b u t i o n e m e t i n s c a n d a l u m facta est: cum uel praescripta legis uel

15 I Cor. 10, 21. 19 Rom. XI, 7; 9.

1 uerū *ex* uero *R* uera *P* uero *V* profetiae *R* profitiae *V cf. Draeger Synt. I, 429* prophetia *P* prophetice *E* 2 sitisse[se] *P* sitisse *V* 4 scribturae *VR* 5 [et] plenitudo *V* 6 exsisteret *ex* exsistere *m. 3 R* 7 iā uero *ex* et iā uero *R* consummationem — aceti *om. V* 8 aceti *ex* aceto *m. 2 P* consu[m]manda *corr. m. 2 V* consumanda *R* passionis (i *in ras.*) *R* passiones *V* 10 retulit *RPE* mens[a] *corr. m. 2 V* 11 et in retributionem *add. m. 2 V* 15 testi est *V* testatus est *PE* 16 participare et mensae *P* 17 esse *ex* ensse *m. 1 V* [&] esse *T* cum *om. R* 18 his *om. R* dictis id intellege[i] *corr. m. 2 V*, *de uoce* id *ex* in *ac dittographia orta cf. Acad. p. 22* 19 beatus *supr. scr. m. 1 P* 22 in laq.um *V* et in retributionem *om. PT*.

prophetarum uoces ab ecclesiæ uiris ad reuelationem diuini consilii tractantur, cum ad adsumendæ carnis fidem unigenitus deus in hominis specie et ab Abraham adoratus et cum Iacob conluctatus ostenditur, cum ex Iuda princeps ueniens idem expectatio gentium nuntiatur, cum in Abraham semine omnes patriæ gentium benedicendæ sunt, cum ex Dauid utero æterni regni dominus prædicatur, cum secundum Esaiam dominus tamquam ouis ad occisionem ductus nec maxillas ab alapis nec faciem auertit a sputis, cum secundum Ieremiam hic deus noster est, qui disciplinis omnibus Israhel dilecto suo traditis postea in terris uisus sit et inter homines conuersatus sit, cum denique de aduentu eius omnium prophetarum dicta conueniunt. hæc itaque doctrinæ mensa, uel hic uitalis cibi sermo et laqueus et captio et retributio et scandalum est, cum a nobis deus Iacob esse, qui ab his sit crucifixus, ostenditur. hæc enim est retributio tantæ impietatis, ut, quod nobis est dei uirtus, his scandalum sit. nam cum inlaqueati captique sint scriptis, intellegentiæ tamen carent sensu; et ideo obscurati sunt oculis, ne uideant, id est ne lumen intellegentiæ conтuerentur, quia secundum euangelium omni habenti dabitur, qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo: indigni uidelicet, qui intellegentiæ sensum ac lumen acciperent, et ideo euangelicæ libertatis scientiam non adepti perpetuo adhuc legis onere deprimuntur, ut ferant, quod sustinere non possunt. id enim in incuruando dorso per corporalium operum speciem significat.

7 Esai. LIII, 7. 10 Baruch III, 36 sq. 21 Matth. XXV, 29; Marc. IV, 25.

1 uocis *V* eclesiae *V* ueris *V* 2 cum ad ^{ad}sumendae *V* cum assumendae *R* carnis *ex* canis *m. 2 V* 3 in homine^{is} speciem *V* ^{ab}abraam *V* 4 id est expectatio *P* 7 secundum eseiã eseiae *V* secundum isaiam isaiae *T* 9 hieremiam P^2T 13 aduẽtum V^1 profetiarũ *V* 14 mensam *P* uitalis sibi *P* 17 enim *add. m. 2 V* 18 inlaqueati *ex* inlegati *m. 2 V* 20 intelligentiam *corr. m. 2 V* 25 depraemũtur V^1 26 in incuruando *ex* incuruando *m. 2 V* 27 significat *add. m. 2 V* significatur *E*.

20. Sed hanc eorum obcæcati cordis inscientiam alia etiam debitæ ultionis pœna consequitur. effunde super eos iram tuam, et animatio iræ tuæ conprehendat eos. fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. in ira dei pœnæ constitutionem, non motum animi ad ultionis uoluntatem exardescentis significari sæpe tractauimus, quam non subito puniturus intenderet, sed in quam pœna dignus incideret. mansit autem hæc a prophetis omnibus huic genti impiæ denuntiata damnatio. nam euersa mox ac diruta ciuitate deleti sunt gloriosissimo illo templi cultu deleto ornatuque detracto. et ideo habitatione deserta in tabernaculis eorum nullus habitabit.

21. Verum adhuc secundum impietatis incrementa prophetia quoque pœnæ et ultionis extenditur. quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt et super dolorem uulnerum meorum addiderunt. appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, et non intrent in iustitiam tuam. deleantur de libro uiuentium et cum iustis non scribantur; causam apponendæ iniquitatis super iniquitatem ipsorum et repellendi eos, ne in iustitiam intrarent, et delendis de uiuentium libro non scribendisque cum iustis eam esse demonstrans, quod, quem deus percusserit, hi persecuti sint et super dolorem uulnerum suorum addiderint quod doleret.

22. Et forte non iniuste, quem deus percusserit, persecuti esse uideantur; ac de his, quæ percussa a deo sint, quid

1 inscientiam alia *T* inscientia mali *R* inscitiam alia *P* scitiam alia *V* 3 conpraehendat *VRP* 5 infra dei *R* poene constitutionẽ nouum motũ *V* 6 exardescenti *V* 8 poenã *P* poenam *VRe* 10 deruta *V* delegiti *corr. m. 2 V* 11 cultu delicto *V* ornatuq; (q; *inser. m. 3?*) *R* detractu *V* 12 habitauit *VTb* habit== ũuit *P* 13 profetia *V* profetiae *P* 15 dolorẽ *ex* dolurẽ *m. 1 V* uulnerum eorum *P* 18 tuam *add. m. 2 V* 19 causa *P* iniquitati (s supr.) *corr. m. 2 V* 20 repellendi (*om.* et) *P* repellendiq: *T* 21 delendi *T quod* (*uel* delendi eos) *expectes, sed. cf. Ind. s. u. uariatio* non *supr. scr. R* scribendique *T* 22 ea *V* ẽẽ *supr. scr. R* demonstrans (ans *in uers. exeunte add. m. 3*) *R* 23 sunt *RPE* dolorem *supr. scr. m. 1 R* suorum *ex* ipsorũ *m. 1 R* addiderunt *(P¹?) b* 25 (in supr.) iuste *P* iniustae *VR*.

sentiri oporteat, ante tractandum est, ut, quatenus et hæc percussio salutaris et illa percussi persecutio impia sit, possit intellegi. percussit dominus Sodomam et Gomorram ultimis sceleribus pollutas et abominatas; et inuenio his ad misericordiæ reconciliationem hoc, quod percussæ sunt, profecisse, cum tolerabilius his die iudicii sit futurum, quam his ciuitatibus, in quibus de apostolorum pedibus puluis excussus sit. percussam quoque synagogam Dathan et Abiron plaga dignissima cognitum est, sed in animis eorum ea, quibus maxime peccauerant, sanctificata sunt opera. et ne per singula, quæ sunt multa, discurram, cum et apostolus in interitum carnis ad salutem spiritus tradat, dominus ipse, quid percutiens proficiat, ostendit dicens: uidete, uidete, quia ego sum, et non est deus præter me. ego interimam et ego uiuificabo; percutiam et ego sanabo, ut percutiendi causam proficisci ex causa sanationis ostenderet.

23. Percussus ergo et dominus peccata nostra suscipiens et pro nobis dolens, ut in eo usque ad infirmitatem crucis mortisque percusso sanitas nobis per resurrectionem ex mortuis redderetur. percussum autem se ipse testatus est, commonefaciens discipulos dicti huius: percutiam pastorem, et dispargentur oues gregis. sed et apostolus dicti huius significationem haud dissimiliter confirmat dicens: qui filio suo dilecto non pepercit. non pepercit itaque dilecto filio suo, quem et colonis uineæ non ignarus, quod occisuri eum essent, destinauit. non pepercerat autem primo illi de terræ

3 Gen. XIX, 24. 6 Matth. X, 15. 8 Num. XVI, 32 sq. 11 I Cor. 5, 5. 13 Deut. XXXII, 39. 21 Zach. XIII, 7. Matth. XXVI, 31. 23 Rom. VIII 32. 25 Matth. XXI, 37 sq.

2 et illa percussio impia *PTe* sit *om.* *VR* possit *ex* sit *m. 3 R* posset *V* 3 gomorrã *R* gomorram *ex* gomorrant *m. 2 V* Gomorrha *b* 5 id quod *E* proficisse *V* cum *ex* cunc *m. 2 V* 6 dī iudicio *VPT* in die iudicii *E* 8 synagogam = *(1 litt.* d? *eras.) R* 10 sc̄ificata *PT* 13 qm̄ ego *R* 14 et ego interimam *PT* 17 & dominus *R* est dominus (dn̄s *V) VPTE* 18 pro (*om.* et) *R* 19 samitas V^1 resurrectionis V^1 21 discipulos suos *V* dicti huius (ti *in ras.*) *R* dicti huius *ex* dicti sunt huius *m. 2 V* dispergentur *RPTE* 23 haut R^1 24 dilecto *post* non *eras. post* itaque *add. m. 2 V.*

limo Adæ, quem de paradiso post culpam, ne lignum uitæ attingens in æternitate pœnæ maneret, eiecit, ut naturam corporis eius Adam e cælis secundus adsumens parique morte percussus eam rursum in uitam æternam iam sine pœnæ æternitate reuocaret. hunc igitur ita a deo percussum persecuti sunt, super dolorem uulnerum dolorem persecutionis huius addentes. pro nobis enim secundum prophetam dolet et idcirco est esse in doloribus æstimatus. quod enim postea nominis sui odium susceperint, quatenus silentium resurrectionis pecunia emerint, quibus apostolos terroribus iniuriisque uexauerint, cognitum est. et quia hæc super dolorem uulnerum addiderunt, adponetur super iniquitatem iniquitas.

24. Adpositæ autem iniquitatis pœna est, ne intrent in iustitiam dei, id est ne concorporales et conparticipes Christo fiant, qui nobis secundum apostolum iustitia et sanctificatio et redemptio a deo factus est. exclusi uero iustitiæ ingressu necesse est a libro uiuentium deleantur. scripti enim erant in Abrahæ benedictionibus, cuius semen sicut stellæ cæli et sicut harena maris ad oram litoris abundaret. a quo libro cum omnem populum deleri Moyses metueret, se primum deleri deprecatus est, optans, ut opinor, secundum apostolum anathema pro fratribus suis esse. et quia super dolorem uulnerum dolorem persecutionis addentes recursum pænitentiæ perdiderunt, deleti de uiuentium libro ne postea quidem scribi cum iustis meruerunt: ut intellegi possit alium uiuentium, alium librum esse iustorum. nec ambiguum est eos in uiuentium libro esse, qui

7 Esai. LIII, 4. 15 I Cor. 1, 30. 20 Exod. XXXII, 32. 21 Rom. IX, 3.

2 in aeternitatem *PE* 4 rursus *VPT* iam *om. R* aeternitatem *P* aeternitatis *V* 6 huius *supr. scr. m. 1 P* 7 enim *supr. scr. m. 1 P* 8 ē esse in doloribus *R* est ēē in doloribus *T* eum esse in doloribus *Va* eum in doloribus esse *b* aestimandus *PT* estimandus ē *a* aestimātes *Vb* 10 terroribus = *ex* terruribus = *m. 1 R* uexauerint *ex* uexerint *m. 2 V* 11 super dolo *ex* super dolū *m. 2 V* 13 adposita *V* iniquitates *V*[1] 14 conparticipes *ex* participes *m. 2 V* 16 a iustitiae ingressu (ingressue *V*[1]) *VE* 17 scribtio enim *V* 19 are^na *R* ad horam *R* ad ora *VP* libro quo omnem *V* 23 cursum *PT* 24 nec *ex* ne *m. 3 R* 25 alius uiuentium alius liber *VPTE* 26 nec *ex* ne *m. 2 V* eum *P*.

antea sine ulla Christi cognitione pie in lege uersati omnia præscripta legis inpleuerint, de quibus secundum legem apostolus ita docuit: quia qui fecerit ea, uiuet in illis. scribuntur autem in libro iustorum, quibus iustitia Christus est factus. iustus enim ex fide uiuit. quo de libro ad apostolos dominus ita loquitur, dicens: gaudete et exultate, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. et idcirco duplex significatio delendorum de libro uiuentium et non scribendorum in libro iustorum fuit, quia post librum uiuentium liber esset relicus iustorum. apostolis autem hinc magnæ gratulationis causa suggeritur, quia plus sit in libro scriptos esse iustorum, quam de uiuentium libro non esse deletos.

25. Tenet autem in se eum confessionis modum, quem in nobis esse oportet fidei, ut in eo tam natura hominis quam natura dei cognita sit. in forma enim serui ueniens euacuauit se ex dei forma. nam in forma hominis exsistere manens in dei forma qui potuit? aboleri autem dei forma, ut tantum serui esset forma, non potuit. ipse enim est et se ex forma dei inaniens et formam hominis adsumens, quia neque euacuatio illa ex dei forma naturæ cælestis interitus est, neque formæ seruilis adsumptio tamquam genuinæ originis condicionisque natura est, cum id, quod adsumptum est, non proprietas interior sit, sed exterior accessio; quod ipsum consequentibus docet dicens: pauper et dolens sum ego; et salus uultus tui, deus, suscepit me. pauper est, qui secundum apostolum, cum esset omnium diues, seipsum, ut nos ditesceremus, paupertauit; dolens est, qui secundum

3 Rom. X, 5; Gal. III, 12; cf. Lev. XVIII, 5. 5 Habac. II, 4. Gal. III, 11. 6 Luc. X, 20. 26 II Cor. 8, 9.

2 praescribta *V* impleuerit *R* apostolus paulus *VPTE* 4 xp̄s est *V* christus = est *R* 5 iustus autem *V* de quo *T* ad *add. m. 2 V* 6 dominus *om. P* 7 scribta *V* in caelo *RPTE* 9 librū *V* librō *R* 10 reliqus *R* reliquus *PTE* 11 scripto *R* scribtus *V* 12 de uiuentium non *PT* 14 ut eo *V* 16 se a dei *E* 17 qui *om. Te* qui — dei forma *om. V* 18 et se *om. R* 19 inaniens — ex dei *in marg. super. add. m. 2 V* 22 cum id *add. m. 2 V* propietas *V* 23 exterior *ex* exterior sit *m. 2 V* 27 ditisceremus *V*.

prophetam pro nobis dolet. sed hunc pauperem ac dolentem salus ea, quæ uultus dei est, suscepit. forma et uultus et facies et imago non differunt. idipsum enim in utro horum significari communis est sensus. hunc igitur pauperem in salutem uultus dei, qui forma dei est, suscepit, id est adsumptum ab se hominem unigenitus deus, qui imago inuisibilis dei est, in æternitatis suæ uita, quæ in deo salus esse intellegitur, collocauit. omnis enim′ lingua confitebitur, quia dominus Iesus in gloria dei patris est, id est susceptus homo in naturam diuinitatis acceptus.

26. Esse autem in eo finem legis et sacrificium laudis euangelica confessio est, ita ut hostiarum sanguine et oblatione cessante sacrificium gratiæ laudisque prælatum sit. hoc enim isto paupere et dolente in salutem uultus dei formæque suscepto continuatur et sequitur: laudabo nomen tuum cum cantico, magnificabo eum cum laude. et placebit deo super uitulum nouellum cornua producentem et ungulas. hæc itaque laudatio nominis dei laudisque ipsius magnificatio super uitulum nouellum placebit. talis enim ante in lege pro peccato offerebatur, cuius ætatem per tenera ungularum et cornuum incrementa significat. placebit ergo super uitulum peccati honor laudis secundum illud: sacrificium laudis honorificabit me; et illic iter, quo ostendam illis salutare dei. iter igitur ostendendi salutaris dei in laudis est sacrificio.

27. Et id ipsum consequentibus psalmus ostendit. nam post placituram magnificentiam laudis super uitulum nouellum

1 Esai. LIII, 4. 8 Phil. II, 11. 22 Ps. XLIX, 23.

1 sed nunc *V* 3 in utroque *V*[2]*Te* in utrumque *P cf. Stud. 1889 p. 321* 5 est — id est *add. m. 1 V* 6 ab *in marg. add. P om. R*, a *T* unigenitus dī *V* inuisibilis est *R* 11 sacrificiorū *V*[1] euuangelicae *V* 13 cessanti *V* gratiae (& *supr. scr. R*) 14 susceptu *V* 16 magnificabo (& *supr. scr. m. 3*) *R* in laude *RTE* in laude == (*eras.* m) *P cf. Sabatier II, 138 adn.* 20 aetate *V* 21 cornium *VR* 23 honorificauit *VP* in quo *RPTE* 24 illi *PTE* 26 et ipsum *PTE* et ipsut *V* == consequentibus *P* in consequentibus *R*[3]*E* 27 placiturū *V*.

subiecit: uideant pauperes et lætentur. quærite dominum, et uiuet anima uestra: quoniam exaudiuit pauperem dominus et uinctos suos non spreuit. hoc scilicet tempus lætentur uidentes, cuius sacrificium in laude sit, quia illic ostendetur salutare dei. et ideo deus ab his ad uitam animæ quæretur. carnis enim et corporis timeri iudicem uetuit, quia animam in gehennam mittere solus potens sit deus. quærendi autem dei ad uitam animæ ea causa est, quia exaudiuit deus pauperem, eum scilicet, qui se paupertauit, ut nos ditesceremus, quem in salutem uultus sui suscepit, in quo nobis peccata donauit non spernens uinctos suos, siue qui uincti sunt Christi, ut Paulus in uinculis gloriatur, siue quos satanas peccatis uinctos ut armatus et præpotens obtinebat, secundum illud: disrupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. lætantur ergo in his, quæ uideant, pauperes, quia scriptum sit: beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cælorum.

28. Et quia his, qui pauperes spiritu sunt, in cælorum regno constitutis creatura omnis congemescens et dolens in gloria filiorum dei liberanda est, uanitati non sua sponte subiecta, nunc quoque ob lætantes pauperes uitamque quærentes exauditumque pauperem uinctosque non spretos ipsa illa ad laudem dei expectans reuelationem pauperum gloriæ creatura aduocatur: laudent eum cæli et terra, mare et omnia repentia in eo: sub horum elementorum commemoratione creaturarum

14 Ps. CXV, 16 sq. 16 Matth. V, 3.

1 et laetentur *ex* est laetentur *m. 2 V* dnm̃ *V* deum *RPTE* 3 pauperẽs *R* suos non dispexit *R* 4 uidentes laetentur *T* 5 ostenditur *PT* et in dõ ds̃ *V* 7 quia *ex* quiae *m. 2 V* anime *V*[1] geennam *V* sit deus == (*eras. 2 litt.*) *R* deus sit *VPT* 8 est *add. m. 2 V* 9 pauperem *ex* pauper *m. 2 V* paupertauit *ex* pauperauit *m. 1 P* pauperauit *T* 10 ditisceremus *V* 11 siue qui = *P* 12 sint *VP* in ungulis *V* 13 obtinebat *ex* obtinet *R* 14 illut *V* 15 laetentur *E* uident *PTE* 16 scriptum est *PTE* sp̃s *V* quoniam ipsorum *e* 17 regnorũ *V*[1] 18 is qui *V* 19 congemiscens *TE* in gloriam *T* 20 uanitas (tis *supr.*) si non *V* 21 exauditum *V* 23 creatura autem aduocatur *corr. m. 2 V* 24 illum *R* & *ante* omnia *supr. scr. m. 1 R* 25 in eis *R* suorum elemẽtorum commemorationem *V*.

omnium liberandarum sensum mentemque significans, ut, dum cælum et terra et mare dicitur, cognoscantur domino Iesu Christo cælestia et terrestria et inferna genu flectere. in his enim, quæ in mari repunt — cum tamen in aquatilibus natatus magis sit ex natura quam reptio — ea, quæ in infernis degunt, docentur, cum profundum maris sedem intellegamus inferni.

29. Causam autem, cur adhuc cælum et terra et mare deum laudet, ostendit dicens: quoniam dominus saluificaüit Sion, et ædificabuntur ciuitates Iudæ. et inhabitabunt in ea et hereditabunt terram. et semen seruorum eius possidebunt eam. et qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea. laus uniuersa ex rerum admirabilitate proficiscitur. tum enim aliquid laude dignum uidetur, cum opus ipsum ita magnificum atque præclarum est, ut et prouidentiam ac uirtutem gerentis et gestorum decus usumque contineat. quod itaque sensum atque opinionem ingenii communis excellat, id per admirationem sui meretur et laudem: cælum ergo, quod tanto ornatu distinctum, inpletum est tantosque motus atque cursus incredibili constantia ac uarietate conseruet, ut annum inter hiemem caloremque temperatis autumni et ueris temporibus moderetur et finiat; terra autem, quæ supernis inumbrata naturis uel conplexa in sese uel suscepta sinu semina et contineat et alat et fecundet, et secundum uniuscuiusque generis naturam usum maturitate consolidet; mare autem, quod, uitæ nostræ modo, nunc hausto spiritu nunc refuso animetur et maneat motuque in tanta sui

3 genum *V* 4 q. *add. m. 2 V* in mari ≡ erunt *P(T)* aqualibus *V* natatus *ex* natis *R* natatura *PT* natus *a* 5 in inferis *PTE* 6 intellegunt V^1 7 causa *R* adhuc cur *Ve* 8 laudent *E* saluificabit *RPTE* 9 aedificauit V^1 iudae ≡ *R* Iudaeae *Bened. in adn. fort. recte, cf. infr. p. 338, 6* 10 in eā *R* 11 seruoruntm *V* et qui *ex* es qui *V* 12 in eā *(eras. lineol.) R* eam *PTE* 13 tunc *e* 15 prudentiam *PTE* uirtutum *P* genrentes *V* 16 adque *VR* 17 *fort.* excedat *cf. p. 338, 3* et laudet *V* 18 impletumque est *E* 19 tantusque *P* 20 conseruat *Te* caloremque aestatis temperatis *E* 21 moueretur *V* 22 conplexa in se uel *PT* cōplexa sit uel *V* 23 e contineat *corr. m. 2 V* 24 usu maturitate *P* usu ac maturitate *TE* 26 motumque *b.*

uarietate rationibus se lunaris incrementi detrimentique moderetur et profunda infinitaque sui obice mentem humanæ opinionis excedat, ut neque quid extra se neque quid intra sit sensu persequente capiamus. in his tamen tantis tamque admirabilibus rerum naturarumque uirtutibus in deo hoc, quod Sion salua sit ciuitatesque Iudææ ædificandæ sint, cæli, terra, maria laudabunt? humana utique opera et caduca et ipso tempore ac uetustate soluenda! quod si extructas esse eas laude sit dignum, non magis conseruatas esse eas, ne destruerentur, proficeret ad laudem?

30. Non ergo hæ maximæ utique præstantissimæque rerum omnium uel magis, quibus uniuersæ res contineantur alanturque, naturæ maris, terræ et cæli ad inanium pæne ac leuium operum laudem aduocantur: id est, quia Sion saluificata sit extructæque Iudææ ciuitates, quas post Babyloniorum Antiochique uictoriam bellum quoque Romani regis absumeret. dehinc ipsam hanc inopem impiamque sententiam rei quoque communis scientia et ratio condemnat. nam ob id ædificari ciuitates Iudææ propheticus sermo declarat, ut in ea, quæ salua facta sit, Sion inhabitent. quid hic secundum humanas extructiones ciuitatumque fabricas intellegentiæ loci est, cum neque in ædificandis his laus ulla sit, quæ sint postea destruendæ, neque ratio et natura patiatur ædificari ob id ciuitates, ut inhabitent ciuitatem?

1 lunaris *ex* lumen lumen *m. 2 V* 2 obici V^1 3 ut *om. V* infra *V* 4 admirabilibus — naturarumque *in marg. infer. add. m. 2 V* 5 in de hoc *V* 6 iudeae *VP* iudae *T* aeficandae (dl) sit *V* ≡ dificande sint *P* defigandae sint *R* terras *V* 8 quo si *T* extructas esse eas *temptaui*, extructa *VR* ex ≡ tructa ea ut sit *P*(*a*) extructas eas ut sint *T* exstructas eas esse ut sint *e* laude fit *VPa* 9 nonne *e* 11 ha *corr. m. 2 V* maxime utiquae praestātissimeque *V* 13 caeli animalium *V* pene *V* poene *R* 14 laude *V* 15 post *om. V* babylloniorum *VP* antiocique *V* anthiocique RP^1 16 uictoria *V* 17 res quoque *V* 18 sciētiae et *V* aedificare *P* ciuitas *V* 20 inhabitet *VRPE* et. quid V^2R^2PTE 22 quae sit *R* 23 et naturae patitur *V* id *add m. 2 V* ĩhabitet ciuitate *V*.

31. Est autem digna plane deo laus cæli, terræ ac maris confessione tribuenda, quod illa filia Sion, quæ inuecta in Hierusalem tanto præeuntium sequentiumque comitatu, salua per deum sit; in quam angeli concupiscunt, in quam creatura omnis gemens dolensque prospectat, in qua æternitatis nostræ gloriam laudemque speculamur, in qua ædificatarum ecclesiarum ciuitates manebunt. Sion enim, licet colliculus templo, quod in Hierusalem fuit, iunctus sit, tamen secundum interpretationem ex hebræo in latinum græcumque sermonem speculatio dicitur. in hoc ergo corpore domini, quo resurrexit ex mortuis, quo a dextris uirtutis consedit, quo in gloria dei patris est, spem nostram uitamque speculamur. et quia reuelationem nostræ in eo claritatis et ipsa in eandem liberanda creatura omnis expectat, salutem huius Sion sub significatione cæli et terræ et maris laudat; quia omnia in cælis et in terra pacificata et reconciliata per eam deo sint, quia in resurrectionis gloriam, cuius spem in ipso ex mortuis resurgente speculamur, peccatum, mors, corruptio a uita et inmortalitate deuorata sint et exhausta. nam si super unius peccatoris pænitentiam magnum in cælis gaudium est angelorum, quanto magis in totius mundi reconciliatione lætitia sit?

32. Et quia in finem pro his, qui inmutabuntur, est psalmus, Iudææ etiam ciuitates, ut in Sion inhabitent, ædificandæ esse laudantur. et ciuitates ipsas conuentus hominum esse quis dubitet? ecclesiam uero ex conuentu plebium effici

1 dignae V^1 2 quod inue^{c}ta V 3 hierusalē (*om.* in) *PT* comitatus *V fort.* comitatu est 4 in qua creatura *R* in qua natura V^1 6 gloriam *ex* gloriam dī *m. 2 V* specularum V^1 aedificatarum *coni. Bened. cod. R confirmata*, aedificaturum V aedificat^{e}a *P* aedificatae *TE* 8 fuit *om. V* 9 ex hebreo *VR* 10 quod resurrexit *E* quod a *VE* 11 quo in gloriā *R* quo ≐ in gloria *T* quod in gloria *VP* dei *om. PT* 13 et ipsa *ex* ipsa *m. 2 V* in eadem *P* 14 caeli terrae V^1 15 et conciliata *V* 16 qui in *V* gloria *T* 17 resurgentes *V* et corruptio *V* 18 deuorata *ex* deuora *P* sit *R* 19 poenitentia *T cf. Ps. CXXI cap. 9* 20 quanto maior *VPTb* 22 in fine *VRP* 23 ut in Sion — et ciuitates *om. V* inhabitarent *b* habitent *PT* 24 esse *om. PT* 25 eclesiam *V* ecclesias *T* plebium *VRPT (Bened. adn. falsa).*

notum est. in hac ergo Sion, quæ in se etiam illam primitiuorum conscriptorum in cælis conplexa sit ciuitatem, habitatio nostra perficitur, qui ut semen Abrahæ ita et semen Iudæ manemus. non enim qui in manifesto Iudæus, sed qui in occulto Iudæus et qui in spiritu. ob quod in his nostris conuentibus ciuitates quoque Iudææ sumus.

33. Ac ne sibi Israhel impius in ciuitates Iudææ gloriam eo, quod secundum carnem seruorum dei semen est, uindicaret, eorum hereditatem, eorum habitationem in Sion esse demonstrat, qui nomen domini diligant: ut pietatis magis sit, non generis electio, quia præstet omnibus caritas dei, quæ in Christo est, et Petrum nihil aliud, quam utrum se amaret, interrogat dominus noster Iesus Christus dei filius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS LXIX.

In finem in rememorationem, quod saluum me fecit dominus.

Domine deus, in adiutorium meum intende et reliqua.

1. Alius hic in rememorationem psalmus est; nam tricesimo et septimo eadem inscriptio est. ex ipsa autem uerbi

4 Rom. II, 28 sq.

3 habraae *V* 4 qui in manifesto Iudaeus sed qui in occulto Iudaeus et qui in spiritu *scripsi cf. Sabatier III, 603* qui in (in *add. m. 2*) occulto iudaeus sed qui in occulto iudaeus sed qui in spū *V* qui in manifesto iudaeus sed qui in occulto d^2 qui in occulto iudaeus sed qui in spiritu *RPT* qui in carne Iudaeus sed qui in spiritu *E locus nota aberratione deprauatus* 6 iude *supr. scr. R* iudae *PT* 7 ac ne — iudeae (*sic*) *in marg. infer. add. m. 2 V* ac *ex* hac *R* impius ciuitates *P* impius ciuitatis (tū) *T* impius ciuitatum *e* impius ciuitatis *b* 8 secundurnem carne *V* uindicare *V* 9 eorum *ex* meorum *V* 10 generis *ex* geris *P* 11 in xpo est et petro est et petrum *corr. m. 1 V* 12 aliut *V* 13 in omnia saecula *VPTE* Explicit psalmus LXVIII incipit psalmus LXVIIII feliciter *V et sic R omisso* feliciter, Expl. psāl LXVIII incp psāl LXVIII (*sic*) *P* Expl. de psalmo LXVIII incip. de LXVIIII *T* 16 in cōmemorationē *h. l. V, om. titulum RPT* 20 in rememorationē *V* in rememoratione *RPTE* nam in XXX et VII *V* 21 in scribtio *VP*.

huius significatione usuque communi, quid in rememoratione præscribi intellegendum sit, docemur. nam rememorationis precatio ei conpetit, qui se incidere in obliuionem eius, a quo uel auxilium uel ueniam expectat, pertimescit et aut sui ad salutem commemorationem fieri desideret aut eorum ad pœnam, qui sibi semper infesti sunt. et quidem in anteriore superscriptionis ipsius psalmo de uenia et salute tractatum est, qui totus ex persona dolentis domini pro nobis portantisque peccata nostra consistit. in hoc uero necessitas poscendæ ueniæ non relicta est, quia iam superior et contiguus huic psalmus in saluificatæ Sion ædificatarumque ciuitatum Iudææ laude conclusus est. sed est in eo rememoratio in impios ultionis et retributionis in sanctos. et quia non illi Dauid, sed in illum Dauid psalmus in finem est, secundum editam in anterioribus ex nominis proprietate rationem ex persona domini tractabitur, ut ipso psalmi fine noscetur.

2. Domine deus, in adiutorium meum intende. piæ confessionis hæc uox est, adiutorium a domino et deo sperare; sed plus hic nunc, quam in deprecationibus sperandi auxilii solet, sermo significat. uideri enim id potest, qui in adiutorium positus sit super potentem, nunc in adiutorium, in quod positus est, ut intendatur orare. et quis hic sit, non ambigitur ex psalmo, in quo inest scriptum: posui adiutorium super potentem, exaltaui electum de plebe mea. inueni Dauid seruum meum. et ne aliquid in

23 Ps. LXXXVIII, 20 sq.

2 edocemur *VPT* rememorationes *V* 3 et conpetit *V* incedere *P* 4 expetat *PTb* 6 in anteriorem *V* 8 pro nobis dōn *V* 9 consistit *ex* constitit *m. 2 V* 10 psalmus saluificatae sion *PT* 11 iudae *PTb* conclusus est *add. m. 2 V* 12 in ea *VRP* rememoratione in *V* et retributionis *om. V* 13 in sanctos *ex* in sancto *R* in sčo *V* sed in illum dauid *om. V* 14 in fine *VRPT* 15 nominis (is *in ras. 3—4 litt.*) *R* proprietatem *V*[1] narrationem *R* 16 fine *ex* sine *m. 2 V* 19 hic num *VP* 20 auxili *V* auxilii *ex* auxilio *m. 1 R* sol& *m. 3 in ras. R* potest ut qui *Ve, an* potest eum qui? 21 positus sit — in quod *om. V* 23 inest scribtum est *V* adiutorium meum super *VRe sed cf. Abh. IV, 84* 24 et exaltaui *RPTE* 25 et ne aliquid seruum in illud *V*.

illum Dauid Iessæ referri posset, adiecit: et ego primogenitum ponam eum, excelsum super reges terræ. ac ne, quod primogenitus est, ad primitias indulti ei a deo regni trahi posset, id, quod soli domino Iesu Christo proprium esset, ostendit dicens: et sedis eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta manet in æternum et testis in cælo fidelis.

3. Nunc ergo, qui aduersum potentem positus sit adiutor et qui intendi in adiutorium suum precatur, pœnam in eos, qui sibi aduersantur, expostulat dicens: confundantur et reuereantur, qui quærunt animam meam: auertantur retrorsum et erubescant, qui cogitant mihi mala. auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: euge euge. ex uerbis loquellæ sermonisque nostri diuinus sermo pendendus est. pudor et confusio ex dedecore est, auersio ex repulsa est; reditus uero non in alia loca magis quam in ea est, unde digressio est. qui quærunt ergo animam sancti huius, qui in adiutorium suum orat intendi, primum confundentur, post etiam auertentur, dehinc auertentur non in alia, sed retrorsum. et idem est dictorum ordo, qui et rerum. confundentur enim eius animam quærendo, quem cum peremerint, scient eum uiuere: quia deus uitæ et resurrectionis est dominus. dehinc postea auertentur, ne occurrant cum sanctis obuiam Christo in nubibus raptis. postremo auersio non in

1 Ps. LXXXVIII, 28. 5 Ibid. 38.

1 iessae *V* iesse *RPTE* possit *h. l. VR sed cf. lin. 4* 2 gentes (reges) *R* ≡≡ ac (super) (*eras.* in?) *R* 4 soli *om. PT* 5 sedes *RPT* 8 aduersū (*supr. scr. m. 3*) *R* 11 reuertantur *pro* reuereantur *coni. Bened. in adn., sed cf. p. 343, 15* 12 retrorsū — auertantur *in marg. add. R* retrorsum *om. VPT* qui uolunt mihi *R* 13 *uocibus* auertantur statim *T in marg. infer. adscr.* reuertent(a)[ur] retrorsū 14 loquae ≡ lae (*eras. l*) *R* loquelae *PTE* sermonisque *ex* sermonis *m. 2 V* nostrae *V* 16 auersi ex se repulsa est *V* 17 qui ergo quaerunt ergo *corr. m. 2 V* 18 qui adiutorium *V* orat *add. m. 2 V* 19 non alia *V* 20 qui ≡≡ rerum (re *m. 3 in ras. 3—4 litt.*) *R* qui rerum *VT* 21 peremerint *ex* peremerent *m. 1 R* 24 rapti *PTe* auersi non in *RPT* auersi non ibunt in *e*.

alia quam retrorsum. resurgentes enim ex mortuis rursum ad pœnæ ultionisque iudicium in infima terræ. unde emerserant, reuertentur. omnis enim caro resurget, sed non omnis demutabitur; et unumquemque in carne siue bona siue mala, prout gessit, recipere constitutum est. ergo et quærentes animam et mala cogitantes et euge euge dicentes et confundentur et auertentur et reuertentur resurrectione confusi, ab occursu repulsi, in inferna reuocati. euge euge autem inridentium uox est, eorum scilicet, qui dixerint: saluos fecit alios, se ipsum saluum facere non potest.

4. Sed post hanc de impiis precationem, quia rememorationis erat psalmus, pro sanctorum quoque fuit spebus orandum. sequitur enim: exultent et lætentur in te omnes, qui quærunt te, et dicant semper: magnificetur deus, qui diligunt salutare tuum. ut confusio et reuerentia iusti animam quærentibus, ita exsultatio et lætitia quærentibus deum, quia secundum prophetam resurgent alii in confusionem, alii in lætitiam. et ut retrorsum erubescentes auertantur, qui mala cogitant, qui dicunt euge euge, ita qui salutare dei diligent ad confessionem magnificentiæ dei proficiunt, ut ex gratia indultæ sibi a deo exultationis laudis confessio augeatur. non enim aliquo deus, qui idem atque æternus est, indiget, aut quicquam in rerum naturis et mentium opinionibus est, quod expectet. quod enim incremento demutabile est, id detrimento sæpe demutatur. deus autem, qui idem origo et causa gignentibus est, ad æternæ beatitudinis naturam sibi ipse sufficiens

3 I Cor. 15, 51. 9 Marc. XV, 31. 17 Dan. XII, 2.

1 ali *V* retrorsũ *supr. scr. m. 3 R* et retrorsum *V* enim — poenae *om. R* 2 iudiciũ *V* iudicio *R* infima *ex* infirma *R* 6 animam iusti et *E* male *R* 7 resurrectione *R* et reseurrectione *corr. m. 2 V* 8 & in inferna *R* 11 de post *V* praecationem *VR* praedicationem *PT* rememorationes *V*[1] 14 dš *VP* dominus *Rb* 16 deum est *b* 17 qui *R* 18 et *om. R* auertentur *TE* 19 diligunt *P*[2]*T* 20 ad confessione *V* ut *om. P* indulgẽti sibi dõ *V* 22 aliquid *PT* idem adq. *V* idem adque *R om. PT* 24 *post* detrimẽto *repetitum* demutabile *del. m. 2 V* 25 mutatur *VPTe* quidem *R* quidẽ *P* qui et *T* 26 ad *add. m. 2 V.*

nihil extra, quod sibi desit, ne aliunde expectet, derelinquit. magnificatur autem per beneficiorum suorum incrementa nobiscum, cum magnificentia eius et commodorum nostrorum sensu ac iucunditate et referendæ gratiæ laude cumuletur. ergo quotiensque magnificetur dicimus, totiens aut optandi nobis a deo muneris uota sunt, aut sumpti perceptique confessio est, magnificentiæ eius laude nobiscum per commodorum nostrorum incrementa nascente.

5. Oportuit autem psalmum, qui rememorationis in finem est, digno rememorationis ipsius fine concludi. sequitur enim: ego autem egenus et pauper sum; dominus adiuuat me. adiutor meus et liberator meus tu domine, ne tardaueris. neque regis dignitati neque regni opulentiæ paupertatis atque inopiæ professio congruit, sed ei, qui, ut nos ditesceremus, pauperem se præstitit, cui ne ad paschæ quidem cenam nisi quæsita et aliena domus fuerit. adiuuari se itaque rogat. in forma enim serui obœdiens usque ad crucis mortem factus est. citum quoque auxilium, ut liberetur, orat, ne quæ rememorationis tarditas sit, qui et ipsas illas passionis moras non ferens proditori dixerit: fac, quod facis, cito, dum liberari in se susceptæ carnis infirmitatem maturatæ resurrectionis uirtute festinat dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

20 Ioh. XIII, 27.

1 nec quod aliunde expetat dereliquit *T* aliumde *V*[1] expect^e^at *R* 2 suorum *om. V* 5 quotiens-- (*eras.* q) *R* quotienscumque *TE cf. Acad. p. 29* optandi *ex* optande *m. 1 R* 7 esius *corr. m. 1 V* 8 incrementa *ex* incremente *m. 1 R* noscente *VRP* 9 in fine est *VRPT* 11 egenus sū *R* deus adiuua me *E* 12 meus es domine *R* 14 inopiae *add. m. 2 V* ei qui *T* eius qui *VRP* eius uox est qui *E* 15 pasche *T* pascae *R* 16 caenam *R* coenam *PTE* quaesitam *V* 17 serui *ex* saeui *m. 2 V* 18 ut *ex* uelut *m. 2 V* neq *RT* ne qua *ex* ne q. *m. 2 V* ne qua *P cf. Acad. p. 29 et F. Neue Formenl. II, 224* 19 qui *add. m. 2 V* 20 uerens *V* cito *om. VRPT* 21 liberari *ex* liberarem *m. 2 V* *post* maturatae *desin. f. 65 T, f. 66 incip. prolog. in cantica quindecim graduum:* Psalmorum tituli *cet.* dominus noster — amen *om. RPe* Explicit psalmus LXVIIII incipit psalmus XCI feliciter *V* Explicit psalmus LX^m^ VIIII^m^ incip̃t psalmus CXVIII alleluia aıF *R*; *deest subscriptio in P, ubi in fol. seq. 104 legitur:* Exposicio quindęcim gradvṽ beati Hẏlarii pictauensis episcopi. Psalmorum tituli *cet.*

DE TITULO PSALMI XCI.

Psalmus cantici in die sabbati.

1. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo, altissime, et reliqua. post legis tempora et cognitionem ueritatis conuenit corpus ipsum potius quam umbram corporis contueri. lex enim eorum, quæ in domino nostro Iesu Christo inplenda erant, speciem conplectitur; non ipsa ueritas, sed in ea meditatio ueritatis, utilis fide potius quam effectu, imitatione quam genere. ea enim, quæ obseruari præcepta sunt, non uirtute efficientiæ ipsius utilia erant, sed obseruantium fide salutaria, ut sacrificiorum diuersitates et holocaustomatum religiones et circumcisionis cura et sabbati otium. hæc enim omnia et prætermissa culpam habebant et gesta sub futurorum fide proderant, sicut ait beatus apostolus: prius autem, quam ueniret fides, sub lege conclusi custodiebamur in ea fide, quæ incipiebat reuelari. itaque lex pædagoga nostra facta est in Christo, uti ex fide iustificemur. at ubi uenit fides, iam non sumus sub pædagogo; omnes enim filii estis fidei. ergo quotienscumque aliquid ex lege relegitur, in opere præsentium mandatorum speculum futurorum est contuendum. et erat quidem congruum de singulis superius conprehensis adferre rationem, ut secundum apostoli doctrinam uniuersa intellegerentur fide futurorum potius quam uirtute ipsius efficientiæ profuisse; tamen in unum congesta omnia audientibus ne non tam cognitionem potius quam onus adferant, unam ex superioribus partem retractemus et eam scilicet, quæ tempori

15 Gal. III, 23 sq.

1 de titulo psalmi XCI *om.* V 3 bonum — reliqua *om.* V 7 ihm xpo spemciem *corr. m. 2 V* 8 utilis *coni. Bened.* et illis *Vr* 11 obseruantiaum *corr. m. 1 V* fide *ex* fidelium *m. 2 V* 12 holocaustumatum *V*¹ 13 otium *ex* ootium *m. 1 V* 16 custodiebar *V*¹ 17 pedagoga *V* 18 ex fidei *corr. m. 2 V* ad ubi *V* 19 fili *V* 20 relegitur *ex* religitur *m. 2 V* 21 contuendum — fide futurorum *in marg. infer. add. m. 2 V* 25 audientib. non tam *V* 26 una^{m} *corr. m. 2 V* 27 superiorib. *ex* superi *m. 2 V*.

necessaria est, id est sabbati diei; quia ita psalmus inscribitur: psalmus cantici in die sabbati, ut cum per scripturarum cælestium auctoritatem, quæ ratio in sabbati requie contineatur, cognouerimus, parem ceterarum quoque rerum, quæ in lege sunt, efficientiam sentiamus.

2. Et de otio quidem diei huius multa præcepta sunt. nam et in ea dominus perfecta mundi huius soliditate requieuit; scriptum est enim: et requieuit deus in die septima ab omnibus operibus suis, quæ inchoauit facere. et rursum hæc eadem sanctificatur in lege ab eo, ut omne opus agi uetitum sit, sicut scribitur in Exodo: in mente habete diem sabbatorum sanctificare eum: sex diebus operaberis et facies omnia opera tua; septimo autem die sabbata domini dei tui: non facies in illo die ullum opus. ergo sabbato et quies dei est et hominum otium. sed quid hoc proficiet ad psalmum, in quo in factura dei gaudium est, et profundæ cogitationes eius. et exurendus peccator ut fænum, et iustus ut palma florescens et multiplicandus ut cedrus? nulla hic diei septimi requies, nullum humanorum operum otium decantatur. ergo quia nihil in psalmo de requie huius sabbati continetur, proprietas requietionis et sabbati, quod in lege præscribitur, requirenda est in psalmis. legimus itaque de impiis dictum: sicut iuraui in ira mea, si intrabunt in requiem meam. deus in sacramenti religione confirmat, non adituros requiem suam; non, ut opinor, huius sabbati requiem significat, in qua post mundi ædificationem scribitur quieuisse. nam sollemnitatem ac lætitiam diei huius omnes Iudæi in eam gloriantes introeunt, ex

8 Gen. II, 2. 11 Exod. XX, 8 sq. 23 Ps. XCIV, 11.

1 necessario V^1 quia *ex* qua *m. 2 V* 2 scribturarum *V* 4 quoque *ex* quo *m. 2 V* 7 in eam *V* 8 requiebit *V* 10 ab eo *Vr* adeo *b* 11 in mentem *V* 12 habete *Vr* habeto *b* 14 sabbata *V cf. Sabatier I, 175* sabbati *r* sabbatum *b* 15 ^{i}n illum diem *V* illo die *r* in illa die *b* 17 ^{in}factumra *corr. m. 2 V* factura *rb* 18 exurendus *scripsi cf. Sabatier II, 185 et Stud. 1889 p. 320* exurgendus Vr^1 exoriendus r^2b iustum V^1 23 ita *V* 27 solemnitatem *rb* 28 *fort.* in ea *cf. Stud. l. c.*

quibus necesse est plures in peccatis agere ac uiuere: hanc enim diem ad quoddam testimonium dignationis in se dei honorant. si hæc ergo dei est requietionis dies, quod cum uenia dictum sit, iam deus mendax est, cum in se contumaces, in filium parricidæ requiem diei huius obtineant.

3. Dehinc cum omnibus omnino sine exceptione aliqua nihil operis agere, sed in otio quiescere iussum sit, quomodo rursum dominus sabbatum soluit dicens: nescitis, quia sacerdotes in templo sabbatum uiolant et sine crimine sunt? ergo non hæc quies sabbati nec hoc eius est otium, cum quando non quiescentes in sabbato maledicti sint * sub legem firmitatis accipiens. si sol signaque cetera cursus suos obeunt et habent ab eo permanendi in his, in quibus sunt, substantiam, a quo in hos cursus atque in hæc officia conposita sunt, si terra fructus suos profert materiem fecunditatis in dies sumens, per quam ei secundum temporum uices quædam fertilitatis natura subiecta est, si cotidie animarum origines et corporum figurationes occulta et incognita nobis diuinæ uirtutis molitione procedunt: et magnum est muneris tanti dona sentire, cum tamen eorum institutio nesciatur. sed hæc etsi opus dei sunt, uerum in his labor nullus est. et quamquam habeant ex auctore suo ac dominante, quod talia sunt, non tamen eum, a quo orta et per quem cotidie talia sunt, defatigant.

4. Et hæc quidem magna dei opera sunt, cælum continere, solem cum astris ceteris luminare, sementis terræ incrementa sufficere, hominem firmare, animam reprouehere: sed longe

8 Matth. XII, 5.

3 dī est requietionis dī quod *V* 5 optineant *r* 7 sed in *ex* sine *m. 2 V* 10 quies est sabbati *rb* eius otium est *rb* 11 *quattuor uersuum spatio uacuo in marg. addidit m. 2:* hic deest quod addendum est *V in r add. m. 2* hic deest 15 substantia *Vr* officio *V* 17 templorum *V*[1] uicem *rb* 21 nesciatur *ex* nesciatuis *m. 2 V* 22 est nullus *rb* 23 dominante *V* dñante *r* donante *b* 25 sun^t *V* defitigant *V* 26 et quidem haec *rb* 27 luminesumentis (ar, e *superscr.*) *corr. m. 2 V* 28 hominem — reprouehere *om. r.*

his maiora opera perfecta sunt. Moyses enim tantum uisibilium rerum creationes enarrauit rudibus hominum animis, ea ad cognitionem dei proferens, quæ possent intellegi et uideri. ut per hanc conspicabilium operum magnitudinem uirtus eius, qui operatus est, cognosceretur et creatoris potestas per creaturæ admirationem posset intellegi. sed Paulus, testamenti noui interpres, non iam lactis sed panis cibum ingerens ita de domino tradidit: qui est imago dei, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso constituta sunt omnia in cælis et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates: omnia in ipso et per ipsum facta sunt, et ipse est ante omnes, et omnia ipsi constant. protrahit ergo nos doctor gentium de cognoscibili materia in inuisibilium intellegentiam et nos ad cognoscendos principatus et potestates et thronos et dominationes de terrenis atque humilibus educit. uerum hæc ex nutu dei patris et in cælis et in terra manent atque extiterunt, et licet per filium omnia, tamen a deo omnia. ipse est etenim caput ac principium uniuersorum, et in ipso uniuersa sunt condita, licet postea de thensauris in se conditis secundum arbitrium potestatis æternæ singula quæque protulerit. uerum cum in omnibus Christus operetur, eius tamen opus est, qui operatur in Christo; et ideo, pater meus, ait, cotidie operatur, et ego operor, quia opus patris est, quidquid manente in se deo patre filius dei deus Christus operatur; atque ita per filium cotidie omnia, quia omnia pater operatur in filio. igitur cotidie Christus operatur: et, ut arbitror, animarum initia, configurationes corporum, profectus et incrementum uiuentium opus eius ostendunt.

8 Coloss. I, 15 sq. 24 Ioh. V, 17.

1 maiore *V* diuisibilium *rb* 4 ut *ex* et *m. 2 V* 5 ut creatoris *rb* 7 noui, *quod in V scripsit m. 1, in r add. m. 2, om. b* ita dño *V* 11 dominatione *corr. m. 2 V* 12 per *add. m. 2 V* 13 omnes et *add. m. 2 V* 14 pertrahit *rb* in uisibilium *V* 16 potestas *V* adque *V* 17 haec ea nautu *corr. m. 1 V* 18 extiterint *V* existunt *rb* 19 et principium *rb* 21 thesauris *rb* aeternae *ex* aeter *m. 2 V* 24 ait *om. V* operateur *corr. m. 1 V* 25 quicquid *r* 26 ds xp̄s *V* Christus *rb*.

5. Ut autem absolutius intellegere possimus, quæ operatio dei sit et quomodo operans pater operatur et filius, originem dicti huius nosse debemus. inter ceteras enim curationes, quibus se dominus in carne hominis deum docebat sub uisibili materie potestatem inuisibilis uirtutis ostendens, paralyticum triginta et octo annorum in natatoria porticus Salomonis inuenit expectantem alicuius auxilium, per quem ad motum aquæ per angelum incitatæ deuehi posset. erat autem hoc et in tempore et in homine uirtutis, ut, cum fons piscinæ commotus esset, ille, qui primus aquas esset ingressus, omnem infirmitatem, qua adflictaretur, euaderet. erant autem hæc et præsentium effectibus utilia et futurorum speculo imaginata, cum angelo ad aquas uocante omnium ægritudinum prompta esset abolitio. hunc ergo paralyticum die sabbati dominus ubi uidit, uerbo curat, præcepto salutem infirmantis efficiens. dicit ergo paralytico: surge et tolle grabatum tuum et ambula. iam non solum sanus paralyticus, sed etiam oneri utilis factus est. Iudæi paralyticum uiolati sabbati arguunt dicentes: sabbatum est et non licet tibi tollere grabatum tuum. quibus respondit: qui me fecit sanum, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum et ambula, eundem auctorem facti sui præferens, quem salutis, ut non existimaretur ab eo culpa uiolati sabbati posse proficisci, cuius in uerbo humani corporis instauratio constitisset. ergo quia paralyticum dominus curasset in sabbato, ubi facti ueneratio consequi debuisset, illic Iudæorum omnium odium commouetur. quibus dominus respondit: pater meus usque modo operatur, et ego operor.

16 Ioh. V, 8. 18 Ibid. 10. 20 Ibid. 11. 26 Ibid. 17.

1 ut *om.* *V* 2 operante patre *dubitanter coni. Bened.* 3 cetera *V* curatione *V* 5 paraliticum *r* 6 XXX et VIII *V cf. F. Neue Formenl. II, 153* triginta octo *rb* aññ *V* in natatoriae *V* solomonis *V* 7 ad modum *V* 10 esset ingressus esset *corr. m. 2 V* 11 euadere *V* 13 egritudinum *r* aegritudinem *V* oblitio *V* 14 dš *V* 16 surge tolle *rb* grabattum *V* 18 uolati *corr. m. 2 V* 19 et non *ex* et *m. 2 V* non *rb* grabattum *ex* grabatum *m. 2 V* 21 grabattū *V* 22 proferens *rb* 24 dñs *ex* dñs es *m. 2 V* 26 dš *V*.

6. Sed surgit hic ad uiolati, ut putabant, sabbati grauior indignatio, quod patrem suum deum dixerit, æqualem se faciens deo. sed unde hic Iudæis dolor est? non enim ita locutus est: deus pater meus est. sed uim adtulit ueritas, et confessionem inuitis ratio extorsit; deo enim esse æqualem opera loquebantur. illi irascuntur quæ non audiunt, et pati nolunt quod ignorare non possunt: et hoc in Christo oderunt, quod eos intellegere est necesse. opus ergo patris in quo est? in eo scilicet, quod agit filius; ait enim: non potest filius facere a se quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. non utique sibi uirtutem ademit, sed obsequio paterno deuinxit arbitrio. non enim nudo sermone significat: non potest filius facere, sed adiecit: a se quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. ergo omne, quod facit ille, famulatus est, quia non a se quicquam, sed id, quod uiderit, facit: ministerium ueniens de exemplo non operis, sed uoluntatis, quia opus patris in uoluntate est. id enim dominus ait: non ueni uoluntatem meam facere, sed eius, qui me misit, docens non aliud uelle se quam quod uellet ille, qui eum miserat. ergo uoluntatem patris filius tamquam exemplum operationis introspicit, quia omnia intra paternarum cogitationum prouidentiam quadam futurarum rerum prædestinatione formantur. introspicit autem per mutuam caritatem atque naturam; ait enim: pater diligit filium et omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. ita et huic dei, ex quo ipse deus natus est, uoluntatem nosse peruium est; et illi, quod uoluntatis suæ cognitionem filio congenuerit, est benignum.

7. Ergo ad sabbati diem, ex quo odium commouebatur, responsum est: pater meus usque modo operatur, et ego operor. est ergo opus dei sabbato? est plane: nam

9 Ioh. V, 19. 18 Ioh. VI, 38. 24 Ioh. V, 20.

2 dm̄ *add. m. 2 V* 6 loquebantur *ex* loquibatur *m. 2 V* irascūtur *ex* nascūtur *m. 2 V* quod non audiunt *rb* 10 a se facere quidquam *b* 11 uirtutem sibi *rb* obsequio se paterno *rb* 12 mundo sermone *V* 13 ab se quidquam *b* 14 omne *om. rb* 19 quam *om. V* 20 qui miserat *ex* qui me miserat *m. 1 V* 21 omnia *om. r* 24 adque *V* 25 ita ut huic *r* 26 peruium *ex* puerum *m. 2 V* 28 quo *ex* quominus *m. 2 V*.

nisi esset, cælum dilaberetur, lumen solis occideret, terra non staret, fructuum omnium incrementa deficerent; uitæ hominum interirent, si sabbati lege uirtutum omnium constitutio otiaretur. sed requies nulla est, et cursus idem est, et, ut sex diebus, ita et sabbato elementorum omnium continentur officia. ergo omni in tempore per hæc pater operatur; operatur autem in filio, qui ex eo est et per quem omnia hæc opus eius sunt, qui ista in se operetur, operantem: et ministerii opus in opus refertur auctoris. itaque filius in paralytico, ut in ceteris, operatus in sabbato est, et per filium opus patris in sabbato est; atque ita non est in die dei requies, cum dies deo nulla sine opere sit.

8. Quia ergo opera dei exstant, quæ sit eius requies quærenda est. dei itaque opus, opus Christi est; uerum et requies dei deus Christus est, quia ita omnia, quæ dei sunt, in eo uera sunt, ut his pater quiescat. perfectus enim a perfecto est, quia, ut apostolus ait, omnia ipsi constant, et sicut de se ipse testatus est: sicut habet pater uitam in semetipso, ita et filio dedit habere uitam in semetipso; et rursum apostolus ait: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. itaque quod in eo est uel quod ipso perfectum est, neque iam, quod subsistit ac manet, eget atque expectat aliunde, sed caritate patris atque uirtute. ita et in filio uita est, ut, licet sit natus ex patre, tamen in ea uita, in qua et pater uiuit, existat. nam et in eo uniuersorum, quæ deinceps crearentur, principia constiterunt; et in eo uniuersa contemplans consummatis per eum

17 Coloss. I, 17. 18 Ioh. V, 26. 20 Coloss. II, 9.

4 requies *ex* quies *m. 2 V* 5 ita *ex* ut ita *m. 2 V* 6 *alterum* operatur *add. m. 2 V* 7 quia ex eo est *b* omnia haec omnia opus *V* 8 quia ista *r* operante *coni. Bened.* 11 adque *V* non est in deo requies *b* 13 requies *om. r* quaerendum est *coni. Bened. in adn., fort. recte* 14 uerum et — Christus est *om. r* 16 a *add. m. 2 V* 17 quia apostolus ait *V* 18 de se ipso *b* 19 ita et filio — in semetipso *in marg. super. add. m. 2 V* 22 *pro* uel quod ipso *Bened. in adn. coni.* uelut in ipso 25 uiu[t]a *corr. m. 2 V* 26 uniuersarum *V* constituerunt *V*.

omnibus delectatus est, cum et in filio creatore quiesceret et in his, quæ digna dilectionis filio essent creata, gauderet. hinc illud est in prouerbiis: cum pararet cælum, aderam illi et: ego eram apud eum disponens: mihi adgaudebat, cum lætaretur orbe perfecto. hæc requies, in qua lætatur pater, quam etiam per sacramenti confirmationem impii non adibunt. est etiam intellegenda domino Iesu Christo requies eorum, quæ inuisibilia sunt, throni, dominatus, principatus, potestates: hæc enim omnia manent incorrupta, indefessa, perpetua. et idcirco in his requies existimanda est, quia indulta æternitate iam in eorum perfectis creationibus quiescatur.

9. Oportet autem cognosci quidem, quomodo in requiem, quam impii non adibunt, pii et deo subiecti poterunt introire: necesse est enim spem, quæ malis negata sit, bonis relinqui. sed si Christus dei requies est, ergo hi, qui in Christo erunt, erunt in dei requie. in Christo autem uelle esse se apostolus clamat dicens: sequor autem, si adprehendam, in quo et adprehensus sum, et rursum: omnia autem detrimenta esse duxi et arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam, et rursum: benedictus pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo, in quo elegit nos ante mundi constitutionem in ipso, ut simus sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate: qui ante prædestinauit nos in adoptionem per Iesum in ipso: quia uerbum caro factum est, quia, cum aliquando essemus alienati et inimici sensus eius in factis malis, nunc autem reconciliati sumus corpore carnis eius. ergo

3 Prov. VIII, 27. 4 Ibid. 30. 17 Phil. III, 12. 18 Ibid. 8. 20 Ephes. I, 3 sqq. 26 Ioh. I, 14. 27 cf. Coloss. I, 21 sq.

3 illi *V cf. Sabatier II, 310* illic *rb* 5 orbe *V Sabat. 311* opere *rb* 6 confirmatione(m) *corr. m. 2 V* 7 ihs(u) xpo *V* 8 dominationes *rb* 11 quiestatur *V*[1] 13 qua *V* 14 negata est *rb* 15 hii *r* 17 sequor *add. m. 2 V* adpraehendam *et sic. in seq. V* 20 dñi ñ ihm xpi *V* 22 spirituali *r* 25 in adoptione(m) *corr. m. 2 V* 26 per Christum *b fort.* per Iesum Christum (ihm xpm), *cf. Sabatier III, 788* 28 corpore carnis *ex* factis corporis canis *m. 2 V.*

per coniunctionem carnis adsumptæ sumus in Christo: et hoc est sacramentum dei absconditum a sæculis et generationibus in deo, quod nunc reuelatum est sanctis eius, esse nos coheredes et concorporales et conparticipes pollicitationis eius in Christo. patet ergo uniuersis per coniunctionem carnis aditus in Christo, si exuant ueterem hominem et cruci eius adfigant, et ab his, quæ ante gesserunt, in baptismo eius consepeliantur ad uitam, et, ut in consortium Christi carnis introeant, carnem cum uitiis et concupiscentiis adfigant. istius modi enim corpora configurabit in transformationem corporis sui et horum humilitatem in gloriam carnis suæ transferet, qui contundentes omnes cupiditatum aculeos et uoluptatum sordes abluentes post nouæ natiuitatis sacramentum meminerint se non carnem suam habere, sed Christi.

10. Est autem hoc perfectum sabbatum, hæc uera requies, cui more sabbati sæcularis omnia uitæ necessaria pridie præparare præcipimur. Iudæi enim secundum præceptum legis die, quæ anterior sabbato erit, omnia, quæ sabbato sint necessaria, parant, et cibus omnis ac potus ante prouidendus, parandus, recondendus est, non intellegentes in eo umbram futuræ ueritatis ostendi. ut enim ad otium sabbati obtinendum superioris diei geminanda officia sunt — nam et quod ipsi diei et sabbato necessarium sit, curandum est —, ita et nobis æterna sabbata expectantibus, quibus illic possimus uti, præsentis uitæ negotiis sunt præparanda, et nunc quidem necessaria, sed requiem sabbati redemptura. ut igitur ab huius sabbati requie, id est, ut superius ostendimus, a consortio Christi angelorumque, non etiam sacramento dei arceamur, operandum

2 cf. Ephes. III, 5 sq.

3 nunc *ex* nō *m. 2 V* reuelatum *ex* relatum *m. 1 V* eius *ex* es *m. 2 V* 5 aditus in Christo per coniunctionem carnis *rb* 8 introeunt *V* 10 configurauit *Vr* in transformatione *rb* 12 cupiditatem *V*¹ per nouae *rb* 13 non carnem habere suam *r* non suam carnem habere *b* 18 die *ex* de *m. 2 V* sunt necessaria *rb* 21 obtinendum *ex* obetinendum *m. 1 V* optinendum *r* 22 diei *ex* ei *m. 2 V* 25 praeparanda et et *V*¹ 26 sabbati *add. m. 2 V* redemptura *ex* redemptum *m. 2 V* 27 angelorumque *ex* angelumque *m. 2 V* 28 dī *V* diei *r.*

et promerendum est, et per sollicitudinem operum anteriorum æternitatis est requies præparanda orationum uigiliis, lectionum frequentia, ieiunii uoluntate, humilitatis tranquillitate, bonitatis operibus, castitatis nitore, uirtute patientiæ. hæc pridie in otium æterni sabbati sunt paranda, ut corruptionis nostræ infirmitate in cælestem gloriam transformata nec uitium uoluntas, nec ambitio gloriam, nec honorem superbia, nec otium labor, nec cibum corpus, nec somnum noctis die lassitudo desideret, sed sit nobis æterna lux, uita peruigil, communis usus bonorum, cælestis satiatus sermo dei, laudium deo et cum angelorum choris hymnus æternus. hoc fidei est præmium, hæc corporeæ resurrectionis est gloria, in qua nihil desiderandum est, quia nullo egendum est: non per inuidiam æmulandum, quia in communione uiuendum; non aut infirmitate aliqua dolendum aut ætate crescendum, quia inmortalitate durandum est. sed urendus potius diabolus et malum omne perimendum et æternitatis nostræ flos optinendus. pro huius igitur sabbati requie deo patri filius confitetur. hoc ex persona eius in fine cantatur. hoc, sicuti singulorum uersuum interpretatione noscemus, adquisita hominum inmortalitate celebratur.

PSALMUS CXVIII.

1. Qui ad doctrinam rationabilis et perfectæ prudentiæ præparantur, ab ipsis statim elementis litterarum docendi sunt, ut perfectam ueramque rationem tamquam ab exordio primæ institutionis consequantur. sciens istud sanctus Paulus apostolus, eam solam ueram atque utilis doctrinæ esse prudentiam, quæ ab ætatis

1 et promerendum *add. m. 2 V* 3 trãquillitatis V^1 7 gloriam *h. l. om. V* 8 somnium *V* die *V* (*cf. de hac genetiui forma Bücheler — Windekilde lat. Decl. p. 68, F. Neue Formenl. I, 379*) diei *rb* 9 peruigil uita *b* peruigil *r* 10 laudum *r* deo *om. V* 13 per inuidia^{m} *corr. m. 2 V* 17 obtinendus *b* 19 interpraetatione *V* Explicit psalmus XCI incipit CXVIII alef alleluia *V* Incipit p̄s CXVIII. Incipit littera prima. Aleph aleluia *r* In dī nomine incipit tractatus psalmi CXVIII Hilarii ep̄i catholici C (*cf. Acad. p. 84*) Incipit tractatus psalmi CXVIII Hilarii ep̄i Pictauensis p (*de R cf. supr. p. 344*) 23 litterarum elementis *E* 25 istut *V* apostolus paulus *VCp* cum solam *V* 26 prudentiam *ex* prudentiae *m. 2 V*.

initiis atque ab infantiæ ipsius inchoaretur exordiis, hæc ad Timotheum inter magna atque præclara fidei studiique præconia in secunda epistula scribit: tu uero permane in his, quæ didicisti et credidisti, sciens, a quibus didiceris, et quod ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possint instruere in salutem. hoc propter præsentem psalmum ita dictum sit, in quo, cum cognitio ueritatis ad eruditionem humanæ ignorantiæ esset edenda, per ipsa litterarum atque elementorum initia doctrinæ ordo est distributus. secundum enim Hebræorum litteras in singulis octonis uersibus singulæ litteræ præferuntur. est autem omnis numerus uersuum in centum septuaginta sex uersibus. nam cum ex uiginti duabus litteris omnis hebræus sermo conueniat et octonos uersus litteræ singulæ explicent, numerus iste uersuum octonis partibus multiplicatus expletur. hanc igitur extitisse causam existimo, ut per litteras totius istius psalmi ordo decurrat: ut, sicut paruuli et inperiti et ad legendum inbuendi hæc primum, per quæ sibi uerba contexta sunt, litterarum elementa cognoscerent, ita et humana ignoratio ad mores, ad disciplinam, ad cognitionem dei per hunc singularum litterarum octonarium numerum ipsis uelut infantilis doctrinæ initiis erudiretur.

2. Arduum enim et difficillimum homini est, per se ipsum uel per sæculi doctores rationem præceptorum cælestium consequi; nec naturæ nostræ recipit infirmitas diuinis institutis, nisi per eius gratiam, qui hæc ipsa dederit, erudiri. namque qui simpliciter ea, quæ inter manus sibi inciderint, legunt,

3 II Tim. 3, 14 sq.

1 ad *ex* ab *corr. m. 2 V* 2 Timothaeum *R* fide istudi (stud. *i. ras.*) i = que (*eras.* d?) *R* 4 a quibus didiceris *V* a quibus didicisti *RCe* a quo didicisti *pb* 7 sit *add. m. 2 V* cum *supr. add. p* 8 esset = edenda *p* esset tenenda *V* 9 elentorum *V* 10 hebreorum *VR* in *om. V* 12 CLXUI *V* centum septuaginta octo *R* 13 hebreus *VR* cōueniat *V* conueniat (con *i. ras.*) *R* conueniat *ex* conueniet *C* 14 istae *R* 15 extitisse (*prius* ti *s. s. m. 3*) *R* 16 tocius *C* totus *V* decurreret *VCp* 17 paruoli *V* & ad (& *s. s. 3*) *R* 18 contexta sit *V* cum texta sunt *C* 19 humana *ex* huma *m. 2 V* ignorantia *C* 21 uelud *p* ueluti *Ve* infantulis *Cα* 22 homini *ex* hominis *R* per se *om. V* 25 qui haec ipsa *om. R* 26 inciderunt *V* legunt *ex* legunt legunt *m. 2 V*.

existimant nihil differentiæ in uerbis, nihil in nominibus, nihil in rebus existere. sed si istud communis conloquii sermo non patitur, ut sub diuersis rerum nuncupationibus non diuersa significata esse intellegantur, numquid dei eloquia tam inperita et tam confusa esse credemus, ut aut inopia uerborum, quibus uterentur, laborauerint aut distinctionum genera nescierint?

3. Plures enim cum audiunt legem, iustificationem, præcepta, testimonia, iudicia, quæ omnia Moyses sub diuersa uniuscuiusque generis uirtute disposuit, unum atque idem esse existiment: ignorantes aliud legem, aliud iustificationem, aliud præceptum, aliud testimonium, aliud esse iudicium; quæ multum a se differre et discrepare, testis nobis est octauus decimus psalmus, quo continetur proprietas uniuscuiusque et nuncupationis et generis. lex enim domini inmaculata, conuertens animam. testimonium domini fidele, erudiens paruulos. iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda. præceptum domini lucidum, inluminans oculos. timor domini sanctus, permanens in sæculum sæculi. iudicia domini uera, iustificata in ipsum. sunt ergo distantiæ in singulis quibusque rebus et prudentis atque intellegentis uiri est in his, quæ scripta sunt, discernere, ubi lex, ubi præceptum, ubi testimonia, ubi iustificationes, ubi iudicia constituta sint: ne illa, quæ sermo propheticus mirabili uniuscuiusque rei proprietate distinxit, ea ignorantiæ nostræ infirmitas indocta inperitiæ opinione confundat. itaque per litteras singulas hæc omnia maximus et ultra ceteros copiosissimus psalmus iste discreuit, ut per hæc uerborum elementa credendi

14 Ps. XVIII, 8 sq.

1 nominibus *ex* omnibus *C* *uerba* in nominibus nihil *om. V* 2 istut *V* 5 et *om. Cp* credimus *RCpE* 6 ut distinctionum *R* nescierunt *V* 8 uniuscuiusque (uniusc *i. ras.*) *R* 9 adque *VR* existimant *CpE* 10 aliut *V* aliud iustificationem *ex* aliud legem iustificationem *m. 2 V* 14 domini *om. V* conuertans *C* 15 animas *CE* 16 paruolos *V* 19 iustificata in semet ipsa *Cpe* 21 adque *VRC* discernere *ex* discerne *m. 2 V* 22 testimonium *pE* 23 sint *ex* sit *m. 2 V* ne In illa *R* quae *ex* q. *m. 2 V* 24 rei *om. VCp* distincxit *V* distinxsit *ex* distincsit *C* 27 istae *R* crediderit *V*.

et uiuendi et erudiendi in deum doctrinæ ratio et distinctio doceretur.

4. Plures autem arbitrantur simplicitatem fidei ad absolutam æternitatis spem posse sufficere, tamquam innocentia secundum iudicium sæculi doctrinæ cælestis non egeat institutis. et quia aliter se res habet, idcirco nunc uiuendi in deo innocenter et in innocentia religiose manendi cognitio multa cum copia prophetici sermonis exposita est: quia difficile est quemquam per semetipsum, id est per sæculi instituta hanc innocentiæ religiosæ cognitionem et uerum usum uitæ piæ et innocentis adipisci. nouit etiam infirmam per se esse humanam naturam apostolus ad hanc uiuendi scientiam capessendam. nam cum de charismatum et munerum dei donis doceret, cum primum sermonem sapientiæ prætulisset, statim sermonem scientiæ subiecit. hoc enim scientiæ post sapientiæ sequens a deo donum est, quia usus sapientiæ in usu scientiæ perfectus est.

5. Occurrit autem in præsenti psalmo etiam ea nobis difficultas, quod, cum duos tantum psalmos acceperimus per litteras hebræas conscriptos, id est centesimum undecimum atque duodecimum, ita ut a prima usque ad uicesimam et secundam secundum Hebræos litteram uersuum numerus conueniret uersusque singuli a singulorum elementorum initiis inchoarentur, in hoc nunc psalmo octonos uersus elementa singula obtinerent. sed cum omnia uiuendi, credendi et placendi deo præcepta continerentur in psalmo, in eo numero omnia litterarum initia

1 in dm̄ doctrinae *V* in domini doctrinae *R* in dominum doctrinae *Cp* in domini doctrina *e cf. Acad.* p. *49 et lin. 24* 4 innocentiae *V* 5 institutis non egeat *pE* 6 habeat *p* nunc *om. p* *uerba* innocenter et in *om. V* in *ante uocem* innocentia *om. C, supr. add. p* 7 innocent = ia (*in ras. fuit e*) *V* innocentia (in *s. s. m. 1*) *R* innocencia *C* 10 ad uerum usum *Ve* pie *V* adipisci *ex* adisci *m. 2 V* 11 per se *om. Cp(A)* esse *om. R* 12 carismatum *V* 13 et dī *V* 14 *uerba* praetulisset — scientiae *om. V* 15 post sapientiae *add. m. 2 V* seq.ns a dō *V*
ue
sequens ideo *C* 16 in usū *R* in usus *C* 19 hebreas *VR* CX ≡ I adque XII (*in ras. fuit C*) *V* centesimum undecimū atque duodecimū *Cp(A)* centesimum ≡ ≡ decimum adque undecimum (un *in ras. m. 3*) *R cf. LXX Tischend. II, 94* 20 usque ad vicesimam secundam *RCp* usque uigesimam secundam *E cf. Addenda* 21 litteram secundum Hebraeos *p* 23 optinerent *R* 24 et credēdi *V* credendiq; *p* 25 contineantur *s.*

continentur, qui maxime secundum plenam et religiosam eiusdem numeri uirtutem primus omnium conuenientium in se undique partium æqualitate perfectus est. primum etenim per duas in se partes ex partibus coæqualis, tum deinde per quattuor æque partes conuenit: ut uirtutes psalmorum, qui in hoc numero uel singulari uel multiplicato conlocati sunt, docent numeri huius esse sanctam et religiosam plenitudinem. hic autem numerus etiam in lege sanctus est. iussum enim est, ut, qui natus esset, in octauo signum circumcisionis acciperet. hæc etiam in circumcisione domini ratio seruata est; et in hoc dierum numero, cum ipse circumcisione non egeret, oblatus in templo est, ut in corpore eius humanæ carnis recideretur infirmitas. hic etiam numerus omnia genera pecudum, ut digna sacrificiis habeantur, emundat; octaua enim die iubentur offerri. et in hoc numero diluuii diebus origo rursum humanæ generationis eligitur. consummatio igitur nunc doctrinæ et eruditionis nostræ sub perfecti huius numeri absolutione per singula elementa concluditur, ante quem neque munda deo hostia fuit, neque in generis familia quis cessante circumcisione susceptus est, et ex quo rursum iterandæ generationis cœpit exordium. primæ igitur litteræ hi uersus sunt:

ALEPH.

1. B e a t i i n m a c u l a t i i n u i a, q u i a m b u l a n t i n l e g e d o m i n i. b e a t i, q u i s c r u t a n t t e s t i m o n i a e i u s, i n t o t o c o r d e e x q u i r u n t e u m. dictorum ordo non neglegendus est; qui si non diligenter a nobis cognoscitur, ne dispositæ quidem beatitudinis ordinem consequemur. non enim

1 maximae *R* 2 urtutem (i *supra*) *V* in se = undique *R* 4 et partibus *V* coaequales *V* IIII (or *supra*) (*sic*) *R* 5 partes *ex* partis *m. 1 R* conuenti *R* uirtute *RC* numero *ex* uero *corr. m. 2 V* 6 doceant *Cp(A)* 8 iussit enim ea, ut *C* esset *ex* esse *m. 2 V* 9 circumcisione (*om.* in) *p* 10 ratio *ex* ratione *m. 2 V* 11 circumcisionē *R* oblatus *ex* oblatos *C* 14 haberent[r] *p* 15 dilubii *V* 17 nostre *V* 18 hostia *ex* hostiam *V* 19 cessante (nte *in ras.* a *ex* o?) *R* 20 et in quo *C* regenerationis *VC* 24 scrutant *V cf. Neue Formenl. II, 320*, scrutantur *RCp* 25 exquirunt *ex* quirunt *m. 2 V* 26 agnoscitur *p* nec *C* 27 consequimur *p*.

primum: beati scrutantes testimonia dei. sed primum: beati inmaculati in uia. prius enim est, confirmatis moribus et in innocentiæ studium ex communi probitatis honestate conpositis ueritatis uiam ingredi; sequens deinde est, scrutari dei testimonia et expurgato emundatoque animo ad inuestiganda adesse. ordinis autem huius et alius propheta non inmemor est dicens: serite in iustitiam uosmetipsos et metite uos in fructum uitæ et inluminate uos in lumine scientiæ. non inluminatio primum, sed satio nostra præcepta est, ut, cum antea nosmetipsos, id est uitæ nostræ usum in spem fructuum seuerimus, deinde cum, quæ sata sunt, messuerimus, tunc nos lumine scientiæ inluminemus. tenendus igitur hic ordo est: sationis messis et inluminationis. plures enim nostrum inluminari se prius quam serere ac metere festinant, cum satio atque messis quædam consequendi luminis præparatio sit.

2. Prima igitur hæc beatitudo est, beatos esse, qui inmaculati in uia sint: sed non in uia fortuita et in incerta et in erratica, sed in uia, in qua in lege domini ambulatur. plures etenim utilem et necessariam uiam se esse ingressos existimant; sed inmaculati in uia non erunt, quia non in lege domini ambulant. sed uia hæc non solum ineunda est, sed etiam peragenda. nemo enim dum in uia est, id. ad quod per uiam tendit, obtinuit; beatus Paulus ait: non quod aliquid acceperim aut iam perfectus sim: sequor autem si adprehendam, in quo et adprehensus sum a Christo.

7 Osee X, 12. 24 Phil. III, 12.

2 est *om.* *R* 3 et innocentiae studiis *C* et communi *V* 4 uiam ueritatis *E* 6 esse *V* 7 seritae *R* in iustitia *pE* (*LXX* εἰς δικαιοσύνην) 8 in fructū *VRC* in fructu *pE* (*LXX* εἰς καρπόν) 11 in spem usuum (*del. m. 2*) fructuum *V* seuerimus *V* se = u = erimus *R* seruerimus *Cp* 12 messuerimus *ex* messaerimus *m. 2 V* inluminemus *ex* non inluminemus *corr. m. 2 V* 13 hic *om.* *R* messis *ex* messas *corr. m. 1 R* 14 nos *V*[1] ac *ex* hac *R* 15 adque *VR* 17 primo *R* 18 in uia *priore loco add. m. 2 V* fortuita *ex* fortuito *V* in *ante* incerta *om.* *V* 20 necessariam *ex* necessarium *m. 2 V* = = uiam (*in ras. fuit* et) *V* se ēē *R* sese *VCp* 23 per = genda *p cf. Acad. p. 87* 26 adpraehensus *V.*

ergo adhuc ille pergebat; sed pergebat ea, quæ retro sunt. obliuiscens, his autem, quæ in priore sunt, se extendens. itaque uiam hanc agens beatus est, qui cum obliuione præteritorum in futurorum spem extenditur. et quæ uia sit, in qua unusquisque ambulans beatus sit, dominus docet dicens: ego sum uia. quisquis igitur in præceptis eius institerit, hic beatus est, dum uitia carnis coercet, dum animi petulantiam edomat, dum auaritiæ famem uincit, dum terrenorum honorum gloriam euitat. qui in his ergo manserit, hic est inmaculatus in uia et in lege domini ambulans.

3. Adiectio autem ea, qua dictum est: in lege domini, non est otiosa. est enim et peccati lex, de qua ait beatus apostolus: uideo aliam legem in membris meis contramilitantem legi mentis meæ et captiuum me ducentem in lege peccati. ergo quia et lex peccati esset, idcirco lex domini dicta est. nisi enim et lex esset exterior, non cum adiectione proprietatis legem domini propheticus sermo dixisset.

4. Sequens deinde uersus est primæ litteræ: beati scrutantes testimonia eius, et in toto corde exquirunt eum. in primo uersu est: qui ambulant in lege domini,

5 Ioh. XIV, 6. 13 Rom. VII, 22.

1 sed pergebat *add. m. 2 V* sed pergebat & ═ ea *C* et ea *omisso* sed pergebat *p*, *in R prius et posterius* ꝑgebat *corr. m. 3*, *quae add. lineolam litt.* p *et scrips.* ge *in ras.* 2 in his (in h *in ras. m. 3*, i *m. 3*) *R* in pri *euan.*, *in marg.* In priora *m. saec. XI. R* in priora *pE* 3 est *add. m. 2 V* cum obliuionem *VC* praeteritorū (rū *euan.*, *in marg. add. m. s. XI.*) *R* 5 dn̄s (ns *euan.*, *in marg.* dn̄s *m. s. XI.*) *R* 6 quisque *VC* 7 dum uitā ═ (*eras. e*, *lineol. add. m. 3?*) *R* choer&(e) *C* cohercet *p* petulantiā ═ (*eras.* e, *lineol. add. 3*) *R* 8 uincit (it *in ras.*) *R* 9 manerit(s) *V* 11 adiecti(o) (ti *in ras.*) *R* qua *ex* quae *R* dic ═ tum *R* 12 enim *eras. R* autē *C* et *add. m. 2 V* 13 liam(a) *corr. m. 2 V* legem (em *add. m. 2*) *V* cōtramilitātem *ex* cōtralitemilitātem *V* repugnantem *R cf. Roensch d. n. Testam. Tertull. p. 334* 14 et captiuam ducentem *p* 15 in legē *Vp* (ἐν τῷ νόμῳ *Tischendorf Nou. Testam. Vat. 1452*) 19 est uersus *V* beati qui scrutantur *RCpE* (*sed R* qui *supr. scr.*, ur *in ras.*) 20 et *om. C* 21 *post* in primo *3—4 litt. eras. R* uersus *V*.

in secundo: qui scrutant testimonia eius, in quarto, quia tertius supplementum dedit secundo, de mandatis ait dicens: tu mandasti mandata tua custodiri nimis, in quinto de iustificatione: utinam dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas, in sexto rursum de mandatorum effectibus: non confundar, cum respicio in mandata tua, in septimo de iudiciis: confitebor tibi, domine, in directione cordis, in eo, quod didici iudicia tua, in octauo de iustificatione: iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque nimis. si ergo aliud lex, aliud præceptum, aliud iudicium, aliud iustificatio, aliud testimonium, necessarium est ab eo, qui hæc omnia constituit et condidit, intellegentiæ gratiam nos et munus orare. totum hoc autem in commune lex dicitur. sed est quiddam in his speciale, quod propriam in se habet legis nuncupationem.

5. Quid ergo est lex? umbra scilicet, ut apostolus ait, futurorum; quod de ceteris scriptum nusquam est, ut futurorum umbra sit aut iustificatio, aut testimonia, aut mandata: sed tantum id legi proprium est, ut apostolus in plurimis docet, non secundum litteræ intellegentiam legem esse tractandam, sed secundum spiritalem doctrinam futurorum in ea umbram esse noscendam. ait enim: non obturabis os bouis triturantis et adiecit: numquid pecudum deo cura est? an propter nos dicta scriptaque sunt? et rursum: legem legentes non audistis, quod Abraham

17 Coloss. II, 17. 23 I Cor. 9, 9. 26 Gal. IV, 21 sqq.

1 secundo (*om.* in) *R* secundum *V* scrutantur *RCp* 3 custodiri *ex* custodire *R* custodire *C* 4 derigantur *V* 5 in VIto *R* 7 in omnia mandata tua *Cp* 9 de iustificationibus *V* 11 aliut lex ad praeceptum *V* 12 est *ex* aest *m. 2 V* 14 totum autem hoc *ex* totum hoc autem *m. 2 V* 15 se *om. V* 18 scriptum nequaquam est *C* scilicet ut *E* 20 in lege properium est *C* 21 litterae — secundum *add. m. 2 V* 22 in eam *V* 25 annon *RCpE* scriptaque *om. RCp* *in hoc quoque folio (90) codicis R interdum nonnullae litterae in textu euanuerunt, quas manus saec. XI. in margine recte suppleuit* 26 legentes *ex* legentis (gen *euan.*, *in marg.* legentes) *R* habraham *RC*.

duos filios habuit, unum ex ancilla et unum ex libera? sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est; qui autem ex libera, secundum repromissionem. et quia lex futurorum umbra est, adiecit: quæ sunt allegorumena, hæc enim sunt duo testamenta. ergo quæcumque doctrinarum spiritalium umbram conplexabunt, hæc lex esse dicenda est: quia lex et spiritalis est et umbra est futurorum.

6. Mandatum autem domini est, in quo obseruatio præceptorum et custodia continetur, ut illud: non occides, non mœchaberis, et cetera horum similia. et quia hæc simplicia et splendida sunt nosque in uerum lumen per obseruantiam suorum dirigentia, idcirco ita dictum est: præceptum domini lucidum, inluminans oculos. de lege autem non conuenerat ista dixisse, quia per umbram futurorum sancta est et animas per futurorum cognitionem conuertens; mandatum autem per obseruantiam sui inluminans.

7. Ergo quia beati sunt scrutantes testimonia dei, et aliud legem, aliud mandatum, aliud testimonia esse sicut cetera diximus, quæ hæc dei sint testimonia, noscendum est. legis etenim totius liber sub testimoniis datus est. cælum namque et terram Moyses librum testamenti traditurus in testimonium aduocauit. sunt et plurima in causam testimoniorum constituta,

4 Gal. IV, 24. 7 Rom. VII, 14. 10 Exod. XX, 13. 13 Ps. XVIII, 9.

1 habuit duos filios *R* (*Nou. Testam. Vat.* δύο υἱοὺς ἔσχεν) 2 sed qui — ex libera *in marg. add. m. 1 p* 3 rempromissionem *V* 4 umbra esset *p* 5 allegorumina *p* allegorica (e *et* ca *in ras. m. 3*) *R* allegoriarum *C* haec enim sunt *ex* haec enim est sunt *m. 1 V* 6 ergo h quaecum (h *del. m. 1*) *V* umbra *C* conplexabunt (u *m. 3?*) *R* conplexabant *ex* conplexabunt *m. 2 V* conplexa sunt *Cp* 8 et umbra futurorum *Rp cf. Stud. 1889 p. 316* 9 dm (i *add. m. 2*) *V* 10 illut *V* non moecharis *V* 13 suorum *RVC* sui *pE* adiectum est *V* 15 quae per umbram *E* sancta — futurorum *om. V* 17 per obseruantiam (ob *add. m. 2*) *V* 19 legem — haec dei sint *in marg. inf. add. m. 2 V* testimonium *Cp* 21 enim *CpE* 22 traditurus in testimoniorum *ex* tradituris in plurima in causam testimoniorum *m. 2 V* 23 sunt et *V* et sunt *p* in causam testimoniorum *h. l. add. m. 2 V* in causa testimoniorum *Cp*.

cum Iacob ait: testimonium erit uobis collis iste, et testimonium erit lapis iste. et in Iesu scriptum est: duodecim lapides ecferte, ut sint hi in testimonium filiis uestris. curato etiam leproso dominus ait: offer munus tuum in testimonium, quod constituit Moyses illis. apostolus plura ad Timotheum per epistulam loquens denuntiat sub testibus dicens: in conspectu multorum testium denuntio tibi et in conspectu dei uiuificantis omnia et Iesu Christi et electorum angelorum, ut hæc custodias. plura igitur et innumerabilia sunt dei testimonia; quæ si quis scrutari per cognitionem legis, prophetarum, euangeliorum, apostolorum uellet, in beatitudine permaneret, neque uelut uacuo et solitario orbe uiuens sciret se nisi sub teste peccare. plena sunt enim omnia diuinis testimoniis; et omne hoc, uacuum quod putatur, repletum angelis dei nihilque est, quod non hæc diuinorum ministeriorum frequentia incolat.

8. Horum itaque cognitionem per doctrinam quis adeptus scit se sub testibus uiuere. et cum natura humanæ infirmitatis procliuis ad uitia est, refugit tamen uel sub teste peccare: quod ipsum docet nos communis consuetudinis ratio. quis enim furari sub teste non metuit? quis ad scelus nisi secretum elegit? quis ad adulterium non aut solitudinem aut noctem optauit? et si quando incalescentibus iam ad crimen animis promptum est, tamen furor insanientis uoluptatis occursu testis coercetur, et in sese abruptam humanæ petulantiæ naturam

1 Gen. XXXI, 52. 3 Ios. IV, 5. 5 Matth. VIII, 4. 7 I Tim. 5, 21.

2 IHesū *R* 3 efferte *RCp* hii in testimonium *p* hii in tesmonium *V* hi testimonium *C* 4 curato (o *in ras.*) *R* cur *V* 5 offers *VR* in testimoniū *ex* in testimonio *R* in testimonio *V* 9 et ihs xps *V* 12 apostolorum *add. m. 2 V* in beatitudine *om. C* 13 permanet *V* neque *add. m. 2 litteris* te *deletis V* 14 nsim sub testem *V* diuinis omnia *C* 15 repletu$\overset{m}{=}$ *V* 18 itaqu=e *V* 19 scit se sub testibus se uiuere *V* naturam *V* 22 furari *ex* fura *m. 2 V* metu& *Rp* ad *ex* ed *m. 2 V* 23 eligit *VC* eliget *p* 24 optabit *Vp* incalescentibus uitiis iam (tam *p*) *CpE* animus promptus est *CpE* 25 uoluntatis *E* 26 cohercetur *RCp* coercetur *ex* coerceretur *m. 2 V* abruta *p* natura *p*.

nonnumquam intercessio repentina reuocauit. si ergo metus intercessionis iam præsumptum animo facinus demoratur, quid Christianum hominem agere conueniet, scientem se tot undique spiritalium uirtutum testimoniis, non dico operum suorum, sed ipsius tantum uoluntatis obsessum? nonne cum in aliquam turbidæ adfectionis uoluntatem infirmitatis nostræ aculeis commouemur, metuimus adsistentes undique nobis choros angelorum et plenum ministeriis cælestibus mundum? si enim angeli paruulorum patrem nostrum cotidie uident, qui in cælis est, possumus testimonia eorum metuere, quos et nobiscum manere et deo cotidie scimus adsistere. quin etiam ipsum illum diabolum, per quem ipsa illa uitiorum nostrorum incentiua præbentur, suosque omnes testes metuere debemus, puncto temporis omnem amplitudinem mundi huius obeuntem: cui dulce est peccare nos, ut peccatorum nostrorum testimonio glorietur. est enim eius hæc propria calliditas, instigare ad peccandum et arguere peccantes. dictum est enim: a u t n e s c i s q u i d s i t d i a b o l u s, a c c u s a t o r f r a t r u m u e s t r o r u m?

9. Et quia essent hæ aduersariæ nobis uirtutes in testimonio cum ceteris permanentes, de sanctis tantum prophetam meminisse dignum fuit dicentem: b e a t i s c r u t a n t e s t e s t i m o n i a e i u s, non aliena scilicet, sed illa, quæ dei sunt. non neglegentem autem testimoniorum dei oportet esse scrutationem; ob quod dictum est: i n t o t o c o r d e e x q u i r e n t e u m. non pro parte studium cælesti doctrinæ adhibendum est, sed toto

8 Matth. XVIII, 10. 17 Apoc. XII, 10.

1 intercessio — metus *om.* *V* intercessio ista *p* repentina — iam *om.* *p* 2 iam *add.* *m.* *2* *V* 3 x̅p̅ianū *ex* x̅p̅ianus *m.* *2* *V* 4 operum — ipsius *om.* *V* 5 uoluntatis *ex* uoluptatis *C* ne cum in *euan.*, *in marg.* nonne cū *m.* *saec.* *XI.* (in, *ut uidetur*, *deerat*) *R* 6 infirmitatis *ex* infirmitatem *m.* *2* *V* 7 metuimus *ex* metuimur metus *corr.* *m.* *2* *V* adsistens *V* 9 paruolorum *V* 10 [m]etuere *V* metu *euan.*, *in marg.* m&uere *m.* *s.* *XI.* *R* 13 debem[i] *R* 16 eteni̅ eius *V* propria *ex* pria *m.* *2* *V* 18 quid est *Rp* quia est *C* quia adest *E* 19 hae *om.* *Cp* haec *R* 20 profetam *V*, *om.* *R* 21 testimonia tua *Re* 22 neglegens *VCe* 23 oportet (p *ex corr.*) *R* oportere *C* oporteret *e* scrutatio *VCe* 24 exquirunt *RCpe* 25 caelestiū *V*.

corde dei testimonia inquirenda sunt, ut, quia sunt et alia, quæ dei non sunt, ea, quæ dei discimus esse, non auocato in alia negotia corde scrutemur.

10. Succedit deinde hic uersus: non enim, qui operantur iniquitatem, in uiis eius ambulauerunt. in primo uersu singulariter uia commemoratur, in hoc tertio plures. ex quo intellegendum est, per multas uias ad unam perueniri; in qua quisque inmaculatus si sit, hic beatus est. de plurimis autem uiis atque una Ieremias paria testatus est dicens: state in uiis et interrogate uias domini æternales et quærite, quæ sit uia bona. in plurimis ergo uiis standum est, et plurimæ interrogandæ sunt: et hæ quidem plures et domini sunt et æternales, et in his cernendum est, quæ sit uia optima. uiæ plures sunt et plurima domini mandata, plures prophetæ, per quos omnes in unam uiam pergitur: sed in his operarii iniquitatis non ambulauerunt. nam si in lege mansissent, usque ad optimam illam noui testamenti uiam peruenirent. est uia per Moysen, est per Iesum, est per Dauid, est per Esaiam, est per Ieremiam, est per apostolos; et per has omnes necesse est ad eum perueniri, qui dixit: ego sum uia et nemo uadit ad patrem nisi per me. simile quiddam sub margaritæ nomine dictum esse intellegendum est. multarum enim margaritarum negotiatorem esse oportet, ut unam margaritam multi pretii consequatur. de margaritis cum fit sermo, sufficit ad honorem earum, quod margaritæ

10 Hierem. VI, 16. 20 Ioh. XIV, 6.

1 corde *ex* cordo *m. 2 V* inquirenda *ex* inquirendam *V* ali[a] *V* 2 & quac *C* 3 scrutemur (s *in ras.*) *R* 6 uia *add. m. 2 V* uia? *(sic) post* commemoratur *repet. m. 1 R* 7 multa *ex* multis *m. 2 V* uias *ex* uiam *m. 2 V* peruenire *C* 8 quiq. *V* hic *om. C* *uerba* de plurimis — est *om. V* 9 hieremias *Cp* pariter attestatus est *C* 11 uiis *om. C* 12 ei plurimae *C* et hee *p* et liaec *RC* quidem — sunt et *add. m. 2 V* 13 in is *R* 14 obtima *C* et plura *Cp* dei *E* 16 operari *V* 17 usque *ex* usquae *V* optimum illud *V* uia *C* 19 esaiam *V* isaiam *p* hieremiā *Cp* 20 ad eum necesse est peruenire *CpE* ad necesse est perueniri ad eū *(prius* ad *s. scr. m. 1,* ad eū *in uers. ineunt. add. m. 1) R* 21 et *om. R* 24 unū *V* praetii *V* consequatur *ex* consequantur *R* 25 sermo *add. m. 2 V.*

sunt nuncupatæ; una autem illa margarita, quæ reperta est, magni esse pretii dicitur; ita et cum de uiis plurimis prophetatur, quod et domini et æternales sint, dictum est; cum autem in his uiis quæritur, quæ sit utilis uia, ea, quæ reperta est, optima prædicatur. ergo, quamuis uel illæ uiæ æternales sunt uel margaritæ ipso suo nomine honorabiles sunt, in multis uiis standum est, ut bona uia reperiatur, et uendendæ omnes margaritæ sunt, ut ea, quæ multi pretii est reperta, coematur.

11. Dehinc consequitur hic uersus: tu mandasti mandata tua custodiri nimis. superius commemorauimus aliud significare mandata, aliud legem. et de lege, quantum arbitror, apostolus nobis testis fuit, quia umbra sit futurorum, in qua species ueritatis tamquam corpus in umbra describitur. mandatum uero est, quod per obseruantiam inplendum est; ut illud: non mœchaberis, non occides. non enim in eo species futuræ imaginis continetur, sed præsentem habet operationis effectum: tu mandasti mandata tua custodiri ualde. nihil igitur dissoluto animo, nihil incurioso agendum est, sed sollicitos atque anxios curam mandatorum dei exsequi nos oportet, ut id, quod agimus, in profectum fidei nostræ cum reuerentia eius, cui agimus, exsequamur. ceterum si aliquid remissa uoluntate et occupata in res alias cogitatione egerimus. officia quidem corporis in agendo occupabuntur, sed deuotionis meritum per neglegentiam non consequemur.

12. Habemus nunc post mandatorum custodiam etiam iustificationum obseruantiam. et mandata iam superius, quæ esse existimaremus, ostendimus. iustificationes autem sunt plures

15 Exod. XX, 13.

1 unā autem illā margaritā *Cp* 2 *post* dicitur *2—3 litt. eras. R* 3 quod domini *p* 5 est obtima *Cp* est sunt optima (est *add. m. 2) V* 6 sint *VCE* sint *CE* 7 repperiatur *ex* reperiatur *m. 2 V* repperiatur *RC* 8 ⁻⁻ == ematur (co *eras.) C* 10 commememorauimus *V* 11 aliut *V* 15 illut *VC* et non occides *V* 17 custodire *C* 18 dissoluto *ex* soluto *m. 2 V* dissoluto *ex* dissuto *p* incuriose *C* 19 cura *V* đie *V* 20 cum reuerētiam *V* 21 aliquit *V* 22 uoluntate *ex* uoluntatem *V* 24 consequaemur *R* consequimur *C* 25 *uersum quintum psalmi h. l. supplendum om. omnes cod., sed cf. p. 361, 4* 26 esse *add. m. 2 V.*

atque diuersæ in obseruandis singulis officiorum generibus temperandæ: ad quorum custodiam, nisi a deo dirigamur, infirmes per naturam nostram erimus. adiuuandi igitur per gratiam eius dirigendique sumus, ut præceptarum iustificationum ordinem consequamur. est nobis iustificatio circa seruum Hebræum distributa, est circa filium, est circa patrem, est circa fratres, est circa fideles uiros, est circa ecclesiæ principes, est circa angelos, est circa deum ac dominum nostrum unigenitum dei uerbum. in singulis ergo quibusque generibus atque nominibus iustificationis ratio seruanda est; quia nisi hæc omnia ex conparibus deuotæ uoluntatis officiis retineantur, iustificationem dei non tenebimus. religiosus in patrem, si oderit filium, modum iustificationis amisit. religiosus in fratrem, si oderit seruum, perdidit iustificationis dei ordinem. religiosus in dominum, si oderit sacerdotem, quam iustificationis obseruantiam in religione dei explebit, odia in ipsa ministeria diuinæ iustificationis exercens? iam uero in ipsa fidei ueritate, id est de dei patris et domini intellegentia, per quam maxime iustificatio nobis erit prompta, quanta opus est nobis dei gratia, ut recta sapiamus, ut ex propheticis atque euangelicis auctoritatibus unum idemque teneamus, ne in uno aut altero opinio nostra et sermo dissideat, sed uniuersas dei iustificationes æqua ac pari operum ac doctrinæ obseruantia dirigamus!

13. Quod cum consequemur, tum dicere id, quod consequenti uersu continetur, licebit: t u n c n o n c o n f u n d a r, c u m r e s p i c i o i n o m n i a m a n d a t a t u a. nisi enim attenti in omnibus mandatis eius erimus ac deuersabimur, eruntque alia præterita,

1 diuersae *ex* dimerse *m. 2 V* 2 quorum *ex* quodrum *corr. m. 1 V* infirmi ≡ (i *in ras., postea eras.* s) *R* infirmi *Ce* 3 nostram *om. Cp(A)* 4 eiusdem *p(A)* dirigendique *om. p(A)* praeceptarum *ex* praeceptorum *m. 2 V* 6 Hebraeum *om. pE sed cf. infr. p. 377, 5* 7 eclesiae *V* 11 in iustificatione dei non tenebimur *p(A)* 13 si *om. VR* 14 iustificationis *ex* iustificationes *C* iustificationes *ex* iustificationis *m. 3 R* ordinem *om. R* 15 nequaquam *pb* 16 expleuit *pb* odio *p* 18 indulgentia *C* maxime iustificationibus erit *V* 19 ⌐pmpta *R* probata *pE* 20 euãgelicis *ex* euãgeliis *m. 2 V* 21 aut altero *ex* aut in altero *m. 2 V* 22 dissideat *ex* desideat *p* uniuersa *C* ad uniuersas *pb* 23 obseruantiam V^1C obseruantiae R^1 dirigamur *Cpb* 24 tunc *VCp* 25 quod respicio *C* 26 omnia *om. RĊ* in *add. m. 2 V* 27 erintquae *V.*

alia pro uoluntate obseruata, iustificationis ordinem non tenemus. ceterum si directis uiis nostris erit par in omnes æqualisque custodia, nullo obliuionis uel neglegentiæ pudore confusi confidenter omnium mandatorum obseruatione gaudebimus.

14. Sequitur deinde hic septimus uersus: confitebor tibi in directione cordis mei, in eo, quod didici iudicia iustitiæ tuæ. iustificationes tuas custodiam. abiciendа ergo est omnis animæ peruersitas et directo atque in nullam aliam partem deflexo corde est confitendum, ne decidat animus in sæculi curam, ne ex illis doctrinæ dei semitis in deuia euagetur. sed directæ huius confessionis ea causa est, quæ consequenti uersu continetur: in eo, quod didici iudicia iustitiæ tuæ. primum igitur orauit, ut ad custodiendas iustificationes directæ uiæ ipsius fierent. secundo in nullo confundendum se esse subiecit, cum in omnia dei mandata respiceret. tertio quoque in directione cordis sui deo se confessurum spopondit ob id, quia iudicia iustitiæ eius didicisset, per doctrinam scilicet directi cordis cognitæque iustitiæ laudem deo reddens. sed iustitiæ cognitæ hic fructus est, ut iustificationes dei retineantur; et idcirco subiecit: iustificationes tuas custodiam. qui enim didicisse iudicia dei fructus est, nisi cognitionem nostram iustificationum obseruantia consequatur?

15. Sed meminisse debemus, licet cognitio præstanda a deo sit, tamen esse semper orandum, ut his, quæ in custodiendis iustificationibus suis custodire uolumus, faueat: scientes quidem frequenter nos ab eo ob temptationes derelinqui, ut per eas fides nostra probabilis fiat. uerumtamen secundum prophetam, ne nos penitus derelinquat, deprecandus est; ait enim: non

1 tenebimus *E* 2 derelictis *C* indeflexis *p(A)* uitiis *p(A)* erit *om. R* in omnes *om. C* in omnibus *p* 3 nulla *V* aut neglegentiae *Cp* 4 confidēter *ex* confidētes *m. 2 V* obseruatione (o *sec. l. s. s. m. 1*) *R* 6 mei *om. RCpE* in eo *om. R* 9 malam partem *p(A)* confidendum *ex* confitendum *C* confidendum *VR* decedat *Vp* 10 in deuie *C* 14 scdm in nullo *p* 15 respiceret *ex* respiret *C* 16 quoque quae *VR* in derectione *V* sui *om. RCp* đi *V* 17 iustitia *V* didicissed *C* 18 cognitaeque *ex* cognitaequae *m. 2 V* 21 quid *ex* qui *m. 1 R* quis *C* 22 obseruantiam *C* 24 in his *V* quae = custodiendis *R* 25 foueat *V* 28 ne *add. m. 2 V* paenitus *V* derelinquat *ex* deindrelinquat *m. 2 V*.

me derelinquas usquequaque nimis. quod et in dominicæ orationis ordine continetur, cum dicitur: non derelinquas nos in temptatione, quam sufferre non possumus. scit apostolus derelinqui nos ad temptandum, sed nouit et mensuram infirmitatis nostræ deum nosse dicens: fidelis est deus, qui non permittat nos temptari supra quam possumus. Iob deus temptationi permittens a iure diaboli potestatem animæ eius excerpsit et secundum modum infirmitatis humanæ temptanti ius dereliquit. infirmitatis suæ igitur propheta conscius orat, ne ualde derelinquatur: ut inbecillitatem eius, tamquam Petri demergendi fluctibus, dominus adsumat, ut, quamquam ad temptandum sese relicturus sit, non tamen usquequaque et ualde, scilicet ne usque animæ et fidei periculum derelinquat.

BETH.

In quo corrigit iunior uiam suam? et reliqua.

1. In secunda consequentium octo uersuum littera ipse sibi propheta his, quibus responsurus sit, proposuit dicens: in quo corrigit adulescens uiam suam? hæc ex proponentis persona sunt dicta. dehinc nunc tamquam respondentis confessio subditur: in custodiendo sermones tuos. contuendum autem est, secundum eum, quem in exordio habuimus, sermonem uera atque perfecta timoris dei instituta sub

2 Matth. VI, 13. 5 I Cor. 10, 13.

2 ordine *ex* ordini *m. 2 V* 3 suff[r]ere *V* ferre *RCpE* possimus *Cpb* 4 noui[t] *corr. m. 2 V* 6 permittet *C* super quam *RCp* 7 Iob temptationi deus *C* ac iuri *p* 8 anime[a] *corr. m. 2 V* 9 tēptatiius[n] (ius *in ras. 3*) *R* temptanti iure *C* tentandi ius *ps* 13 et ualde — usque *om. R* usque ad *pb* 14 relīquat *Vp* derelinquatur *e* Beth *V* Finit. Beth *R* Finit lit. prima. Beth (Beht *p*) lit. secunda *Cp(A)* 16 In quo corrigit — dicens *om. Cp(A)* corriget *R* suam *add. m. 2 (deinde haec uerba secuntur*: et reliqua litterae octo uersuum) *V* 17 consequentium *ex* consequentiaum *m. 1 V* 19 corriget *R* suam *add. m. 2 V* pronentis *V* 20 dicta sunt *E* 21 subdicitur *C* 23 adque *VR* timor *R.*

his elementis litterarum contineri, quibus quasi ad usum confessionis dei per ipsa infantiæ rudimenta formamur. ergo intellegendus est propheta non otiose locutus esse: in quo corrigit adulescens uiam suam? omnem quidem ætatem optabile est ex his corporis sui uitiis ad innocentiæ studium transferri, quia sera licet emendatio utilis sit obliuione uitiorum. sed placiturum deo uirum propheta conformans non expectat post longam ac diuturnam criminum consuetudinem doctrina dei et præceptis timoris institui, sed rudes a peccatis annos et ætatem adhuc criminum nesciam uult non modo studiis aliquando innocentiæ, sed etiam ipsa adulescentiæ consuetudine inbui. difficile est enim ab usitatis desinere, difficile est a familiaribus abstrahi, magnum in se consuetudo habet uinculum: et idcirco optimus ille erit cultor, quem non modo delictorum remissio sine crimine constituerit, sed ipsa illa præstiterit uitiorum ignoratio innocentem.

2. Nouit Hieremias propheta ætatis huius beatitudinem dicens: bonum, inquit, est iuueni uiro, cum aufert iugum graue in iuuentute sua: sedebit singulariter et tacebit. non expectat frigescentes senectute annos nec emortuam iam per ætatem uitiorum consuetudinem. uult longi prœlii militem; uult eum Christi seruum, quem ne ipsa quidem præteritorum criminum recordatio polluat. nam in his, qui iam prouectioris ætatis crediderunt, inest quidem per donum gratiæ præteritorum indulgentia; sed non abest per conscientiæ

18 Thren. III, 27.

1 quasi *ex* que *corr. m. 2 V* 2 infantiae *om. R sed. 1 litt. eras.* 3 otiosae *R* elocutus est *V* 4 corriget *RC* 6 et qua *C* quia et *pE* sera *ex* sere *m. 2 V* obliuionem *V* 7 confirmans *Cp(A)* 8 ac *ex* ae *V* ac *ex* hac *R* consuetudinum *V* 9 rudens *V* 10 et *om. C* aetatum *V* 13 abstrahi (abs *i. ras. 3*) *R* abstrahere *p* 14 fuerit *E* 15 ipsa *add. m. 2 V* illa *ex* ille *m. 2 V* 16 uitiorum *ex* uiorum *m. 2 V* ignorantia *Ce* 17 ieremias *V sed cf. praef.* 18 bonum quid *V cf. Acad. p. 16* uero *V* fert *e* auferet *pb* 20 frigescente *C* nec mortuam *V*[2]*Cp* 24 iam *om. VCp* profectioris *V* crediderunt (c *above*) *corr. m. 3 R* in his est *R* donum gratiae per praeteritorum indulgētiam (donum *ex* bonum *corr. m. 2) V* 25 habent per *C*.

naturam gestorum recordatio. bonum, inquit, iuueni auferre iugum graue. onus istud crudi ad obœdiendum anni ægre ferunt; ceterum ætas tenera grauis oneris molestiam per uirtutis incrementa non sentit. sed suscepto in iuuentute onere quid faciet? sedebit, inquit, singulariter et tacebit. rarus iste est, cum quo perfectio timoris dei per annorum augmenta concrescat; et idcirco singularis sedebit, lasciuos adulescentiæ cœtus derelinquens et ab ipso senum nuper credentium consessu remotus; quia ei non conpetit dicere: delicta iuuentutis meæ, domine, ne memineris. silebit etiam congruam fidei et iuuentuti existimans taciturnitatem: non tumultibus negotiorum sæcularium admixtus, sed per modestiam tacens, sola diuina sacramentorum cognitione occupatus et sermones dei tacita rerum atque operum obseruatione custodiens.

3. Redit deinde ad personam suam propheta, ut id, quod superius dixerat, significasse de se nosceretur, dicens: in toto corde exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. conpetere bonitati dei non uidetur, ut a mandatis suis quemquam repellat; sed sermonum adiectio et uirtus uerborum, quæ ex perfecta cælestis doctrinæ ratione disposita est, nihil dubium, nihil contrarium in se habet. qui ergo secundum prophetam mauult peccatorum pænitentiam quam mortem, numquid existimandus est a mandatis suis quemquam repellere? procul sit

9 Ps. XXIV, 7.

1 recordationem *C* *post* iuueni *una litt. eras. R* auferre *ex* auferri *m. 2 V* 2 iugum gratiae *R* istud crudi *r* istute rudi *V* istud rudi *R* istud rudes *Cp(A)b* istud maturi *e cf. Acad. p. 59* ad *ex* ab *V* oboediendū *ex* oediendū *corr. m. 2 V* egrae *R* 3 honeris *V* uirtutis *ex* uirtutes *m. 1 R* 4 honore *V* 5 inquid *C* inquit *ex* inquid *R* 6 perfecti *V* 7 lassus *V* 8 coitus *C* 9 consessu *ex* consesso *m. 3 R* consensu *p* conpetit *ex* petit *m. 2 V* dicere *ex* diceret *m. 2 V* 10 domine *om. R* memineris *ex* memor eris *p* 11 cōgruam igitur (*ex* igtitur *V*) *VCp* fidei *ex* fide *m. 2 V* iuuentutis *C* 13 cognitione *ex* cognitionem *m. 2 V* 14 sermonis *V* adque *VR* 18 corde meo *RE* 20 repellat *ex* rerellat *m. 1 V* 21 perfectae *V*.

istud existimari. sed neque hoc nunc propheta sensit, maxime qui in toto corde deum perquisierit.

4. Sed absolutio difficultatum in his ipsis requirenda est, e quibus uidetur existere. propheta enim quid senserit, in promptu est noscere. legimus scriptum in Hieremia: maledictus, qui facit opera domini neglegenter. legimus et in euangeliis scriptum: omni enim habenti dabitur et abundabit; et qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. ergo habens abundabit; non habens uero ipso illo, quod habet, indigebit. propheta non est obnoxius maledictionis condicioni, quia non neglegenter opera dei egit eum toto corde perquirens. deinde confidenter petit, ne a mandatis dei apellatur, quia eum toto corde perquirat. secundum euangelia enim habenti dabitur, et ei, qui non habet, etiam id, quod habet, auferetur. deus igitur non auferet nisi non habenti, secundum quod neque repellit nisi neglegentem. adeo autem bonitate plenus est, ut habentem abundantia muneretur: adeo uero non uult quemquam non habere, uti non habenti ipsum, quod habet, adimat.

5. Neminem igitur nisi obnitentem repellit, neminem nisi neglegentem reicit. hanc enim propheta prætulit causam, cur se non repelli a mandatis dei precaretur, quia non ex parte neque per desidiam deum, sed toto corde quæsisset; per quod intellegimus eum a mandatis repelli, qui per multam incuriam fuerit indignus admitti: et extra inhibentis inuidiam est, quod de culpa proficiscitur non merentis.

5 Hierem. XLVIII, 10. 7 Matth. XXV, 29.

1 istut *V* existimare *pE* sensit *ex* sentit *p* sentit *E* 2 dñm *Cp* quaesierit *R* 3 absolutius *V* requirendum *V* 5 scribtum *V* 6 legimus *ex* legeimus *m. 2 V* 8 et abundabit *om. V* 9 auferetur habeo *C* non habens — indigebit *om. Cp* 10 noxius *C* 12 toto *ex* tototo *m. 2 V* 13 apellatur *ex* appellatur *m. 2 V* appellatur *R* repellatur *CpE* qui *V* eum *ex* cum *m. 3 R* 14 etiam id quod habet *add. m. 2 V, om. R* etiam quod habet *E* 15 aufert *VCe* 16 repellet *p* adeo (*i. ras. R*) autem *RCp om. V* 17 habundantia *R* muneret *Cp* 18 adeo autem *R* ut *E* 20 obtinentem *C* pellit *V* 21 qur *R* 22 praecaretur *VR* 23 dñm *Cp* totum *V* 24 a *add. m. 2 V* 25 inhibendis *C* inuidiam *ex* inuiam *m. 2 V.*

6. Tertius iste secundæ litteræ uersus est: in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. meminimus simile huic dicto legi solere, ubi dicitur: mysterium regis bonum est abscondere. meminimus et Paulum ad Corinthios adhuc in fide paruulos quædam dei eloquia occultasse, cum dicit: lacte uos potaui, non cibo; nondum enim poteratis, sed neque adhuc potestis. legimus et in euangelio in agro uberi atque fecundo repertum thensaurum eundemque empto agro occultari. nouimus neque margaritas ante porcos proiciendas esse, neque sanctum canibus dare oportere. ergo intellegimus quædam nos cordis nostri secreto continere, quæ diuulgata inexpiabilis peccati culpam conparabunt. ita enim dixit: in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi: quia, cum cetera peccata secundum differentias rerum aut in nos ipsos aut in alios exercentur, tamen tum fierent in deum propria, cum, quæ occultorum cordium essent condenda secreto, hæc in profanæ cognitionis scientiam proderentur.

7. Contuendus autem est in quarto hoc, qui consequitur, uersu ordo doctrinæ. primus uersus de custodiendis ab adulescente mandatis dei constitit; sequens, quia in toto corde deum exquisierit, ne a mandatis dei apelleretur; dehinc quod sacramenta absconsa sapientiæ et occulta dei mysteria mentis suæ secreto continuerit; quarto nunc id deprecatur, ut iustificationes eidem ostendat: et deprecatur confessionis honore prælato

3 Tob. XII, 7. 6 I Cor. 3, 2. 8 Matth. XIII, 44. 10 Ibid. VII, 6.

1 secūdae *ex* secūde *m. 2 V* 2 pecarem *C* peccarem *p* 5 Chorinthios *C* Corītios *V* adhuc *ex* adhac *m. 2 V* paruolos *V* *post* paruulos *add.* scribentem *pb* quendam *V* aeloquia *R* eloquio *V* occuluisse *VCpE* 8 adque *V (add. m. 2)*, *RC* 9 occultari *ex* occultare *m. 1 R* 10 margaritas — neque *in marg. inf. add. m. 2 V* 11 dari *a* donari *V* 13 enim *ex* lenim *m. 1 V* enim = *C* 14 peccare[m] V^2 peccarem *Cp* 16 exererentur *C* exer = erent[L] *p* cūq *R* 20 adolescente = (*eras.* s) *R* [ad]olescente *C* 21 constituit *V* toto *ex* tototo *m. 1 V* dm̄ *ex* dm̄i *m. 2 V* 22 appelleretur *R* apellatur *C* repellatur *pb* pelleretur *e* sacramētum *V* 23 oculta *C* 24 nunc *ex repetito* continuerit *corr. m. 2 V* depraecatur *R* iustificationes suas *pE* 25 depraecatur *V* confessio *C.*

dicens: benedictus es, domine: doce me iustificationes tuas. de iustificationibus nonnulla aliqua anteriore sermone conplexi sumus, et superfluum est eadem frequenter iterare. maximus igitur et præcipuus labor est hanc iustificationum dei scientiam consequi, et humanæ naturæ infirmitas difficulter tot tantarumque rerum cognitionem consequitur: atque ob id ut doceatur orat, quia diuinæ bonitatis munus est, animi humani inperitiam ad congruam atque unicuique generi conpetentem officiorum obseruantiam temperare.

8. Succedit deinde etiam de iudiciis dei sermo, quo dicit: in labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. quanta rerum et nuncupationum differentia est! primum a iuuentute mandata dei custodiuntur, dehinc deus toto corde inquiritur, tum dei eloquia occuluntur et iustificationes disci desiderantur, nunc iudicia prædicantur. sed propheta forte existimabitur a se excidisse et uel suorum, uel alienorum dictorum inmemor fuisse. in hoc enim psalmorum libro legimus: iudicia tua sicut abyssus multa. Paulus apostolus ait: inexscrutabilia iudicia dei et rursum propheta: magna enim sunt iudicia tua et innumerabilia: et quomodo audebit propheta dicere: in labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui? sed nihil neque contra se, neque contra alium eiusdem spiritus propheta nunc locutus est. non enim ait: in labiis pronuntiaui omnia iudicia tua, sed ait: omnia iudicia oris tui: sciens nonnullam differentiam esse iudiciorum dei et iudiciorum oris dei. numquid cum ait:

18 Ps. XXXV, 7. 19 Rom. XI, 33. Sap. XVII, 1.

1 est *V* 2 nonnulla & aliqua *R* 4 ac praecipuus *Cp* 6 consequetur *V* 7 adque *ex* adquae rerum *corr. m. 2 V* doceatur *ex* docetur *m. 1 V* 8 unicuique tenendi conpetentem *Cp* 10 qui *Cp* 12 quanta *ex* quantu *m. 2 V* noncupationum *C* differrentia *V* 13 custodiunt *V* 14 tunc *V* aeloquia *R* occultentur *R* 15 desiderantur *ex* diserantur *m. 2 V* 16 existimatur *R* et *ex* ets *V*[1] 18 abyssus *ex* abyssos *m. 2 V* abissus *p* 19 inscrutabilia *RCpe* sunt iudicia *pb* 20 inenarrabilia *pe* 22 se neque contra *add. m. 2 V* 23 alium *ex* ne alium *m. 2 V* *post* spiritus *1—2 litt.* (p?) *eras. R* elocutus est *Cpb* non *ex* nunc *m. 3 R* 24 in labiis meis *CpE* 25 siens *C* 26 numquid tum *p*.

iudicia tua sicut abyssus multa, dixit: iudicia oris tui sicut abyssus multa? nunc autem ait: iudicia oris tui adnuntiaui. ea ergo, quæ cognita esse per prophetas uel ex dei uerbis iudicia esse potuerunt, et propheta non tacuit: quæ idcirco prædicata sunt, ut docerentur.

9. Post iudicium autem oris dei publicam et constantem prædicationem id sequitur: in uia testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. non timet propheta uitæ suæ testes, sed in his delectatur; et ei conscientia spectantium se et contuentium iucunda est. trepidat enim ad omnem intercessionem pollutæ conscientiæ metus; ceterum, ubi constans innocentis uitæ fiducia est, plurium testium interuentio grata est. sed non de communis consuetudine gaudii iucundus propheta est: delectatur enim sicut in diuitiis omnibus; non tantum in diuitiis, sed in diuitiis omnibus. sunt opes in auro, sunt in argento, sunt in pecuniis, sunt in uestibus, sunt in domibus, sunt in agris eorumque aut uitibus aut oleis aut frugibus: sed domini propheta doctrinarum fruge perfectus est et legis ac prophetalium institutionum facultatibus diues est et, anterior licet tempore, non tamen euangelicorum et apostolicorum præceptorum ignarus est. nouit enim et has diuitias Paulus ad Corinthios loquens: gratias ago deo meo semper pro uobis super gratia dei, quæ data est uobis in Christo Iesu: quoniam in omnibus

22 I Cor. 1, 4 sq.

1 iudicia — dixit *om. p* abyssus *ex* abyssos *m. 2 V* habyssus *ex* abyssus *m. 1 R* iudici *R* oris tui *in ras. R* 2 sicut *i. u. ineunte add. m. 1 R* iudicia *ex* iudici *m. 2 V* 3 adnuntiaui *ex* adnontiaui *C* q[a]; *C* esse *om. C* 4 et *om. VC* 6 iudicium *scripsi, cf. de hac genet. pl. forma Stud. 1886 p. 340* iudicia *VRC* iudiciorum *pE* 7 praedicationē *ex* praeiudicationē *V*[1] 9 testis *V* ei *om. R* constientia *R* constantia *V* 10 contuentium *supr. scr. p* iocunda *Cp* trepida[t] *corr. m. 2 V* 11 constientiae *R* 13 sed non — propheta est *om. V* 14 in omnibus diuitiis *(sic)* — sed in diuitiis omnibus sicut *(sic pro* sunt*) in marg. inf. add. m. 2 V* 16 in ueste *VCp* 17 sunt in agris *ex* in agris *m. 2 V* autē uitibus *C* 19 et legaliū ac *p* institutionem *V* 20 anteriore *Cpb* 21 et in has diuitias *V* 22 Corintios *V* Chorinthios *Cp* 23 gratiam *ex* gratia *m. 2 V* gratiam *Rp* quae data est mihi in uobis in Christo Iesu *Cp*.

ditati estis in ipso, in omni uerbo, in omni scientia. in his ergo diues est et in his delectatur propheta; ceterum non est existimandus sæcularium opum conparatione delectatus esse, qui nisi cum contemptu atque inopia sæculi diues in domino esse non potuit.

10. Delectatus autem in uiis testimoniorum dei opus delectationis suæ agere debebat; et non ambiguum est, quin agat. ait enim in septimo uersu: in mandatis tuis exercebor et considerabo uias tuas. exercitatione igitur et adsiduitate opus est, ut usus rerum necessariarum retineatur; quia periculosa est humanarum mentium et molesta desidia: ac, ne otii consuetudo subrepat, adsiduitas exercitationis adhibenda est. sed retentus etiam hic ordo rationis est. nam prius exercendus est in mandatis dei, tum deinde uiæ eius considerandæ; quia nisi fidelium operum usus præcesserit, doctrinæ cognitio non adprehendetur, et agendum a nobis antea fideliter est, ut scientiam consequamur. uias ergo, secundum superiorem expositionem, legem, prophetas, omnia euangelia et apostolos esse existimamus: quos in mandatis dei se exercens propheta considerauit, ut nouerit.

11. Conclusit autem octauum numerum hoc uersu: in iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermonum tuorum. a doctrinæ perfectæ ordine propheta non excedit. in iustificationibus, quas doceri se orauit, meditatur, sicut exercetur in mandatis. mandatorum enim ea est ratio,

1 litati *i. ras. 3 R* in omni uerbo *ex* in omnibus uerbo *V* et omni scientia *RC* et in omni scientia *pE* 3 es^t *corr. m. 2 V* opus *C* 5 in dōm esse *V* in dominum esse *Rp* esse in domino *C* 6 delectionis *V* 8 septimo uersu *VCp* 9 et *om. Cp* considerabo *ex* considerabor *m. 1 V* 11 gentiū *V* disidia *V* 12 hac *RC* otii *ex* otiia *m. 1 V* 14 exercendum est *pE* 16 adpraehendetur *V* adprehenditur *C* apprehenditur *p* 17 ante *V* 18 profetas *ex* profetae *m. 2 V* et omnia *Ve* 19 apostolus *C* quas *C* 20 considerabit *V* 21 octauum *ex* octauit *m. 2 V* iustificationibus *ex* iustificationum *m. 2 V* 23 ordinem *ex* ordine *m. 2 V* 24 excidit *Vpe* in iustificationibus dei *e* docere *Cp*[1] orauit *ex* orant *m. 2 V* meditatur sicut exercetur *scripsi (cf. quae praecedunt et secuntur)* exercetur sicut meditatur *VRCpE* 25 enim haec est ratio *Cpb.*

quæ nos ad obseruantiam atque opus innocentiæ instituunt, ut illud est: non occides, non mœchaberis et cetera his similia. hæc ergo exercentur, quia in his operationis est usus per præsentium se exercitationem ad futura confirmans. iustificationes autem sunt, quibus Hebræus puer sexennio seruus liber deinceps anno septimo fiet, et post sex annorum fructus ager otiosus relinquendus est, et cetera in iustificationum obseruantiam constituta, quæ ingentem in se habent futuræ spei meditationem per negotii præsentis effectum. atque ideo in his meditatur, ut in mandatis exercetur: quia exercitatio usum retinet consuetudinis institutæ, meditatio autem se in id, quod nondum obtinuit, extendit, ut per meditationem id, quod expetit, consequatur; quæ meditatio iustificationis id consequitur, ne sermonum et promissionum subrepat obliuio.

GIMEL.

Retribue seruo tuo, uiuam: et custodiam sermones tuos et reliqua.

1. Quibus non est constans emundati cordis conscientia, precari ista prophetæ uoce non possunt: retribue seruo tuo. si enim digna secundum opera nostra retributio aderit, in peccatorum ac delictorum nostrorum pœnis manebimus. satis autem est, si cui uel hæc saltim fiducia gratulandi ad dominum fuerit: non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniustitias nostras reddidit

28 Ps. CII, 10; 11; 12; 14.

1 que [a] *corr. m. 2 V* que *C* quo *e* quia *pb* 2 illut *V* occiders *corr. m. 1 V* 3 ec [h] *corr. m. 1 R* in his *pb* exercetur *pb* est unus *V* 4 exercitationum *VC* 5 hebreus *VR* sexēnii *V* sex annis *E* seruus *ex* serui *R* 6 fet [i] *corr. m. 1 V* 9 adque *VR* 10 exerceat (eat *in ras. m. 3*) *R* exerceatur *e* qui [a] exercitationē retinet *C* 11 in id [se] *corr. m. 3 R* 13 quae — consequitur *om. RCpe* Explicit littera II incipit littera III feliciter *V* Finit *R* Finit Beth lit. secunda incipit Gimel lit. III *Cp(A)* 16 et uiuam *RE* 18 emūdati *ex* et mūdati *m. 2 V* 19 praecari *V* *post* seruo tuo *R add.* & uiuā 21 ac *ex* hac *R* poenis *supr. scr. m. 3 R* 22 est autem *E* enī est *Cp* sicuti *V* cui *R* saltem *CpE* 23 dm̄ *VC* 24 reddidit *ex* reddit *p* reddit *C*.

nobis. quia secundum altitudinem cæli a terra elongauit a nobis iniquitates nostras, quia ipse cognouit figmentum nostrum. magnum est tantam in se dei misericordiam recognoscere et scire consuetudinem criminum procul se abesse et dignum dei misericordia se esse cœpisse. propheta autem hic, in cuius scilicet corpore habitatio dei digna est, qui sancto spiritu plenus non communia nec terrena cogitat et effatur, libertatis eius est, ut oret: retribue seruo tuo.

2. Sed forte insolentis istud audaciæ est, sine aliqua confessionis modestia meritum retributionis optasse, nec se in corpore situm, id est in uili atque humili sorte esse meminisse. exclusit autem propheta omnem de se uanitatis ac iactantiæ opinionem. nam cum dixisset retribue ex fiducia innocentiæ, seruo tuo ex seruitutis officio et ex condicionis suæ confessione subiecit. constanter igitur hæc postulat, qui se dei seruum, non peccati esse meminit; quia omnis, qui peccat, seruus est peccati.

3. Viuam, inquit, et obseruabo sermones tuos. uiuam atque obseruabo non præsentis temporis res est, sed significatio sermonis eius in futuri se tempus extendit. scit enim propheta, quando beata illa et uera uiuentium sit uita. nunc enim et in puluere mortis manemus et in mortis corpore sumus, a quo se liberari apostolus orat dicens: miser ego

17 Ioh. VIII, 34. 24 Rom. VII, 24.

1 sicut = altitudinē *C* a *ex* ac *R* 2 elongauit *ex* elongatuit *V* longauit *RE* prolongauit *Cp(A)* nobis (*om.* a) *p* 3 figurationem nostram *RE* in se tanta dei misaericordia *R* 5 procul se abesse V^1 procul abesse *R* procul a se abesse V^2Cp et dignum — se esse *om.* *Cp(A)* misericordiam sese coepisse *V* 6 hinc cui uiuus scilicet (*poster.* c *in* scilicet *add. m. 2*) *V* 7 digna *ex* digno *m 2 V* quia sancto *Vp* noncū munⁱa *C* 8 cogitans haec effatur *V* cogitat aec effatur *p* libertatis eius os ut oret *p* libertas eius &os ut oret *C* 10 insolētis sit ut audacia est *V* 11 obtasse *C* 12 atque in humili *Cp* esse *om.* *p* 13 ac *ex* hac *R* iactantiae *ex* iactantium *m. 2 V* 17 meminisset *V* peccat *ex* peccati *m. 2 V* 20 adque *VR* 21 significatio sermonis *ex* significationis *m. 2 V* huius V^2R^2CpE in futurum se tempus *CE* 22 uita sit *VCpE* 23 et *om.* *p* in puluerem *V* 24 liberare *C* ego *ex* ergo *m. 1 V*.

homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? habemus autem etiam nunc admixtam nobis materiam, quæ mortis legi et peccati obnoxia est; et in huius caducæ carnis infirmisque domicilio corruptionis labem ex eius consortio mutuamur, ac nisi glorificato in naturam spiritus corpore uitæ ueræ in nobis non potest esse natura. audiamus eum, qui se meminit in corpore mortis habitare, dicentem: quia uita nostra absconsa est cum Christo in deo. cum autem Christus apparuerit, uita nostra, tunc et uos apparebitis in gloria. hanc ergo retributionem sibi propheta orat, ut uiuat, futuræ huius uitæ tempus in loco altero docens, quo ait: et placebo deo in regione uiuentium. scit hanc mundi istius sedem regionem non esse uiuentium; scit nos adhuc secundum præfigurationem legis emundandos esse. nunc enim admiscemur morticinæ: et in lege quisquis mortuum contrectat, inmundus est.

4. Sed absit istud, ut quicquam horum in lege corporaliter intellegatur, tamquam per contrectationem mortui quisquam fiat inmundus. Ioseph ossa egrediens Aegyptum Moyses ipse lator legis abstulit, Eliseus mortuo, ut eum uiuificaret, incubuit, dominus ipse mortuos manu adprehensos in uitam retraxit: et contrectatio mortui si inmundum effectura fuisset, nequaquam neque a tantis uiris neque a domino uiolata lex esset, ipso dicente: non ueni legem soluere, sed implere. sed quia lex

7 Coloss. III, 3 sq. 11 Ps. CXIV, 9. 15 Num. XIX, 11. 24 Matth. V, 17.

1 liberauit *V* 2 autem *eras. C* matheriam *R* 3 infirmeque *Ce* 4 corruptionem *V* ac *ex* hac *R* 5 in natura *R* in nobis *ex* nobis *m. 2 V* 7 quia *ex* quiba *m. 1 V* 8 cum Christo deo *R* 9 et nos apparebimus *p(A)e* cum ipso in gloria *E* 12 placebit *R* dō *VRC* domino *p* 13 regionem *ex* religionem *p* adhuc *ex* adhunc *p* 17 apsit *V* istut *V* ut *om. V* quisquam *V* 19 egyptum *V* 20 aduexit *V* auexit *C* euexit *pe* heliseus *RCp* eum *om. R* 21 mortuum *V* adpraehensos *ex* adpraehaensos *R* adpraehẽsum *V* apprehensos *pE* contratatio *R* 22 nequaquam neq a tantis uiris *R* nequaq neq; a tantis uiris *p* nequaquã neq: tantis uiris *C* nequaquam nep tantis nobis *V* nequaquam a tantis uiris *E* 23 a dōn *m. 2 V* a dō *Cp* 24 adimplere *pE*.

umbra est futurorum bonorum, idcirco per hanc præformatam significantiam docuit nos in hoc terreni et morticini corporis habitaculo mundos esse non posse, nisi per ablutionem cælestis misericordiæ emundationem consequamur, post demutationem resurrectionis terreni corporis nostri effecta gloriosiore natura.

5. Et forte si quis existimet sibi in sacramento baptismi perfectam illam innocentiæ et cælestis uitæ dignam redditam puritatem, Iohannem Baptistam dixisse recolat: ego quidem baptizo uos in aqua pænitentiæ; qui autem uenit, fortior me est, ipse uos baptizat in spiritu sancto et igni; ipsum autem dominum baptizatum a Iohanne, cum adhuc esset in corpore, meminerit locutum: adhuc habeo aliud baptisma baptizari. est ergo, quantum licet existimare, perfectæ illius emundatio puritatis etiam post baptismi aquas reposita, quæ nos sancti spiritus sanctificet aduentu, quæ iudicii igni nos decoquet, quæ per mortis iniuriam a labe morticinæ et societate purgabit, quæ martyrii passione deuoto ac fideli sanguine abluet.

6. Et idcirco sanctus propheta uicturum se dicit esse, cum uiuat, per hanc scilicet umbram uitæ ad ueram illam regionem uiuentium transferendum. secundum quod exemplum, ut dixit: uiuam. ita et: custodiam sermones tuos. custodiuntur interim secundum apostolum Paulum pro parte et per speculum. sunt enim multa sæculi scandala, quæ prohibent perfectam in nobis mandatorum esse custodiam. taceo de naturis corporum,

8 Matth. III, 11. 12 Luc. XII, 50. 23 I Cor. 13, 9; 12.

1 praeformatum *V* 3 *post* posse *eras. 2 litt.* (nt?) *R* 4 per demutationem *Cp* 5 gloriosore *V* gnatura *V* 6 si *om. Cp* extimet *p* 7 et *om. C* caelesti uitam *V* caelesti uita *Cp cf. Draeger Synt. I, 478* 9 in *s. s. m. 1 R* qui autem post me uenit *E* 10 baptizabit *E* in *om. b* 11 đo (m) *corr. m. 2 V* 12 (h)abeo *R* ˇabeo *p* 13 aliut baptisma *V* alio baptismate *C* alio baptismo *pE* baptizare *V* 15 sui spiritus *Cp* 16 ignos *corr. m. 1 R* (ne) decoquat *E* 17 deuota *Cpb* 19 sp̄s propheta *C* 20 per hec *C* uiuētium *ex* unētium *m. 2 V* 21 transferendum *ex* transmunendum *m. 2 V* 23 parte (a *in ras., post* r *eras.* a) *R* 24 saeculi scandala *ex* scandala saeculi *corr. m. 1 R* prohibet *V* 25 mandatorum *ex* mandaturum *m. 3 R.*

quæ nos interim aut per infirmitatem aut per incentiua uitiorum inperfectos esse conpellunt. at uero morte uicta et aculeo eius obtuso et cum facie ad faciem audiamus atque cernamus, tunc uere et uiuemus et dei mandata seruabimus.

7. Ordo intellegentiæ, qui primo uersu continetur, hic idem in consequentibus est. ait enim: reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. scit mortalibus oculis atque corporeis nubem obscuritatis obsistere. scit ea, quæ corporaliter in lege præcepta sunt, umbram esse et speculum futurorum. legem quidem legit, sed optat legis mirabilia contueri. meminit esse sancta sabbata, sed in æternorum sabbatorum requie esse desiderat. utitur quidem azymis panibus, sed fermentum eicere naturæ ueteris festinat. immolat paschæ ouem, sed adsistere ei, qui per Iohannem reuelatur, agno concupiscit. septimi anni legi satisfacit, sed ipse exactis septem milibus sæculi esse liber expostulat. iubelaei quinquagesimi anni legem explet, sed pentecostadis remissionem ac renouationem obtinere festinat. scit ex præcepto dei secundum cæleste exemplar et altarium a Moyse institutum et Aaron sacerdotali habitu ornatuque uestitum, sed principis sacerdotum, in cuius exemplum hæc fiebant, interesse ministeriis properat. induci quoque in terram sanctam, terram fluentem lacte et melle, iam totius huius orbis peregrinus orat. uniuersa quidem ista Iudæi corporaliter gerunt, sed hoc Paulus aliter intellegit

2 aduero *V* eius *add. m. 2 V* 3 obtunso *RC* facie *ex* facienda *m. 2 V* ad facie^{m} *corr. m. 2 V* audiemus atque cernemus *E* 4 mandata dei *E* seruabimus *ex* seruauimus *m. 2 V* 8 nubē *in ras. m. 1 R* 9 corporaliter *ex* corporalit *m. 2 V* et *add. m. 2 V* 10 legit *s. s. m. 1 p* sed obtat *p* sed apta *C* legis mirabilia orat contueri *C* 11 sancta esse *VCpE* aeternarum sabbatarum *V* 12 *post* requie *1 litt. eras. R* azimis *RCp* 13 inmolat *C* 14 qui per Iohannem agnus ostensus est concupiscit agno *C* 15 septimi agni legis *C* *post* satisfacit *in marg. add. m. 1 R:* de septimo anno 16 liber esse *Cp* iubelei *pa* iubet legi *V* Iubente lege *R cf. Arat. act. apost. 2, 677* quinquagensimi anni satisfieri ipse legem explet *V* 17 pentecostes *Cpb* 19 caeleste *ex* caelestē *R* caelestem *V* exemplare *C* et *om. Cp* altare a *ex* alteri a *R* (a *in ras. 3, supr. 1—2 litt. eras.) R* 20 principis (*tertium* i *ex corr. 3, postea 1 litt. eras.) R* 22 in sanctam terram *p* lac et mel *VC* 23 tamquā totius *VCp* 24 haec *p* aliter *ex* alter *m. 1 V.*

dicens: scimus enim, quia lex spiritalis est. hæc igitur legis mirabilia, quæ uelatis oculis adumbrantur, propheta orat ut cernat: scilicet ut caduco atque infirmo corpore absolutus hæc, quæ per corporalem obseruantiam legis magna et mirabilia in cælis præfigurantur, aspiciat.

8. Non demutatur adfectus orantis. post hæc enim ait: adcola sum in terra; ne abscondas a me mandata tua. adcola non iuris sui terram incolit, sed aduena atque peregrinus fructum ex ea temporariæ operationis expectat. nouit incolatus huius apostolus ordinem dicens, peregrinandum a corpore et cum Christo manendum esse. propheta itaque quasdam imagines cælestium conuersationum fide cernens, licet corpus incolat, tamen rem non suam incolit oculis in cælum mentis erectis. scit in cælo thensauros conlocandos, quia, ubi thensaurus sit, illic et cor futurum sit. non erat ille sensu suo terræ adcola, qui in euangelica conparatione horrea extruit capacia ingentium fructuum et animam suam per præsentium copiam ad delicias adhortatur, stultus anima ipsa eadem nocte priuandus!

9. Ergo adcolam se propheta confitens orat, ne mandata dei a se occulantur. nemo enim, nisi peregrinus corporis sui, cognitione mandatorum dei dignus est. quod mandatum dei cum lucidum sit et inluminans oculos, absurde nunc uidebitur dixisse, ne sibi mandata dei occulantur, quæ hoc naturæ in se

1 Rom. VII, 14. 10 II Cor. 5, 8. 15 Matth. VI, 21. 16 Luc. XII, 18.

1 dicens *ex* dicins *m. 3 R* *post* spiritalis *eras. 2—3 litt. R* 3 infirma corpora *V* obsolutus *C* 5 aspiciat *ex* aspicit *m. 2 V* 6 demutantur *V* *post* ait *1 litt. eras. R* 8 nonn *V* sed aduena adque *VR* sed alienam neque *Cpb* 9 temperie *C* corporariae *R* 12 itaque *ex* adque *m. 2 V* quasdam (as *in ras.*) *V* imaginum *V* conuersationem *V* 13 fidem *V* 14 oculis mentis in coelum *ε* conlocandos esse *V* 15 et con *V* 16 sit *h. l. om. R* illo *pb* suo *s. s. m. 2 p* suae *E* eoāgelica *V* 17 conpatione *V* & *in ras.? R* 18 adhortatus *C* adortatus *R* 19 priuudus *corr. m. 2 V* 20 adcolam *ex* adcolū *m. 2 V* *post* mandata *1—2 litt. eras. R* 21 oculantur *p* occultentur *ex* occultantur *m. 3 R* 22 cognitionē *V* 23 absorde *C* 24 occultentur *ex* occultantur *m. 3 R.*

habent, ut et lucida sint et inluminent. sed neglegentia aurium adfert sensus difficultatem. illic enim mandatum lucidum et inluminans est, hic mandata absconsa sunt. lucidum mandatum est, per quod ad contuendum lumen mandatorum inluminamur. per mandatum, quod in lege primum est, quo deum ex tota anima et ex tota uirtute amare præcipimur, digni quoque inluminatione cognitionis efficimur. et sicut de gloria in gloriam transibimus, sic et in lumine uidebimus lumen, sic et per speculum faciem ipsam aliquando cernemus. per hoc enim nunc corporalis uitæ mandatum sacramento baptismi et præcepto dei inluminamur, et lumine utimur et in gloria manemus. per hoc rursum ex mandato et mandata cernemus, per hoc ex lumine lumen uidebimus, per hoc ex gloria in gloriam transferemur.

10. Scit autem in cælis propheta plura dei esse mandata, scit per diuersitatem ministeriorum diuersas esse præceptorum obseruantias, angelorum, archangelorum, thronum, dominationum, potestatum et principatuum. quos utique necesse est, ut nominibus, ita et officiis esse diuersos, perpetuam tamen mandatorum custodiam pro naturæ suæ firmitate retinentes. atque ob id reuelari sibi cælestium mandatorum sacramenta orat, quia sciat se in terræ huius corpore esse peregrinum.

1 auri (u supra) *R* 2 adferet *V* sensuū *Re* 3 hic *add. m. 2 V* 4 mandatorum *ex* mandatum *m. 2 V* 5 quo *om. C* qđ *p* quod *V* dñm *Cp* dōn (s supra; *s a man. 2*) *V* 6 et *om. Cpe* te (ota supra) *corr. m. 2 V* digni quoque *scripsi Stud. 1889 p. 321* digniq: *VCp* digni q *R* digni *E* 8 transiuimus *C* transimus *p* sicut in lumine *R* sicut in lumine *V* et in lumine *e* sicut per speculum *R* sicut per speculū *V* 9 faciem psalmi quando *R* cernemus *ex* cernimus *m. 3 R* 11 in gloria (*om.* et) *V* 12 rursum *ex* rurum *m. 2 V* ex mandato mandata *pE* cernemus *ex* cernimus *m. 3 R* 13 transferemur *ex* transferimur *m. 3 R* 16 diuersa *V* 17 arcangelorum *V* thronorum *CpE cf. Buecheler lat. Decl. p. 86* 18 nominibus *ex* hominibus *m. 1? R* 19 *ante* diuersos *4—5 litt. eras. R* 20 pro *add. m. 2 V* naturae *ex* naturam *m. 2 V* firmitatem *V* 21 reuelari *ex* reuelare *R* orat *ex* orata *m. 2 V* 22 sciat *ex* scit *m. 2 V* corpore *ex* corporae *V*.

11. Quartus hic tertiæ litteræ uersus est: concupiuit anima mea, ut desiderem iudicia tua in omni tempore. non est prophetæ huius communis cum ceteris uel sæculi sermo; altius sub significatione familiarium uerborum intellegentiæ suæ extulit sensum dicens: concupiuit anima mea, ut desiderem iudicia tua in omni tempore. multis enim uidebitur rectius dictum fuisse, desiderat anima mea iudicia tua in omni tempore. et forte quidam existimant id ipsum sub his dictis contineri.

12. Sed meminit propheta arduum esse et naturæ humanæ periculosissimum dei desiderare iudicia. cum enim nemo uiuens in conspectu ipsius mundus sit, quomodo desiderabile eius potest esse iudicium? an cum ex omni uerbo otioso rationem simus præstituri, diem iudicii concupiscemus, in quo nobis est ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt grauia illa expiandæ a peccatis animæ supplicia? beatæ Mariæ animam gladius pertransibit, ut reuelentur multorum cordium cogitationes. si in iudicii seueritatem capax illa dei uirgo uentura est, desiderare quis audebit a deo iudicari? Iob omni humanarum calamitatum militia et uictoria perfunctus, qui cum temptaretur, ait: dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen eius benedictum in sæcula, cinerem se esse confessus est et audita de nube dei uoce non loquendum sibi

17 Luc. II, 35. 22 Iob I, 21.

1 tertiae *om. Cp* 2 iustitiā tuā *R* 3 cum ceteris communis *CpE* 6 ut *om. R* desiderare iustificationes tuas *R* 7 rectius *ex* rectius eius *m. 2 V* 8 tua *s. s. m. 1 R* *post* tempore *14—16 litt. eras. R* existimant *ex* extimant *m. 2 V* 11 dī desiderare *ex* dī desidere *V* desiderare dī (dī *s. s. m. 3*) *R* 12 in conspectu eius *V* 13 iudicium eius potest esse (potest *ex* dotest *V*) *Vpb* eius iudicium potest esse *C* otioso uerbo *VCpE* 14 in diem *V* concupiscimus *Re* concupisceremus *C* 15 ignisubeundus *R*[1] ignis subeundus *R*[3]*p cf. Acad. p. 24* 16 gladia illa *V* *ante* beatae *4—5 litt.* (anima?) *eras. R* 17 pertransiuit *ex* pertransibit *m. 3 R* 18 ubi in iudicii *Cp(A)* 19 *inter* iudicii *et* seueritatem *eras.* s *R* 20 omnium *CpE* 22 dōn (s *a man. 2*) *V* 23 benedictū *in uers. exeunte part. in marg. m. 3*, b *in ras. R* confessus est et audita *scripsi* confessus et audita *VRCp* confessus audita *E.*

ultra esse decreuit. et qùis erit ausus dei desiderare iudicia, cuius uocem de cælis nec tantus propheta sustinuit, neque apostoli consistentes in monte cum domino ferre potuerunt?

13. Tenuit itaque propheta humanæ et naturæ et conscientiæ modum dicens: concupiuit anima mea, ut desiderem iudicia tua in omni tempore. non enim iudicium desiderat, sed, ut desideret, concupiscit: desiderii eum cupiditas, non iudicii continebat. concupiscit enim desiderare, scilicet ut in tanta innocentia maneat, ut tuto iam et sine metuendi iudicii terrore desideret, rem ipsam nondum per conscientiam humanæ condicionis desiderans, sed eius desiderium, ex conscientia perfectæ ut proueniat innocentiæ, concupiscens. scit uero continentem et indefessam desiderii huius concupiscentiam esse oportere; atque ideo adiecit: in omni tempore, nullum scilicet docens otium nobis esse debere, quin semper desiderii huius cupiditate teneamur.

14. Deinde sequitur: increpasti superbos: maledicti, qui declinant a mandatis tuis. o infelix superbia, quæ dedignatur sub præceptis cælestibus uiuere, quæ mandata diuina animi infidelis tumore fastidit! plurima sunt humanorum uitiorum crimina, et diuersæ atque innumerabiles peccatorum operationes; sed nulla magis prouocandæ in nos dei iræ quam superbiæ causa est. increpasti enim non auaros, non lasciuos, quibus utique increpatio debita est, sed superbos;

1 dī desiderare iudicia tua *R* 2 huius uocē *V* sustinuit — cum dño *in marg. add. m. 3 (sed omissa uoce* consistentes) *R* 3 cum dōm° (o *add. m. 2) V* potuerunt (un *in ras. 3) R* 7 sed ut de *add. m. 2 V* eū *s. s. m. 1? R* 9 tu‿to = Iā (I *ex* t?) *in ras. corr. m. 3 R* et sine metu iudicii t̃rorē desideret *p* 10 non rem ipsam desiderans sed (*omissis uerbis* nondum — condicionis) *Cp(A)* 11 ex conscientiae *V* et conscientia (conscientia *ex* conscientie̜ *p*) *Cp* perfectae ut perueniat *C* perfecta e = si proueniat (e = s *in ras. m. 3) R* perfectae si proueniat *Ve cf. Wattenb. Pal.*[2] *p. 49* 14 docens etiam nobis *V* 15 esse derelictum quin *V* cupiditatem *V* 20 tumore (tum *in ras. m. 3) R* plura *C* 21 innumerabıles *(sic) R* 22 prouocandi in nos iram dei *e* 23 enim — increpatio *in marg. sup. add. m. 2 V.*

quia plures per superbiam, qua humana contemnunt, etiam deo obsequi spernunt.

15. Sed sint licet præclara cetera fidei opera et in omni diuinorum præcèptorum custodia deuotio inmoretur, tamen subrepente superbia memoria eorum, quæ recte operamur, abolebitur. quanto euangelicus ille pharisæus labore se in uitæ uiam statuit, ne alienæ rei rapax esset, ne in quemquam iniuriosus existeret, ne adulteriis dissolueretur! laborauit bis in sabbato ieiunans suumque corpus per abstinentiam cibi ingentis patientiæ uirtute confecit. quanto deinde labore auaritiæ uincendæ decimas substantiæ suæ in usum egentium contulit! quid his præclarius? quid eorum opere difficilius? sed incidit in superbiæ laqueum dicens: quia non sum sicut peccator iste et publicanus et infelix hoc uitio ex ingentibus operibus cecidit in crimen et insolens per hanc uirtutum suarum gloriam factus iustificato magis publicano recessit.

16. Sed quid de pharisæo dicimus? apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum, aduersus quem diabolus omni uirtutis suæ arte luctatus est, angelum satanæ, qui se colaphizaret, accepit, ut per passionum omnium indefessas molestias nulla superbiendi occasio per otium temporis

13 Luc. XVIII, 11. 20 II Cor. 12, 7.

1 plures — qua *add. m. 2 V* contēpnunt *RCp* 4 ıāmoretur *C* 6 quanta *ex* quantae *m. 2 V* euangelicis (u *superscr.*) *R* fariseus *VR* labore (abore *in ras.*) *R* laborare *C* 7 uia *C* statutae (i *superscr.*) *corr. m. 2 V* alienae rei *ex* aliena rei *m. 1? R* in alienam rem *Cp* 8 laborauit *ex* laborabit *m. 3 R* 9 ieiunans et infelix hoc uitiosumque corpus *V* ieiunans et infelix hoc uitio suū (ū *in ras. 3*) corpus *R* ieiunans et infelix hoc uitiorumq: corpus *C sed uerba* et infelix hoc uitio *sine dubio infra lin. 14, ubi in p(A) leguntur, suum locum habent ac, cum in archetypi margine essent adscripta, noto illo librariorum errore, de quo Acad. p. 33 dixi, huc inrepserunt* cibi ingentis *ex* sibi ingentis *m. 2 V* cibi & ingentis *ex* cibi ingentes *m. 3 R* cibi ingenti *pE* 10 laborare *C* 11 uicendae *C* decimus *V* 12 intulit *RCpE* quid ea re difficilius *V* 14 sum *add. m. 2 V* istae *R* ipse *C* et infelix hoc uitio *h. l. om. VRC* 16 suarum *s. s. m. 1 C* glorificato *R* 18 fariseo *VR* apostolus ait non *V* ab ominibus *R* 19 aduersum *V* 20 arce *C* 21 colafizaret *VRp* 22 occasio *ex* occasion *m. 2 V* ocasio *p.*

possit inrepere. ipse quoque eligendi et constituendi sacerdotis quandam legem ferens, cum iam eum in quibus episcopum dignum est uirtutibus conlocasset, neophytum eligi uetuit, ne superbiret, dicens: non neophytum, ne inflatus incidat in iudicium diaboli: id est, ne per recens adeptam regenerationis gratiam insolescat, uult illum multo passionum bello ante temptari, uult multis humilitatis et fidei stipendiis prouehi. cor enim humiliatum deus non spernit et sacrificium optimum cor contribulatum; quia qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.

17. Et idcirco maledicti, qui declinant a mandatis tuis, quia increpantur superbi: quia per superbiam animi insolentis et humana despicimus et diuina neglegimus. sed uirtus uerbi hic conlocati non neglegenter est audienda. promptum enim fuerat dicere: maledicti, qui non obtemperant mandatis tuis. de uno et de plurimis mandatis in superiore uersu conpetentia diximus. maledicti autem sunt, qui per hanc prophetiæ doctrinam eruditi a mandatis dei declinant, id est per uitiorum præsentium desideria ab spe æternorum mandatorum decidunt. qui enim declinat, id, in quo est, deuitat et ex alia parte in aliam deducitur et deflexu quodam de itinere decedit. uel leuiter ergo declinantem a mandatis dei maledictionis sententia conprehendit, ut intellegeremus, quanti periculi res esset, ea omnino ignorare nos, a quibus declinare maledictum est.

4 I Tim. 3, 6. 8 Ps. L, 29. 9 Luc. XIV, 11; Matth. XXIII, 12.

1 possit *R* sacerdotes *V*¹ a sacerdotis *R* 2 eum (e *ex corr. m. 1*) *R* in his quibus *E* 3 neofitum *VRp* neophitum *C* elegi *R* 4 superbiat *V* 5 *post* recens *eras.* e, *post* adeptam *4—5 litt. eras. R* adepta^m *corr. m. 2 V* 9 obtimum *p* 10 humiliabitur *ex* umiliabitur *m. 2 V* 12 et idcirco (cir *s. s. m. 1*) *R* 13 superbi — per *om. V* superbiam animi *ex* superbi animi *m. 2 V* per superbia animi *R* superbiā animi (*om.* per) *C* 14 dispicimus *R* 15 hic *om. V* conlati *R* non neglegenter *ex* nonlegenter *m. 2 V* 17 In (*in ras. 3*) superiore *corr. m. 3 R* 19 a mandatis — praesentium *in marg. inf. add. C* declinant *ex* declinantes? *R* 20 a spe *p* spe *C* 21 decedunt *V* deuiat *Cp* 22 deflexo *R* defluxu *V* decidit *VRCp* 24 conpraehendit *VR* ut *s. s.*, u *in ras. 3 R* quanta *VC* 25 ea *om. C.*

18. Aufers a me obprobrium et contemptum, quia testimonia tua exquisiui. peccata obprobrio sunt digna; et idcirco peccatores exsurgent in obprobrium æternum. quod autem peccata omnia obprobrio sint digna, in euangeliis discamus, tum cum dominus exprobrare ciuitatibus illis cœpit, in quibus plures uirtutes eius effectæ essent nec pænituissent, Chorazain et Bethsaida. quod ab illis cœptum, necesse est ut in omnes eiusdem criminis pares fiat, et tunc humano generi exprobret non pænitenti neque in uiam euangelicam pergenti id, quod psalmo continetur: quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? exprobrat enim superbis atque maledictis, cur nihil in sacramento sanguinis sui atque mortis utilitatis esse existimauerint, cum ille nostri causa et natus et passus et mortuus sit.

19. Tenuit etiam propheta rationem infirmitatis humanæ. scit inesse quædam, quæ per misericordiam dei auferenda a nobis sint. scit deum tali peccatorum nostrorum confessione orandum, ut, etsi digna arguitione habeamus, non tamen arguamur; confitendum enim crimen est, ut obtineatur et uenia. scit deinde post arguitionem in contemptum, id est in nihilum gentes æstimari; quia scriptum est: omnes gentes nihil sunt, et omnia, quæ a malitia sunt, in nihilum æstimata sunt. sed secundum prophetæ exemplum auferri a nobis obprobrium et contemptum hac spe, hac fiducia deprecari nos oportet, ut addamus ad id, quod dicitur: aufers a me

5 Matth. XI, 20. 10 Ps. XXIX, 10. 21 Esai. XL, 17.

1 aufer *RCpE* 2 exquisibi *V* obprobrio *ex* obprobria *m. 2 V* (*ita etiam lin. 4*) 5 tunc cum *Vp* dōn (s *a m. 2*) *V* 6 plures *ex* pleres *m. 2 V* 7 chorozain *R* chorazin *C* čorozaim *p* et *om. Cp* betsaida *V* bethsaidae *p* 8 par *ex* pares *R* 9 exprobrēt *R* 10 utilas *C* utilitatis *p* 11 in corruptione *V* 12 qur *R* 13 utilitatis suae esse *R* 16 et sit (c) *C* per dei misericordiam *E* 18 orandū *ex* orando *m. 3 R* argutione *C* 19 confitendum ergo *C* optineatur *R* 20 deinde po(st) *m. 3 in ras. R* 21 estimari *R* existimari *C* existimare *p* quia scriptum sit *Cp* nichil sunt *in ras. 3 R* 23 profetiae *VR* 24 *post* nobis *eras.* ex *R* hic spe *C* ac fiducia *CpE* 25 *post* dicitur *eras. 1 litt. R* aufers *VC*, aufer *Rp cf. Roensch Ital. 294, Stolz L. 378.*

obprobrium et contemptum, id, quod sequitur: quia testimonia tua exquisiui. et testimonia dei exquirit, ut argui non debeat, et auferri a se obprobrium contemptumque precatur, ut uerecundiam non derelinquat: esse quidem in natura sua confessus arguitionis et obprobrii causam, quam a se deprecatur auferri, sed per deuotionem exquisitorum testimoniorum eam sperat auferri.

20. Exquirit autem testimonia dei propheta non in otio, neque in insolentia rerum secundarum, sed exquirit multis aduersum se residentibus, multis aduersum se conloquentibus dicens: etenim sederunt principes et aduersum me detrahebant. scit omnem prophetiæ fidem mundi huius perosam esse principibus; scit et apostolos cunctis futuros propter Christianum nomen odiosos. sedent aduersus prophetam principes et detrahunt tunc, cum audiunt Esaiam dicentem: audite uerbum domini principes Sodomum, et intendite legem dei populus Gomorræ. ex consilio enim talium Esaias sectus est, Hieremias quoque carcere clauditur, Daniel leonibus fame ad sæuitiam incitatis obicitur, Zacharias inter templum et altare occiditur, apostoli cæduntur, desecantur, crucifiguntur, ut prædicatio dei auferatur, ut doctrina prophetiæ inhibeatur, ut uitæ æternæ uia obsæpiatur. sed hos principum consessus et hæc obtrectationum eloquia spreuit fides constans. consequitur enim: seruus autem tuus exercebar in iustificationibus tuis. obstrepentibus

16 Esai. I, 10.

1 et id *CpE* 3 ut argui — precatur *om. VRC* 4 et uerecundiam *VRC* derelinquit *R*[1]*C* dereliquit *R*[2] relinquit *V* 5 arguitionis *ex* arguitionem *m. 2 V* argutionis *C* et *om. V* oppobrium *V* 8 exquirit *ex* exquisiuit *V* 10 aduersus se *CpE* residentibus multis aduersum se *om. V* 11 et aduersus me loquebantur *Cp* 12 huius mundi *C* 13 piculosam *ex* posam *p* optā *R* scit apostolos *Cp* 14 aduersū *V* 15 eseiam *V* eēiam *C* ad se etiā *p* 16 Sodomorum *Rp* adtendite legem *Cp* audite legem *R* 17 populi *p* 18 eseias *V* isaias *p* sectus *ex* sextus *V* ieremias *V* cluditur *Cp* 19 danihel *ex* damhel *R* famae *V* 21 ut p̄ditio (ca *superscr.*) *p* ut dep̄cacio *C* doctrina *ex* doctrinae *VR* 22 prophetae *C* inhibeantur *R* sed hoc *V* 23 spraeuit *R* 24 cū sequitur seruus *Cp* 25 exercebar *ex* ercebar *m. 1 V* exercebatur *RpE* in tuis iustificationibus *R*.

illis uidelicet et totis pœnarum armis inhibentibus, in exercitationibus iustificationum dei spiritus perseuerat.

21. Sed, ut iam superius tractauimus, exercitatio iustificationum et meditatio testimoniorum illa est, quia, cum legis opera per corporales efficientias exerceantur, exercitatione iustificationum, tamen et testimoniorum meditatione bonorum æternorum per præsentium meditationem quædam præparatio conparatur. sed testimoniorum meditatio unde oriatur, ostendit. adiecit enim: et consilia mea iustificationes tuæ, omnem scilicet uitæ curam, omnes consiliorum uarios diuersosque motus intentos esse iustificationibus confitens dei in Christo Iesu, cui est gloria in sæcula sæculorum. amen.

DALETH.

Adhæsit pauimento anima mea: uiuifica me secundum uerbum tuum et reliqua.

1. Multiplex intellegentia non potest in se habere dictorum difficultatem, cum amota omni obscuritate intellegendi magis abundet electio, ut in primo quartæ litteræ uersu contuemur. ait enim: adhæsit pauimento anima mea: uiuifica me secundum uerbum tuum. potest istud et de adsiduitate orationis intellegi, tamquam ex peccatorum confessione in terram propheta prostratus adhæserit pauimento. sed ut altius aliquid sub his dictis intellegamus, perspecta diligentius

2 dei *om. Cp* spū *V* seruus *in adn. coni. Bened.* 4 qua cum *E* 6 tametn *corr. m. 2 V* bonorum *add. m. 2 V* 7 quadam *ex* quiaiam *m. 2 V* 9 iustificationis *R*[1] 10 diuersosque mores *V* 11 iustifaicationum (ib s) *V* in xp̄o ih̄s *V* cui gloria est in *VC* cui gl̄a in *p* cui gloria et honor in *E* amen *om. V* Explicit littera III incipit littera IIII feliciter Delth *V*, *spatium 10—12 litterarum uacuum R*, Finit Gimel lit. tertia incipit Deleth lit. IIII *Cp* 18 in primae *R* in principio *V* quantae *V* 20 istut *V* id istud *C* de assiduitate (e *in ras. 3*) orationis *R* de suauitate orationis *C* de sue uite ratione *p*(*A*) 22 profeta *ex* profete *V* adeserit pauimento *V* adhaesit pauimento anima mea *R* altus (i) *corr. m. 2 V*.

uerborum uirtute necessarium ducimus. non enim ait: adhæsi pauimento, sed ait: adhæsit pauimento anima mea, et admonemur intellegere hic eum esse de animæ et corporis societate conquestum. et multa sunt, quæ nos ut hoc potius probabile existimemus admoneant. dixit enim apostolus: corpus humiliationis nostræ, dixit et propheta: humiliata est in puluere anima mea, dixit rursum: et in puluerem mortis deduxisti me. igitur, uel quia in terræ huius solo commoremur, uel quia ex terra instituti conformatique sumus, anima, quæ alterius originis est, terræ corporis adhæsisse creditur, maximum ipsa certamen suscipiens, ut se, manens in eo, ab eius societate diuellat, ut tamquam peregrina incolatu eius utatur.

2. Non ignarus est autem propheta, licet anterior ætate, apostolici tamen dicti, quia, qui adhærent domino, in uno spiritu sunt. scit etiam a se prædicatum: adhæsit post te anima mea. quin etiam legit in lege: post dominum deum tuum ambulabis et adhærebis ipsi. adhærere igitur huic magis quam illi concupiscit. sed quia meminit ex consortio eius nonnullam se labem contraxisse peccati, orat, ut per uerbum dei, quamuis admixta terrenæ mortalique naturæ anima eius sit, ipse tamen in uitam uitæ cælestis animetur. scit enim

5 Phil. III, 21. 6 Ps. XLIII, 25. 7 Ps. XXI, 16. 15 I Cor. 6, 17. 16 Ps. LXII, 9. 17 Deut. XIII, 4.

1 necessario *VR* nunc enim *R* adhaesi pauimento sed ait *om. R* solum ait *om. Cp* 2 [ad]hesit pauimento *p* adhesit pamēto *V* adhaesit [uae]uimento *R* 4 conq.stum *corr. m. 2 V* ut hoc *supr. scr. m. 1 R* 5 admoneat *V* apl̄s corpus *in ras. 3 R* 6 humiliatis *V* 8 deduxisti (isti *in ras. 5—6 litt.*) *R* deduxit *Cp(A)* 9 commoramur *E* commoretur *C* in terra *R* confirmatique *VRp* 11 credetur *V* ut in se manens *C* ut se immanens *e* ut se etsi manens *ph* 12 ui tamquam *V* 14 anteriore aetate *C* anteriora et ante *V* apostolicis tamen dictis *C* 15 qк *supr. scr. m. 3 R* adheret *V* adhaeret *R* 16 a se esse praedicatum *p* poste *ex* postea *R* pos[t]tea *V fort.* pos te 17 in = = lege *(2—3 litt. eras.) R* postea *V* 18 tuū *i ras. m. 3 R* ambulatis et adhaerebitis *R* ad[re]haere *corr. m. 3 R* 19 hu[hic]m *m. 3 R* et consortio *V*.

se nunc pauimento adhærere, non uiuere: sed secundum uerbum dei, cui mortui uiuunt, orat, ut uiuificetur in uitam.

3. Dehinc sequitur: uias meas pronuntiaui, et exaudisti me; doce me iustificationes tuas. qui secundum uoluptates corporis uitam agunt, in uiis suis ambulant. qui autem omni uitiorum carnalium consuetudine derelicta in præceptis dei degunt, iam illis non in sua, sed in uia dei iter est. et hoc audiamus in Deuteronomii præcepto: sed nunc Israhel quid dominus deus tuus poscit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in omnibus uiis eius et diligas eum et seruias domino deo tuo ex toto corde tuo et ex tota anima tua et custodias præcepta domini dei tui et iustificationes eius, quæ ego præcipio tibi hodie, ut bene sit tibi? ergo deo adhærens in dei uia est.

4. Et qua ratione prophetam hic locutum existimabimus dicentem: uias meas pronuntiaui, et exaudisti me; doce me iustificationes tuas? si enim uias suas prædicat, necesse est peccati uias prædicet, quia in uia peccati sit, quisque in dei uia non sit. sed huic præsenti dicto consentiens illud uidetur, quod dictum est: pronuntiabo aduersum me iniustitias meas, domine, et rursum: iustus in exordio sermonis sui ipse sui accusator est. ergo hic pronuntiatio, quæ dicitur, non laudatio est, sed confessio uiarum suarum, id est peccatorum suorum pænitens professio;

8 Deut. X, 12 sq. 21 Ps. XXXI, 5. 22 Prov. XVIII, 17.

1 se *supr. scr. m. 3 R* adherere *ex* adhere *m. 2 V* 2 ĩ uita *V* 3 uias *ex* uiuas *V*[1] 4 doce me *ex* docemur *m. 2 V* iustificationes *ex* iustioficationes *V* 5 uoluntates *R* agunt *ex* agont *m. 3 R* *ante* ambulant *3 litt. eras. R* 6 in praeceptis dei uiuunt *p* 8 et haec *E* praecepta *V* istrahel *V* 9 nisi *ex* msit *m. 2 V* 10 tuum *h. l. om. VCp sed cf. p. 396, 6* 12 ex tota (*om.* et) *R* 13 dĩ *supr. scr. m. 1 R* 15 dõ *V om. C* adhaerens (s *in ras. 2—3 litt. m. 3*) *R* 16 hinc *V* 18 doce *ex* dome *m. 1 V* 20 quisq *R* qsq; *p* quisquis *E cf. Acad. p. 29* in uia dei *VCp* sed hoc *add. m. 2 V* consentiens (s *in ras. 2—3 litt.*) *R* 22 dñe *V* domine *ex* domino *m. 3 R* domino *ph* 23 sermonis tui *p*[1] ipse sibi *RCpE cf. Sabatier II, 325 adn.* 24 pronuntio *R* qđ = dicitur *R*.

et propheta, ut esset dignus spiritu prophetiæ, uias suas, id est peccati ante confessus est, ut post hanc pronuntiationem earum doctrinæ iustificationum dei capax esset. quod utrumque absolute docetur. nam cum dicit: p r o n u n t i a u i, confessionem hanc præteriti temporis esse demonstrat; cum dicit: d o c e m e, oratio est ex futuro, quia confitendum ante est de peccatis et exacta confessione discendum.

5. Manens autem propheta in lege non ex his doceri se postulat, quæ corporali tunc ministerio gerebantur, sed ex his, quæ per speciem præsentium futuri erant sacramenta conplexa. u i a m i u s t i f i c a t i o n u m t u a r u m f a c u t i n t e l l e g a m, e t e x e r c e b o r i n m i r a b i l i b u s t u i s. sermo præsens discreuisse cognoscitur iustificationes a uia earum. et quantum re ipsa intellegitur, omne quidem, ad quod per uiam tenditur, non idem est, quod et uia ipsa, qua pergitur. quærenda igitur causa est, cur propheta præstari sibi, ut uiam iustificationum intellegat potius, quam ut ipsas iustificationes cognoscat, orauerit. meminit etenim omnes iustificationes legis umbram in se sanctarum iustificationum continere: cum post sexennii seruitutem Hebræus puer liber est, cum septimi anni fructus indigentibus et pecoribus terræ relincuntur, cum post quinquagesimum annum omnia in ius eius familiæ, unde decesserint, reuertuntur. et quia hæc, quæ in lege sunt constituta, uia est eorum, quorum in his præformatur exemplum, uiam harum iustificationum ut intellegens in mirabilibus dei exerceatur, orat, id est in legis

2 peccata ante *C* peccata sua ante *E* earum *scripsi cf. infr. lin. 13* eorum *codd. E* 3 doctrine *V* doctrina *ex* doctrinae *R* esse 4 pronuntiaui — cum dicit *in marg. super. add. m. 2 V* 6 oratio ex futuro *V* et de exacta *V* 8 docere se *C* 10 que (a *corr. m. 2 V*) futura *C* 13 earum *Bened.*, eorum *VRCp* 14 omne quđ est ad quod (e *et* d *in ras. 3*) *R* omne quodest ad quod *VC* 15 quae (s) pergitur *Cp* 16 qur *R* 17 intellegatur *V* ipsa (s) *R* iustificationes *ex* iustificationis *R ex* iustificationum *m. 2 V* cognoscat — omnes iustificationes *om. V* 18 meminit enim *Cp* 20 hebreus *VR* 21 relinquntur *VR* relinquuntur *pE* quinquagensimum *V* 22 familiae eius *VCpE* reuertantur *VRCe cf. Acad. p. 14* 23 haec qui *C* eorum est *VCp* 24 praeformatur *ex* praeformatio *V* exemplum ut uiam *pb* iustificationum intellegens *Rpb*.

operibus uersetur: quia lex sit ad futurorum bonorum speculum constituta.

6. De consequenti uersu conperi multos uaria sensisse, eo quod non eadem proprietate a ceteris translatoribus ex hebræo demutatus esset, ut ab his septuaginta interpretantibus conscriptus est. nonnulli enim pro eo, quod ab illis dictum est: ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου, posuerunt: ἔσταξεν ἡ ψυχή μου. quidam autem ex illis non ἐνύσταξεν, sed κατέσταξεν transtulit. et aliud ἐνύσταξεν, aliud ἔσταξεν, aliud κατέσταξεν significare intellegitur. sed nobis neque tutum est translationem septuaginta interpretum transgredi, et sane ratio et sensus dictorum ita admonet, ut recte ac probabiliter uersum translatum intellegamus. est enim cum illis et nobiscum ita: dormitauit anima mea præ tædio. et superior omnis sermo et consequens humilitatis et infirmitatis confessionem in se habet: cum pauimento anima adhæsit, cum peccatorum uiæ confitentur, cum intellegentiam uiae iustificationum orat. consequens ergo est, ut nunc animam suam præ tædio mortalis habitaculi dormitare conquestus sit, quæ nondum iustificationum uiam

3 uarie *V* 5 a LXX *ex* ab his LXX *m. 2 R* conscribtos est *V*[1] 6 ab *supr. scr. m. 1 R* 7 ЄNYOTAZON ** YXHMOY *V* ЄNYΣTAZЄN NYIX MOY *R* ENYZIAZEN NY IXMOI *C* ЄNYZIAZЄN NYIX MOY *p* ЄNYCTZЄN H (H *a. m. 2*) = (*in ras. fuit* N) ΨYXHMOYS (Y *supr. scr. m. 2*) *V* ЄCTAZЄN NYIX MOY *R* ЄCTACLEN NYX MOI *C* ЄCTA·ZЄN NYXMOY *p* 8 ex illis non ЄNYCTAZЄN sed KATЄCTAZЄN *V* ex illis non ZЄN sed KATЄCTAZЄN *R* ex illis ZEN sed KATЄCTAZЄN *C* ex illis KATЄCTATЄN *p* transtulit et *om. C* 9 aliud ЄNYCTAZЄN aliut KAT ЄCTAZЄN (KAT *supr. scr. m. 2*) significare *V* aliud ЄNICTAZЄN aliud ЄCTAZЄN aliud KATЄCTAZЄN significare *R* alid (*sic*) KATЄCTAZЄN significare *C* aliud ЄNICTAZЄN aliud ЄCTAZЄN aliud KATЄCTAZЄN significare *p* 10 nobis *supr. scr. m. 1 R p* tranlationem *R* translatione *V* 11 sana (a *in ras. m. 3*) *R* 12 ac *add. m. 2 V* intellegimus *V*[1] 14 superior (*om.* et) *V* 15 confessione *V* 16 pauimento *ex* peuimento *m. 1 R* 17 intellegentiae iustificationē *V* 18 prae tedio *V* 19 conq.stus *V* conquaestus *R*.

intellegat, quæ etiam nunc pauimento adhæserit. atque ob id in uiis dei confirmandum sese orat, quia præ tædio dormitet.

7. Sed hic ea ratio seruata est, ut dormitare se, non dormire dicat; quia qui dormit, in ipso somni opere est, qui autem dormitat, antequam dormiat, dormitat. quæ et in alio loco ratio seruata est, cum dicit: ecce non dormit neque dormitabit, qui custodit Israhel. sed et illic, ubi meminit: si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem, dormitationem palpebrarum, somnum uero esse dixit oculorum, quia palpebrarum officium est, ut somnum ex dormitatione concilient. propheta igitur, etsi dormitat, non tamen dormit; atque ob id, ne dormitans obdormiat, subiecit: confirma me in uerbis tuis: id est ut per omnium iustificationum, quas superius memorauit, intellegentiam confirmatus non modo non dormiat, sed iam sine aliqua dormitatione peruigilet.

8. Ait autem post hæc: uiam iniquitatis amoue a me et lege tua miserere mei. promptum fuerat dicere: iniquitatem amoue a me; sed licet infirmitatis suæ conscius, cum meminerit in corpore suo uiam inesse peccandi, tamen per timorem dei peccati omnis alienus est. uiam igitur peccati, qua ad peccatum pergere promptum est, amoueri a se deprecatur, id est omnia corporalium uoluptatum desideria auferri, nec temptationem aliquam concupiscentiæ aut ignorantiæ, qua

6 Ps. CXX, 4. 8 Ps. CXXXI, 4.

2 se (se *corr. m. 1 R*) dormi — tat (*eras.* e) *R* 4 sōpni *p* omni *V sic e et, ut uidetur, exemplar codicis R* qui autem dormitat dormitat (dormitāt *V*) antequam dormiat *VCp* qui autem dormitat antequam dormiat *R post* dormiat *R postea in loco ab origine uac. rel. add.:* sōno langesč 5 et *om. p* 6 ēē *in uersu exeunte eras.*, ecce *in uers. ineunte adiec. R* 7 istrahel *V* 8 palfebris *et sic etiam in seq.* f *pro* p *V* 9 uero (m) ═ ≡ — ═ esse *R* 10 palpebrarum (h *add. m. 1) R* omnum (s) *corr. m. 2 V* 13 per *add. m. 2 V* 14 memorait *ex* meminit *m. 2 V* 14 confirmatus *ex* confirmans *m. 2 V* 15 dormi — at *R* sed etiam *E* 18 et in lege tua miserere mihi *R* 20 meminit *Cpb* uiam ═ ═ inesse *R* uiam (in) esse *V* 21 dī peccationis alienus ē *p* dei a peractione peccati omnis alienus est *E cf. p. 35, 10* 22 quia ad *VR* 23 uoluptatem *V*.

tamquam per uiam ad peccatum itur, ingruere. nec solum id orat deum, sed etiam, ut per legem suam misereatur eius. per legem autem hoc modo misericordiam consequitur, quia, ut superius ostendi, ita in lege est scriptum: et nunc Israhel quid dominus deus tuus poscit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in omnibus uiis eius et diligas eum et seruias domino deo tuo ex toto corde tuo et ex tota anima tua et custodias præcepta domini dei tui et iustificationes eius, quæ ego præcipio tibi hodie, ut bene sit tibi! ergo cum lex doceat in uiis dei ambulandum, ut ambulanti in his bene in posterum sit, et nunc propheta oret uias iniustitiæ a se amoueri sibique ut deus misereatur ex lege, id orat, quod lege conclusum est, ut in uiis dei ambulans in beatitudine collocetur.

9. Dehinc sequitur: uiam ueritatis dilexi et iudicia tua non sum oblitus. uiam diligunt multi, sed non omnes diligunt ueritatis. et quicumque aut uoluptatum aut diuitiarum aut honorum uiam ineunt, sed et qui hæreticorum doctrinis uagi et incerti et impii differuntur, in uia quidem sunt, sed non sunt in uia ueritatis. sed propheta ex spiritu eius loquitur, qui adsumpto corpore dicturus postea erat: ego sum uia, ueritas, uita. et quia hoc iudicium est, secundum quod in euangeliis continetur: hoc enim iudicium est, ut, qui credit in me, habeat uitam æternam, merito propheta ait: uiam ueritatis dilexi et iudicia tua non sum

4 Deut. X, 12 sq. 22 Ioh. XIV, 6. 24 Ioh. III, 15 et 19.

1 ad *add. m. 2 V* 3 cónsequetur *V* 4 ostendit *R* sit scriptum (scribtum *V*) *VCpb* et nunc sc̄s *V* 5 tuus *om. p* 7 domino *om. R* deo *om. V* ex toto *ex* toto *m. 2 V* 9 nr̄i (tui *superscr.*) et *p* tui *V* 10 quas ego *Rp* ergo *add. m. 2 V* 11 ambulanti (t *in ras.*) *R* ambulandi (t *superscr.*) *corr. m. 2 V* 12 et nunc forte propheta (profeta *V*) *VCe* 13 quod de lege *V* 14 ad beatitudinem *V* 16 et *om Re* 17 multi diligunt *VCpE* 18 diligunt uiam ueritatis *E* uoluptatē *p* uoluntatum *V* 19 sed qui *V* hereticorum *VR* 22 dicturus sponte erat *V* 23 et uita *RpE* est *om. C* quod *om. C* in *om. Cpb* 25 uitam *ex* uiam *m. 1 R* 26 et *om. R.*

oblitus. nobis enim hæc ad cognitionem posterius dicta sunt; sed propheta in his et uiuit et loquitur.

10. Cohæret autem sibi doctrinæ et confessionis propheticæ sermo; ait enim: adhæsi testimoniis tuis, domine, noli me confundere, quia ueterum et anteriorum peccatorum ueniam testimoniis domini adhærendo sit meritus. scit enim uerbis dei dictum esse: ecce deleam ut nubem iniustitias tuas et tamquam nebulam peccata tua. dominus potens est omnia ea. quæ in nobis pudoris et confusionis sunt, amouere, si et nos dicere cum libertate possimus: adhæsi testimoniis tuis. his enim adhærentes a confusione pudendorum et anteriorum criminum liberamur.

11. Sed concluduntur omnia suo ordine. suis rebus. superius enim ait: uiam iniustitiæ amoue a me, deinde subiecit: uiam ueritatis dilexi, tertium id sequitur: adhæsi testimoniis tuis. nunc deinde ita finit: in uia præceptorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. per gradus ad id uentum est. uiæ iniquitatis amotæ, uiæ ueritatis dilectæ testimoniorum indiuisibili societate, ut in uia mandatorum dei curreretur. sed uia, quæ ducit ad uitam, et angusta et tribulata est; angusta, quia diligenter et caute in ea ingrediendum est; tribulata, quia per multas tribulationes et passiones aditur. et insolens propheta existimabitur, qui se hanc uiam currere glorietur?

12. Meminit autem inter innocentiæ studium et humilitatis confessionem sermonum suorum moderandam esse uirtutem.

17 Esai. XLIV, 22.

1 enim et ad *V* cognitionem = = posterius *R* cogitationē posterius *V* 3 coheret *VR* 4 adhaesi testimoniis tuis *h. l. om. VRCp sed cf. quae secuntur* 7 dī *V* dī *ex* uobis *uel* uerbis *corr. m. 1 R* ecce *add. m. 2 V* 8 nebula *R* 9 ea *om. VC* quae nobis *Cph* pudori et confusioni *ph* & *supr. scr. m. 1 R* 10 sint *V* 11 a confusionē *V* confusione *R* 13 sed *add. m. 2 V* noncluduntur *R* 14 *post* amoue a me *R add.* & in lege tua miserere mei 15 adhaesit *C* 16 tuis *om. C* finit *ex* fiet *m. 2 V* 17 per grado *R*[1] 18 id *ex* in *R* uiam iniquitatis *C* 20 sed = = uia *R* ad uitam ducit *VCpE* 21 angusta *ante* quia *om. R* in ea *om. R* 23 uiam (tam *α*) hanc *E* 25 inter *add. m. 2 V* 26 confessione *R*.

idcirco, posteaquam dixerat: in uia mandatorum tuorum cucurri, hoc addidit: cum dilatasti cor meum. dilatatum est cor, quod per fidem capax doctrinæ dei panditur. et hoc de credentibus dictum est: et inhabitabo et inambulabo in his. cor igitur dilatatur, in quo sacramentum patris et filii residet, in quo capaci habitatione sanctus spiritus delectatur. meminit et Salomon dicens: sapientia in exitibus canitur, in plateis cum libertate agit. uerbi utriusque huius latinitas nostra uel obscuritatem nobis adfert uel alterius intellegentiæ opinionem præbet. nam quod nos in exitibus dicimus, græcitas ex hebræo ἐξόδους transtulit. et exodum proprie est, ubi ex multis angustis uiis in unam patentem uiam coitur. quod uero nos plateas nuncupamus, eodem nomine græcitas nuncupauit. sed plateas latitudines esse græcus sermo designat, et nos putamus has esse urbium uias. ergo sapientia, quæ Christus est, in uia illa, in quam nobis ex multis egressus est, canitur; in latitudinibus autem cum libertate agit, in quibus non solum habitare, sed etiam deambulaturam se esse promisit. ergo uiam domini propheta libere currit, posteaquam dilatato corde esse cœpit. non enim ante potuit uiam dei currere, quam ipse ille digna et ampla dei efficeretur habitatio. amen.

4 II Cor. 6, 16. 7 Prov. I, 20.

5 in eis *pb* in *ex* cuin *m. 1 V* 6 resedit *R* spiritus sanctus *E* 7 solomon *V* 9 huius *om. R* aufert *p* 11 ΕΞΟΔΟΥϹ *V* ΕΞΟδΟΥϹ *R* eZOdOYC *C* ΕΞΟδΟΥ̇Ϲ *p* & *supr. scr. m. 1 R* 12 exodum *VC* exodū *Rp* exodus *E* (*an* exodium?) proprii *R* proprium *V* angusti == s *R* angustiis *V* 15 has *add. m. 2 V* 16 ī uiam illam *V* in qua *E* 18 deambulaturum *V* ambulaturam *Cp* 19 se esse *ex* sese *m. 2 V* 21 illi *C* deo *VCpE* 22 amen *om. VCp* Littera IIII explicit incipit littera V feliciter Scribit Antiquarius Eutalius (*cf. etiam Reifferscheid Bibl. it. I, 94 adn.*) *V* Finit Deleth IIII. incipit V. *C* Fin. Deleth lit. IIII incip. He lita V *p*.

HE.

Legem statue mihi, domine, uiam iustificationum tuarum et reliqua.

1. Inusitatam ac nouam deprecationem prophetæ in primo quintæ litteræ uersu inuenimus. ita enim cœpit: legem statue mihi, domine, uiam iustificationum tuarum; sed rationem consequi uersus huius ex latina interpretatione difficile est. per condicionem enim communis sermonis nostri non ita absolute potuit uirtus uerbi et hebraici et græci explicari. Græci namque ex hebræo transtulerunt: *νομοθέτησόν μοι, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου*. orat enim in hoc uersu, ut sibi lex statuatur iustificationum; et quod græce est *νομοθέτησον*, ad eiusdem sensus intellegentiam latinitas explicare non potuit. propheta ergo orat, ut uiæ iustificationum suarum legem sibi dominus constituat, id est, ut qua lege uiam iustificationum dei adeat, intellegat et sciat. non enim uiæ tantum ait, sed iustificationum uiæ postulat legem.

2. Et quæ tandem iustificationum uiæ lex erit? nam in communibus et in terrenis uiis legem meminimus esse in spatii

2 legem pone *h. l. VRC sed. cf. lin. 5* uiae *h. l. Vp sed infr. et V* uiam; *et ita Hilarium sacrum textum legisse non solum consensus optim. codicum in seq. et textus graecus monstrare uidetur, sed ipsa etiam Hilarii explicatio; nam ibi primum de difficultatibus huius interpretationis latinae loquitur, deinde ipse uim uerborum graecorum lucidius latine exprimere conatur in sua explicatione* uiam *in* uiae *mutans* 5 quarte *p* uersu *om. V* 6 uiam *VRe* uiae *Cpb* 7 interpraetatione *R* interrogatione *V* 8 sermonis nostri communis *pb* 9 ex hebreici *V* 10 NOMOYЄTHCON MOY KYPIЄ TON OΔON ΔIKAIωMATONCOY *V* NII MOЄIN CON MO IRIPTЄIN NODONI VINδIKARIVM ΛЄCNIM *R om. Cpa* (*itaque, nisi omnia fallunt, Hilarius in textu graeco legit νομοθέτησόν μοι cet.: et quod a nobis facile redditur* „bestimme mir durch ein Gesetz den Weg deiner Satzungen", *postea ipse latino sermone lucidius, quam uersio latina antiqua, interpretari studet his uerbis:* orat, ut uiae iustificationum suarum legem sibi dominus constituat. *sic omnes dubitationes apud Bened. et Sabatier tolluntur.*) 12 quod — (d *ex* a *uel* u *corr. m. 2?*) *R* NOMOYΘЄTHON *V* NOMOTЄTЄCON (ЄCON *in ras. 3*) *R* NOMOO ЄT NON *C* NOΜOΘ&non *p* 13 eius *V* 15 uiae *V* 16 adeat et intellegat *C* et *ante* sciat *om. R* 18 iustificationis *RCe* 19 et terrenis *pE* spatii mensuris (*om.* in) *V* in spatiis mensuris *C* in spatiis mensuras *pE*.

mensuris, cum passuum mille interuallo quædam legis uiæ signa statuuntur, cum mansionum requies disponitur, cum usque ad urbem refectioni uiantium congrua rursum mansionum interualla dimensa sunt. sed etiam tum, cum ex Aegypto populus per rubrum mare pedes transiit, legem quandam uiæ fuisse meminimus ei non humani arbitrii iudicio, sed diuini constitutam in columna ignis et nubis. nam cum oporteret populum iter agere, columna ignis nocturno tempore anteibat, de die uero columna nubis. at cum placitum deo fuisset diu in iisdem castris populum contineri, columna neque ignis noctu prouehebatur neque nubis de die anteibat. legem itaque hanc uiæ statuit. et si diligenter stationes eas mansionesque castrorum et condiciones locorum, quæ Exodo continentur, retractemus, magna in ipsis cælestis itineris mirabilia cernemus. ob quod frequenter propheta orauit dicens: considerabo mirabilia de lege tua. sed iam non istis se uiæ legibus contineri propheta orat; non enim uiæ legem, sed uiæ iustificationum poscit.

3. Scit esse uiam testimoniorum, cum dicit: in uia testimoniorum tuorum delectatus sum. scit esse uiam præceptorum, cum ait: in uia præceptorum tuorum cucurri. nouit esse uiam legis, cum beati sint, qui ambulant in lege domini. scit esse hanc uiam iustificationum

15 Ps. CXVIII, 18. 18 Ps. CXVIII, 14. 20 Ps. CXVIII, 32. 21 Ibid. 1.

1 uia *V* 2 statuantur *Cp* cum — disponitur *om. Cp* 3 refectione *Re* refectionis *C* interuella *C* 4 dimēsa *V* dimesa (n *supra* e, e *i. ras.*) *R* sint *p* 5 uiae *om. p* 6 et non *VRCe* constituta *R* in colūnam (m *supra* a) *V* 7 et nubis — columna ignis *om. R* populo *Cp* 8 de die *VRCp* (*cf. Draeger Synt. p. 628*) die *e* sed die *b* 9 ad cum *V* placito deum *R* diu in hisdem *VRpe* et diuino hisdem *C* 10 prouehibatur *ex* prohibatur *m. 1 V* 11 nubes *V* die *ex* dic *m. 3 R* uia *V* 12 si *supr. scr. R* stationes *ex* stationis *R* mansionesque *ex* mansionesquae *VR* 13 magna *om. Cp* 15 propheta frequenter *C* considerabo *ex* considera *m. 1 V* 16 non iam *CpE* issti sae (s *supra*) *V* legis *VRC* *cf. Acad. p. 31* 17 sed uiae iustificationē *C* sed uiam iustificationum *Re* sed iustificationum *V* poposcit *Vpe* 18 esse uiam iustificationum *R* cū dicit *supr. scr. m. 1 R* 19 tuorum *om. R* delectasum *C* 20 cum dicit *C* uiam (*om.* in) *pE* tuorum *om. RC* 21 sunt *pE*.

de qua nunc deprecatur. scit etiam esse uiam in prophetis, scit esse uiam in euangeliis, scit esse uiam in apostolis, de quibus sæpe testatus est. uult ergo per legem uiæ huius usque in perfectam illam uitæ uiam tendere. plures enim sunt hæreticorum, qui uiam legis inprobant, plures qui prophetarum, multi qui euangeliorum, multi qui apostolorum. scimus enim quosdam non omnibus his uiis esse contentos. sed scriba doctus nouit diuitis patrisfamilias exemplo de thensauris proferre uetera et noua. hanc igitur iustificationum uiæ legem propheta desiderat. lex enim iustificationum quibusdam religiosi cordis disciplinis continetur et intra fines nos constitutionis suæ, quibus se uteremur, artauit, ne excedentes eos ad opiniones hæreticæ intellegentiæ euagaremur. non uult igitur ab ea lege excedere, quam constitui sibi orat.

4. Sed in quam causam hanc legem orat institui? scilicet ut exquirat eam. lex erat iustificationum per Moysen scripta, et hanc propheta operibus exercebat. non ergo hanc statui sibi orat, quæ iam statuta erat et ab eo religiose agebatur, sed eam, quam optat inquirere. quid ergo optat inquirere? finem scilicet legis. et quis erit finis legis? apostolum audiamus: finis enim legis Christus est. sed per has iustificationum uias, quibus statuta lex fuerit, finem legis optat exquirere, neque solum exquirere, sed semper exquirere. ait enim ita: exquiram eam semper. officium exquirendi non suffecerat per uoluntatem, nisi etiam indefessa ab eo temporis continuatione gereretur.

8 Matth. XIII, 52. 21 Rom. X, 4.

1 depraecatur *R* praecatur *V* 4 perfectam *ex* fectam *m. 2 V* uiam teneri *C* 5 hereticorū *VR* probant *CpE* 6 scimus etiam *E* 8 diuitis *ex* de diuitis *R* patrisfamilię se exemplo *Cp* 9 noua et uetera *V* uiae legem — iustificationū *in marg. add. m. 1 R* 10 desideserat V^1 11 finis V^1 12 excidentes *R* opinionis *V* 18 erat *om. R* 20 et qui *C* 22 optat perquirere *V* 23 ita enim ait *VCpE* 24 ut quiram *C* et exquiram *pE* 25 per uolūtatum V^1 26 *pE post* gereretur *inser. v. 34:* da mihi intellectum et scrutabor legem tuam et seruabo eam in toto corde meo.

5. In prouerbiis Salomonis scriptum meminimus: inintellegenti sapientiam interroganti sapientia deputatur. quo sensu id ostendi uidetur, quod, qui non intellegat et sapienter interroget, sapere credatur. hoc itaque eo proficit, quia propheta in lege manens et secundum apostolum Hebræus ex Hebræis octauo die circumcisus et secundum genus ex tribu Iuda et secundum gratiam corporeæ unctionis et rex electus et Christus et secundum sacramentum dominicæ natiuitatis dignus, cuius filius Iesus Christus esset, tamquam peregrinus legis orat: da mihi intellectum, et scrutabo legem tuam et seruabo eam in toto corde meo. nondum ergo seruat, nondum scrutatus est, nondum intellegit. non ergo de ea lege loquitur, in qua natus est, eruditus est, operatus est, propheta. sciens itaque primam partem esse prudentiæ, ut quis, quod non intellegit, sapienter interroget, ut, quod ignorat, intellegat: idcirco intellectum ut accipiat rogat: sciens uero adepto spiritu intellegendi studio opus esse scrutandi ait: et scrutabo legem tuam. scrutationis autem fructum in repertæ rei custodia esse cognoscens dixit: et seruabo eam. intellegens uero perfectam custodiæ diligentiam in toto esse cordis officio consummauit omnem sermonis sui ordinem dicens: da mihi intellectum et scrutabo legem tuam et seruabo eam in toto corde meo.

1 Prov. XVII, 28 (LXX). 6 Phil. III, 5.

1 solomonis *V* inintellegenti sapientiam *scripsi* (*ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι σοφίαν LXX*) inintellegentia pientiam *V* inintellegendo sapientiam *Rb* inintellegendum sapientiam *C* intelligendo sapientiam *p* ignorando sapientiam *e* 2 roganti *C* sapient int roganti *p(A)* sapienter interrogantibus *e* sapientia deputatur *ex* sapientiam *corr. m. 2 V* 3 quod *ex* quid *V* 4 sapere credatur *in marg. infer. add. C* profecit *V* 6 octaua die *E* octaui diei *VC* circumciso *C* circumcisio *V* 7 gratiā *V* gratia *R* 8 et sacramento *Cpe* 9 ihs xps *V* christus *R* 11 scrutabor *RCpE* 12 *inter* ergo *et* seruat *4—5 litt. eras. R* 14 in qua eruditus est *V* profetat *VR* 15 ut quisque *V* non *add. m. 2 V* sapientes *b* et quod *RpE* 16 ignorabit *V* (*fort. legendum* ignorauit) 18 et *om. V* scrutabor *RCpE cf. Sabatier II, 235* 19 fructum repertae rei custodiam esse *b* fructum (fructus *C*) huius rei custodiam esse *Cpe* et scrutabo(r) eam *R* 20 perfecta *V* 21 consummabit *R* omnis *C.*

6. Sed quid tandem istud est, quod intellegere optat, quod scrutaturum se et seruaturum toto corde promittit? meminit namque non otiosos dies sex Moysi libro in mundi huius operatione monstrari. scit non superfluam esse diei septimi requiem. recordatur in mensis noui religione sacramentum festiuitatis cælestis tamquam in speculo figurari. nouit annum illum, quo post sex annorum seruitutem liber Hebræus est, quo post multam operationem terra requiescit fructibus eius relictis proselyto pauperi et bestiis terræ, quo et debita uniuersa Hebræis omnibus remittuntur. quinquagesimi quoque anni leges concupiscit scrutari; uult, quæ sit in primo mense decimi diei usque in quartam decimam et deinde usque in uicesimam primam religio. illam quoque septimi mensis cogitat sollemnitatem, cuius memoriale in tubis est, decimi quoque diei in eo placationem et post quintam decimam in tabernaculis dierum octo lætitiam, quomodo ex his et sancta prima et octaua sit sancta. scit circumcisionem primam fuisse, scit et iteratam per Iesum esse gestam. azyma sancta desiderat, laetari pascha concupiscit, de qua in agni ipsius immolatione scriptum est: h æ c e s t p a s c h a d o m i n i. terram repromissionis, terram fluentem lac et mel scit nondum uere a populo, qui secundo est circumcisus, obtentam. ob hæc igitur intellectum

5 cf. Exod. XXIII, 16. 7 cf. Lev. XXV, 4 sq. 18 Ios. V, 2. 20 Exod. XII, 11.

3 sex *om.* *Cpe* moysi (ss. iii) ≡≡≡ (i *ex* e *corr.* *m.* *1*, *eras.* s in) *R* 4 monstrare *V* superfluum *V*[1] 5 in *eras.* *R* mensis noui religionē *V* mensis (ss. VII) ≡≡ religionē *R* sacramenti *R* festiuitatis *ex* festiuitates *corr.* *m.* *1* *R* 6 caelestes *R* 7 post quo multam *R* 8 requies scit *R* 9 proselito *Cp* prosilito *R* 10 hebreis *VR* quinquagensimi *V* 11 leges *ex* legis *m.* *1* *R* legis *VC* 12 uicensimam *V* 13 ≡≡ illaṁ (*eras.* et?) *R* 14 memoriale *ex* nemomale *m.* *2* *V* 16 et sancta et prima *corr.* *m.* *2* *V* et octaua sit scā (sc *in ras.*) *R* 17 scit *ante* circumcisionem *om.* *R* scit *ex* sit *m.* *2* *V* 18 gestam *ex* testam *m.* *2* *V* azima *RCp* 19 letare *p* litare *E* de quo *CpE* in agni *ex* magni *p* igni *V* 20 hoc est *CpE* terrae repromissionis *R* in terram repromissionis *C* 21 lac (ss. te) et melle *R* 22 secundo *ex* secundū *m.* *2* *V* circumcisio *V*[1] ob hoc *R* intellectu *R*.

orat; hæc intellegens scrutaturum se pollicetur; hæc scrutans seruaturum se professus est; hæc seruans in toto corde custodiet.

7. Post quæ sequitur: deduc me in semita mandatorum tuorum; quia ipsam uolui. et in hoc nunc uersu sermonis uirtus non proprie per condicionem translationis expressa est. nam id, quod nostri ita dixerunt: deduc me in semita, græcitas sic locuta est: ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ. et id, quod cum illis τρίβος dicitur, trita et frequentata discursibus semita intellegitur; nobiscum autem semita dici potest et esse semita et esse non trita. ergo quia græcitas utrumque eadem nuncupatione amplexa est, nos quoque ita sentiamus et semitam eandem sciamus esse, quæ trita est.

8. Et obseruandum est, quod hic non legis, sed mandatorum semitam esse dicat. uia enim legis a Moyse gradientes, postquam ipsa constituta est, habuit. ceterum mandatorum idcirco semita est, quia in mandatis dei iam a sæculi institutione percursum sit. in hac enim semita et Abel cucurrit et Seth institit et Enoch placuit et Noe reseruari meruit et Melchisedech et benedicere potuit et decimas accepit et Abraham amicus dei est et Isaac heres est et Iacob Israhel est et ex Iuda expectatio gentium est et Ioseph in testimonio positus est et Iob a lege liber de hoste legis triumphat et Hebræum

1 haec scrutatus seruaturum *pE* 2 haec scrutans in toto *C* 3 post que *V* post *Cpe* in semitā *R* 4 tuorum *bis scripsit V*[1] *om. C* ipse *h. l. V, sed cf. p. 405, 22* nunc *add. m. 2 V* 5 expressum est *V* 6 dixere *E* in semitā *R* 7 ΟΔΗCΗCΟΝ ΜΕΕΤΡΙΒΟΥC *V* οδιιſCΟΗΜ CΕΝ ΤΡΙΒΟR *R* οdΗΙΝCΟΝΜe eΝ τγΒλΥ *C* οδΝΙΝCΟΝΜΕΕΝΤΡΒλΥ *p (Ex quibus elucere uidetur Hilar. ἐν τρίβῳ non ἐν τῇ τρίβῳ legisse, cf. Tischendorf II, 98 adn.)* 8 quodcumq: illis *C* ΤΡΙΒΟΥC *V* τιboc≡≡ *R* ΤΡΒΟC *Cp* dicitur *ex* discitur *m. 1 V* ditur *R* freq̃.tata *V* 9 semita semita dici potest *V* semita potest *p* 10 gr̃cit̃ *p* graecitatis *V* 11 nuncupatio *V* conplexa est *VpE fort. recte*, conplexe *C* 12 sciamus eandem esse *V* equidem sciamus esse *e* 14 moysi (*om.* a) *pe* gradiẽtis *ex* gradiẽtes *m. 2 V* gradienda ẽ *pe* 15 constita *V*[1] habuit — idcirco semita est *om. Cpe* 16 iā *supr. scr. m. 1 R* a *om. C* 17 percussus sit *C* perrectum sit *pE* 20 et isac *V* et isaac — israhel est *om. Cp* et *ante* ex iuda *add. m. 2 V* 21 et iosue *Cp* in testimonium *pE* 22 et *ante* iob (iob *ex* ob *m. 1 V*) *om. VCpE.*

Moyses uindicat et Iesus secundo Israhel circumcidit et Samuel dignus in unguendo rege deligitur.

9. Et nunc in hac orat se hic et unctus et rex et propheta deduci. scit enim inbecillam sibi esse naturam, neque se posse hanc semitam sine duce adgredi. dux enim est omnibus hac semita pergentibus deus. dux enim est, cum dicitur: retro post dominum tuum ambulabis et ad eum adhæreto, et rursum: retro post eum ambula, quoniam ipse te deducit. deducit autem, cum ait: qui non tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non est me dignus. deducit etiam, cum prior omnem euangelicarum passionum semitam triuit. si istam apostoli docent, ille prior docuit; constituit enim sapientia amicos dei et prophetas. si iuste hinc aliquid geritur a nobis, princeps iustitiæ nostræ est; est enim ipse iustitia. si ob fidem ad terrorem flagellamur, flagellis ille dorsum suum præbuit. si alapis ad iniuriam cædimur, has ille suscepit. si in contumeliam conspuimur, faciem suam ille non auertit a sputis.

10. Dux in omnibus ille est: sed dux est diligentibus legem, quam superius se toto in corde custoditurum propheta professus est. non enim hic secundum sermonem græcitatis, cum dicitur: quia ipsam uolui, ad semitam mandatorum referri potest; quia in græco, ubi feminino genere semita scripta est, id, quod uelle se ait, masculino genere pronuntiat dicens:

6 Deut. XIII, 4. 9 Matth. X, 38. 13 Sap. VII, 27. 15 I Cor, 1, 30.

2 diligitur *V* 3 ĩ hanc *V* 4 deducit *V*¹ 5 adgraedi *V* dux enim est — pergentibus deus *om. pe* ac semita *VR* 6 retro post dominum — et rursum *om. Cpe* 7 post dõn tuum ambulabis *V cf. Sabatier I, 353* post dominum deum tuum ambula *Rb* adhereto *V* adereto *R* 8 post eum ambulabis *pe* 9 te deducet *pE* te ducit *R* 12 tribuit *R* si istam *scripsi* istã *R* si *VCpE* prior ille *VCpE* 14 hic (n) *R* nunc *VCpE* nobs (i) *R* iuste — princeps *om. V* 15 nostrae est enim *corr. m. 1 R* nostra est et enim *m. 2 V* iustitiae *V* 17 si in (i *ex corr. part. in ras.*) *R* 18 ab *C* 19 illis *uocibus* est sed dux est *omissis R* dux est *ex* dux *m. 2 V* 20 propheta *om. VRCp sed cf. Acad. p. 21* 22 ferri *RC* 24 id quod uellet masculino *pE.*

ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὸν ἠθέλησα. lex enim feminino a nobis genere nuncupatur, quæ græce νόμος dicta, ob quod ab his masculino enuntiatur. et cum illic feminino semita nuncupatur, id, quod uoluit, ad id refertur, quod per masculinum genus græcitatis proprietate memoratum est.

11. Sed sequitur nunc: inclina cor meum in testimonia tua et non in utilitatem. omnia propheta ad munus dei rettulit, siue ut lex uiæ iustificationis statuatur a domino, siue ut sibi intellegentia præstetur, siue ut deducatur in semita, siue ut cor eius in testimonia inclinetur, id est in ea, quæ sub testibus scripta sunt. teste enim cælo et terra lex tradita est.

12. Sed forte per hanc prophetæ religiosam modestiam quisquam impie loqui ita audebit: si, inquit, omnia a deo sunt, humana ergo ignoratio caret culpa, cum nihil obtinere possit, nisi quod donatum a deo sumpserit. et primum hoc impietatis est uoluntas, existimare idcirco se ea, quæ sunt credentium propria, non consequi, quod sibi a deo indulta non fuerint. sed omnem occasionem huius impiæ excusationis propheta submouit. primum enim, cum orat, conueniens infirmitati suæ egit officium; dehinc dei muneribus humanæ deuotionis studia conexuit. cum enim ait: legem statue mihi, domine, uiam iustificationum tuarum, quid secundum orationis

1 ΟΔΗϹΗϹΟΝ ΜΑΙΕΝΤΡΙΒΟΥϹѠΝΕΝ ΤΟΑΥϹΟΕΟΤΑΙΟΝΗΘΥΑΗϹΑ *V* οδΝΫΗϹΟΝ ΜΑΤΕΝΤΡΙΒΟΥ ΤΟΝΕΝΤΟ ΑѠϹΟΫ ΟΤΥΑΤΙΟΝ ΝΟϹΑ *R om. Cp (p in marg. scr.* deē grc) 2 feminino genere a nobis *VCp* nuncupata est *V* quae *om. V* 3 ΝΟΜΟϹ *V* ΗΜΟϹ (Η *in uersu ineunte add. m. 3*) *R* dicta *ex* dicita *R* (*fort.* dicitur?) dicta est *pE* — ob quod *R* oob quod *V* quod *E* auiis *V* genere masculino *E* illuc *p* 4 feminino genere *E* nuncupetur *VCpE* 5 masculinum *ex* masculinom *VR* 6 sed *om. VCpE* 7 in utilitate *R* in inutilitatem C^2p omni *C* 8 ut *om. V* uiae *supr. scr. m. 1 R om. pe* iustificationum *pE* (*fort. recte*) sibi statuatur *pE* 10 in semitā *RC* 11 quae *ex* q. *m. 2 V* 13 quisque *V* 14 inquid R^1C 15 ignorantia *VCpE* culpam *V* 16 et *supr. scr. m. 1 R* 17 uolumptas *R* uoluntatis *V* idcircū *R* 18 fuerit *V* 19 huius *ex* cuius *R* submouet *V* 20 infirmitatis *C* 22 mihi statue *pE* 23 uiam praeceptorum tuorum *VCp(A)e* quam secundum *C* orationes V^1.

nostræ humilitatem dei esset, ostendit. cum autem subiecit: et exquiram eam semper, officium deuotionis suæ protulit. et in ceteris utrumque quoque quodam conplexu sibi inuicem conligauit: cum deduci se in semita postulat et cum id ipsum uoluit. prius enim, quæ a deo sunt, cum honore præposuit; et tunc, quæ hominis sunt, cum humilitatis atque officii sui confessione subiecit. orat igitur, ut deus tribuat. a nobis est ergo, cum oramus. exordium, ut munus ab eo sit; dehinc, quia de exordio nostro munus eius est, ex nostro rursum est, ut exquiratur et obtineatur et maneat.

13. In eo autem, quod ita se habet: inclina cor meum in iustificationes tuas et non in utilitatem, quidam ita transtulerunt: inclina cor meum in iustificationes tuas et non in auaritiam. id, quod in hebræis codicibus continetur, ambigua in definitione utrique intellegentiæ oportunum est. sed nos, sicuti oportet, sequimur septuaginta interpretum religiosam et antiquam auctoritatem, ex iudicio tamen ceterorum translatorum proprietatem intellegentiæ cuiusque desiderio coaptantes. cum enim hi dixerint: in utilitatem, illi dixerint: in auaritiam, per idipsum, quomodo utilitas hic nunc sit subiecta, noscetur. nam sæculi homines pecuniam, argentum, aurum et cetera opum instrumenta utilitatem uocant.

1 humilitatem *ex* humilitatis *m. 2 V* humilitate *R* *ante* dei *repetitum* quid *supr. scr. R* esse *VC* 3 quoque utrumque *VCpE* cõplexo *R* 4 conligabit V^1 con≡ligauit *(eras.* c, g *ex* n *corr.) R* in semitã *VR* postulauit *E* 6 et tc̃ q̃ a se cũ *p* et tunc quae cum *C* humilitatis atque officii sui *om. Cp* adquae V^1 *om. R* 7 confusione *R* deus *om. V* tribuat *ex* tribuit *m. 2 V post* tribuat *in R eras. repetitum* a nobis *et spatium uac. 10—12 litt.* est ergo a nobis *pE* est ergo *C* 8 munis *R* et hinc *R* 12 in inutilitatem *Cp* ita *h. l. om. VCpE* 13 in testimonia tua *RE* 14 in auaritia *VR* 15 ambiguo *V* utriusque intellegentiae *pe* opportunum est *R* positum est *Cpe* 16 sicut *VCpE* 17 et antiqua *R* 18 *sic R, nisi quod post* cuiusque *add.* est, *de cuius origine cf. praef., VCpe haec ita habent:* proprietatem intellegentiae huius quae est difficilis captantes (captantibus *C*); *interpolationem iam Bened. senserunt* 19 hi (hii) *post* dixerint *supr. scr. m.? R* dixerit V^1 dixerunt *C* in inutilitatem *Cp et sic infr.* 20 dixerunt *Cp* in auaritia *V* 21 noscitur R^1 hominis R^1 22 utilitatem *supr. scr. R, ex* ĩ utilitatem *corr. m. 2 V.*

ergo cum in dei testimonia inclinari cor suum et non in utilitatem propheta orat, inclinatum in dei testimonia cor ab his sine dubio refert, quæ humano iudicio existimantur utilia. et quidem intellegentiæ nostræ sensum uersus, qui consequitur, confirmat.

14. Ait enim: auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, in uia tua uiuifica me, uanitatem eorum docens, quæ ab hominibus existimantur utilia. et quærendum est, quos oculos et a qua uanitate oret auerti. orat autem et animi et corporis oculos, eos scilicet, qui theatralibus ludis captiui incubant, eos, qui circensium certaminibus seruiunt, eos, qui uestium pretia mirantur, eos, quos auri splendor et gemmarum uarietas occupauit. nisi forte non magis equorum cursu astrorum cursus est gratior, et obscenis illis spectaculorum turpium fabulis non amœnius diuina illa humanæ spei eloquia cantarent; nisi forte huic terrenorum metallorum usu non magis æternitatis repositæ diuitiæ, honor et gloria præfertur, et blandior mihi erit auri species quam hominis et terræ et lucis et cæli. ab eorum igitur uanitatibus auerti oculos et hos corporis sui et illos animæ deprecatur; de quibus obcæcatis beatus apostolus docet, cum ait: in uanitate sensus eorum intenebrati, alienati a uita dei.

15. Et auersorum oculorum a uanitate quod præmium sit, non longe requirendum est. sequitur enim: et in uia tua uiuam. declinandi enim a uanitate sunt oculi, ut nobis in

21 Ephes. IV, 18.

1 inclinari — dei testimonia *om. V* inclinare *C* 2 oret *C* 3 quę *ex* qui *R* 6 uidean^t *V* 7 et in uia tua *CpE* 9 quam *ex* a quam *m. 2 V* uanitatem *V* oret *ex* orat *C* oraret *p* 12 praetia *VR* 13 occupat *pE* cursu *ex* cursus *m. 2 V* cursū *R* astrorum cursus *add. m. 2 V* 14 est *om. V* et *om. V* expectaculorum *R* 15 sperię eloquia *C* cantant^ꝰ *p* cantantur *E* 16 usu *VRC cf. Buecheler — Windekilde Decl. p. 110* usui *pE* 17 diuitiae *om. RC* praeferetur *VCpE* et ablandi^or (ndi *in ras.*) *R* 18 homines *C* 19 uanitatis *V*[1] 20 et animae illos *C* depraecatur *VR* 21 doceat *C* 23 aduersorum *R* uanitatē (*om.* a) *R* quod≡praemium (*eras. una litt.*) *R* quod primum praemiū *V* 24 si longe (*om.* non) *p* longe *e* sequitur enī *supr. scr. R* et in uia tua uiuifica me *Cpe* 25 enim *add. m. 2 V*.

uia dei uita sit: non ea uita, quæ nunc est, sed ea, quæ in cælis reposita est et in Christo absconsa est. ita enim in omni hoc loco propheta locutus est, tamquam uicturus sit et non modo uiuat. erigendi igitur oculi sunt, quibus Christi potius gloria, quam mundi huius inania et uana cernantur. in uia enim dei referentes oculos a uanitate uiuemus.

16. Dehinc sequitur: statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. nouit a plurimis propheta eloquia dei sine metu suscipi. plures enim auditas cælestis eloquii scripturas tamquam fabulam rerum inanium neglegunt et dei uerba, quæ præterire cælo et terra prætereunte non possunt, magno cum periculo inreligiosæ temeritatis inridunt. nouit initium sapientiæ esse dei timorem. nouit in illa septiformis spiritus gratia timorem in postremo tamquam firmamentum eorum, quæ superius sunt dicta, nominari. constitui ergo in se dei eloquia in timore dei deprecatur; quia scit nobis ea eloquia futura esse, quæ tamquam dei timebuntur, utilia. dehinc adiecit: circumcide obprobrium meum, quod suspicatus sum: nam iudicia tua iucunda. propheta in corpore positus loquitur et neminem uiuentium scit sine peccato esse posse. unum meminit esse, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. ergo cum circumcidi a se obprobrium deprecatur, peccatum circumcidi orat. quia peccatum sequatur obprobrium. sed cum circumcidi a se orat,

12 Ps. CX, 9. 21 I Petr. 2, 22.

2 est *post* absconsa *om. pE* in omni hoc psalmo locutus est *pE* 3 & non modo ≡ ≡ ≡ uiuat *R* non modo uiuat *CpE* 5 et bona *V* cernuntur *R* in uitā *VRC sed. cf. supr.* 6 a *supr. scr. R* ≡ uiuimus *R* 7 statue in seruo tuo *pe* eloquia tua *p* 8 a *add. m. 2 V* sini *V*[1] 9 aeloquii *R* eloquiis *V*[1] 10 uerbia *V* 11 caelū et terrā *R*[1] 12 inridunt *VRC cf. Acad. p. 26* irrident *pE* 13 nouit in illa — gratia timorem *om. V* 15 numerari *VCpE* 16 ea nobis *VCpE* 17 amputa *in marg.* aī circūcide *R* 18 oprobrium *ex* oppobrium *m. 2 V* obprobrium *RC cf. ad lin. 23* nā *VR* quia *pE om. C* 19 positus ≡ loquitur *R* 20 & *supr. scr. R* nemo *V* scit sine *ex* scit scit enim sine *m. 2 V* esse posse *ex* esse non posse *R* 21 eminit (m *supr.*) *corr. m. 2 V* 22 dolus inuentus est *pE* ore *add. m. 2 V* circumcidi *ex* cidi *m. 2 V* 23 obpobrium *V* peccata circumcidi *pE* 24 obpobrium *V* cum *om. V* a *add. m. 2 V.*

non tamquam de admisso perpetratoque confessus est, sed quia id per infirmitates carnis suæ in se suspicatur habitare. non enim ait: circumcide obprobrium. quod in me est; sed ait: circumcide obprobrium meum, quod suspicatus sum, suspicionem obprobrii ex conscientia propriæ infirmitatis ostendens. in iudiciis enim multi ad obprobrium resurgent. quæ quia his iucunda sint, in quibus peccati non manebit obprobrium, ipsam illam, quæ in se est, suspicionem a se circumcidi orat obprobrii, ut sibi dei sint iucunda iudicia.

17. Ac ne de admissi peccati conscientia precatus esse existimaretur, orationem omnem, quam sub singulis octonis uersibus defert, hac libertate conclusit: ecce concupiui præcepta tua: in æquitate tua uiuifica me. superius orauit, ut in dei timore dei in se statuerentur eloquia; dehinc, ut a se suspicio circumcideretur obprobrii: nunc concupiscentiam ac desiderium suum erga dei præcepta demonstrat et, ut in æquitate dei uiuificetur, orat; sciens proprium diuinæ æquitatis esse munus, ut uiuificet eum, qui et præcepta dei desiderauerit, cui et circumcisa obprobrii suspicione iucunda iudicia sint et in dei timore dei constituantur eloquia. amen.

1 perp&ra[to]q *corr. m. 1 R* 2 infirmitates *ex* infirmitatis *R* infirmitatem *VCpE* 3 circumcide — sed ait *om. C, p e haec ita praebent:* circumcide opprobrium meum quod perpetraui sed circumcide *cet.* obprobrium ═ ═ ═ ═ ═ quod *R* obprobrium (obpobrium *V*) quod *VC* 5 et conscientia *VC* proprie *VR* 6 in iudicio *V(r)* [re]surgent *R* 7 his *ex* is *m. 2 V* 8 ipsam *ex* in ipsam *R* suspicionem et a se *C* 9 orat obpobrium V^1 10 ac *ex* hac *R* admissa *pe* praecatus *VR* esset V^1 11 circūcisionē omnem *Cpe* 12 defertur *V* ac libertate *C* 14 ut *add. m. 2 V* timorē *VRC sed cf. supr.* rtatuerentur *V* 16 ac *R* ad *V* 17 in aequitatem *C* dei ═ ═ ═ uiuificetur *R* 19 circum ═ — ═ cisa *R* 20 in dī timore dī constituantur *VR* in timore dei constituantur *Cp* in timore dei in se constituantur *E* amen *om. VCp* Littera quinta explicit incipit littera VI *V* Finit *R* Finit in christo iesu dño nro. Fin. He lit. V. incip. Vau lit. VI. *C* Finit litta V. incip. Vau lita VI. *p*.

VAU.

Et ueniat super me misericordia tua, domine, salutare tuum secundum eloquium tuum et reliqua.

1. Plures secundum apostolum sunt, qui sapientiam sæculi sequentes sapientiam dei reprobauerunt, ob quod stultam fecit deus sæculi sapientiam. quid enim infidelibus stultius est, qui præter illum communem inreligiosorum errorem etiam hoc adiciunt piaculi, ut diuina scripturarum eloquia putent perfectæ doctrinæ carere ratione? et quia pro impietate ingenii sui diuinorum dictorum capaces esse non possunt, ad contumeliam cælestium uerborum pro excusatione hebetudinis suæ prorumpunt dicentes, nihil in his rationabile, nihil esse perfectum, uolentes ea, quæ a se dicantur, sola esse erudita et doctrinis ueræ prudentiæ expolita: stulti deo negantes, quæ adsumere ipsi sibi audent. nec mirum est, si inreligiose de his opinantur, quorum pecudeæ hebetudinis modo intellegentiam non consequuntur. uerum quamuis in eo sermone, quem superius habuimus, his, qui sapientiam dei sequuntur, cognitam dictorum cælestium perfectionem existimem, nihilque ideo esse, quod non consummatum atque omni ex parte perfectum sit, tamen id quoque etiam in his sextæ litteræ uersibus absolutius licebit intellegi.

2. Post superiorem enim sensum ita loquitur: et ueniat super me misericordia tua, domine, salutare tuum secundum uerbum tuum. misericordiam itaque primum deprecatus est, dehinc salutare. salus enim nostra ex misericordia dei est, et bonitatis suæ hoc munus in nobis est: et

2 et *h. l. om. VR, sed cf. lin. 22* domine *h. l. om. V* 3 salutare tuum et eloquium tuum *h. l. V* 4 saeculi — sapientiam *add. m. 2 V* 6 infidelius stultiusue *V* 8 ^{a}diciunt (unt *i. ras. 3) R* scribturarum *V* aeloquia *R* 11 hebetudinis *ex* habetudinis *m. 2 V* hebitudinis *RCp et sic infr.* 13 et doctrinis uere prudentiae expolita *R* et doctrinae suae prudentia expolita *Cpe* et doctrina et uere prudentiae spoliata *V* 15 inreligiosae *VR* eis *p om. C* 16 pecudū *V* pecude̜ *p* consequantur V^1 18 his *om. R* 19 existiment *R* existimant *V* ideo *scripsi cf. Acad. p. 22* ineo *VRC* eorum *p* 20 adquae V^1 ex omni parte *VCp* 21 adsolutius V^1 23 d^{e}ōn (e *add. m. 2) V* 25 depraecatus est *VR* et misericordia *V.*

inde cœpit oratio, unde et salus inchoat deprecantis. dehinc, ne ex incerta et inopinata spe precari propheta existimaretur, primum misericordiam, dehinc salutare commemorat, tum tertio subiecit: secundum uerbum tuum, ut hanc orandi fiduciam proficisci secundum uerbum dei, id est ex doctrina legis ostenderet.

3. Post hunc itaque perfectæ orationis ordinem id sequitur: et respondebo exprobrantibus mihi uerbum, quia speraui in uerbis tuis. tenet ordinem ratio perfecta: si, inquit, in me ueniat misericordia tua et salutare tuum secundum uerbum tuum et a te fuero misericordiam consecutus et a te conseruatus, ut spopondisti, consequens erit, ut his, qui insipientiam mihi et errorem spei et uerbum hoc, quod in te spero, exprobrant, respondeam. quid itaque aduersus hanc prophetæ responsionem exprobrare inreligiosa mens poterit? misericordia primum oratur a deo, salus etiam expectatur a deo; deinde eam spopondisse per uerbum suum deus ostenditur. concluditur itaque exprobrantium impietas ab his, qui in dei uerbis sperant: cum quando deus prædicatur, et misericordiam et salutem ab eo credentium fides sperat, et doctrina hæc spei nostræ sit, ut oratus et misereatur et saluet.

4. Dehinc sequitur: et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque nimis; quia in iudiciis tuis speraui. accipiat humana insolentia humilitatis modestiæque doctrinam. prius propheta concedi sibi orat, quam se id mereri, ut obtineat, ostendit. omnia uult a bonitate dei in se inchoari;

1 incoat *ex* incoae *m. 2 V* depraecãtis *VR* 2 et ex inopinata *Cp* et ex opinata *V* praecari *VR et sic saepissime* 4 ut hanc *om. V* 5 secundum doctrinam legis *Cp* 6 ostenderet *ex* ostenderit *R* 7 post hunc igitur itaquae perfectae *V*[1] 9 sperabi *V*[1] perfectae *V*[1] 10 eueniat *V* ueniet *p* uenerit *E* & a salutari (& a *in ras. 3*) *R* tua = *ex* tuu = *R* 11 et an te conseruatus $\overset{t}{u}$ *V* 12 qui *add. m. 2 V* 13 insipientiamihi *R* et terrorem *V* 14 respondeant *V* quid *add. m. 2 V* 15 irreligiosa *pE* 16 misaericordia *R et sic fere semper* 17 deinde etiam *C* deinde cum *V* & inde eam *p* et deinde eam *E* 18 dĩ *add. m. 2 V* 19 cum quando et ds̃ *V* precatur *E* 20 fides *ex* fidis *R* 22 $\overset{\&}{ne}$ *R* 24 modestiaequae *VR*[1] 26 optineat *R* obtineat id *V* id se inchoari *V*.

nec tamen causam fiduciæ suæ subtrahit. ait enim: et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque nimis. in quo primum maiestatem eius confitetur, qui semper orandus est; dehinc se non ex inani sperare subiecit dicens: quia in iudiciis tuis speraui. humanæ autem temeritatis est hic mos se prius ad obtinendum aliquid, meritum quam mereatur, ingerere et eum, a quo quid postulet, tamquam ex officii debito conuenire.

5. Sed non sufficit nobis, ut modestiæ tantum tenuerit prophetа rationem; collocationes etiam uerborum uirtutesque noscendæ sunt, cur ita dixerit: et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque nimis. omne oris officium cordis sensui motibusque famulatur. et cur propheta, ne ab ore sibi uerbum ueritatis auferatur, orat, uersus istius consequentia docent. non enim metum hunc prophetæ fuisse existimandum est, ut sibi ueritatis uerbum ex corde uereretur auferri; ait enim: quia in iudiciis tuis speraui. sperans ergo in iudiciis dei uerbum ueritatis de corde sibi non metuit auferri. scit autem quædam esse peccata, quæ ex ore uerbum auferant ueritatis. peccatori enim dixit deus: quare tu narras iustificationes meas? non enim ait: quare inmemor es iustitiarum mearum? sed monuit eum, qui in peccato mansisset, prædicationis officio abstinere. uult enim liberum a crimine esse doctrinæ cælestis prædicatorem, uult eloquia sua casti corporis casto ore tractari. cauendum igitur est, ne quando ex ore nostro uerbi ueritatis auferatur eloquium. hinc illud est quod apostolus monet: noli neglegere, quod in

20 Ps. XLIX, 16. 27 I Tim. 4, 14.

1 et ne *ex* et me *m. 2 V* ne *R* 2 aufertas *V* auertas *R* 6 mos se *scripsi* mos est *V* mos *RCpE* ad optinendum *RCp* 7 ingereretr et eum *corr. m. 2 V* 10 collocationis *V* conlocationes *RC* 11 qur *R* et ne *ex* et bene *m. 2 V* 12 usquaequamque *V*[1] horis officiō *R* 13 sensu *C* 14 ueritatis suae auferretur *R* 18 dei *supr. add. p* 19 scit *ex* sit *m. 2 V* 20 peccatori autē *V* enarras *RCpE* 21 iustitias *RCpE* 22 sed peccatorem monuit eum *CpE* 23 officio = *ex* officiu ≡ *R* 25 castis corporib. *V* a casti corporis *CpE* tractari *ex* tractare *m. 1 R* 26 ex ore uestro *V* aufereatur *corr. m. 1 V* 27 illut *V*.

te est charisma, ne per neglegentiam ac desidiam indigni prædicatione uerbi dei simus.

6. Sed propheta non audet in tantum se a peccato liberum effici uelle, ut non meminerit unum solum esse, qui peccatum non fecerit et dolus in ore eius non inuentus sit, et idcirco subiecit: usquequaque nimis. per modestiam scilicet confessionis et, ut non auferatur a se uerbum ueritatis, orat, et per honorem eius, qui unus tantum sine peccato est, ne usquequaque nimis a se auferatur, expostulat, quia se hominem meminerit, qui per naturæ infirmitatem sine peccato esse non possit.

7. Et custodiam legem tuam semper in sæculum et in sæculum sæculi. nullum propheta uitæ suæ finem pertimescit. non enim concluditur fides sua sæculis, sed se in infinitatem temporum officio custodiendæ legis extendit. scit et altare a Moyse in exemplum esse superioris altaris exstructum. scit et Aaron sacerdotem ad speciem esse ostensi in monte sacerdotis ornatum. Moysi enim deus dixit: uade, fac omnia secundum exemplum, quod ostendi tibi in monte. festinat ergo in leges illas æternorum sæculorum. nam cum lex futuri umbra sit, necesse est corpus illud ueræ legis æternum sit. distinxit autem præsens officium ab indefessa illa perpetui officii iugitate dicens: et custodiam legem tuam semper in sæculum et in sæculum sæculi. cum ait: semper in sæculum, nullum in hac

18 Exod. XXV, 40.

1 karisma *ex* karissima *R* charissima *p* 4 qui *add. m. 2 V* 5 nec dolus in ore eius non inuentus sit *R* et dolus in ore eius inuentus non sit *V* 7 auferatatur *corr. m. 2 V* 8 ne usquequaque — sine peccato esse *in marg. infer. add. m. 2 V* 11 posseit *corr. m. 2 V* posset *C* 12 semper *h. l. om. VRC, sed cf. lin. 24* 14 fides sua — temporum *in marg. infer. add. C* e saeculis *V*¹ & se *R* 15 infinitatē (*om.* in) *V* infinitate (*om.* in) *RC* officium constituendae legis ostendit *R, cf. infr. cap. 8* 16 altare *ex* alte *m. 2 V* Moyse (*om.* a) *R* 17 ostensi (si *in ras. 5—6 litt.*) *R* 18 deus ait *VCpE* 21 illut *V* 22 aeternū sit (ū *in ras. 2—3 litt.*) *R* aeternum *V* autem hoc officium *p* ab indefessā illā *R* 24 et in saeculum saeculi *om. VRC* 25 in saeculo *V*.

temporis uita subrependæ obliuionis tempus admisit. cum autem adiecit: et in sæculum sæculi, scit per hanc umbram legis ad ministerium ueræ et æternæ legis ascendi. ait enim sæculum sæculi tamquam temporis tempus, quod succedente quadam uicissitudine huius sæculi sæculum sit futurum.

8. Nouit esse secundum euangelicum diuitem et pauperem Lazarum exemptæ a corpore animæ legem, per quam alia ab alia chao inpenetrabili separetur. scit secundum apostolum Paulum et resurrectionis esse quoque legem, in qua differt stella ab stella in claritate. scit esse leges angelorum, cum alii, adsistentes Cherubim, deum indefessa uoce conlaudant, alii ante conspectum inuisibilis nobis dei tamquam lege officii proprioris adsistunt. nouit et pusillorum angelos deum cotidie ex quadam lege conspicere. scit utique esse æternas leges et omnes eas se in illo sæculi sæculo custoditurum esse confidit, quia ea, quæ per umbram sunt constituta, in hoc nunc sæculo semper obseruet.

9. Et ingrediebar in dilatatione: quia mandata tua exquisiui. non est angustus propheta; et superius iam dixerat: in uia præceptorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. scit inter humanarum tribulationum passionem semper ad deum patulo esse se corde oportere.

8 Luc. XVI, 26. 10 I Cor. 15, 41. 14 Matth. XVIII, 10.

1 uitae V^1 subreferendae *R* obliui = onis *R* 3 uere *VR* 4 in saeculum saeculi *V* tāquā *in ras. R* quod *om. Cp* 5 quadam *ex* quandam *R* uicissitudine *ex* uicissitudinē *R* si futurum *V* 7 nouit *ex* nouist *m. 1 V* 8 Leazarum *V* e corpore *C* corpore *V* quē *C* 9 $\overset{ca}{\text{ho}}$ *(corr. m. 2) V om. C* separatur *VC* 10 et *om. VCpe, sed cf. Lucifer ed. Hartel p. 379* quoque legem esse *V* quoque esse legem *CpE* differri *R* 11 ab stellā R^1 a stella *VC* leges *ex* legis *m. 1 R* legiones *V* 12 cherubin *V om. pE* conlaudant *ex* laudant *m. 2 V* 13 conspectum *ex* conspectu *m. 2 V* 14 ‹pporis *p* propriores *VR* propioris *e* angelos faciem dñi *Cp* angelos faciem dei *E* quotidiae *R* 15 et eas omnes *pE* 16 saeculi *(ex* saeculo *corr. m. 1)* saeculum *R* 17 q⟨ *supr. scr. R* qui *V* constitutae *R* in hoc nunc saeculm R^1 in hunc nunc saeculo *V* 19 mandata tua *ex* mandatum *m. 2 V* 20 exquisibi V^1 21 uiam *(om.* in) *Rb* 23 passionē *R* passionum V^1 passiones V^2CpE.

quod ipsum apostolus docet dicens: in omnibus tribulati, sed non coangustati. nouit hanc ipsam amplitudinem cordis de se idem apostolus gloriari, cum ad Corinthios ait: non angustamini in nobis, sed angustamini in nobis. patet etiam hic quoque propheta dicenti deo: et habitabo in his et ambulabo in ipsis. angusta igitur sunt peccantium corda, et hospitio deum mens polluta non recipit. patulum enim domicilium inconceptibili deo opus est, et idcirco in amplitudine propheta ambulat, quia in eo dei in se loquentis habitatio est. causam uero amplitudinis suæ docet dicens: quia mandata tua perquisiui. naturæ nostræ consuetudinem recordemur, quotiensque lectioni uacantes mandata dei et præcepta scrutamur, in quantam amplitudinem intellegentiæ mentium nostrarum dilatantur angustiæ, et quam patulus nostræ humilitatis in desideria diuina fit sensus. per peccatorum autem nostrorum conscientiam coartatur nobis omnis animi amplitudo, ac difficilia omnia et angusta sunt, cum diuini uerbi habitatione sumus indigni.

10. Sed ambulans in latitudine propheta uersari in officio digno adeptæ amplitudinis debet: et uersatur plane. sequitur enim: et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar. hoc officium dilatati cordis est, ut ex eo in abundantia diuinæ doctrinæ uerba procedant. loquitur enim propheta constanter aduersus principes terræ deum prædicans. et quidem duplex significatio sensus huius est, quia secundum dominica præcepta oporteat a nobis Christum

1 II Cor. 4, 8. 4 II Cor. 6, 12. 5 Ibid. 16; cf. Lev. XXVI, 12.

1 quo id ipsum *V* 2 angustati *C* angustiati *RpE* *cf. Sabatier III, 736* hac ipsa amplitudine *CpE* 4 angustiamini *RCpE* nobis — angustamini in *om. VC* angustiamini *pE* 5 quoque *om. Cpe* profeta *V* prophetia *R* dicente *RCpE* *cf. p. 425, 17* 6 inhabitabo *pE* 9 dei *om. p(A)e* 11 exquisiui *b* 12 quotienscumque *CpE* 15 nostrae (ñ) *om. VRC* sit *C* *post* sensus *1—2 litt. eras. R* 16 cohartatur *C* coartamur *V* nobis *om. V* 17 animi *ex* animae *m. 1 V* animae *CpE* ad difficilia *V* cum *add. m. 2 V* 20 deb& *i. ras. 3 R* & ābulat plane (& ā *in uers. ineunt. add. m. 3?*) *R* et ambulat plane *VC* 21 de testimoniis *CpE*, *cf. p. 417, 14* 22 dilati *R* 23 in habundantia *R* inhabitantia *VCpe*.

coram regibus et potestatibus prædicari, neque nos terrenarum potestatum fas est iure terreri, quominus omni confusione reiecta constanti et publica fide deum, qui negantes negaturus sit, non negemus. potest et sermo ad eos referri, de quibus apostolus ait: iam sine nobis regnatis, et utinam regnetis: id est, tamquam in conspectu sanctorum, qui utique frequenter reges terræ sunt nuncupati, propheta dei testimonia sit locutus neque confusus sit per prædicationem suam doctrinæ cælestis instituta præbere. gemina autem intellegentia electionem intellegentiæ ex se præstat, ut, quia utrumque ex testimoniis scripturarum intellegi promptum est, aut utrumque significatum existimetur, aut quod magis uidebitur probabile eligatur.

11. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi uehementer. non solum igitur loqui nos in testimoniis dei conuenit, sed legis mandata omnia diurna meditatione retinere. neque tantum meditatio utilis est, nisi lex ipsa, quæ in meditatione est, diligatur, neque diligere communi dilectione sufficiet, nisi etiam uehementer id, quod diligitur, diligatur. atque ideo hunc omnem perfectæ rationis ordinem sermo propheticus percurrit dicens: et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi uehementer.

12. Sed neque meditatio legis neque ipsa dilectio inpensa sufficiet, nisi fructum operum et uoluntatis efficientia consequatur. neque in hoc propheta cessauit; ait enim: et tuli manus meas ad mandata tua, quæ dilexi ualde.

5 I Cor. 4, 8.

1 terrenorum *V* 2 cominus *C* 3 negantes se *b* 4 negamus *C* 5 et apostolus *VCp* *fort.* regnastis et *om. Cp* regnaretis *VC fort. recte cf. Abh. IV, 85* 8 suae *R* 9 gemina autem intellegentia = (*eras.* e) lectionẽ intellegentiae *R* geminautem intellegentia electionem intellegentię *C* geminam autem intellegentiae lectionem *V* geminam autem lectio intelligentiam *pE* 11 *post* intellegi *un. litt. eras. R* aut *in ras.*, utrūq; *supr. scr. R* 12 aut cum magis (cum *add. m. 2*) *V* eligatur *ex* legatur *R* 13 meditabor *V*, *sed cf. lin. 20* 15 diuturna *E* retinere *R* percensere *pE* 16 tantū *V* tantō̄ *R* 17 diligitur (i *in ras. 3*) *R om. C* 20 percucurrit *V* 21 dilexi ualde *Cpe* 22 sed neque — ualde *om. C* sed neque ait enim *om. pe* 23 fructus *V* 24 et erexi manus *pE* 25 ualde *om. pe.*

manus ad mandata, quæ diligebat, erexit; non utique contumeliosas aut procaces, sed mandatis humilitatis seruientes, sed operibus misericordiæ insistentes, sed fidei præcepta peragentes. operis uero officium semper esse oportet intentum et nulla interdum neglegentis otii dissimulatione cessare. in hoc quoque se manere propheta testatur dicens: e t e x e r c e b a r i n i u s t i f i c a t i o n i b u s t u i s. et exercitatio adsiduitatem operationis ostendit. frequenter itaque sibi esse ac semper intentam præceptorum obseruantiam docet ad illas, de quibus superius memorauimus, cælestium iustificationum efficientias, nunc se in iustificationibus præsentis et ex futuris adumbratæ legis exercens.

ZAIN.

M e m e n t o u e r b i t u i s e r u o t u o, i n q u o m i h i s p e m d e d i s t i et reliqua.

1. Omnis dei sermo, qui scripturis diuinis continetur, in spem bonorum cælestium uocat. atque ob id propheta in omnibus se dei præceptis mansisse confidens constanter ait: m e m o r a r e u e r b u m t u u m s e r u o t u o. numquid promissi sui deus inmemor est? absit istud, ut aliqua subrepere in æternam atque indefessam uirtutem humanarum infirmitatum genera credantur. sed propheta, qui promissis dei credidit, qui desiderio cælestium detentus est, qui contemptu præsentium futura sperauit, non ad memoriam uerbi sui deum admonet; sed, ut uerbi sui in se seruo suo memor sit, deprecatur, id est, ut ita dignus habeatur, in quo iam deus uerbi sui memor esse dignetur, quo in uerbo spem dederit. et spem non inanem esse oportet neque uerbis tantummodo prædicari, sed rebus

1 ea quae *CE* direxit *V* 2 sed mundatas humilitati *C* 4 officia *ex* officiu *m. 2 R* officio *C* esse ^{semper} oportet *p* semper oportet esse *E* 5 ostii 7 exercitatio (*om.* et) *CpE* 8 frequentem *CpE* haec semper *R* et semper *pE* semper *C* 11 et ea futuris *C* amen *add. C* Explicit littera sexta incipit littera VII. *V* Finit *R* Finit Vau lit. VI. Lit. VII *C* Finit Vau lit. VI. incip. Zain lit͠a VII. *p* 12 Zai *VR* 13 memor esto uerbi tui *pE* 15 in spem nos bonorum $VR^{3}b$ 18 uerborum tuorum *R* 19 istut *V* aliqua (a *in ras. 3*) *R* subripere *V* 21 dī promissis *V* 22 desiderium *R* 24 *inter* seruo *et* suo *eras. 3 litt. R* 25 in quo dū dō uerbi sui *C* in quo deus uerbi sui *pb* in quo uerbi sui *e*

ipsis doceri, ut, si quando incidant infirmitates, persecutiones, damna, orbitates, contumeliæ, has præsentis sæculi minas ac potestates spe æternorum promissorum consolemur.

2. Et ad hæc quidem omnia nos docemur; sed iam ipsis omnibus propheta perfunctus est dicens: hæc me consolata est in humilitate mea: quoniam eloquium tuum uiuificauit me. hæc ad spem refertur, quam sperare eum deus fecit. consolata est eum uero in humilitate, id est, cum contemnitur, cum inridetur, cum iniuriis uexatur, cum contumeliis inhonestatur sciens hanc sibi temptationum præsentium esse militiam. sed se inter hæc infirmitatis suæ bella spes a domino præstita consolatur: uiuificatur autem per eloquia dei. scit in his excellentem esse in cælis humilitatis suæ gloriam; scit animam eloquiis dei refectam tamquam pabulum aliquod uitæ in se æternæ continere. non mouetur in eloquiis dei uiuens inani superbientium gloria. nouit enim indigentiam suam eorum esse opulentia ditiorem. scit ieiunia sua cælesti atque euangelica benedictione saturari. scit humilitatem suam glorioso esse honoris præmio munerandam. atque ita subiecit: superbi inique agebant usquequaque: a lege autem tua non declinaui. inter nimias et consummatas superborum iniquitates — ualde enim inique agebant — nullo propheta deflexu a dei lege declinat.

3. Sed non declinantem a dei lege oportet esse memorem iudiciorum dei. in omni enim uitæ nostræ genere memoria nobis diuini iudicii inserenda et continenda est, ut, cum aliquid agimus, residente in nobis iudicii memoria uel numquam potius

1 incidant *ex* incident *m. 2 V* infirmitates *ex* infirmitatis (*et sic in uocabulis seq.*) *R* 2 praesentes *V* 3 potestatis *R* consulemur *V* 4 et ad — docemur *om. Cpe* 6 qm̃ *R* qũõ (*cf. Wattenbach p. 66 et Sabatier II, 236*) *C* q$\overset{\tilde{m}}{\equiv}$*p* quia *E* 7 uiuificabit *RC* referetur *C* q; sperare *C* q̄ sperare *p* quae sperare *e* eum quam dm̃ *V* eum dm̃ *C* eum in dm̃ *pe* 8 collata *V* uero est eum *E* 9 inriditur *R*[1] *fort. recte cf. p. 409, 12* 10 temptationem *R* 13 in his scientem *R* 14 dĭ *ex* dš *m. 2 V* tamquam paululũ *C* 15 aliquod *ex* aliquam *m. 2 V* aqđ *C* aliqđ *p* 18 satiari (sati *in ras. 7—8 litt. m. 3*) *R* 19 atque ideo *E* 22 nullo *ex* nullu *R* 23 a lege dei *E* 24 sed non — dei lege *om. Cpe* oportet esse eum memorem *Cpe.*

abeunte præceptis dei opera nostra famulentur. beatus erit, quisquis non sine memoria diuini iudicii omnia gesserit. quod de se propheta profitetur dicens: memoratus sum iudiciorum tuorum a sæculo et exhortatus sum. hæc nunc a sæculo tantum, non etiam a sæculo sæculi, quia omnia in nos iudicia dei ex sæculi huius ac mundi temporibus instituta sunt. in his autem se cohortatus est, inter hos scilicet mundi turbines et inter hæc passionum corporalium prœlia, ad tolerantiam ac uictoriam infestantium malorum humilitatem suam iudiciorum dei memoria adhortatus.

4. Deinde sequitur: defectio animæ tenuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam. uirtutes propriæ suæ prophetæ huic ad spem uitæ æternæ non sufficiunt, neque quod spem in dei uerbo habuit, neque quod in spe eadem se consolatus est, neque quod dei uiuificatur eloquio, neque quod non declinat a lege, neque quod se per memoriam iudiciorum adhortatur: quin etiam dolore humanæ impietatis fatigatur et ob inreligiosas hominum impietates exanimis est. sanctus enim quisque cum cæditur, non humilitatis suæ, qui cæsus est, sed insolentiæ eius, qui cædit, miseretur: ut a uesano filio pater, ut ab amente ægroto medicus contumeliam passus dolorem non ex eo, quod perpessus erit, sentit, sed ob id, quod ille, quem sanum esse cuperet, iniuriam sibi uesanus intulerit. membro autem uno aliquid patiente secundum apostolum

24 I Cor. 12, 26.

2 quisque *V cf. praef.* 3 profitetur propheta *E* sum *post* memoratas *om. V* 4 exortatus sum *VR* hinc nunc *V* hic nunc *Cpe* 5 non etiam saeculum saeculi *R* 7 in *supr. scr. R* coartatus (us *ex* is) *R* hortatus *Cpe* 9 instantium *(postea eras.* est) *R* 11 animi *Rb* 13 suae *in R eras.* 14 in dei uerbu *R* in uerbo dei *VCpE* neq. quod *V* nec quod *Cp* 15 se conlocatus est *R* se collocatus est *V* conlocatus est *Ce* consolatus est *p* neque quod — eloquio *in marg. sup. add. m. 2 V* 16 qđ se p memoriā *p* quod semper memoriam (memoriā *R*) *VR* quod spē per memoriā *C* quod semper memoria *b sed cf. supr. lin. 10* 17 iudiciorum dei *pE* quin etiam *add. m. 2 V* dolorem *R* hortatur *(add. m. 2)* dolore *V* 18 inreligiosos *V* hominum iniquitates *VCp* 20 huius *VCp* misereretur *R* uaesano *V* 21 medicus *ex* medicis *R* 22 sentit *om. V* 23 illū *RC* illum *V* cupierit (eri *in ras. m. 3*) *R* 24 ali≡quit *R*.

conpatiuntur et cetera membra. defectio itaque secundum hæc tenet prophetam super peccatores relinquentes dei legem: adfectu miserantis scilicet et dolentis et tamquam membris suis pro parte ægrotis iniquorum et inreligiosorum periculo fatigatur.

5. Manet autem ipse, quantum ad se, iustificationibus dei semper intentus; et omni in quacumque sede, in qua habitat, nequaquam ex ore eius religiosæ confessionis hymnus abscedit. ait enim: cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco incolatus mei. exemplo suo docet, suscepta semel in aures psalmorum cantica in corde esse retinenda et semper ea officio oris iteranda. non neglegenter, ut ipse prædicat, legit atque audiuit, neque inreligiositatis nostræ modo diuina eloquia aut occupatis in aliud aut incuriosis oculis legit, aut mox obliuiosis auribus excepit: sed cantabiles ei sunt, id est sine intermissione cantatæ. in omni autem cuiusque generis loco nequaquam a se abesse psallendi consuetudinem docet, cum ait: in loco incolatus mei. non enim ait: in incolatu meo, sed ita ait: in loco incolatus mei, in quacumque scilicet sede mansisset: intellegens se mundi huius esse peregrinum, dei tamen sibi semper iustificationes esse cantabiles.

6. Sed quam cantabiles sint iustificationes dei, ostendit, cum nullum omittat tempus, quo non in illo cælestium sacramentorum opere uersetur. ait enim: memor fui in nocte nominis tui, domine, et custodiui legem tuam. scit præcipue nocturno tempore diuini esse a nobis nominis recordandum. scit tum maxime custodiam dei legis a nobis esse

1 cetera *om. VR fort. excidit* omnia *cf. Sabatier III, 704* 2 derelinquentes *E* 3 adfectum *V* 4 periculo patiatur *V* 5 a se *R* 6 omni in quacumque *corr. m. 1 R* in omni ī quacumque *V* in omni quacumque *CpE* qua habitat *V* habitat *CpE* 8 mi *V* 9 susceptae *V* 10 continenda *CpE* 12 audit *pE* diuina eloquia — aliud *om. p* diuina eloquia — legit *om. C* 13 ut occupatis *V* aliut *V* incuriosis — aut *om. VR* 14 excaepit *R* excipit *pE* 16 loco *ex* locū *R* a *om. C* 17 non enim — incolatus mei *in marg. sup. add. m. 2 V* in *ante* incolatu *supr. scr. R om. V* 18 meo *ex* meum *R* 19 se *om. C* 20 sibi (ibi *in ras.*) *R om. C* iustificationes *ex* iustificatione *R ex* iustificationibus *V* 21 *post* sint *2 litt. eras. R fort.* ei, *cf. supr. lin. 14* 23 in *om. RpE cf. Sabatier II, 237.*

retinendam, cum subrepunt animo inpuræ cupiditates. cum uitiorum stimuli per recens adsumptum cibum corpus exagitant, tum dei nomen recordandum est, tum custodienda lex eius est pudicitiam, continentiam, timorem dei statuens. nouit hoc præcipue tempore deum orandum, deprecandum, promerendum dicens in loco alio: lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo. non est periculoso nocturnarum uigiliarum otio animus relaxandus. sed in orationibus, in deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est, ut, cum maxime corporis uitiis oportunitas datur, tum præcipue eadem uitia diuinæ legis recordatione frangantur.

7. Sequitur deinde: hæc mihi facta est: quia iustificationes tuas exquisiui. hæc ad memoriam refertur, per quam memor fuit noctibus nominis dei. quod autem ait: mihi facta est, id est non subito recurrens neque temporaria adsumpta, sed semper inmanens et intra se quodam fidei opere instituta, et ob id ei facta, quia iustificationes exquisierit; utile est igitur iustificationes dei sine aliqua temporis intermissione scrutari, quia per exquisitionem earum memoriam dei nobis perpetim continemus in Christo Iesu, cui est gloria in sæcula sæculorum. amen.

6 Ps. VI, 7.

1 retinenda *V* animo *supr. scr. R* 2 assuptū *p* sumptum *b* 4 nō in hoc *V* 5 praecipuo *R* dn̄m̄ *Cp* depraecandum *add. m. 2 V* 7 lacrimis meis *RCpE cf. Sabatier II, 17* 8 nocturnarum *ex* nocturnorum *m. 1 V* relexandus *V* relaxatus *R* 9 confusionibus *R* 10 occupand; est ut cum *in ras. 3 R* opportunitas *CpE cf. Acad. p. 28* 11 uitia a diuinae *V* 15 *post* ait *2 litt. eras. R* 16 id est *om. Rp* non subiecte *R* temporarie (temporariae *a*) *CpE* 17 sēper inmanens *V* secum manens *R* semper in se manens *CpE* 18 quaesiuerit *R* 19 igitur est *VCp* sine *add. m. 2 V* intermissione temporis *C* 20 exquisationem *ex* excusationem *m. 2 V* earum *ed. Basil. 1550* eius *VRC* earum eius *pab* dei *om. pE* 21 nobis *scripsi cf. Stud. 1889, 317* nos *cod.* perpetem *VCp* christo *ex* christi *R* gloria est *C* gloria *V* amen *om. V* Explicit littera VII incipit littera VIII feliciter *V* Finit *R* Finit Zabith lit. VII incipit VIII *C* Finit litt. VII incip. Eth lit. VIII *p*.

HETH.

Portio mea dominus. dixi custodire legem tuam et reliqua.

1. Plures psalmorum codices legentes et nos ita opinabamur, uersum, qui octauæ litteræ primus est, id est hunc: portio mea dominus, in superioribus septimæ litteræ octo uersibus contineri, quia ita in latinis codicibus atque etiam in nonnullis græcis scriptum continebatur; et sane absolutior ita sensus uidebatur; sed secundum Hebræos emendatum apud Græcos psalmorum librum legentes inuenimus hunc uersum non septimæ litteræ nouissimum esse sed octauæ primum. itaque secundum hanc cognitionem nos quoque tractare de eo adgressi sumus.

2. Cœpit enim ita: portio mea dominus. dixi: custodiam legem tuam. rarus quisque est, cui ista fiducia est, ut portionem suam esse deum audeat dicere. renuntiandum est sæculo omnibusque rebus eius, ut nobis deus portio sit. ceterum si nos ambitio detineat, si cura pecuniæ occupet, si inlecebræ libidinum capiant, si negotia rerum familiarium demorentur, portio nobis deus non erit sæcularium curarum atque uitiorum possessione detentis.

3. Moysi cum iussum esset portiones incolatus distribuere duodecim gentibus filiorum Israhel, ita ei de tribu Leuitica præceptum est: filiis Leui non erit portio neque sors in medio fratrum suorum, quia dominus deus est

24 Deut. X, 9.

1 het *V* eth *R* 4 et nos *ex* et non *m. 2 V* & nos *supr. scr. R* opinabamur *ex* opinabor *corr. m. 2 V* 5 id est *add. m. 2 V* 7 quia ita in (uia ita *in ras.*) *R* quidum ita *V* 8 et sane — uidebatur *om. V* et sane absolutior ita (ane, abs, ita *in ras.*) *m. 3 R* et sane (sono *C*) absolutior (*om.* ita) *Cp* 9 hebreos *V* aput *V* grecos *R* 12 sedm *in uers. exeunte add. m. 3 R* 14 dixi ut custodiam *CpE* 15 fiducia sit *Cp* 16 ut *om. V* esse dñm *Cp* (re)nuntiandum *R* 17 rebus *ex* rerum *m. 2 V* 18 ceterum (ce *in ras. 3*) *R* (c)eterum *V* 19 familiarum *VR* 20 curarum *add. m. 2 V* 21 possessionem *V* 22 moyses *p* iussus *p* esse *V* 24 leuui *V*.

pars eorum. et rursum scriptum meminimus: ego dominus pars eorum. nullam ergo deo seruientibus lex lata terrenam esse uoluit portionem, quia pars eorum deus esset.

4. Meminit et euangelii prædicator ille Petrus, nullam sibi esse portionem possessionis humanæ, cum oranti alimoniam respondit: aurum et argentum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do. quid est istud, Petre, quod possides? renuntiaueras omnibus domino tuo dicens: ecce nos omnia dereliquimus et secuti sumus te, quid erit nobis? et tibi ille responderat: amen dico uobis, quod uos, qui secuti me estis, in regeneratione sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israhel. et exemplo uestro ceteris relinquentibus cuncta spoponderat, quod et centuplum acciperent et dehinc uitam æternam possessuri essent. quid est igitur istud, Petre, quod habes? habes plane, et non audeo dicere plus te centuplo obtinere; dico tamen te sine multiplicatione calculi possidere. dicis enim: quod habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge et ambula. o felix possessio, o perfecta dei portio! non terrena largiris, sed naturæ opus rependis et uitiosi partus damna restauras. claudum natum ingredi iubes et multæ ætatis uirum incessu rudi incitas. has opes tribuit, cuius deus portio est. nouit et Paulus diuitiae suæ glorias dicens: mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi

1 Num. XVIII, 20. 6 Act. ap. III, 6. 8 Matth. XIX, 27 sq. 24 Gal. VI, 14.

1 scribtum *V* scriptum *supr. scr. m. 3 R* 2 nulla *V* dō *supr. scr. R* đı *V* data *E* 3 deus est *Cpb* 4 et *om. R* 7 do tibi *R* est istut *V* istud (est *supr. scr. m. 3 R*) 8 possidens *VRC possis cogitare de* possideas *sed cf. infr. lin. 16; est error uolgaris ex lineola falso inposita* (possidēs) *ortus* 9 omnia derelinquimus *C* relinqm' (i) omnia *p* te sumus *RCp* 10 erit de nobis *R* 11 estis me *pE* 13 et *om. p* 14 acciperet *V* 15 istut *V* 16 petrae *R* 17 centuplum *Rp* 18 in nomine domini nostri Iesu Christi *pb* 20 opes *Cpb* 21 ed *V*[1] 22 multa etate *C* 23 diuitiarum suarum gloriam *p(A)b* diuitias suae gloriae possis *ex usu Hilar., sed cf. Georges Wortf. p. 224 de forma sing.* diuitia 24 in crucem *V* 25 ıhˇs *(corr. m. 2)* xp̄ı *(add. m. 2) V.*

mundus crucifixus est. et ego mundo. talis apostolo gloria, talis est portio.

5. Humanarum igitur hereditatum modo portionem, quæ melior est et quæ utilior, eligamus. si circa terrena patrimonia sua in coheredum diuisione quis nititur sortem commodioris portionis appetere, quanto propensiore cura partem cælestis hereditatis deligemus? centuplum dominus promittit: et centuplum non in æternum, sed in præsens. æternorum autem bonorum inmensa et infinita retributio est; ceterum sub definitione centupli præsentium mensura concluditur. ego autem ambigo, utrum hoc centuplum Petri excesserit portio. certe secundum domini præceptum sperandum nunc in hoc sæculo relictis omnibus sæculi rebus, centuplum munus est. est enim nobis deus portio, qui ait: et inhabitabo in his. non ergo centupli præmium est, ut in hoc terreno corpusculo nostro deus habitet? sed quid dico habitet? ait et ipse: et ambulabo in his. patens deo est fidelis pectoris et ampla possessio, ut inhabitet, ut ambulet. sed qui inhabitat, qui inambulat, quid tertium addidit? et ego ero illorum deus. ecce promissam nobis ab eo portionem, ut simus deo habitatio, et, dum in nobis ambulat, sit nobis ipse possessio, si sæculum relinquamus, si possessionis terrenæ labi renuntiemus, si hereditatem

14 II Cor. 6, 16.

2 gloria *ex* gloriã *R* gloriari *V* 3 humanarum *ex* humanorum *R* portione *R* 4 eligimus *C* legamus *p* 5 choeredũ *p* coerendum *R* commodiores *V*[1] 6 patrem *V* 7 deligemus *b* deligimus *Rp(A)* diligimus *C* diligemus *e* diligeremus *V* 8 praesens (in *supra*) *R* 10 praesentium *om. p(A)* ego *in uers. ineunte add. R* 11 ambigo (o *ex* u) autem ≡ utrum *R* 12 dñi *add. m. 2 V* hoc *add. m. 2 V* 13 reiectis *VCp* *post* omnibus *uerba repetita* saeculo reiectis omnibus *del. V* in hoc *del. R* rebus *add. m. 2 V om. Cp* *alterum* est *om. V* 14 dš portio *V* portio deus *R* portio *Cp* et in hoc habitabo *corr. m. 2 V* in eis *b* nunc ergo *Cpb* 16 et inambulabo in eis *pb* 18 et ambulet *Cb* et inambulet *pe* qui inhabitat *ex* quid inhabitat *m. 2 V* qui inambulat *add. m. 2 V* *post* quid *eras.* dicit *R* 19 promissam a nobis habeo *R* 21 saeculum *ex* saeculo *m. 2 V* relinquam (us *supra*) *corr. m. 2 V* 22 possessioni ≡ (i *in ras. R*) *RV* labi (s *supr. scr. m. 3*) *R* labis *V* *cf. supr. p. 379, 4.*

caducorum respuamus, si uiuentes de sæculo exeamus. quid enim mercis est, emortuis corporibus et exeunte anima dissolutis sæculum reliquisse? carendum est eo per contemptum eius. nesciendum est ignoratione uoluptatum suarum. moriendum nobis in eo est, dum non ei uiuimus. scit Paulus iam non se sibi uiuere dicens: quod enim uiuo, iam non ego uiuo, uiuit autem in me Christus.

6. Propheta itaque secundum apostolum non sæculo uiuens constanter et libere ait: portio mea dominus. tenuit hunc, quem in superioribus modum, cum se custoditurum legem dei spopondit. non enim de ea, quam corporaliter agebat, loqui intellegitur, cum quando custoditurum se potius, quam custodire fateatur.

7. Sequitur deinde: deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Moysen deprecatum esse meminimus, ut deum uideret. et forte cognata preci eius prophetæ huius oratio existimabitur. sed dictum meminit a deo: nemo hominum uidebit faciem meam et uiuet. ergo quod negatum Moysi meminerit, id concedi sibi postulat? sed rursum, licet dicto euangelico anterior sit, meminit tamen hanc fidei beatitudinem reseruari, quia dicitur: beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. itaque cum in lege sciat dictum, quod nemo faciem dei uideat et uiuat, et ex euangelica beatitudine non ambigat omnes mundo corde deum esse uisuros, perfectæ modestiæ temperamento cupiditatem desiderii sui elocutus est dicens: deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. scit nunc inpossibile sibi esse, quod nec oculus

6 Gal. II, 20. 18 Exod. XXXIII, 20. 22 Matth. V, 8.

1 quae enim *E* 2 merces est *RE* mercedis ē *p* *cf. Acad. p. 18* 5 id eo est *V* *cf. Acad. p. 22* 7 uiuo *post* ego *om. Cp* 8 saeculo *ex* saeculū *R* saeculum *V* 9 *inter* dominus *et* tenuit *pb add.:* dixi ut custodiam legem tuam 10 cum quando se *b* 11 $\overset{\text{po}}{\text{spondit}}$ *R* 12 quando *om. CpE* 16 depraecatum *ex* depraecatus *m. 2 V* esse *om. Cp* 17 praeci *VR* oratio *om. V* 18 meminit a deo dictum *C* a deo meminit dictum *p* 20 licet rursum *pb* 22 qua dicitur *VCpE* 26 perfecto *C.*

uidit nec auris audiuit nee in cor hominis ascendit, ut uideat. scit inuisibilem esse carnalibus oculis gloriam dei. meminit, non dico ad angelorum claritates hoc humanæ uisionis lumen hebetari, sed ipsam gloriam uultus Moysi humani corporis oculos non tulisse.

8. Sed nos ex desideriis humanis prophetæ desideria metiamur. ad egressus regum quanta expectationis sollicitudine curritur et quod uidentibus gaudium est, cum se præbuerint contuendos! quid illum cælestis spiritus capacem uirum existimabimus uelle? quanto desiderii ardore cupere, ut deum cernat, qui ipsam illam inuisibilem maiestatem per has angelorum claritates et per hanc Moysi gloriam metiatur et sciat etiam eos, qui digni sunt conspectu dei, gloriam ex conspectu gloriæ esse sumpturos, quod eos uisio tantum et dignatio contemplatæ maiestatis inluminet? quod sanctus apostolus ita intellegens loquitur: nos, inquit, omnes reuelata facie gloriam dei expectantes in eandem ipsam transferemur a gloria in gloriam, sicut a domini spiritu. et nunc quia id inpossibile istis corporis oculis sciat esse, toto istud corde desiderat. et cui est portio deus, confidenter faciem eius deprecatur: quia, quamuis nemo hominum uideat faciem dei et uiuet, tamen deum omnes mundo corde uisuri sunt. ergo misericordiam hanc a deo postulat, ut sibi uidendi faciem eius beatitudo contingat, et postulat non sine ratione modoque præstandi.

9. Ait enim: miserere mei secundum eloquium tuum. fidei modestæ uox est, misericordiam dei non secundum peccatorum suorum conscientiam, sed secundum eiusdem

16 II Cor. 3, 18.

1 auris audiuit nec *add. m. 2 V* 4 hebetari *ex* habitari *m. 3 R* hebetare *VC* 13 sunt [in] conspectu *R* 14 sumpturos *ex* sumpturus *R* 16 nos *ex* nū *R* inquit *in ras. m. 3 R* inquid *V* 17 in *ex* & in *R* eadem *RC* transferemur imaginem a *ε* 19 corporis *ex* corporeis *R* esse = = (*eras.* se *uel* si) *R* totū *C* totum *VR* istum *V* 21 nemo *add. m. 2 V* 22 & *supr. scr. R* uiuet *ex* uiuit *R* uiuat *pE* 23 uidendae *VCpb* facie[m] *corr. m. 2 V* faciei *ex* faciem *m. 3 R* faciei *Cpb* 24 eius = beatitudo *R* non *add. m. 2 V* 27 misaericordia *R* 28 eiu[s]dem *corr. m. 1 R* eūdem *V.*

dei eloquia deprecari. scit deum etiam peccatoribus esse ignem consumentem. Moyses enim ait: deus uester ignis consumens est. nouit eundem esse fidelibus lucem, de quo et alibi propheta ipse dicit: inluminans tu mirabiliter de montibus sanctis. discernit et hanc apostolus bonitatis et seueritatis dei consuetudinem, cum ait: uide ergo bonitatem et seueritatem dei; in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem; et rursum: et nisi permaneas in bonitate, excideris: illi uero si non permaneant in infidelitate, inserentur. bonitatem dei propheta expectat, cum ait: miserere mei. scit enim neminem sine peccato esse, qui uiuat, et omnes in carne sitos misericordia dei egere. officii autem sui deuotionisque non inmemor est, cum ait: secundum eloquium tuum; eius scilicet eloquii, quo et peccatoribus pœnam denuntiat et in se credentibus uitæ æternæ beatitudinem pollicetur.

10. Dehinc sequitur: quia cogitaui uias meas et auerti pedes meos in testimonia tua. ex his, quæ propheta se gerere uel gessisse commemorat, quid nos quoque facere oporteat, docet. uias enim suas cogitat et cogitatis his pedem in testimonia dei refert. nihil egit, quod non antea cogitatione peruoluerit. non linguam in officium suum mouit, non pedem in aliquod, quod acturus esset, opus protulit, non manum ad agendum aliquid exeruit, nisi antea super his omnibus cogitasset, et tum operationem atque effectum cogitatis rebus attulerit. uidit igitur ante omnia uitæ suæ uias et cum placentem sibi ac probabilem repperit, tunc in eam pedem

2 Deut. IV, 24. 4 Ps. LXXV, 5. 6 Rom. XI, 22; 23.

1 eloquia dei *C* 2 ũr *Rp* ñr *α* noster *e* 6 seueritas ds (i *sup.*) *V* 7 qui *add. m. 2 V* 8 in te uero *RCpE cf. Sabatier III, 636* 9 tu nisi *pb* excidaris *(sic)* — in infidelitate *in marg. infer. add. C* 10 si *om. V* inseruntur *C* 13 in carne pecca positos *corr. m. 2 V* misaericordia *R* misericordiam *V* officium *C* 15 tuum *om. V* 18 & uerti (a *sup.*) *C* et conuerti *E* 22 ante cogitationem *V* 23 mouit *ex* nouit *m. 2 V* 26 et cum *Cpab* cogitatio rebus *pb fort. recte* 27 antea *V*[1]*pb* omnes *pb* et conplacentem *RC* 28 reperit *Re*.

contulit: scilicet perspectis omnibus humanæ operationis uiis, postquam quid esset sibi utile cogitauit, fidei suæ pedem in testimonia diuina detorsit. cogitatio enim nihil potest subitum, nihil nouum, nihil inopinatum pertimescere, cum de consilii sententia omnia, quæ accidere solent, sperantur, præfiniuntur, adeuntur. et id consequenti uersu docetur.

11. Postea enim quam uias suas propheta cogitauerat et pedem ad testimonia dei conuerterat, libere loquitur: paratus sum et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. qui ad aliquid præparatur, longo usu ad id, in quo ei est meditatio. præparatur, ne eum de propositi sui sententia neglegentem et incautum uis aliqua repentinæ turbationis excutiat. propheta itaque nouit esse plurima sæculi scandala. nouit insidiantes esse humanæ naturæ aduersantesque uirtutes. scit periculose dulcem esse ambitionem gloriæ sæcularis. nouit occursus lasciuientium feminarum esse continentium oculis captiosos. scit turpes corporum cupiditates adfectu blandæ uoluptatis inrepere. scit cetera uitiorum genera inlecebrosis aditibus ingruere. nouit etiam plurimis se inreligiosorum odiis subiacere et ob prædicationem dei pietatisque doctrinam uariis persequentium contumeliis esse uexandum. ne igitur turbari tot et tantis insidiis ingruentibus posset, contra omnia se hæc fidei excidia præparauit dicens: paratus sum et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

12. Habet parem beatus apostolus huius præparationis suæ fiduciam dicens: quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia aut passio aut fames aut nuditas aut periculum aut gladius? sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die, deputati sumus sicut oues occisionis. sed in his omnibus superamus et uincimus propter eum, qui

26 Rom. VIII, 35 sq.

5 recidere *V* finiuntur *C* 11 nec eum *V* 14 que uirtutes *om. p* 15 esse opinionem ambitionemque *E* 17 captiosos *ex* captiosus *m. 2 V* 18 uoluntatis *C* ceterum *V* genera *om. V* 20 praecationem *VC* 22 excidiis *VRe* possit *RCp* 27 angustiae *ex* angustia *m. 3 R* angustiae *pE* famis *R* 28 sicut *add. m. 2 V* sicut — nos dilexit *om. p(A)* quia propter — nos dilexit *om. C* 30 tamquam oues *RE.*

nos dilexit. et quia aduersum horum tolerantiam, ne per hæc a caritate separari posset, sese præparasset, adiecit: confido enim, quia neque mors neque uita neque angeli neque potestates neque præsentia neque futura neque uirtus neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. nulla apostolum rerum earum, quæ accidere possunt, genera tali spe præparatum firmatumque perturbant.

13. Sit ergo in nobis fiducia hæc et uox, ut, cum subrepant cupiditates, cum passiones ingruant, cum pericula fatigent, cum supplicia crucient, dicere audeamus: paratus sum et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. dominus noster unigenitus dei filius inter cetera præcepta discipulis suis mandat dicens: non turbetur cor uestrum neque trepidet. aduersum turbationem, quæcumque ex accidentibus erit, longæ præparationis opus est firmitate, ut robusta fide atque firmata dei mandata custodiat.

14. In quem autem se profectum quamue in causam propheta præparauerit, neque turbatus sit, quousque custodiret mandata dei, continuo subiecit dicens: funes peccatorum circumplexi sunt mihi; et legem tuam non sum oblitus. esse peccatorum funes per Esaiam docemur dicentem: uæ, qui ligant peccata tamquam funem longum, modo funis ex plurimis minimis crescentis in multum peccata semper tamquam longo fune tendentibus. sunt etiam

2 Rom. VIII, 38 sq. 15 Ioh. XIV, 1. 24 Esai. V, 18.

1 dilexit nos *RE* tollerantiam *C* tolerantium *V* 2 posset *ex* possit *R* sise *C* utse *R* praeparasse *V* 4 neque praesentia — futura *om. V* 5 uirtutes *CE* 7 a caritate xr͂i *R* 9 tali sper *V* talis *p* perturbat *p* 10 et fiducia *VCp* subrepent *C* subrepunt *pb* 11 ingruunt *Cpb* fatigant *RCpb* 12 cruciant *pab* 16 aduersus *p* 17 erint *V* longe *VR* fides *pb* 18 firm = = a *C* 20 quousq. i *V* quousq; *C* quousq *R* (*cf. Acad. p. 29*) quo minus *pE* 22 sunt m *p* sunt me *RE cf. Sabatier II, 237* 23 eseiã *V* isaiam *p* 24 ligant *ex* legant *m. 2 V* 25 crescentes *R* 26 longum funem *Cpb* pendentib. *V* tendentur *uel* tenduntur *e*.

hæc delictorum uincula, quibus humanæ mentes inligantur, de quibus in prouerbiis scriptum est: uinculis suorum peccatorum unusquisque constringitur. stringit enim nos atque alligat et his uitiorum funibus inplicat diabolus in omni uitæ nostræ cursu laqueos prætendens. quod autem liget, in euangeliis cognouimus, cum dicitur: hanc autem filiam Abrahæ ligauit satanas annis decem et octo. ligat igitur omni uitiorum genere, ebrietatis consuetudine, uoluptatum desideriis, infidelitatis piaculo. sed* inter hos funium laqueos non est admittenda legis obliuio. præparatos enim esse nos conuenit, ut ab his laqueis, si quando circumligent, exuamur, ut legis dei omni tempore recordemur.

15. Et recordatur plane propheta dicens: media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ. non uacat totis noctibus somno nec otiosus lecto continetur: ad confitendum deo non solum nocte, sed etiam media nocte consurgit. meminit hoc esse tempus, quo primitiæ Aegyptiorum meritissima impiæ obstinationis clade percussæ sunt; his ergo horis non laxatur in somnum, ne cladi Aegypti admisceatur. hoc noctis tempore introeunte sponso sapientes uirgines in nuptias cum lampadibus introibunt; uigilat ergo, ne cum stultis mereatur excludi. hoc tempore psallentibus Paulo et Silea apostolis catenæ et uincula resoluuntur; non dormit itaque, ne uinctus sit. nec habet eum totus nocturni temporis somnus, ne ei obliuio officii sui requie mediæ noctis obrepat; surgit enim ad confitendum deo. confessio uero non

2 Prov. V, 22. 6 Luc. XIII, 16.

1 quibus humanae — de *om. Cp* mentis *VR*¹ 2 in *om. V* uinculis *V* fasciis *RpCE* peccatorum suorum *E* 5 quid *V* licet *C* ligat *R* 7 habrahae *R* abraae *V* habrae *C* ligat *ex* legat *R* 8 consuetudinē *V* uoluptatem *V*¹ 9 inpietatis *V* funū *V* laqueos *ex* laqueus *R* 10 amittenda *C* nos esse *E* 12 leges *V* 16 dō *V* dño *R* 17 esse *ex* esset *m. 2 V* 18 quo *ex* quod *m. 2 V* *ante* Aegyptiorum & *eras.* ex *R* 19 ne gladii *V*² ne gladius *V*¹ 20 aegypti (& *supr. scr. m. 3*) *R* 23 sila *ex* silea *C* silae *E cf. Lucif. ed. Hartel p. 269* 24 nec uictus sit *p* (n *supr.*) totus *om. Re* totius *coni. Bened. in adn.* 25 nec ei *ex* ne ei *m. 3 R* nec ei *VCpE* officiis sui *V* requiae *R*¹ requia *C* media *C* 26 obrepit *VCpE*.

semper ad peccata referenda est, uerum etiam in dei laudibus intellegenda est. nunc ergo confitetur deo super iudicia iustificationum eius, laudans igitur deum, quod nihil nisi in iudiciorum iustificatione decreuerit.

16. Sequitur deinde: participeps sum ego omnium timentium te et custodientium mandata tua. apostolum dixisse meminimus: participes Christi facti sumus. sed et in quadragesimo quarto psalmo quosdam participes dei significatos esse meminimus, cum dicitur: unxit te deus, deus tuus oleum exultationis præ consortes tuos. sunt ergo secundum apostolum et secundum prophetam plures domini nostri Iesu Christi participes. et particeps eius, quisque in iustitia manet, quia ipse iustitia est: particeps eius erit, quisque in ueritate persistit, ipse est enim ueritas: et quisque in nouitate uitæ ambulabit, erit particeps eius, quia ipse est resurrectio. ergo cum sciat propheta plures dei esse participes, nunc per uerecundam ac modestam de se prædicationem, cum se, quia et ipse Christus et factus et dictus sit, Christi meminerit esse participem, tamen omnium timentium deum potius se confessus est esse participem. est autem etiam tunc timentium deum particeps, cum patientibus conpatitur, cum plorantibus conplorat, cum tamquam eiusdem corporis membrum in dolore membri alterius dolet. hac igitur passionum communione timentium deum particeps fit. ceterum quisquis per insolentiam suam credentem in Christo et redemptum a Christo dedignatur,

7 Hebr. III, 14. 9 Ps. XLIIII, 8.

3 laudat *Cpb* 5 particeps *ex* participes *m. 2 V* 6 te *om. V sed cf. lin. 19* apostolus V^1 7 meminimus *ex* minimus *m. 1 V* particeps Cp^1 8 et *om. V* quosdam particeps *C* 9 significatus *C* 10 oleo exultationis *Cpe* oleo laetitiae *Rb* prae consortibus tuis *RCE* (ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου *LXX*) 12 erit ei' (erit *in ras.*) *p* eius erit *E* quisquam *R* quisquis *s cf. Acad. p. 29* 13 in iustitia manet — eius erit quisque *in marg. infer. add. V* et particeps *E* eius *om. p* quisquis *Rs* 14 quisquis *Rs* 17 per *supr. scr. R* 20 etiam tum *V* tunc etiam *b* tunc *Ce* 21 cõpatientibus *C* con plorantibus *C* 22 in dolorẽ *R* in dolorem *V* 23 hac *ex* ac *m. 2 V* 24 particeps sit *Vb* 25 credentem in Christum *pb* a xp̃o *V* a dõ *R* in Christo *p(A)*.

exacerbat, inhonorat, non est ille timentium deum particeps, quibus non sit in conpatiendis passionibus consors.

17. Non nudum autem hoc neque solitarium propheta posuit, cum dicit: particips sum ego omnium timentium te. plures sunt timentes deum et tamen inobœdientes; plures sunt timentes deum et tamen infideles, quos naturæ suæ condicio timori quidem dei subdit, sed uoluntatis suæ peruersitas ab obsequiis dei auocat. atque ob id non suffecisset prophetam dixisse: particeps sum ego omnium timentium te, nisi addidisset: et custodientium mandata tua. timor enim fidei in sola obœdientia est et metus religionis in obsequella est. horum itaque particeps est, qui timorem suum in mandatorum dei custodia conprobabunt.

18. Dehinc sequitur: misericordia tua, domine, plena est terra, iustificationes tuas doce me. terra misericordia dei plena est, quæ contaminata, quæ corrupta, quæ inreligiosa, quæ infida, quæ perdita est. et si quis forte audebit impio ore prophetam mendacii arguere, tamquam non in omnem terram dei misericordiam putet esse diffusam, dominum in euangeliis recolat dixisse: estote boni, sicut pater uester, qui est in cælis, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. patiens enim et miserator deus, dum mauult pænitentiam peccatorum quam mortem, dona sua iustis iniustisque largitur, unicuique per patientiam longæ æquanimitatis pænitendi tempus inpertiens.

19. Et quia hanc bonitatem patientiæ dei et perfectionem, quæ sub illis iustificationibus legis corporaliter adumbratur,

20 Matth. V, 45. 23 cf. Ezech. XXXIII, 11.

2 non fit *C* in *om. Cp* patiendis conpassionib. *V* 3 non dum *V* 6 dm̄ et tamen *h. l. add. m. 2 V* 7 uoluptatis *R* 8 auocet p^1 sufficisset *C* sufficuisset (*in marg.* subficuiss& *add. m. 3*) *R* prophetae *CpE cf. infr. p. 441, 5* 9 dixisse ita *VCpE* 11 oboedientia est *ex* oboedientium *m. 2 V* obsequela *ex* obsequella *R* obsequela *pE* 12 participes expedit, qui timorem *p* 14 tua *supr. scr. R* domini *R* 16 corruptat V^1 17 si qui *ex* si quae *m. 2 V* audebat V^1 18 mendacio V^1 21 qui est in caelis *om. RCpe* 23 miserat̄ *C* misericors *Vpb* ds̄ *add. m. 2 V* 25 longe *cod.*

meminit semper sibi propheta sperandam, ait: iustificationes tuas doce me, domine. iustificationes omnes in lege legerat; sed quia cælestes sperabat, quæ in terrenis præformabantur, non eget doctore terreno. doceri enim se ab eo orat, qui ait: petite et dabitur uobis; quærite et inuenietis; pulsate et aperietur uobis. aperiri sibi et dari clauem a doctore legis dedignatur propheta, scientiæ cælestis expectans magistrum dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria in sæcula sæculorum. amen.

TETH.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo, domine, secundum uerbum tuum et reliqua.

1. Iam in exordio psalmi commemorauimus nihil aliud in eo quam doctrinam humanæ uitæ contineri, per quam ad cognitionem dei ipsis, tamquam paruoli, litterarum elementis erudiremur. ex persona enim sua nos propheta confirmat, qualiter in omni genere diuini officii uersari nos oporteret, ut per disciplinam adeptæ institutionis fidei ordinem teneremus, ut ipso illo primo nonæ litteræ uersu docetur. ita enim dicitur: bonitatem fecisti cum seruo tuo, domine, secundum uerbum tuum. et forte quidam existimabunt de secundis rebus prophetam locutum deoque gratiam ob ea, quæ sibi prospere acciderint, rettulisse. sed nouit etiam in aduersis rebus gratiam deo esse referendam; scit in omni passione ac tribulatione eum, cuius iudicio hæc ingruunt, gratulationibus

5 Matth. VII, 7.

1 sperandum *V* 2 domine *om. Cpb* 5 quaerite — aperietur uobis *in marg. infer. add. m. 2 V* 6 aperisri *corr. m. 1 V* aperi *p* 9 cui *ex* cum *m. 2 V* in saecula saecula saeculorum *C* amen *om. V* Explicit littera VIII incipit littera VIIII feliciter *V* Finit *R* Finit lit. VIII Beth *(sic!)* Lit. VIIII Teth incip. *C* Fin. litt̃. VIII inc̃ Teth ı̃ VIIII *p* 11 dñe dñe *V* 13 iam dudū in exordio *p(A)* 14 doctrinae *V* uitā *V* 15 paruolis *V* paruo *R* 17 oportet *p* ut per *add. m. 2 V* 19 nonae *ex* nono *m. 3 R* 21 secundis *ex* secundum *m. 2 V* 22 deoque *ex* deo *m. 2 V* ea *ex* eo *m. 2 V* sibi proferre *V* 23 acciderent *VC* acciderant *p* retulisse *RCpE* 24 referendum *C.*

honorandum. scit indiligentem esse medicum putribus uulnerum sinibus parcentem. meminit piam esse patrum in filios seueritatem. argui se per temptationes ac probari per patientiam a deo optat; et in his, quæ aduersa existimantur, agit gratiam.

2. Atque hanc nostram intellegentiam, ut id prophetam orasse credamus, uersus, qui subiectus est, docet dicens: bonitatem et disciplinam et scientiam doce me, quia mandatis tuis parui. quidquid ergo deus in seruum suum facit, bonum est; secundum enim uerbum suum facit. et quidquid secundum uerbum eius est, non potest malum existimari, quia ei, qui solus bonus est, uoluntas sit prona bonitatis.

3. Versus itaque, ut diximus, secundus prophetæ exponit adfectum, cum orat dicens: et bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. bonitatem superius confessus est erga se factam; quomodo hanc quasi ignorans doceri se precatur? nisi quod tunc fuerit ex fidei confessione gratulatio, cum, quidquid illud fieret in se, id esse bonum credidit: nunc uero est per naturam humanam ignorantiæ causa, cum ut doceatur orat. sed eam bonitatem uult discere, cui disciplina sit iuncta. disciplinam enim necesse est esse seueritatis officium peccata arguentis et uitia corrigentis. correctio uero uitiorum magnum adfert in bonitate profectum. bona ergo est seueritatis disciplina, sed adhuc eam propheta ignorat. non enim tantum bonitatem et disciplinam, sed etiam scientiam uult doceri: adfectum in eo fidei suæ ostendens, cum bonitatem et

1 indigentem *R* diligentem *Cpb* 2 non parcentem *Cpb* 3 temptationes *ex* temptationem *R* reprobari (*om.* ac) *V* 4 a *om. pb* obtat *C* ait gratiam *C* 7 *h. l. etiam primum uersum repetunt pb* 8 scientiam tuam *b* 9 mandatis tuis credidi *pE* 10 enim uerbum — secundum *in marg. add. m. 2 V* 11 *post* malum *del.* suspicari *m. 2 V* 12 ꝓna *RC* plena *pE* 13 uoluntatis *R* 14 secundum *VR* profeta *ex* profetam *m. 2 V* 15 bonitatem (*om.* et) *Cpe* 16 est *om. pb* 18 fuerit ex *R*[1] fuit et ex *V* fuit ex *R*[2]*CpE* 19 illut *V* 20 ignorantiae *ex* ignorantiam *m. 2 V* 21 discere *ex* discidere *m. 2 V* 22 disciplina *Cpb* necessarium est *pb* esse *om. Cpb* 24 in bonitatem *R* profectum *ex* perfectum *m. 2 V* 25 adhuc cū profeta *V* 26 scientiam *om. R.*

disciplinam, quam nondum sciat, tamen bonam sibi a deo esse fateatur. de scientia autem locis plurimis admonuimus, hanc et apostolum, hanc et prophetam inter præcipua gratiarum spiritalium dona numerasse. ergo ut bonitatem et disciplinam, ita et scientiam doceri orat, et doceri ob id, quia mandatis dei credat: ostendens non nisi fideles atque credentes scientiæ consequi posse doctrinam.

4. Manet autem etiam in tertio uersu eiusdem intellegentiæ sensus. ait enim: priusquam humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum ego custodiui. non prius tribulatio passionum ingruit, quam delicta præcedant; neque per passiones ante humiliamur, quam per peccatorum iniquitatem digni passionibus simus. docet itaque propheta humiliationem suam emendationem esse delicti; atque ob id bonum scit esse sibi quidquid a deo est, quia pati meruit, quod pati cœpit. et scit disciplinam emendationem esse uitiorum. prius ergo deliquit, secundo autem humiliatus est, et per humilitatis disciplinam oportet eum, ne delinquat, doceri et in eloquiis dei manere, quia iam sit delinquens humiliatus et in mandatis dei, ne ultra possit peccare, mansurus sit.

5. Bonus es, domine: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. scit iustificationes dei propheta bonas esse, quia bonus sit, qui eas statuit. scit sibi nihil nisi ex iustificatione dei accidere, quia professus sit prius se deliquisse, dehinc postea esse humiliatum. et quia superius orasset, ut bonitatem et disciplinam et scientiam doceretur, nunc orat, ut iustificationes dei in bonitate doceatur: quia iustificatio opus sit rei iustæ, quæ sibi ignorabilis sit, quia iustificationes, quæ

1 scit *p* sit *C* esse *supr. scr. R* 3 et apostolū *ex* apostolū *m. 2 V* prophetam (*om.* et) *C* gratiam V^1 5 ita *om. C* scientiam *ex* discientiam *m. 1 V* 6 fidelis adque credentis R^1 9 ergo deliqui *V* 10 propterae loquium *V* ego *h. l. supr. scr. R om. pb* 12 per passionem *Vpb* 14 delicti *ex* dilicti *R* dilecti *b* 16 $\overset{\&}{\text{scit}}$ *R* et sit *C* 17 deliquid *C* secundo *ex* secundum *R* secundū *C* per (*om.* et) *R* humilitatis *ex* humiliatus *m. 2 V* 23 nisi *om. C* 24 accedere *C* qui *Cp* 26 docetur *R* 27 d̄s *V* ut quia *p* *post* iustificatio *del. m. 2 V* nesque in 28 $\overset{\text{ut}}{\text{quia}}$ *p*.

in lege sunt constitutæ. umbram in se iustificationum cælestium continerent.

6. Deinde adiecit: multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto cordo scrutabo mandata tua. patienter omnia et æquanimiter propheta tolerans in opprobrium superborum atque iniquorum deductus est. si quis enim obiurgationes trium regum in Iob recolat, intelleget, quanto inludentium exacerbetur opprobrio. namque cum inreligiosi quique per passiones aliquas emendari dei seruos contuentur, exprobrare hæc ita solent: „ubi fides? ubi spes in deum? ubi auxiliantis uirtus? ubi boni dei misericordia est?“ contra quæ firmo animo fidelique opus est et in mandatis dei intento atque occupato, ne multiplicatis tot in se superborum iniquitatibus cedat, sed semper dicat: bonitatem fecisti cum seruo tuo. domine; ut ait ille passionum humanarum gloriosus et beatus uictor: dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen domini benedictum.

7. Deinde sequitur: coagulauit sicut lac cor eorum: ego uero legem tuam meditatus sum. cor superborum ait sicut lac coagulatum. lac specie et sapore blandissimum est; quod uitio aliquo corruptum coagulari solet et ex naturæ suæ suauitate decedens inutili sapore amaroque corrumpitur. ergo antea iniqui, cum in secundis rebus esse prophetam contuerentur, felicium rerum amici, simplicitatis specie blandientes tamquam lac fuerunt. at ubi eos ab humilitate sancti uiri

16 Iob. I, 21.

1 ūbrae *V* in se *in uers. exeunte add. m. 3 R* 3 ĩiquitatis *V* 4 corde meo *Rb* scrutabor *RCE* scrutabar *p cf. Georges II, 2281* 6 oppobrium *V* obprobrium *R* 8 intelleget *ex* intellegat *V* intellegit *R* oppobrio *V* obprobrio *RC* opꝓbriū *p* 9 emendare *C* 10 con = tuentur *R* contuentur *ex* cotur *m. 2 V* 11 dm̄ *V* dm̄ *ex* dō *m. 3 R* 12 opus (*om.* est) *C* 13 totiens superborum *V* 14 sed *om. V* 17 tulit *V*[1] 18 dehinc *V* coagulatum est sicut *pE* cor meum *V* 19 superborum ac si lac *p(A)* 21 alico *C* naturae suaeuitate *V* 22 decidens *R* 23 ante *Cp* iniqui cum (in) *corr. m. 2 V* (inlecū) in *R* 24 simplicitate *V*[1] 25 ab umilitate *R (cf. Draeger Synt. I, 624)* ex humilitate *Ve* ex hac humilitate *Cpb.*

superbia et fastidium tenuit, ex lacte coagulati sunt et ex blandis ac suauibus adulationibus in uitiosi et coacescentis saporis amaritudinem sunt redacti. his uero sicut lac coagulatis legem tamen dei propheta meditatus est: meditatus autem in id, ut diceret, quod sequenti uersu continetur.

8. Bonum mihi, quod humiliasti me. iniquitas licet superborum multiplicetur et cor eorum ut lac coaguletur, scit humiliationem tamen suam sibi propheta bonam esse, nouit secundum apostolum uirtutem in infirmitatibus perfici. bona omnis passio, bonæ omnes tribulationes, per quas iustificationes dei cognoscuntur: ut peccantes humilitate emendet, ut delinquentes seueritate coerceat, ut ignorantes doctrina doceat. idcirco enim bonum sibi, quod humiliatus est, ait, quia per humiliationem iustificationes dei disceret. deliquit enim, priusquam humiliaretur, et humilitas ei bonum est, quia per eam iustificatio dei discitur.

9. Conclusit autem hoc modo: bonum mihi lex oris tui super milies auri et argenti. non est simplex conclusionis istius sermo. suffecerat enim ad prophetæ gratulationem dixisse: bonum mihi est lex tua. sed cum ait: lex oris tui, plus uoluit intellegi. locutus est deus per Moysen legem, locutus est per prophetas: sed hæc lex dei est, non etiam lex oris dei. os autem dei est ille, qui et uirtus dei est, qui et sapientia dei est, qui et bracchium dei est, qui et imago dei est, deus scilicet et dominus noster Iesus Christus dicens:

9 II Cor. 12, 9.

1 et ex lacte *Cpb* 2 suabibus *V* 3 lac *supr. scr. m. 1 R* 4 est meditatus *add. m. 2 V* 6 mi *R* 7 sicut lac *Cpb* 9 in infirmitatibus *R* eni infirmitatibus *V* 11 cognoscentur *C* emendet *ex* defendet *m. 2 V* 12 coercet *V* coherceat *RCp* 13 est atque per *C* est q{ per *p* 14 delinquid *C* delinqui *V* priusqua *R* 15 humiliaretur et *add. m. 2 V* 17 conclusit == enim hoc modo *V* mi *C* 18 milia *RpE* confusionis *V* 19 ad *ex* a *m. 2 V* 21 dñs *C* legem *om. V* 23 oris dis *corr. m. 2 V* qui sapientia *VRC* 24 qui et bracchium — deus *om. p(A)* et bracchium di est *add. m. 2 V* qui *om. V* est imago di est *corr. m. 2 V* 25 scilicet dominus *Cp(A)*.

beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, dicens: beati lugentes, quia ipsi consolabuntur, dicens: benedicite, qui uos persecuntur, et orate pro calumniantibus uobis. hanc legem oris dei bonum sibi esse propheta confessus est: et bonum non cum conparationis et definitionis et modi numero, sed super milies auri et argenti. indefinitus hic sermo est, cum dicitur milies, quia indefinite bona est lex oris dei: ex conparatione uero rerum maxime in terris pretiosarum utilitatem bonorum eorum, quæ a deo sunt statuta, significans.

IOD.

Manus tuæ fecerunt me et parauerunt me et reliqua.

1. Commune iudicium est, inter omnia terrena dei opera nihil homine utilius, nihil esse speciosius: quia, etsi sint aliqua pulchra et ornata, magnitudinem quidem eius, qui ea tam decora genuerit, testantur, uerum speciei et ornatus et institutionis suæ fructum ipsa non sentiunt. loquimur enim de his, quæ humano subiecta conspectui sunt, scilicet de creatis in terra et mari et aere, et quæ singulis quibusque generibus naturisque permixta sunt. pulchra hæc; sed quod tandem in oceano aut terra aut cælo aut aere bonum, quæ in his creata sunt, eo, quod talia creata sunt, consequentur? in homine autem quidquid est, sibi proficit. et hoc unum in terris animal

1 Matth. V, 3 sq.

3 consulabuntur *V* 4 calumniantibus uos *Rb* calumniantibus *e postea add. pE* ac persequentibus uos 7 milia *pE et sic infr.* 8 indeffinitae *R*[1] 9 in *supr. scr. m. 1 R* 10 a *supr. scr. m. 3 R* significat *pE postea C add.* amen in Christo *pb* in Christo amen. — Explicit littera nona incipit littera decima feliciter *V* Finit *R* Finit Teth incip. Ioth lit. X. *C* Fiñ litta VIIII incip̄ Ioth litta X. *p* 11 Ioth *VR* 12 p̄parauerunt *p* plasmauerunt *Rb om. e* 14 etsi *ex* et *m. 2 V* 15 qui a *V* tam *ex* tan *m. 2 V* 16 decora *ex* decore *m. 1 R* genuerint *V* 18 quae *ex* que *m. 2 V* in terra — aere *in marg. sup. add. m. 2 V* 19 generibus naturisque generibus (qua supr.) *V* generalibus naturisque *C* 20 haec *om. Cp* 21 aetere (h supr.) *V* ǽhere *C* ethere *p* quae his *V* 22 eo quod — sunt *add. m. 2 V* sint *pb.*

rationale, intellegens, diiudicans, sentiens constitutum est; horumque omnium generum, quæ in eo sunt, nihil ad aliud aliquid proficit quam ut ipse et ceteris aliis et his, in quibus est natus, utatur: utatur autem ad cognoscendum uenerandumque eum, qui tantorum in se bonorum auctor et parens sit.

2. Ex quo magnum illud atque mirabile Salomonis dictum esse intellegetur, quod tale est: grande homo et pretiosum uir misericors: uirum uero fidelem opus est inuenire. quid enim tam difficile est, quidue tam ardui operis est quam inuenire eum, qui meminerit se secundum imaginem et similitudinem dei esse factum, qui diuinorum eloquiorum studio intentus rationem animæ suæ corporisque cognouerit et originem utriusque generis naturamque perceperit, ad quem denique finem hæc institutio sua ortusque contendat? atque ob id magnum quiddam est homo. hoc enim nomen, ubi rerum superius commemoratarum cognitione neglecta in uitia deciderit, amittit, indignus scilicet iam iudicatus homo nuncupari, et qui non secundum imaginem et similitudinem dei factus sit; sed secundum exprobrationes propheticas et euangelicas aut serpens aut progenies uiperarum aut equus aut mulus aut uulpis ei nomen est, et proprietas ei nominis sui, ut ab innocentia sua exciderit, aufertur.

3. Verum qui studiosa fide doctrinam dei et præcepta scrutatus sit et per innocentiæ studium dignum præstare se uelit, qui secundum imaginem et similitudinem dei factus sit, uti et ipse prophetæ uoce poterit dicentis: manus tuæ fecerunt

7 Prov. XX, 6.

1 intellegendi iudicans sentiens *V* intelligendi iudicans & sentiens (& *supr. scr. 3*) *R* 2 ad *om. VRe* aliut *V* 6 et quo *V* solomonis *V* 7 intellegitur *C* intelligitur *p* 8 inueniri *VC* 9 qd̄ uetā *R* tardi *V* 10 qui *ex* quid *R* 15 nomen *add. m. 2 V* 17 admittit *V* etiam iudicatus *V* homo *add. m. 2 V* ei qui (ei *in ras. m. 3*) *R* et cum *e* 18 non *om. VCpE* secundus *V* et similitudinem *om. Cp* sed *R add. m. 2 V om. CpE cf. quae de h. l. et de interpunctione a me adhibita dixi Stud. 1889 p. 322* 19 serpens *ex* semper *m. 2 V* 20 aequus *R* ecus *V* ecis *C* uulpes *CE* 21 ubi de innocentia exciderit *VCpE* 22 auferetur *V* 25 uti *ex* ut *m. 2 V* 26 profeta *V* dicentis *ex* dicentes *VR*.

me et præparauerunt me. et in aliquibus codicibus ita scriptum deprehendimus: manus tuæ fecerunt me et finxerunt me: da mihi intellectum, et discam mandata tua. et sine dubio non otiosum esse existimandum est, quod non satis erat prophetam dixisse: manus tuæ fecerunt me, nisi adiecisset finxerunt uel præparauerunt; sed honorem condicionis suæ propheta intellegens specialem originis suæ in hoc significare uoluit dignitatem. primum dicens: manus tuæ fecerunt me.

4. In creatione mundi omnia uerbo effecta esse accepimus, cum dicitur: fiat lux, cum dicitur: fiat firmamentum, cum dicitur: et pareat arida, cum dicitur: germinet terra herbam pabuli seminantem semen secundum suum genus, cum dicitur: fiant luminaria in firmamento, cum dicitur: eiciant aquæ reptilia animarum uiuarum. ergo omne, ex quo uel in quo mundi totius corpus creatum est, originem sumit ex dicto et subsistere in id, quod est, ex uerbo dei cœpit. uerum de homine ita deus locutus est: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. differt itaque natura et origo hominis ab institutione uniuersæ creationis: et proprie de eo ante tractatur et confirmatur, ut fiat, cum cetera sine quadam consilii sententia esse sint iussa. habet ergo primam hanc origo hominis dignitatem, quod ei proprium fuit de se ante tractari.

5. Verum et in hoc præsenti prophetico dicto ingens humanæ originis priuilegium continetur. non enim manus domini pecora et aquatilia et uolatilia fecerunt: nusquam istud scripturæ

11 Gen. I, 3 sq.

1 praeparauerunt [finxerunt] R parauerunt C 2 depraendimus V¹ 3 finxerunt ex pinxerunt *m. 2 V* me *om. p.* ut discam *RCpE cf. Sabatier II, 239* 6 nisi et *V* finxerunt me uel *V* parauerunt *C* 7 propheta — suae *om. V* 10 accipimus *C* 13 erbam *R* 14 firmamentum *V*¹ 18 dš *add. m. 2 V* 20 naturae origo *R* 21 ante et tractatur et *pE* ante et tractatur ad *C* 22 concetera *C* sententia *ex* sententiam *m. 1 V* 23 primum *Cpb* hanc *om. V* 26 origini[s] *corr. m. 2 V* dñi *ex* dī *corr. m. 2 V* 27 istut *V*.

tradiderunt. egregium hoc itaque et præclarum in homine est, quia a ceteris dignitate operationis excipitur. de confirmatione autem cæli ita quodam in loco legimus: ego manu mea firmaui cælum. ergo exæquatur operationi hominis istud elementum, cum idipsum manu dei firmatum esse memoratur? sed quamquam cælum manu, homo tamen manibus. præstat ergo officio unius manus duarum operatio: et id, quod ad confirmationem cæli satis est, in hominis condicione non sufficit. intellegendum autem est, cur manibus propheta se factum esse dicat, neque solum factum, sed etiam figuratum uel præparatum.

6. Ceterorum omnium elementorum creatio eo ipso in tempore et instituta et effecta est, quo subsistere iubebatur, neque inchoationem eorum et perfectionem tempus aliquod discernit; nam consummationem inchoatio in eo, quod est cœpta, percepit. homo uero, cum internam et externam in se naturam dissonantem aliam ab alia contineat et ex duobus generibus in unum sit animal rationis particeps constitutus, duplici est institutus exordio. primum enim dictum est: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; dehinc secundo: et accepit deus puluerem de terra et finxit hominem.

7. Primum opus non habet in se adsumptæ aliunde alterius naturæ originem. incorporale est, quidquid illud tum de consilii sententia inchoatur: fit enim ad imaginem dei. non dei imago, quia imago dei est primogenitus omnis creaturæ; sed ad imaginem, id est secundum imaginis et similitudinis speciem. diuinum in eo et incorporale condendum, quod secundum imaginem dei et similitudinem tum fiebat: exemplum scilicet

3 Esai. XLV, 12 (*LXX*). 18 Gen. I, 26. 20 Ibid. II, 7.

1 tradider̄ *Cp* tradidere *E* 2 a *om. R* 4 istut etut elementū *corr. m. 2 V* 7 officium *V* manus *om. V* quod confirmatione *C* 8 in *add. m. 2 V* 9 qur *R* cur — dicat *om. V* 11 ceterarum V^1 in *om. pb* 12 subsisteret V^1 13 ĭcoationem *VC et sic in seq.* 14 per≡cepit (e *ex* i *m. 3*) *R* 16 alia ab alia *R* 17 rationum *V* constitutus *ed. post Basil. 1550* constitutum *VRCpa* est constitutus *V* 20 scd̄m *p* acceperit V^1 23 illut *V* tum *om. e* 26 ad *supr. scr. m. 1 R* dei id est *Cpb*

quoddam in nobis imaginis dei est et similitudinis institutum. est ergo in hac rationali et incorporali animæ nostræ substantia primum, quod ad imaginem dei factum sit. secundi uero operis efficientia quanto differt ab institutione prima? deus terræ puluerem accepit. nam sumitur puluis, et terrena materies formatur in hominem uel præparatur et ex alio in aliud opere ac studio artificis expolitur. primum ergo non accepit, sed fecit: secundum non ut primum fecit, sed accepit et tum formauit uel præparauit.

8. Utrumque autem intellegi recte potest, quia utrumque scriptum deprehendimus: ut formauerit in id, quod est, corporis scilicet speciem, uel præparauerit in id, quod dicitur: et inspirauit in eum spiritum uitæ, et factus est homo in animam uiuentem. inspirationi ergo huic præparatus siue formatus est, per quam natura animæ et corporis in uitæ perfectionem quodam inspirati spiritus fœdere contineretur. scit in se duplicem beatus apostolus Paulus esse naturam, cum secundum interiorem hominem delectatur in lege et cum aliam in membris suis uidet legem, quæ se captiuum ducat in lege peccati. quod ergo fit secundum imaginem dei, ad animi pertinet dignitatem. quod autem formatur ex terra, speciei corporis naturæque primordium est. et quia uel locutus ad alterum deus intellegitur, cum dicit: faciamus hominem, uel triplex cognoscitur hominis facti formatique perfectio, cum et fit ad imaginem dei et formatur e terra et inspiratione spiritus in uiuentem animam commouetur, idcirco manibus se

12 Gen. II, 7. 17 Rom. VII, 22 sq.

1 in *add. m. 2 V* et similitudinis *add. m. 2 V* 2 hac *ex* hoc *m. 2 V* et corporali *C* substantia qui primũ *V* 3 ad *add. m. 2 V* 4 primi *coni. Bened.* 5 accipit *pb* 6 alia *C* aliut *V* 7 ac *ex* a *m. 1 V* 8 secundo *VRC* ut *om. VR* tunc *pb*, *om. e* 11 deprehenditur *V* in it *C* 14 inspiratione *R* inspirationis *C* 15 naturam *V* in *om. Cp* 16 contineret *p* 17 apl̄s paulus *R* apostolus *V* paulus *CpE cf. p. 447, 7* 19 in legem peccati *VCpe* 20 dei imaginem *C* 21 ex terre specie *C* 22 corporeae *V* et corporis *C* naturaequae *VR*[1] naturae q; (a *superscr.*) *C* 24 praeformatique *Cpb* 25 et fit *ex* fit *m. 2 V* et fiat *R* e *ex* et *m. 2 V* inspirationesin spiritus *V* 26 in uiuente anima *V* & idcirco *R*.

factum et formatum, non manu tantum propheta testatur, quia in constitutione sua et non solitarii tantum et eadem triplex fuisse docetur operatio.

9. Et quia istud sciat propheta ualde esse occultum et reconditum, quatenus scilicet manibus dei formatus sit, tamen, ut plenam atque absolutam intellegentiæ huius rationem consequatur, ait: da mihi intellectum, et discam mandata tua. et tamquam ignorans hæc loquitur et tamquam nondum intellegentiam adeptus dari sibi intellegentiam deprecatur: et audent non dico ecclesiæ homines, sed gentium sophistæ quædam de naturæ humanæ institutione uelle tractare: audemus etiam gloriari rectæ ac perfectæ nos uitæ esse scientiam consecutos. sed doceri nos oportet prophetæ huius exemplo, ut uel diuinarum rerum ignorantiam confiteamur uel ignoratarum intellegentiam deprecemur. optimum est autem cælestium mandatorum scientiam a deo per precem postulare et infirmitatem ingenii nostri paupertatemque cognoscere. primum enim secundum apostolum munus est gratiarum sapientiæ donum, sequens scientiæ; et idcirco hunc ordinem etiam hic propheta seruauit dicens: da mihi intellectum, et discam mandata tua. primum intellegentiam, post etiam scientiam deprecatus est.

10. Sequitur deinde: qui timent te, uidebunt me et lætabuntur, quia in uerba tua speraui. consuetudo impiorum est, ut conspectis religiosis uiris tristes sint. oderit enim necesse est ebriosus sobrium, continentem inpudicus, iustum inicus, et tamquam conscientiæ onus præsentiam sancti cuiusque non sustinet. contra uero ad conspectum uiri fidelis

1 non in manu *C* et non manum *V*[1] 2 sua non *Cpe* solitaria *Ce* 4 istut *V* atque reconditum *E* 5 formatus sed *V* 6 plenam aquã atque *R* absoluta *V*[1] absolute *C* consequamur *VCp* 7 mi *V* ut discam *RCpE* 8 tua tamquam *VCpE* haec *add. m. 2 V* 9 adeptus — intellegentiam *supr. scr. m. 1 R in marg. infer. add. m. 2 V* 10 eclesiae *V* ecclaesiae *R* 11 de *om. V* institutionis *VR an* institutionibus? 12 nostrae uitae *V* 15 obtimum *C* 16 et *om. b* 18 unum est *V* 20 ut discam *RpE* 24 tristis *V*[1] oderit etiam *V* 25 est *add. m. 2 V* 26 iniqus *R* iniquus *pE* bonus *V* sancti *add. m. 2 V om. Cp.*

religiosi omnes, quibus dei timor est, lætantur et uel solo corporeæ contemplationis uisu gratulantur modo auium herbarumque quarundam, quæ uisæ tantum et conspectæ morbis aliquibus et infirmitatibus medentur. utilis ergo est sancti præsentia timentibus deum, quia necesse est profectum aliquem ex contemplatione ipsius consequantur. sed propheta non hoc in se solum contuendum putat, quod publicis ac promiscuis oculis subiectum est. uult ille probitatem uitæ suæ conspici, uult iustitiam suam et religionem et continentiam cerni. non enim tantum timentes deum, quia uident eum, lætabuntur, sed quia uideant eum in dei uerba sperantem: et sperantem non mediocriter neque confuso humanæ opinionis errore, sed dicentem cum libertate id, quod consequitur:

11. Cognoui, domine, quia æquitas iudicia tua et uere humiliasti me. in locis ceteris meminimus ita prophetam dicere solitum: da mihi intellectum et doce me, et obseruabo præcepta tua; nunc autem tamquam de adeptis profitetur dicens: cognoui, domine, quia æquitas iudicia tua. sed hic non de iudiciis illis æternis, sed de præsentibus sermo est. iudicia illa æterna secundum eundem prophetam sicut abyssus multa, et secundum apostolum: iudicia dei inuestigabilia et inscrutabilia. scit autem in his iudiciis, quæ nunc sunt, quidquid in se geratur, ex iudicio dei fieri: omnes tribulationes, omnes pressuras, omnia

21 Ps. XXXV, 7. 22 Rom. XI, 33.

1 timor dei *E* ut uel *RCe* uel *V* sola *V* 2 gratulentur *e* 3 et conspectae utiles sunt. utilis ergo *cet. p(A)* et conspectae gratū contemplationis uisū seu odorem suauitatis reddunt. utilis ergo *cet. C* 4 est et sancti *pb* 6 sed profeta sed non *V* 7 quod *add. m. 2 V* publicis *VRe* caducis *Cp(A)b* 8 uult — conspici *om. Cp* 10 timentes dn̄m quia uident eum *C* timentes deum (dm̄) quia uident *VR* quia uident eum timentes deum *pb* laetabuntur — uideant eum *om. C* 11 uident eum *pE* in uerba dei *E* et sperantem *om. V* 12 humana *R* 13 cum libertatem *V*[1] quod *add. m. 2 V* 15 et ueritate tua *R* humuliasti *V* 17 de aptis *p(A)* 18 quia equitas *R* qui aequitas *C* iudicia tua *add. m. 2 V* 19 aeternis illis *C* 20 iudicia enim illa *Cpb* 21 multa est (ē *p*) et *VRCp* 22 iudicia enim dei *C* inexscrutabilia *R* 23 quid in se *V* 24 dī *add. m. 2 V* tribulationes omnes *add. m. 2 V* praessuras *VR*.

insectationum odia, omnes persecutionum infestationes ex iudicio in se dei adesse, ut per hæc probabilis, ut per hæc emendatus et tamquam per ignem examinatus atque purgatus sit.

12. Plus est autem nescio quid in cognitione quam in fide operis: et idcirco hic non credidit, sed cognouit, quia fides habet obœdientiæ meritum, non habet autem cognitæ ueritatis fiduciam. distinxit apostolus plurimum inter cognitionem fidemque differre, posteriore eam loco inter gratiarum dona connumerans. primum enim sapientiam, sequenti cognitionem, tertio fidem prædicauit, quia qui credit, potest ignorare, cum credit; qui autem iam cognouit, non potest id, quod cognouit, adepta cognitione non credere.

13. Ergo ambiguitatem hic non admittit propheta, quin sciat iusta dei esse iudicia, id est humiliationis suæ et tribulationis et contemptus et iniuriæ et doloris. ita enim ait: c o g n o u i, d o m i n e, q u i a æ q u i t a s i u d i c i a t u a, e t u e r e h u m i l i a s t i m e. non sine causa se scilicet esse tribulationibus subditum, non sine causa passionibus permissum, non sine causa per iniurias humiliatum, sed ad humanorum uitiorum expianda peccata ex iustis se ac ueris dei iudiciis humiliationi esse subiectum.

14. Sed quia in his passionibus ex æquitate diuini iudicii uersetur, exhortationem præsentium humiliationum ex misericordia dei deprecatur, quia humana infirmitas inpar sit tolerantiæ passionum: f i a t m i s e r i c o r d i a t u a, u t e x h o r t e t u r m e s e c u n d u m e l o q u i u m t u u m s e r u o t u o. sed meminit bonum sibi esse humiliari, bonum sibi esse passionibus subdi, et ea omnia, quibus uexatur, purgationem sibi terrenorum esse

2 ut per hoc probabilis *V* 6 cognita *V* 8 diferre et posteriore *C* 9 primo *Cpb fort. recte* sequentē *C* scientem *V* 10 ignorare quod credit *pE* 11 qum (i *sup.*) ante iam *V* 14 esse iusta dī *p* iusta esse dei *E* iusta dei (*om.* esse) *R* suae et tribulationis *om.* *V* 15 cognoui enī quia *V* 16 et in ueritate tua humiliasti me *R* 19 iniuriis *Cpb* sed *om.* *R* 20 expuenda *VC* ueris = dei *R* humiliatione *C* 23 *post* uersetur *subsequentem psalmi uersum uolgari errore inseruerunt VRCe* 25 passionum dicens *pb* exortetur *VRC* 27 sibi esse humiliari bonum *om.* *V* subdi et ea *ex* subiecta *corr. m. 2 V* 28 a quibus *pE*.

uitiorum. non enim ut humilitas ac tribulatio a se auferatur orat, sed ut sibi ex misericordia dei adhortatio in tribulatione præstetur. optat ergo diutino prœlio in his corporis sui infirmitatibus militare, optat longo certamine aduersus huius mundi nequitias consistere. sed adhortationem ex misericordia dei sperat, ut tribulatus licet et adflictus diuinæ adhortationis auxilio firmetur. scit et beatus apostolus Paulus, omni ipse temptationum genere perfunctus, uti se diuinæ misericordiæ adhortatione. dicens: benedictus deus pater domini nostri Iesu Christi, pater miserationum et deus omnis exhortationis, qui exhortatur nos in omni tribulatione. et adhortationem hanc scit sibi propheta promissam ab eo patre et domino miserationum, qui per temptationes eum, qui in se credat, examinet; atque ideo subiecit: secundum uerbum tuum seruo tuo, id est secundum eam promissionem, qua spoponderit se tribulatos in passionibus non relicturum. dixit enim in euangeliis: cum ergo tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim uobis in illa die quid loquamini. non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. et hoc quidem, quantum ad præsens pertinet tempus.

15. Futuræ autem spei propheta non inmemor est dicens: ueniant miserationes tuæ, et uiuam: quia lex tua meditatio mea est. naturæ corporalis infirmitas eget miserationibus dei. neque enim beatæ illius uitæ æternitatem

9 II Cor. 1, 3 sq. 17 Matth. X, 19 sq.

2 sed ut bi (si *superscr.*) *corr. m. 1 R* sed sibi *V* 3 obtat *C* diuino *Ce* 4 optat ergo longo *V* aduersum *VCp* mundi huius *CE* 5 adhortatione *V* hortationē *p* ortationem *C* 6 auxilium *V*¹ 7 omni se *C* 8 perfunctū *C* uti diuinae *R* 10 miserationum *ex* miserationi *m. 2 V* misericordiarū *C* 11 exhortationis *add. m. 2 V* quin *V* q (a *superscr.*); *C* 13 ab eo patre ꝓmissā & dño miserationū *p(A)* promissam habens patrem et dominum (dm̄ *V*) miserationum *VRC cf. p. 448, 1 et de uerbis* ab eo *et* habeo *saepius confusis cf. Acad. p. 27* promissam a deo patre et domino miserationum *E* per temptationem seu qui *V* 14 in *om. e* 19 dabitur — loquamini *om. R* die *V* hora *CE* ora *p* 23 profetae *V* non memor est *R* non inmemorat *V* 24 ueniant mihi miserationes *pE.*

consequi merito suo poterit, nisi miserationibus eius, qui pater miserationum est, prouehatur. scit se propheta nondum ea uiuere uita, quæ uita sit; nemo enim nostrum hoc, quod nunc uiuit, uitam audebit existimare. nunc enim in corpore mortis sumus, Paulo dicente: qui me liberabit de corpore mortis huius?, et hoc ipsum eodem hoc propheta testante ita: et in puluerem mortis deduxit me. uera enim uita nostra cum Christo absconsa est in deo. sed neque hæc, nunc in qua agimus, regio uiuentium est: ea autem est, de qua hic idem propheta ait: et conplacebo deo in regione uiuorum. atque ideo uiuam dixit, quia non in usu uitæ istius uiuit, sed in dei sit miseratione uicturus. sed sperat istud, quia lex dei meditatio eius est. uacemus igitur diuinæ lectioni, uacemus præceptis dei et opera legis uitæ nostræ officiis exequamur: quia propter meditationem legis ueniente in se domini miseratione sperat se propheta uicturum.

16. Non est uero sufficiens huic 'prophetæ, ut sibi tantum sollicitus sit ac solum sui memor sit. oportet eum curam humani generis sumere et publicæ sollicitudinis adfectum subire et orare pro his, qui in peccatis et in inreligiositate uersantur. huius itaque adfectus sui sollicitudinem consequenti uersu docet dicens: confundantur superbi, qui iniquitatem fecerunt super me. non est hic maledicti oratio, neque retributionem iniuriæ sibi inlatæ deprecatur. et absit, ut propheta euangelii prædicator rationem euangelicæ caritatis excesserit. domino enim dicente: diligite inimicos uestros et orate pro calumniantibus uobis ratio non patitur, ut nunc

5 Rom. VII, 24. 7 Ps. XXI, 16. 10 Ps. CXIV, 9. 26 Matth. V, 44.

2 scit propheta *VCpb* nondum se ea *pb* 3 uita sit *add. m. 2 V* 5 quis *CpE cf. p. 111, 10* liberauit *V* 7 deduxisti *RCpE* 8 abscondita est *C* in dn̄ō *p* 9 nunc in quam *V* (n̄c) in qua n̄c *p* in qua nunc *b* 11 non usu *Cpb* 12 uiuat *p* 13 istut *V* 15 exaequamur *R* ueniente *ex* uenite *p* uenientem *ex* ueniente *m. 2 V* 16 miserationi *V*[1] 17 uera *C* sufficiens huic profetae ut sibi tā sufficiens sit. oportet *V* 20 et inreligiositate *VCpE* 22 quia iniuste iniquitatem *RCpE* 23 oratio (ora *in ras.*) *R* ratio *ex* oratio *m. 2 V* (re)tributionē *C* 24 depraecatur *R* precatur (praecatur *V*) *VCpE* 27 uos *Cpb*, *om. e; postea E add.* ac persequentibus uos.

uindictam in superbos atque iniuriosos precetur. sed quia a peccatis qui desinit, in his erubescit, et qui uitia derelinquit, necesse est ea idcirco, quia oderit, derelinquat: orat propheta, ut, qui in se superbi iniuste fuerint, hi per cognitionem uitiorum suorum in his, quæ gesserint, erubescant. quamdiu enim quis peccat, in his, quæ peccat, non confunditur consuetudine et uoluntate peccandi. ubi uero peccare destiterit, finem peccandi habet ex pudore peccati. ipse autem exercetur in mandatis dei uiuendo iuste, religiose prædicando, iniurias non retribuendo et tolerando patienter. ob id enim multorum in se superborum contradictiones iniquitatesque sustinuit.

17. Absolute autem consequenti uersu id, quod de confusione superborum tractamus, significasse intellegitur. sequitur enim: conuertantur mihi, qui timent te et qui cognoscunt testimonia tua. uult ergo eos, qui deum timere cœperunt, ad se propheta conuerti, ut per doctrinam suam in uitiis suis et criminibus erubescant, cognitis scilicet testimoniis dei, de quibus multa iam diximus, et confusi in ueteribus delictis ad institutionem prophetæ doctrinamque se referant: quorum ex superbia atque peccatis ad pietatem modestiamque conuersio est.

18. Conclusit autem uerecundiæ suæ more dicens: fiat cor meum inmaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar. exercetur in mandatis, meditatur in lege, iustitiam iudiciorum dei cognouit, timentes dominum conspectu eius lætantur, manibus dei factus atque formatus est, et non audet dicere inmaculatum cor sibi esse. et audemus interdum præferre innocentiam nostram, iactare uitiorum abstinentiam et puros nos a peccatis atque iniquitatibus gloriari? sed ut fidem ita et humilitatem ac modestiam discere a propheta nos conuenit, orante ut sibi inmaculatum cor fiat. scit enim ex eo

1 iniuriosus V^1 4 superbit *C* iniustae *R* îiusti *V* fuer^{n}it *corr. m. 2 V* fueritur *C* hii *Rp* 5 in hiis *C* 9 religiosae V^1R 11 iniquitatisque *V* 12 absolutae V^1R 14 te *om. V* et qui nouerunt *Rb* 18 de ueteribus *Cpb* 19 se *om. V* 24 dōm̄ *V* dm̄ *C* in conspectu eius *V* 29 dicere *V*.

progredi secundum id, quod dictum est: de corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, lasciuiæ, fornicationes, furta, falsitates, blasphemiæ et horum similia. hoc igitur inmaculatum fieri deprecatur, unde tot tantorumque uitiorum quasi ex quodam fomite initia suggeruntur; inmaculatum autem hoc modo sciens fieri, si in iustificatione dei maneat: iustificationum autem hunc fructum esse intellegit, ne in his manens confundatur. confusio enim ex peccatorum conscientia est et ex opprobrio delictorum. ubi ergo confusio non erit, nec peccatum erit. peccatum uero ubi non erit, in iustificationibus dei manebitur. iustificationes autem dei inmaculatum cor esse præstabunt.

CAPH.

Defecit in salutare tuum anima mea, et in uerbum tuum spero et reliqua.

1. Naturæ humanæ est, ut, cum id, quod desiderat, non potest obtinere, per desiderii iugem cupiditatem animi defectione teneatur. et hoc nosse ex ipsis adfectionis nostræ motibus promptum est, in quantam animi defectionem eorum, quos desideramus, expectatione redigamur. propheta itaque, cui omnis ad deum expectatio est, cui omne in mandatis eius desiderium est, loquitur et dicit: defecit in salutare tuum anima mea, et in uerbum tuum spero. non habet alia, quæ desiderium suum occupent, et sancti cupiditas non uacat

1 Matth. XV, 19.

2 fornigationes C^1 3 blasfemiae *V* blaspemiae *C* 4 ut de *V* 6 in iustificationibus *pE* 7 dī maneat iustificationum *add. m. 2 V* iustificationū *ex* iustificatione *corr. m. 1 R* intellegit *ex* intellegenti *m. 2 V* 8 enim ea *C* 9 et *om. V* opp^{r}obrio *corr. m. 2 V* obprobrio *R* Explicit littera decima incipit littera undecima feliciter. scribtori uita legenti doctrina *V* Finit *R* Finit Ioth lit. X incip. Kaf lit. XI *C* Fiñ litt̃a X incip Kaf ł XI *p* 13 Kaf *R* Kat *V* 17 optinere *C* defectionem *V* 19 promptum *ex* proptum tū *corr. m. 2 V* 20 redigamus *ex* redegamus *m. 2 V* cui in õnes ad dm̃ expectatio est *V* cui expectatio omnis ad deum est *pb* omnis expectatio ad deum est (*om.* cui) *C* 22 in salutari tuo *C.*

sæculi rebus. defecit igitur in desiderio salutaris, et defecit ob id, quia in uerbis dei credat: finis enim legis Christus Iesus est et hic est, de quo scripserunt Moyses et prophetæ. est autem salutaris ipso illo nomine, quo Iesus nuncupatur. Iesus enim secundum hebraicam linguam salutaris est; et idipsum angelus ad Ioseph loquens docet, cum dicit: *et uocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis.* causa itaque defectionis est desiderium salutaris. desiderii autem hinc origo est, quod in uerbis dei sperat. salutaris enim noster Iesus est, qui et desideratus et natus est. sed defectionem animæ desiderantis intellegendum est quid sequatur.

2. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: quando exhortaberis me?* sequitur ergo defectionem animæ defectio oculorum. sed ut de natura defectionis animæ tractauimus, uideamus, qualis oculorum soleat esse defectio. pone igitur in expectatione aut peregrinantis uiri coniugem, aut iam diu absentis filii patrem, quem omni in tempore existimet reuersurum: nonne eo itinere, quo uenturum opinabitur, semper intendet? nonne intentio ac uisus oculorum contuitionis ipsius expectatione deficiet? desideria hæc in se prophetarum dominus testatur, cum dicit: *amen dico uobis, multi prophetæ et iusti quæsierunt uidere, quæ uos uidetis, et audire, quæ auditis.* propheta itaque et animo et oculis deficit.

6 Matth. I, 21. 22 Matth. XIII, 17.

1 deficit p^1b salutari *VC* deficit p^1b 2 in uerbū dei (sperat *e*) speret *pE* 3 est *post* hic *add. m. 2 V* 4 quod Iesus *Cpb* 5 enim *om. C* hebreicam *V* 6 id *V* ipsum *Cp* angelus ad *om. V* iosef *ex* iose *corr. m. 2 V* 7 ıħs *V* 8 a peccatis eorum *Re* 9 desiderium salutaris *add. m. 2 V* desiderii *ex* desiderium *m. 2 V* in uerbum *pE* 13 aeloquium *R* 14 sequitur enī *C* 15 defectio oculorum *ex* defectionem anima oculorum *corr. m. 1 V* 16 tractauimus *ex* tractauimus animae *corr. m. 1 V* 18 diu *om. V* omni tempore *Ce* 19 eo itineri $V^1\alpha$ *fort. recte cf. Buecheler Decl. p. 114* ei itineri *E* opinabatur *V* 20 intendit *RC* nō *V* oculorum contuitionis *add. m. 2 V* constitutionis *R* 25 defecit *V* deficitur *RC*.

3. Sed hi nunc oculi prophetæ, licet dominum uidere desiderauerint, non sunt tamen corporis oculi; locuntur enim et expectant, et mentis potius est contuitio ista et loquella, non corporis. dicunt enim: q u a n d o e x h o r t a b e r i s m e? scit exhortationem hanc sanctos quiescentes in inferno desiderare. scit testante apostolo Petro, descendente in inferna domino etiam his, qui in carcere erant et increduli quondam fuerant in diebus Noe, exhortationem prædicatam fuisse. in hæc igitur dei eloquia oculis loquentibus defecit, non tam uisu corporeo dominum ex eloquiis dei nuntiatum quam contemplatione animæ et mentis expectans.

4. Dehinc sequitur: q u i a f a c t u s s u m s i c u t u t e r i n p r u i n a, i u s t i f i c a t i o n e s t u a s n o n s u m o b l i t u s. noui generis hæc causa est, ut ideo iustificationes dei non oblitus sit, quia factus sit sicut uter in pruina. et si rem solis auribus metiamur, inanis et ridiculus prophetæ sermo existimabitur. sed meminit utrem pro humanis corporibus nuncupari, domino in euangeliis dicente: n e m o, inquit, m i t t i t u n u m n o u u m i n u t r e s u e t e r e s. et non ambigitur eum in utribus corpora in peccatis suis ueterna memorasse. per continentiæ autem studium frigent fidelium corpora et calore naturæ interioris extincto utres erunt frigidi, quæ, cum intrinsecus per naturam uitiorum ecferuentium incalescant, extrinsecus tamen continentiæ patientia tamquam pruinæ frigore obrigescant. ergo in hoc corporum frigore iustificationum dei inmemores esse non possumus. quisque autem per uitiorum ardorem utre pleno caluerit

6 I Petr. 3, 19. 18 Marc. II, 22.

1 hii *Rp* 2 locūtur *VR* loquitur *C* 3 potius est *ex* potius enim est *corr. m. 1 V* loquela R^2C loquaela *p* 5 infero *Cp* 7 carcerem *V* et increduli — fuerant *om. V* quondam *ex* quodam *m. 1 R* fuerunt *Cpb* 9 deficit p^1E 10 dei *om. R* enuntiatum *V* contemplationem V^1 12 et hinc *V* uter *add. m. 2 V* in *ex* inter *m. 2 V* 13 proina C^1 14 iustificationes tuas non sum oblitus sed quia *V* 15 factus sū *p* 18 inquid VR^1C nouum *om. V* 19 eum in utribus ueteribus *d fort. recte* 20 ueterans *C* uetera *pb* 21 calore et naturae *V* 22 quae *ex* et quae *m. 2 V* 23 efferuentium *RCp* tamen *add. m. 2 V* 24 obricant (ges) *C* 25 iustificationem *V* esse *ex* se *m. 2 V* 26 quisq *R* quisquis *CE cf. Acad. p. 29.*

neque per metum dei religionemque frigescat, necesse est iustificationum dei obliuiscatur. quæ obliuisci sanctus non poterit, cum utris in pruina modo obrigescentis extrinsecus in internarum cupiditatum omnium instigatione sit frigidus.

5. Dehinc sequitur: quot sunt dies serui tui? quando facies mihi de persequentibus me iudicium? iudicium post consummationem sæculi propheta esse non ignorat, cum ait: propterea non resurgunt impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. quod ergo nunc orat persequentium se fieri iudicium? non illud utique, quod in resurrectionis sæculo meminit futurum, cum se paucorum nunc dierum secundum corporalem uitam sciat esse. ita enim ait: quot sunt dies serui tui? cum dicit quot, scit esse non plures. et superius dixerat esse se tamquam utrem in pruina. ergo quia paucorum dierum sit, fieri iudicium ab his, qui se persecuntur, desiderat, a diabolo scilicet ministrisque eius. sunt enim spiritales nequitiæ in cælestibus. sed scit et diabolum in resurrectionis sæculo iudicandum. paucorum itaque dierum ipse cum sit, fieri hoc iudicium desiderat, scilicet ut consummate sanctus et perfecte domino placens conterat intra se diabolum, conterat aduersantes sibi inimicasque uirtutes et fidei suæ animæ subdat nequitias spiritales. nondum igitur de naturæ suæ firmitate confidit, licet iam ut uter frigeat, sed, ut per misericordiam dei iudicium in inimicos suos sit, deprecatur. hanc potestatem iudicii dominus apostolis suis dedit dicens: ecce dedi uobis potestatem calcare super serpentes et scorpiones et super omnem uirtutem

8 Ps. I, 5. 26 Luc. X, 19.

3 poterit *ex* patitur *m. 2 V* obrigescentis (s *in ras.*) *R* obrigiscētis *V* obrigescens *pE* in internarum *scripsi cf. Stud. 1889, 323* internarum *VRCpE* 4 instigatione *RCpE* instigationem *V* instigationi *coni Bened. in adn.* castigatione *d* 5 quod *V* quotqt̃ *p* 6 mihi *om. Rp* 7 non ignorat *ex* ignorat *m. 2 V* 9 concilio *Rb* 10 persequentium se *scripsi* de persequentium se *VR* de persequentibus se *CpE* illud *add. m. 2 V* 13 quod *V* quod *VCR*[1] 15 ī pruinam *V* quia paucorum dierum scit *pα* quia se paucorum dierum scit *ε* 16 persequuntur *CpE* 18 saeculi *V* 20 ut cūsum̄ate *C* deo *E* 21 infra *VC* 23 firmitatem *V*[1] infirmitate *p* licet *ex* et *m. 2 V* uter *add. m. 2 V* 24 in inimicos *R* inimicos *VC*.

inimici. uocem hanc quidem nondum propheta domini in corpore manentis audiuit; sed dari sibi id potestatis orat, ut constituatur sibi in persequentes se tale iudicium. temptatur enim undique, cum ei per naturam corporis uitiorum inest connata materies eamque diabolus conatur ardore genuinæ cupiditatis accendere, cum impiis inreligiosorum uocibus læditur, cum profanas gentium contra deum disputationes et eloquia uesana perpetitur.

6. Ideo in consequenti ait: narrauerunt mihi iniqui exercitationes, sed non ita, ut lex tua. quanti enim sunt, qui quædam humanæ uitæ instituta docere se adserant, cum ad uirtutes sæculi studia animae nostræ deo rectius seruientia accendunt! quanti etiam sunt, qui cognitionem se habere diuinarum scripturarum mentientes hæretica et peruersa dogmata prædicant! sed sciens propheta perfectam humanæ doctrinæ eruditionem in dei lege esse, ait: narrauerunt mihi iniqui exercitationes, sed non ita, ut lex tua. iniqui enim sunt hæc prædicantes. et dei uox uetuit peccatorem eloquia sancta narrare, quia iniquitas doctrinæ cælestis non recipit ueritatem. peccatori enim dixit deus: quare tu enarras iustitias meas et adsumes testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam, reiecisti sermones meos retro. et has igitur exercitationes propheta non fert, sciens nihil narrationi legis æquandum.

7. Denique adiecit: omnia iudicia tua ueritas: inique persecuti sunt me, adiuua me. iustum qui persequitur, necesse est ut inique persequatur, quia iniquitas iniustæ

20 Ps. XLIX, 16 sq.

1 uocem *ex* uos *m. 2 V* nūdum *C* 3 testatur *V* 5 conata *RC* cognata *e* geminae cupiditatis *E* 11 quaedam *om. C lacuna rel.* 12 studiis animam nostram deo rectius seruientem *p(A)b* 14 diuinorum scriptorum (scribtorū *V*) *Vp* 15 doctmata *corr. m. 1 V* 16 in di fecerit lege *corr. m. 2 V* 17 ita *om. Cp* 18 et ideo uox dei *E* et uox *RC* et lex *V* 21 assumis *RCpE cf. Sabatier II, 101* 22 odisti disciplinam *om. RCpe* 23 eas igitur *p* 24 non referet *Cp* narratione *C* 25 omnia mandata tua *e* iniq *R* 26 persequitur *ex* persecuntur *m. 2 V* 27 quia *ex* qua *m. 2 V* iniuste *VR.*

operationis effectus est. scit et hanc apostolus persecutionum iniquitatem, cum dicit: omnes uolentes religiose uiuere in Christo persecutionem patientur. — multæ enim tribulationes iustorum sunt. nunc satanas insectatur, nunc ministeria eius inpugnant, nunc falsorum fratrum simulatio ad nocendum arte fraudulentæ insectationis inrepit. sed propheta, qui ueritatem esse mandata dei meminerit, iniustæ iniquitatis persecutionem fideli animo sustinet. et quia persecutionem sciat fidei esse docimentum, non orat eam a se amoueri; sed adiuuari se in ea postulat, et opem atque auxilium misericordiæ dei precatur euangelici huius præcepti non ignarus: qui non accepit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.

8. Veritas ergo est in præceptis dei. ueritas nihil falsum, nihil incertum, nihil inperfectum habet. persecutio autem iusto intentata iniqua est. iniquitas enim prædicatorem necesse est oderit ueritatis; sed auxilium a deo est ueritatis prædicatori. graues enim meminit has esse persecutorum molestias, sed quia iusto utiles sint, non putat amouendas. periculosa namque otiosæ fidei pax est, et faciles securis excubiis insidiæ sunt. bellis autem exercitatum uirum non cito doli capient: et glorioso certamine opus est, ut corona uictoriæ deferatur. ob quod non orat adimi sibi causam certandi, sed tribui auxilium uincendi.

9. Meminit autem non in leui se temptationum esse pugna. sequitur enim: paulo minus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. prope usque ad finem fidei iniustæ persecutiones prophetam redegerunt, illæ scilicet, de quibus superius diximus, spiritales nequitiæ in

2 II Tim. 3, 12. 3 Ps. XXXIII, 20. 12 Matth. X, 38.

1 et *om. p* persecutionem *VCp*[1] 2 cudicit *R* 4 tribulationis *V*[1] 5 simulation *V*[1] 6 artae *VR*[1] subrepit *V* 7 meminit *V* 8 iniquitates *V* et *om. Cp* 9 documentum *R*[2]*pE* orat *ex* osaut *m. 2 V* a se *om. p* 10 remoueri *E* moueri *C* s = = iuuari *p* 11 praecatur *VR* deprecatur *C* euuangelici *V* 12 accipit *RCpE* 13 me *add. m. 2 V* 16 intēta *V* iniqua *add. m. 2 V* 17 ueritates praedicatori *V* 18 persecutores *V* sed *scripsi* et *cod.* 20 ecuris (s *superscr.*) *corr. m. 2 V* 23 sibi adimi *E* tribuit *V* 24 non *om. C* se *om. p* pugna *om. V* 26 derelinqui *C* 27 fidei *ex* si dī *m. 2 V* redigerunt *V*.

cælestibus, quæ nos ad corporalia uitia ingestis cupiditatum inlecebris instigant. pæne igitur est propheta consummatus in terra, id est in corporum uitia et peccata deiectus. ut enim consummatio bonorum ita et malorum est. sed ingruentibus licet his perniciosissimis inimicis ac persequentibus se mandata dei non dereliquit; et infirmata licet naturæ suæ inbecillitate in præceptis dei permanet, hoc gloriosius in mandatis dei permanens, quo pæne naturæ suæ infirmitas sit subacta.

10. Concludit deinde modestiæ et spei suæ more dicens: secundum miserationem tuam uiuifica me, et custodiam testimonia oris tui. uiuificari se tamquam nondum uiuens precatur et custoditurum se testimonia oris dei, tamquam nunc non custodiat, pollicetur. sed cum uiuit in corpore, uitam ille non huius sæculi concupiscit; et cum testimonia dei in lege custodiat, tamen testimonia oris dei custoditurum se pollicetur, quæ euangelicis innouata præceptis non adulterio tantum, sed etiam desiderio adulterii abstinentes sola fidei sanctificatione consummant: per dominum nostrum Iesum Christum, qui et os et dextera et uirtus et sapientia dei est, benedictus in sæcula sæculorum. amen.

LAMED.

In sæculum, domine, permanet uerbum tuum in cælo et reliqua.

1. Sermonem prophetæ non in humilibus ac peruulgatis demorari decet, sed semper excelsa et deo digna tractare, atque ita, ut, dum nos ad innocentis uitæ obseruantiam imbuit, ingenii quoque nostri humilitatem ad intellegentiam diuinorum

2 poenae *R* in terrã *VCp* 5 inimicis *om. Cp* 6 derelinquit *Cpb* 7 hoc *add. m. 2 V* 8 quo *ex* qui *m. 2 V* quod *pE cf. quae dixi ephem. Austr. 1889 p. 125* 9 modeste *C* modeste̜ *p* 10 misericordiam *Rb* 13 nunc *om. V* uiuat *pE* 15 testimonia — custodiat *om. V* 16 ĩnouatur *V* 18 consumant *RC* 19 ihs xp̃m *V* qui et = os *R* qui dš *V* et dextera *ex* dextera *m. 1 R* 20 amen *om. V* Explicit littera undecima incipit littera duodecima feliciter *V* Finit *R* Finit litt. XI incip. Lamed lit. XII *C* Lamec *p* 21 Lab *V* 22 in aeternum *h. l. VR sed cf. p. 457, 20* uerbum tuum in finem *h. l. V sed cf. p. 457, 8* 24 aut peruulgatis *pb.* 27 ingeniiq; nostri *C* ingenii nostri quoque *V*.

et inuisibilium sacramentorum extollat. nec sane humana infirmitas in cælestem scientiam se ipsa proueheret, nisi deo donum scientiæ per doctrinam spiritus largiente ad cognitionem diuinæ et inperspicabilis naturæ erudiretur. uolens igitur propheta præstare nos ac perficere deo dignos et sciens repositum humanæ spei esse, ut in cælestem gloriam, si disciplinam cælestis obœdientiæ consectaretur, accederet, ita cœpit: in sæculum, domine, permanet uerbum tuum in cælo.

2. In cælo ait, quia scit in terris propter falsitatem hominum non manere. et quomodo in cælo maneat, ipsa ueluti corporalis contemplationis fide cernitur. non est illic transgressio, non demutatio, non infirmitas, non otium. contueamur solis annuum cursum et menstruum lunæ recursum, astrorum quoque aut stationes aut conuersiones aut demutationes: numquid non finibus suis et constitutis terminis ac decretis uicissitudinibus continentur? nihil illic demutatur, nihil differtur, nihil neglegitur: sed in constitutionis suæ manet lege et in indefessis obœdientiæ ministeriis perseuerat.

3. Sed seruauit hanc desinendorum et præteriturorum officiorum propheta rationem dicens: in sæculum, domine, permanet uerbum tuum in cælo. Latini quidam interpretes ambigua id significatione et minus propria transtulerunt. nam quod apud illos est: εἰς τὸν αἰῶνα, κύριε, id nobiscum est in æternum, domine translatum. accipi autem æternum ita potest, ut intellegatur nullo id, quod æternum est,

1 extollat *om.* *C* 2 nisi dono scientiae *R* 5 testare nos *V* 6 in *om.* *p*(*A*) 7 ascenderet *p*(*A*)*b* *cf.* *Acad.* *p.* *20* 8 domine *om.* *R* uerbum tuum permanet *Cp* *supr.* *scr.* *m.* *1* *R* 9 hominum *ex* hominis *corr.* *m.* *2* *V* 10 in caelos *V* ipse *V* 11 fidem *V* 12 non otium — lunae *in marg. infer. add.* *C* 13 mensuum (*sic*) *add.* *m.* *2* *V* 14 conuersationes *V* 15 in finibus *V* termini *ex* terni *m.* *2* *V* 16 differtur *ex* differitur *R* deserit *p* 17 defessis *R* 19 seruabit *V* praeteritorum *VRCα* 21 quidem *VCpe* interpraetes *VR* 22 minus ppa *p* minus ppatria *C* 23 nam quod graecitas habet *p*(*A*)*b* toce en eona ki ri u

ΕΥΣΤΟΝΑΤΩΑΡΕ *R* ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΩΣΕΜ *V* ΕΝΑΙΩΝΑ ΚΙΡΙΟΥ (*sic*) *p* *om.* *Cα*.

fine desinere. sæculum uero, quod *αἰῶνα* græce est, intra spatium definiti temporis continetur. non enim ait: in sæculum sæculi neque in sæcula sæculorum, sed in s æ c u l u m u e r b u m t u u m p e r m a n e t. scit post hoc sæculum cælum et terram præterire domino dicente: a m e n d i c o u o b i s, c æ l u m e t t e r r a p r æ t e r i e t, u e r b a a u t e m m e a n o n p r æ t e r i b u n t. meminit etiam hoc sæculum præteriturum esse, ut sit cælum nouum et terra noua. idcirco ait: i n s æ c u l u m, d o m i n e, p e r m a n e t u e r b u m t u u m i n c æ l o: quia post hoc sæculum transeunte cælo uerbum hoc obœdientiæ constitutæ in creaturis, quæ reuelationem filiorum dei expectent, non necesse sit permanere.

4. Sed non idcirco non et in terris aliquando dei uerbum est, licet id tantum in cælo propheta prædicet manere. nemo enim nostrum est, qui non interdum donum spiritalis gratiæ sentiat, qui non aliquando in se habeat dei uerbum, cum sobrius, cum tranquillus est, cum continens est, cum beniuolus est, cum misericors est: in his enim cum sumus, manet in nobis dei uerbum, cum præceptis eius bonarum rerum obœditione famulamur. sed subrepentibus turbidarum adfectionum motibus, cum subit pecuniæ cura, cum æstus turpis ac lasciuæ cupiditatis accenditur, cum iræ impetus commouetur, cum ebrietas desideratur, iam non est in nobis manens dei uerbum. est autem in his, qui secundum apostolum exuti uetere homine cum peccatis suis nouum induunt, qui commortui Christo et consepulti iam in nouitatem uitæ resurrexerunt et collocati sunt

5 Matth. XXIV, 35. 24 Coloss. III, 9. 25 Rom. VI, 4.

1 scđm uero *p* ΑΙΩΝΑ *R* ΑΙΑΝΑ *V* ΑΙΩΠΑ (aiona *supra*) *Cp* quod graece est (quod *repetitum*) *R* 4 hoc *add. m. 2 V* & *supr. scr. R* caelum et *om. C* 6 praeterient *E* transient *E* 7 meminit autem *Cp(A)* 8 in saeculo *R* 11 expectant p^1E non *om. CpE* 13 ñ = et *p* non ei *R* 14 profetae *V* 17 beniuolus *VRa* beneuolus (us *in ras.*) *C* beneuolens *p(A)* 18 in nobis *om. R* 19 oboeditionem *V* obędientię *p* 20 adfectionum *ex* adfectione *corr. m. 2 V* 21 lasciuiae *V* 22 cum ira& (& *eras.*) pectus commouetur *R* cum ebrietas desideratur *om. Cp(A)* 23 manendi uerbum dei *R* 24 ueterem hominẽ *V* ueterem hominem *CpE* 25 induerunt *E* 26 in nouitate *VCp.*

in cælestibus, qui terrestris imagine derelicta cælestis imaginem portant. in his enim tamquam in cælo uerbum dei permanet, in quibus hoc uerbum non offenditur ira, ebrietate, odio, infidelitate, lasciuiis. nam etsi aliquando manet, tamen has cohabitationis suæ contumelias non fert, ut semper inesse permaneat. si uero hæc commemorata uitia semper in nobis erunt, ne introire quidem polluta corporum domicilia dignabitur.

5. Adest autem unicuique proximum, ut dictum est: stat enim ad ostium uerbum dei et pulsat ostium animæ nostræ et dicit: ecce stans ante ostium pulso; si quis aperiet mihi ostium, ingrediar ad eum. uult ergo semper introire; sed a nobis. ne introeat, excluditur. cludimus enim per hæc corporis uitia animæ nostræ aditum. quæ si cœperit emundatis omnibus patere, ilico introibit modo solis, qui clausis fenestræ ualuis introire prohibetur, patentibus uero totus inmittitur. ipsi quidem semper, ut inluminet, promptum est, sed lumen sibi domus ipsa obseratis aditibus excludit. est enim uerbum dei sol iustitiæ adsistens unicuique, ut introeat, nec moratur lucem suam repertis aditibus infundere. manet igitur hoc uerbum dei in cælis per indefessam cælestium obœdientiam. quo exemplo in sanctis quoque, qui cælestes secundum cælestis imaginem sunt, dei uerbum manere credendum est.

6. Sequitur dehinc: in generationem et generationem ueritas tua. duplicem hanc sensus nostri intellegentiam,

1 I Cor. 15, 49. 10 Apoc. III, 20.

1 terrestris *ex* terrestrib *corr. m. 2 V* terrestri *R* imagine *ex* imaginem *m. 2 V* 2 portat *V* 4 lasciuia *pE* manet in nobis tamen a sancto habitationis *e* manet non manet tam̄ ex $\overset{o}{\text{q}}$ habitationis *p(A)* 5 inesse maneat *V* 6 commemora uitiam semper in manibus *V* 7 dignabitur *ex* dedignabitur *R* 8 proximo *R* 9 ad hostium *R* 10 *post* ante ostium *eras.* & *R* aperuerit *R* 12 ne *add. m. 2 V* cludimus *VRCp cf. Acad. p. 24* claudimus *E* 14 ilico *VRe* illico *b om. Cp* 15 introire *ex* introirae *m. 2 V* 16 ipse *Cpb* inlumine *V* promptus est *Vpb* 17 si domus *V* excudit *C* 18 dš *V* 20 per indefessam ministeriorū obedientiam in his $\overset{o}{\text{qq}}$; qui caelestes secundum *cet. p(A)* 21 caelestes *ex* caelestem *m. 2 V* 23 in generationem et generationem (*ex* genemrationem) *V* in generatione et generationem *R* in generatione et generatione *Cpb.*

qua uerbum dei manere ut in cælo ita et in sanctis hominibus existimamus, uersus hic, qui consequitur, confirmat. non enim ait: in generationem generationis aut a generationibus generationum, sed in generationem et generationem ueritas tua. utramque generationem simplici significatione conmemorat. duas igitur generationes in duobus populis cognouimus, quorum unus est legis et prophetarum, alius est euangeliorum et apostolorum. ueritas ergo dei in solis his duabus generationibus manet. sed cum prior generatio ueritatem dei intra se haberet, nulla alia tum habuit. erant enim plures generationes gentium atque populorum. et nunc cum hæc eadem generatio indigna exstitit, in qua ueritas dei esset, hanc eandem dei ueritatem præter eam, quæ euangeliis credidit, non habet alia ulla generatio.

7. Sequitur uero: fundasti terram, et permanebit. conuenerat ordini, ut post cælum dehinc terra nuncuparetur: sed hoc, quod medium est, id est in generationem et generationem ueritas tua, ob eam causam interuenisse existimo, ut duplex illa de cælo, in quo uerbum dei manet, intellegentia confirmaretur. nunc ergo tamquam integer ordo seruatus est, cum post cælum, in quo permanet dei uerbum, fundata terra mansura est. et quidem hoc etiam de hac terra forte dictum intellegetur, quæ fundata permanet, quam secundum Salomonem deus per sapientiam fundauit, quæ, cum fluidæ sit aquarum naturæ superiecta et inconstanti innatet substrata elemento, ita tamen sapientia et uirtute et spiritu dei fundata fuerit, ut permaneat. sed mihi propheticus sermo etiam de terra humani corporis uidetur locutus, quæ ita fundata sit, ut

1 in *post* et *om.* *C* = omnib: *C* 2 qui *add. m. 2* *V* confirmati *V* 3 in *om.* *R* in regenerationē *C* aut a *VRC* aut *pb* 4 in generatione et generatione *Cpb* 7 est et euuangeliorum *V* 9 habere *V* 11 adque *VR* 12 exstitit *ex* exstit *m. 2* *V* eandem *ex* eadem *m. 2* *V* 13 euuangeliis *V* 16 terrā nuncuparet *C* 17 in generatione *ex* generationerat *m. 1* *V* in generatione *RCp* et generationem *R* et generatione *VCp* 20 et intellegentia *V* 23 intellegitur *Ra* quae secundum *V* 24 solomonem *V* salamonem *C* cū fluuidae *V* confluidae *C* cum fluida *R* 25 sint quarum *V* 26 sapientiae uirtute *Cp* 27 maneat *V*.

in ea tamquam in cælo uerbum dei maneat. *cælum enim et terra præteribit*: et quomodo hæc terra fundata mansura est? nisi forte fundata in hoc sæculo tantum mansura sit, id est secundum sæculi huius constitutionem et ipsa mansura. sed si permansura est, quo uerbo significatur in perpetuum mansura, earum necesse est generationum terra fundata et mansura esse credenda est, quibus ob ueritatem in his dei manentem cælestis horum nunc terrenorum corporum gloria præparatur. et absolutius id ita consequenti uersu poterit intellegi.

8. Ait enim: *ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.* dies iste, qui nunc est, non perseuerat, interuentu noctis exemptus. aut si de huius diei temporibus locutus esset, mentionem etiam noctis fieri conuenerat, quæ pari, ut dies, dei ordinatione persistit. sed quia dies lux est et sanctus quisque mundi istius lumen est, huius ergo luminis dies non ambigue ordinatione dei perseuerare creditur et perseueraturus, quia omnia deo seruiant. nunc enim non omnia deo seruiunt. numquid et peccatores deo seruiunt? numquid et hi seruiunt, qui adhuc scabello domini pedum subdendi sunt? dixit enim Dauid: *dixit dominus domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scamillum pedum tuorum.* et secundum apostolum: *oportet eum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius.* ergo tunc dies, id est sanctorum lumen permanebit, cum deo cœperint uniuersa seruire.

1 Matth. XXIV, 35. 21 Ps. CIX, 1. 24 I Cor. 15, 25.

1 etenim *V* 3 nisisi *V* in hoc *ex* in haec *corr. m. 2 V* tantum mãsit *V* 4 *inter* et *et* ipsa *1—2 litter. eras. R* 5 uerbo *ex* ueurbo *m. 1 V* mͦ *p(A)* 9 obsolutius *V* 13 exeptus *p(A)* de *om. V* 15 quia *om. V* 16 et *om. Cp* istius mundi *V* 17 rare — perseuere *add. m. 2 V* 18 credetur *m. 2 V* crederetur *C* nunc — seruiunt *om. Cp* 19 et peccatores — numquid *in marg. supr. add. m. 2 V* 20 adhuc seruiunt scamillo *V* dĩ *Cp* subdendi *ex* subdendum *m. 2 V* 21 dix̃ *ex* diĉ *p* dicit *C* autem dauid *b* 23 scamillum *V* scamnellũ *e* scabellum *RCpb cf. Abh. IV, 94* 25 sub pedibus suis *Rpb* 26 cum *add. m. 2 V* in uniuersa *V.*

9. Et hæc quidem a nobis secundum propheticam atque apostolicam doctrinam conmemorata sunt, ut, quamquam in præsentibus dictis futurorum bonorum significari tempus intellegatur, in quo et cælum nouum et terra noua et felix demutandorum corporum gloria et æterna abolitis terrenorum uitiorum noctibus nostri luminis dies spei et expectationi nostræ præparantur, tamen et magnificentiam dei omnes huius quoque mundi creationes indemutabili officiorum suorum constitutione testentur, cum ita firmata, fundata statutaque omnia sint, ut perpetuis, quibus manebunt, constitutorum ab exordio temporum cursibus perseuerent.

10. Sed propheta perseuerare se ut diem postulat seque iam seruum esse domini sui meminit dicens: nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humiliatione mea. frequenter admonuimus humiliationem id significari, cum temptationibus anima subiecta est et infirmitati suæ derelicta humilis efficitur. lex ergo ei meditatio est: et nisi ei meditatio fuisset, forsitan in humiliatione perisset. non est ergo meditatio legis dei, cum tribulamur et angustiamur, relinquenda, sed cum uariis corporum infirmitatibus adfligimur, cum inter persecutionum bella uexamur, constans in nobis debet legis esse meditatio. urant enim licet in excidium fidei ignes, lacerent quoque ad periculum salutis nostræ flagella, effodiant etiam ad eliciendam impietatis confessionem redempta a deo corpora ungulæ, dicti tamen prophetici meminisse debemus, ut consortes ipsius simus. dicamus et nos patientes atque uincentes: nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc

2 ut *om.* *R* 5 oblitis *Re* 7 praeparatur *VCpb* tamen ut *VRC* 8 mundi su^{b} pedib: creationes *C* constitutiones *V* 9 cũ *eras.* *R* firmata funda = ta *p* fundata = = firmata *V* statutane *V* sunt *R* 10 constit^{to}urum *R* ^{a}db *R* exordiorum V^1 12 sed profeta perseuerare *in marg. infer. add. m. 2* *V* ut *om.* *p* 14 est *om.* *Cp* tunc forsitan *e* in humiliationem meam *V sed cf. p. 463, 1* 16 significare *Cpb* *cf. Acad. p. 17* 17 ergo enĩ *C* 18 meditatio ei *VE* forsitam in humiliationem *V* 19 con tribulamur *C* 20 sed uariis *V* 21 uexemur V^1 22 legis debet esse *V* mediatio *V* urant (a *ex corr.*) *R* ignis V^1p^1 23 lacerant p^1 effodient *C* fodiant *pb* 24 d̄o a deo *V* 26 dicimus *C* nos *om.* *V* 27 est *om.* *Cp*.

forsitan perissem in humilitate mea. et beatitudinem meditationis huius iam in exordio psalmorum propheta meminit dicens: beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiæ non sedit. sed in lege domini fuit uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die et nocte. et uere beatus erit, quisquis in lege dei meditabitur, qua meditatione in ipsa quoque tribulationum humiliatione seruabitur.

11. Dehinc sequitur: in sæculum non obliuiscar iustificationum tuarum, quia in ipsis uiuificasti me. scit propheta secundum apostolum finem legis esse Christum, in qua iustificationum obseruatio constituta est, scit et in euangelia credituris legem esse pædagogam, scit et iustum ex fide uiuere, scit et legem spiritalem esse, scit, quod qui ea, quæ in lege sunt, fecerit, uiuet, et idcirco ait: in sæculum non obliuiscar iustificationum tuarum; quia in ipsis uiuificasti me: ut, quamquam fides euangelica finitis legis sit operibus prædicanda, iustificationum legis tamen, quæ sibi uitæ initium sit, inmemor non sit, quia legis iustificatio euangelicæ iustificationis fideique pædagoga sit.

12. Constanter uero, cum sibi nulla iustificationum dei subrepere possit obliuio, id, quod consequitur, est professus dicens: tuus sum ego, salua me: quia iustificationes tuas exquisiui. non omnibus uox professionis istius conpetit, et rarus quisque est, qui se dei audeat dicere. audebit sane ille, qui dixit: mihi uiuere Christus est, et mori lucrum et: uiuo iam non ego, uiuit autem in me Christus.

3 Ps. I, 1 sq. 27 Phil. I, 21. 28 Gal. II, 20.

1 forsitam *V* forte *RC* in humiliatione (*p ex corr.*) mea *RCp* o beatiotudinē *V* 2 iam *om. Cpb* 4 stetit et reliqua *omissis* et in cathedra — nocte *Cp* 6 ac nocte *RE* 7 quisque *V* quisq; *Cp* in dei lege *VCp* 8 quā *C* quia *pb* 11 iustificationes tuas *R* 13 quo *R* scit et in *ex* scit in *m. 2 V* 14 euangeli = a (*eras.* c) *R* euuangelio (euuangeliis *in dittographia*) *V* pedagogam *VR* 15 quod quia quae *C* 16 uiuet = = et *R* 19 operis *V*[1] iustificationem *V* tamen *ex* si tamen *m. 2 V* 23 sequitur *Cp* ₑpfatus *p* 25 exquisibi *V* 26 audebat *C* 27 mihi uere *C*.

et qui huius fidei erunt similes, non inpudenter, quod dei sint, confitebuntur. uox ista est animæ deo semper intentæ; opus istud est misericordiæ indefessæ, continentiæ inmobilis, ieiunii usitati, largitionis inpænitentis. quomodo enim se dei esse profitebitur in libidinem calens, in iram mobilis, in auaritiam sollicitus, in ebrietatem sitiens, in gloriam sæculi inanis? horum potius erit iste, non dei. in quo enim hæc passionum uitia abundabunt, quomodo non eorum erit, quibus seruiet? plures gentium dii: sed unus Paulo deus, ex quo omnia, et unus dominus noster Iesus, per quem omnia. constanter ergo propheta, cui soli seruit, quod suus sit, confitetur: et quia suus sit, ut saluetur, orat. suus autem per id est, quia iustificationes eius exquirat. aliis quærentibus gloriam mundi, aliis quærentibus agros, domos, pecuniam, ille iustitias dei exquirit et, quod dei sit, gloriatur.

13. Est autem in istiusmodi pios ac religiosos uiros ingens odium inreligiosorum. et scit propheta, uel sæculi hominibus uel diabolo et ministris eius eum, qui se dei profitetur, esse pertæsum. hoc etiam consequenti uersu docet, quo ait: *me exspectauerunt peccatores, ut perderent: testimonia tua intellexi.* diabolo uel ministris eius pugna est, omnem gloriam uiri fidelis auferre et eum non ex portione dei sinere esse, sed in damnationis suæ consortium adsumere. longo itaque ac diutino prœlio contra fidem prophetæ dimicatur. sed memor ille mandatorum dei et testimonia eius intellegens restitit atque permansit. neque aliter spem eorum, qui perditionem suam expectabant, elusit, quam quod uitæ sibi in testimoniis dei intellexit esse doctrinam. arduum autem atque

2 est *add. m. 2 V* animae dō *ex* animaтıo *corr. m. 2 V* deo *om. R* 3 istud est *ex* istu *m. 2 V* 4 esse *om. V* 7 iste nomen dei *R* 8 quomodo enī non *V* seruiat *V* 9 dii *ex* do *m. 2 V* sed paulo teste unus *C* 10 Iesus Christus *Cp* 11 seruit *ex* seruut *m. 2 V* 14 iustitiam *p* exquirit *om. C* 19 pıH̃m *R* pero = sum (*eras.* s) *p* perosum *C(A)b* hic *V* qui ait *V* *ante* me exspectauerunt in *V* *legitur* odiom sum 20 perderent me *RCE* 21 tua domine intellexi *E* intellegi *V*¹ pugnam et *V* 23 damnationem *V* 24 dicatur *V*¹ 25 eius *om. p.*

difficile est intellegere dei testimonia, et ultra præsentis cognitionis scientiam eorum intellegentia procedit. de testimoniis uero iam in psalmi exordio tractauimus. per hæc enim præsentia legis testimonia testimoniorum æternorum cognitio præstatur. denique id ipsum consequens sermo demonstrat.

14. Sequitur enim: omni consummationi uidi finem. frequenter admonuimus, non posse satisfactionem intellegentiæ ex latinitatis translatione præstari. alia enim uis dicti huius est ex græco enuntiati; ita enim est: πάσης συντελείας εἶδα πέρας. id, quod cum Græcis πέρας nuncupatur, ultra finem est rerum statutarum neque aliquo, ut desinat, continetur, sed omnem limitem sub indefinita significatione transcendit. quod autem nobiscum scribitur in finem, fine eo, qui significatur, existimatur id, unde agitur, contineri. sed propheta, qui non corporalia neque terrena testimonia legis intellegit, secundum græcam significantiam ultra omnem consummationem contuetur. scit consummationem esse temporum legis, cum post plenitudinem temporum deus in corpore contuendus sit: sed ultra hanc consummationem uidet; uidet etenim euangelicæ spei tempus. sed et huius quidem consummatio non ignorata ei est; ultra id enim intellegentiæ suæ oculos extendit. namque et resurrectionis consummationem uidet; scit uero et

1 est *om. p* cognitionem V^1 2 intellegentiam *V* 6 omni consūmationem *V cf. Sabatier II, 241* uide *VCb* fidem V^1 7 satisfationem (c *supra*) *R* satisfactione *V* 9 grego *C* enuntiat *V* ΙΤΑ ΗϹΫΝΤƐ ΝƐΙΑΑ ΙΤƐΡΑϹ *V* ΙΤΑΤΗϹΫΝΤƐΝƐΤ ƃΑΤƐΓΑΓ *(infr. script. alio liquore* ΙΤΑΤefinTenel ƃΑΤƐpΑϹ) *R* ΠΑϹ·Η·Υ·ΝTenel λuΠepλe *C* ΠΑϹΝΫΝΤeΝƐΙΑΑΝeΡΛϹ *p ex quibus elucere uidetur Hilarium legisse* εἶδα *(de qua forma cf. Kuehner gr. I, 807), non* εἶδον, *quod in editionibus post α inuenitur* 10 ΙΤƐΡΑϹ *V* ΙΤƐΡΑϹ *(supr. scr.* ΙΤeΓΑΓ) *R* ΠepλC *C* ΤΙepλC *p* nuncupaturum V^1 13 eo quo *Cpb* existimabitur *Cpb* 14 agimus *V* 16 contuetur scit consummationem *om. V* 17 esse *om. R* legis *om. p(A)* 18 temporis *Cp* ĩ corporum *V* 19 uidet et *om. V* et *om. C qui uerba* uidet enim — cons. uidet *in marg. add.* 20 consummationem V^1C non *om. C* ignota *E* 21 ei *om. Cp* est *add. m. 2 V* 22 scit enim *E.*

demutationis esse ordinem constitutum apostolo dicente: unusquisque autem in suo ordine, et rursum: omnes quidem resurgent, sed non omnes commutabuntur. nouit et dies regni domini nostri Iesu Christi, ex quo in regnum dei patris prouehemur et in illa inexquisita et inuestigabilia dei iudicia transferemur. scit et tempus esse iudicii. et hoc scire ei ex amplitudine mandatorum dei licuit, quia se in inmensæ cognitionis doctrinam diuinus sermo diffuderit.

15. Ait enim: latum mandatum tuum uehementer. latum plane est, siue quod in infinitum cognitionem humanæ ignorantiæ extendit, siue quod multa sunt, in quibus dei præceptis obtemperetur atque placeatur secundum diuisiones et munera gratiarum. non enim ab omnibus omnia exspectantur. neque uniuersi uniuersa ad summam placendi inplere possunt. alius ieiunio placet, alius simplicitate fidei promeretur, alius uitia eleemosynis redimit, alius se caritate consummat; sicut alii curationum concessa uirtus est, alii prophetiæ scientia contributa est, alii fidei firmitas data est, alii sapientia et cognitio donata est. latum igitur mandatum dei est et in omnia spei nostræ genera diffunditur, ut non difficile sit, si uoluntas adsit, præcepto dei obtemperare, cum latum et diffusum sit ad placendum officiosæ religionis uarietate. neque solum latum, sed uehementer latum: latitudinis infinitate hac ipsa superlatiui adiectione monstrata. amen.

2 I Cor. 15, 23. Ibid 51.

1 demutationi *V* 2 unusquisque enī *C* in *om. VRC* 3 mutabuntur *V*[a] 5 prouehimur *VR* inexquisita *ex* quisita *in marg. corr. C* exquisita *V* 6 transferemus *V* 7 et haec *pb* 8 cognitionis diuinam diuinus *R* infuderit *R* 13 atque obtemperetur secundum *pb cf. Acad. p. 87* 15 ad sumant *V* 16 alius uitia — redimit *om. V* 17 aelemosinis *R* alius caritatem *V* 19 data est *om. V* 20 lacum *V*[1] 24 latum *post* uehementer *om. V* infinitae *V* superlatiua *Cpb* 25 adfectionem *V* constrata *V* amen *om. VCp* Explicit littera duodecima incipit littera XIII feliciter *V* Finit *R* Finit littera XII incipit Mem (Men *p*) littera XIII *Cp*.

MEM.

Quomodo dilexi legem tuam, domine! tota die meditatio est mihi.

1. Utile hoc nobis ac necessarium prophetæ opus est, quod ad perfectam dei cognitionem atque obœditionem edocemur. duabus rebus maxime infirmitati nostræ congruis instituit: ut et deum, qui ignoratus sit, nouerimus et mandatis eius secundum uoluntatem decreti sui obtemperemus. perfectum enim legis, prophetarum et euangeliorum uirum in omni psalmi istius corpore propheta conformat uel ex sua uel ex alterius, quem instituat, persona, cui in fiducia sit, hæc de se, quæ subiecta sunt, prædicare. est autem dignum contueri, qua uerborum diligentia, qua intellegentiæ absolutione nos in singulis quibusque dictorum generibus propheta confirmet.

2. Dicit enim in tertiæ decimæ litteræ uersu: quomodo dilexi legem tuam, domine! tota die meditatio est mihi. promptum utique fuerat dixisse: quomodo feci legem tuam! sed quia maius meritum est, amantem aliquid potius agere quam timentem, idcirco ait: ut dilexi legem tuam. differt enim longe obsequium amoris a timoris officio; nec habet gratiam uoluntatis necessitatis operatio. non omnia enim ad perfecti obsequii consummationem sibi illa sufficiunt, quæ, quamuis opus suum inpleant, tamen, quia coacta sunt, merito plenæ gratiæ indigent. uult igitur propheta opus suum dilectionis potius quam terroris esse, et ex caritate obsequium suum, non ex metu suscipi. multi ieiunant, dum a nobis obiurgari timent. multi aliquid in usum indigentium præbent, dum exprobrari inreligiosam auaritiæ suæ et inutilem cupiditatem pertimescunt. multi ecclesiam adeunt, dum argui absentiam suam et neglegentiam erubescunt. sed non omnes id, quod faciunt, et

1 Men (?) *V* 2 ut dilexi *h. l. VC* 3 mea ē *C* 4 quo ad *pE* 5 perfectum *V* 6 duabus nos rebus *pb* maximis *V* instituti *Ve* 7 eius *ex* ius *m. 2 V* 8 optemperemus *VC* 9 et prophetarum *VCp* psalmi *supr. scr. m. 1 R* 10 confirmat *Cpe* 11 cui fiducia *C* 12 praedicere *C* 13 obsolutione *V* 14 confirmat *p* 18 meritatū ē *C* aliquod *V* 27 multi enim aliquid *corr. m. 2 V* 29 eclesiam *V* ecclaesiam *R* aecclesiam *p* 30 non *om. V.*

amant. in amore ergo non potest incidere necessitas obsequellæ, quia nemo id, quod diligit, non uult. in facto uero potest et non subesse dilectio, dum id efficitur, quod non fecisse aut terror aut pudor sit. sed propheta in nullo infirmus est. quod amat, facit et, quod facit, indeficienter exercet. legem enim, quia diligit, omni die et sine intermissione meditatur. non subrepunt alia occupationum studia, non interueniunt diuersi sæcularium curarum æstus, nec in eum incidit interiectu nouæ alicuius cognitionis obliuio: semper idem est et in eodem est. tantus ipse in dilectæ sibi legis meditatione est, quantus dies uniuersus in tempore sit.

3. Et quia, ut superius commemorauimus, legis et prophetarum atque euangeliorum hominem in se propheta demonstrat, ait in consequenti uersu: s u p e r i n i m i c o s m e o s p r u d e n t e m m e f e c i s t i m a n d a t o t u o, q u o n i a m i n s æ c u l u m m i h i e s t. mandata dei prudentius propheta quam inimici eius intellegit. sed quid commune nobis et inimicis nostris in præceptis est dei, qui non solum ne mediocriter quidem conperta habent, uerum ne initium saltim cognoscendi consectantur? et quid magnum, si inimicis suis in mandatis dei propheta prudentior sit? quando enim inanimantia saxa et aut metalla aut ligna uenerantes consequi aliquid de uiuentis atque æterni dei cognitione potuissent, ut his conparatis fieret propheta prudentior? sed omnis hic impiorum error ipsum illud nomen cum lege et prophetis et apostolis respuit, retractat, horrescit.

4. Sed ueros habet alios propheta hic sanctus inimicos, quibus prudentius in mandatis dei est eruditus. mandatum

1 in amorem *pE* incedere *C* obsequelae *CpE* 2 nimo *V* 3 potest non subesse *Cpb* potest et subesse (et *add. m. 2*) *V* 5 exercuit *V* 6 enim *ex* fuit *m. 2 V* quam diligit *VCpE* diei *V* et *om. Cp* 7 diuersa *V* 8 nec in eum — tantus *om. Cp* 9 cogitationis *s fort. recte* 12 et *om. C* 14 in consequenti uersu *b* in consequenter *VR* in consequenti *Cpe* 15 in saeculo *V* 18 qui ea non *pb* ne *om. C* 19 saltim *VR* saltem *CpE* 20 et quidem magnum *V* si inimicis — sit *in marg. infer. add. C* 21 saxa (xa *in ras. m. 1*) *R* 22 et aut *RV²* et *Cp* aut *V¹E* 23 comparatus *pb* 25 illũ *V* retractat *VRC cf. Gellius XIV, 3, 4* detrectat *pE* 27 sed uiros *VC* sed inimicos *p* alios habet *V* profeta *ex* profetis et apostolis *m. 2 V* scõs *C* inimicos *om. Cp cf. Acad. p. 87.*

dei in prophetis et in lege hæretici habent, sed nullo eorum per inperitiam inreligiosæ uoluntatis utuntur. mandatum legis Iudæi tamquam proprium et hereditarium sibi uindicant, sed spiritalis circumcisionis auctorem non habentibus quid circumcisio in signo tantum constituta iam proderit? quid sabbati religio deum sabbati nescientibus opis adferet? quid paschæ agnus et liminum sanguis et azymorum festiuitas agnum dei et azyma sinceritatis et sanguinem salutis ignorantibus auxilii præstabit? mandata exercent, sed efficientiam mandatorum et tempus ignorant. legem legunt, sed eam legente et nesciente Iudæo Christianus intellegit. inimicus plane hic prophetæ est, parricidales manus unigenito dei filio inferens et saluatorem generis humani et uitæ æternæ largitorem morte, quantum in ipso est, condemnans. præ his ergo omnibus in dei mandato prudentior est.

5. Atque ut absolute hos inimicos significasse intellegeretur, id, quod consequitur, adiecit: super omnes docentes me intellexi, quoniam testimonia tua meditatio mea est. didicisti, o Dauid, a Moyse legem, et Aaron tibi sacrificiorum omnium doctor est, Iesus iteratæ circumcisionis magister est, Samuel ungendi tibi sacramentum in temetipso et prophetæ et regis ostendit: quid est istud, quod loqui ausus es, quod super omnes te docentes intellexeris? sed superior uersus, super quos omnes docentes se intellegat, ostendit, id est super inimicos. et rursum hic, qui nunc est uersus inferior, qui inimici sint, declarat, id est omnes docentes. claues enim se cælorum habere profitentur et doctores esse se legis gloriantur. et cum omnia legis testimonia aduentum domini nostri Iesu Christi testentur, super doctores suos propheta

1 dei *om. Cp* et *ante* in lege *om. C* heretici *VR* 2 mandatatum *ex* mandatum *m. 2 V* 4 auctorem — circumcisio *om. V* 5 ~pcederit *C* 6 dñ *R* dñm̃ *V* dominum *Cpb* opes *V* opus *C* 7 liminum (*om.* et) *VCpb* 8 azimã *R* 10 legente nesciente *R* 11 x̃p̃anus *V* intelleget *R* 13 salutarẽ *Cp*[2] salutẽ *p*[1] mortem *V* 17 super docentes intellexi *C* 19 moese *V* 20 dictor *V*[1] 21 samuhel *RC* unguendi *RC* ungenti *p* sacramento *C* profetae et *ex* profeta est *m. 2 V* 23 docentes te *Cpb* super uersus *V* 24 se *om. Cp* id est *om. V* 27 seculorum habere *C* caelorum habere *V* caelorum se habere *E* 29 ıhm xp̃i *V*.

intellegit, qui unigenitum dei filium in carne uenturum, testimonia eius meditans, semper expectet. o felix discipuli intellegentia! o doctorum miserabilis inperitia! docentes nesciunt, et intellegunt qui docentur. caret autem propheta uitio iactantiæ: intellegentiæ enim præstantiam unde adeptus esset, ostendit. nam superius ait, quod super inimicos suos prudentior a deo in mandatis eius esset effectus. intellegentia enim omnis ex eo est, qui prudentiorem eum esse constituit. super docentes se ergo intellegit.

6. Et quia interdum ex naturæ diuersitate soleat accidere, ut discipulus prudentior sit magistro, tamen hoc ipsum diligentiæ suæ et studii esse demonstrat. ait enim: super seniores intellexi: quia mandata tua exquisiui. et super docentes intellegit et super seniores intellegit, doctrinæ atque intellegentiæ suæ officium cum ipsa temporis antiquitate demonstrans, id est populi ante se anterioris significans ætatem. in quo utrumque conuenit, ut et antiquior sit et se putet esse doctorem. sed super eum ille intellegit, qui et docetur et iunior est; intellegit uero, quia mandata dei exquisierit, quæ doctor, dum se docere credit, ignorat.

7. Consequens autem est, ut, qui super seniores et doctores intellegit, fructum intellegentiæ suæ reddat, scilicet, ut ea, quæ cognita et perfecta habere cœpit, exerceat. et uideamus, an hoc ipsum in consequentibus sit. ait enim: ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerbum tuum. perfecta hæc et euangelici uiri uox est, ab omni se malitiæ uia abstinere et, tot ubique occurrentibus erroris semitis, nulla earum, per quam nequitia adeatur, incedere.

8. Sed altius nescio quid in eo propheta significat, cum dicit: prohibui pedes meos. natura corporis nostri

1 quia *Cpb* testimonio *V* 3 mirabilis *Rb* 4 profeta *V om. R* 8 esse eum *pb* se *om. R* 10 et quia et interdum *V* accedere *C* 12 suae istud esse *ex* suae essestud esse *m. 2 V* 13 quia *ex* qua *m. 2 V* 14 intellexit *V* et super seniores intellegit *om. V* intellegensuiae officium *V* 16 antiquioris *V* 18 quia et *V* 19 mandata ea dī *VCp* doctor *om. V* 21 qui se super *C* 23 in hoc *V* 26 euuangeli *V* 27 mala uia *C* 28 nequitiam *V* 29 significat *om. V* 30 naturae *V*.

fert nos in omnem criminum cursum, et humanarum cupiditatum inpetus in hanc nos uiam cogit. sed qui super seniores et docentes intellegit, per intellegentiæ doctrinam se prohibuit et exeuntem procurrentemque reuocauit. resistendum ergo est et obnitendum, ut nosmetipsos ab omni uia mala primum arceamus, tum deinde, si qui nos instinctus eo cœperit ferre, retrahamus: et prius nostramet ipsi potestate sumus inhibendi, ut deinceps custodiamus dei uerbum. antea autem propria inhibitione opus est, ut possit dei uerbi esse custodia. neque enim quisquam uerbum ante custodiet, et tum prohibere se poterit. prohibitio enim ea demum est, ut id, quod fiebat, fieri arceatur; custodia uero tum firma est, cum se quis a malis inhibens bona obseruet sine intermissione custodiæ.

9. Qualis autem custodia uerbi dei esse debeat, sequens uersus docet. sequitur enim: a iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. hæc est igitur uera custodia, nullam in partem a dei se iudiciis deflectere neque leui saltim declinare decessu, sed intentum semper et semper inmobilem in eo, in quo institit, permanere.

10. Non declinat autem, quia legem sibi deus statuerit. legem quidem Moyses statuerat; sed hic idem propheta in psalmo altero orauerat dicens: domine, constitue legislatorem super eos: sciant gentes, quoniam homines sunt. ea enim lex, quam Moyses scripserat, pædagoga nobis in Christo fuit: et idcirco super docentes se et seniores intellegit, quia legem euangelicam, quæ Moysi lege continetur, intellegit. hæc ergo per dominum nostrum lata est, hæc omnem hominem in scientiam dei erudiuit. et idcirco ad id,

22 Ps. IX, 21.

1 ferimus in *C* ferim' in *p* ferimur in *b* 2 hac *V*[1] 4 prouocauit *V* et optinendū *C* et obtinendū *p* 6 si quis *VC* si que *p* instinctu eo *V* instinctu suo *Cp* trahamuss *V* 7 nosra& *R* 9 ut post sit *V* dī uerbum *V* neque enim — custodiet *in marg. infer. add. m. 2 V* 10 prohiberi se *V* 12 obseruat *E* 14 autem *om. C* uerbū *C* 15 sequitur *sup. lin. a m. 1 V* 18 saltem *CpE* et semper *om. V* 20 sibi dominus *pb* 21 idem *ex* eadem *m. 2 V* 24 pedagoga *VR* 25 intellexit quia *VCpE* 27 nostrum *om. V* 28 in *om. V* ad *supr. scr. m. 1 R.*

quod dixerat: constitue legislatorem super eos, adiecit: sciant gentes, quoniam homines sunt: id est ex terra genitæ et in cognitionem dei ex limo conformatæ. quod enim antea per ignorationem legis Moysi nesciebant, nunc per prædicationem domini nostri Iesu Christi sciunt; et ut originem suam, id est corporis naturam in nouo latore legis agnoscunt, ita et gloriam noui huius latoris legis expectant, in exordio sui iam ad imaginem et similitudinem dei constitutæ.

11. Et prædicationis huius euangelicæ dulcedinem in consequentibus propheta testatur. ait enim: quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel in ore meo! mel in ore, non etiam in faucibus dulce est. extra regionem enim oris corporalium saporum nullus est sensus. sed dei eloquia in faucibus dulcia sunt, in animam scilicet defluentia et interna penetrantia: non in ore modo cibi placentia, sed illic dulcia, ubi cognitionis et prudentiæ et intellegentiæ sensus est. et ideo eloquia in faucibus et in ore mel dulce est. sed ut mel per ægritudinem æstumque febrium ea, quæ acciderint oris amara, mitificat, ita animæ nostræ amaritudines et tristes cupiditatum insalutarium febres infusa dei eloquia mitificant, si modo non ore contineantur, sed faucibus deuorentur.

12. Sequitur deinde: a mandatis tuis intellexi; propterea odiui omnem uiam iniquitatis. intellegentes nos faciunt præcepta, sed præcepta re atque opere expleta: id est, ut ea, quæ his continentur, in quantum possumus, expleamus. ergo efficienda præcepta sunt, ut simus intellegentes. et licet a deo intellegentia perfecta sit, tamen a nobis incipiendum est, ut possimus perfectam intellegentiam promereri. his

1 dixerit *V*[1] constitue *ex* constitutae *m. 2 V* 3 in *om. V* di *add. m. 2 V* 4 per *post* nunc *add. m. 2 V* 5 ihm xp̃i 8 constituti *VC* 9 et *om. V* 11 eloquia tua *ex* eloquitur *m. 2 V* aeloquia tua *R* in^o^re *corr. m. 2 V* ori *E* 14 et in interna *VC* et intima *e* 15 penetrantia *ex* penitentia *m. 2 V* penitrantia *p* 17 et in ore melle dulciora sunt *Cp(A)b* 18 acciderit *V* 20 uiuificant *VRC* 22 propterea *ex* propter *m. 2 V* 24 uos faciunt *V* ñ faciunt *p(A)* praecepta sola sed praecepta *p(A)* re *om. V* cõpleta *Cp(A)* id *add. m. 2 V* 25 possimus *p* 26 sumus *V*.

enim, qui non hoc per se inchoant, clausa a deo omnia sunt. et idipsum propheticus sermo per Esaiam docet dicentem: ne dicas de mandatis meis, quod cognoueris ea: neque cognouisti, neque credidisti ea, neque ab initio aperui tibi aures. cognoui enim, quod spernens sperneres, et quod inicus adhuc ex uentre uocandus esses. ergo non indulgetur scientia non adpetentibus eam. et quia deus cordium scrutator est, his, qui spreturi eam essent, obtusæ aures sunt et hebes sensus est. sed propheta a præceptis dei intellegit, præcepta scilicet agens intellegentiam consecutus: intellegens uero omnem uiam iniquitatis odit.

13. Humanæ enim naturæ omnes diuersarum adfectionum adiacent motus, ut sunt odii et amoris. sed amor inpendendus est in dilectionem bonorum, odium autem adsumendum est ex offensa malorum. nostrum ergo est, modo utilis organi corpora nostra in coaptatos et concinentes modos temperare, ut non uitia diligamus, ut non uirtutes bonas oderimus, ut unicuique nos generi decenter atque utiliter coaptemus. propheta mandata dei diligit: et qui mandata dei diligit, iniquitatis uias odit. ut enim perfectæ fidei obsequellæ est, obœdientiam diligere et id, quod quis agit, adfectu caritatis explere et necessitatem agendi amantis uoluntate præcurrere, ita et magnæ innocentiæ est, iniquitates non modo non agere, sed odisse, quia interdum nos ab his metus et terror auertat. odium autem nobis earum

2 Esai. XLVIII, 7 sq.

1 hoc *om.* *VC* 2 et ipsū *V* isaiam *Cp* eseiam *V* dicens *V* 3 dicat *V* 6 sperneris *VC* inicus *V* iniqus *R cf. Brambach p. 230* iniquus *CpE* adhuc exeunde *C* 8 et qua *V* et qui *R* 9 spraeturi *V* obtunsae *Rp* habens (e *s. a*) *V* hebens *Cp cf. Acad. p. 41* 11 omnem iniquitatis uiam odit *Ve* omnem odit iniquitatis uiam *pb* 13 humanae autē *R* hoīes *C* 14 odio *C* odia *pb* amores *pb* 16 bonū ergo est *p* utillis *V* 17 concinnaentes *V* consentientes *Cp* modo *C* temperare *ex* tempore *m. 2 V* 18 generi *ex* genera *m. 2 V* 19 decenter *ex* decentem *m. 2 V* adque *VR* dei *om.* *V* 20 et qui — diligit *in marg. sup. add. m. 2 V, om. Cp* 21 obsequellae *VC* obsequaellae *R* 22 ait *C* ex affectu *b* 24 nos modo *V* modo *C* 25 auertat (i *s. a*) *R* eorum *VRC*.

iudicium ueræ et perfectæ de his opinionis insinuat. diligamus ergo iustitiam, modestiam, frugalitatem, misericordiam; et oderimus rixas et ebrietates, cædes, superbias, stupra, cum quibus necesse est et diabolum oderimus. diligentes uero pacem, ueritatem, iustitiam diligemus eum, qui est pax, iustitia et ueritas, dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

NUN.

Lucerna pedibus meis uerbum tuum, et lumen semitis meis et reliqua.

1. Vita sensusque hominum in errore ac potius nocte inscientiæ manet, dum carnali infecta contagio in profundo ignorantiæ per grauitatem naturæ, cui admixta est, detinetur. quando enim per semetipsum causam et rationem originis suæ nouerit? quando sciet, qui uitæ suæ fructus sit, quæ condicio spei, quæ promerendæ posteritatis uia? neque enim quisquam tam demens aut inops sensu est, ut in id, cum nullus esset, natum se esse existimet, ut rursum, postquam natus est, nullus esset; cum sine dubio meminerit ex bonitate dei profectum esse, quod natus est, nec id in bonitatem eius malitiæ cadat, ut in nobis hoc suum, quo nascimur, munus interimat. sed propheta cognitione rerum cælestium dignus et in lucem scientiæ munere dei et eloquio collocatus ducem ad bene et innocenter uiuendum eum sequitur, qui lux uera est et qui omnem hominem lucificat.

1 insinuet *p* 2 iustitiam *ex* iustiam *corr. m. 2 V* 3 rexas *V* cedes *R* superbas *V* 5 iustitiam dī *C* diligamus *C* 6 dn̄ī *V* ihm (u) xp̄i *V* Littera XIII explicit incipit littera XIIII feliciter *V* Finit *R* Finit lit. XIII incip. Num littera XIIII *C* Fiñ litta XIII incīp Num XIIII *p* 8 Num *V* 9 tuum domine et *RCp cf. Sabatier II, 242* 11 scientiae *Vp* 12 manent *Cpb* infecta *ex* infectae *m. 2 V* 14 semetipsam *pE* 15 nouerit *add. m. 2 V* quando sciet *ex* quando enim sciet *m. 2 V* quando si *R* 16 potestatis *p* 17 tan *V* inops *ex* inobs *corr. m. 1 V* inobs *Cp* ī id *V* id *C* 18 natus est *in marg. add. C* 19 meminerit *ex* meminit *m. 2 V* ex bonitatem *corr. m. 2 V* 20 id *om. V* malitiae ardat (d) *C* 21 quod *VCe* nascimur *ex* nascimus *m. 2 V* interimat *V* interimant *p.*

2. Hanc ergo uitæ suæ ignorantiam quodam prælato lumine ad intellegentiam dirigit dicens: lucerna pedibus meis uerbum tuum. scit se, nisi uerbo dei inluminatum, has corporum tenebras et hanc sæculi noctem ferre non posse. scit ubique adesse lapides offensionum, laqueos funium, scrobes fouearum. ut enim quis nocte egressus lucernam antefert et quo pedem inferat contuetur atque ad singulos gressus lumine præeunte sollicitus est, ita unusquisque nostrum manens in se uerbum dei in omnes operum processus tamquam lucernam prætendit. omnis etenim doctrina cælestis dux nobis ad iter uitæ est, quæ lucernæ modo in hac nocte sæculi præferenda est, cum aliquid aut agimus aut cogitamus aut loquimur, ut ea in omnem progressum cuiuscumque operationis utamur.

3. Iubet dominus in euangeliis hanc præceptorum suorum lucernam non otiosam et inutilem occuli, dicens: nemo enim lucernam accendit et ponit eam sub modio. quæ enim lucernæ, si modio tegatur, utilitas est? usum suum tantum intra id, quo operitur, inpendit. iubet igitur eam in candelabro, id est in officii sui sede constitui. itaque hanc doctrinam atque hoc uerbum dei intra nos receptum non otiosum neque inutile tamquam modio occulamus, sed lumen istud nobis ipsis primum et rursus ex nobis omnibus gentibus præbeamus. sequenti quoque istud mandato dominus admonuit dicens: sint lumbi uestri præcincti, et lucernæ uestræ ardentes. iubet ergo nihil nos agere in obscuro,

15 Matth. V, 15. 24 Luc. XII, 35.

1 ignorantē *C* 2 intellegentiam *ex* intellengentiam *m. 1 V* diriget *C* 3 tuum domine *RCp* 4 noctem non posse euadere *pb* scit *ex* sicut *corr. m. 2 V* 5 et scrobes *pb* 6 lucernam anteferet *VR* antefert lucernam *C* ante p lucernā *p* 7 cōtuetur *ex* cōtuer *m. 2 V* adque ad *ex* adque adque *m. 1 V* adque ad *R* 8 preeunte *ex* preeuntes *m. 2 V* ita *ex* iraur *m. 2 V* 10 doctrina *ex* doctrinae *m. 2 V* caelestis *ex* caelestes *m. 2 V* adq.iter *V* 11 lucerna *C* nocte *ex* noctae *V* 12 aut aliquid agimus *Cp* aut cogitamus *om. V* 13 eam *ex* eum *m. 2 V* 15 occuli *ex* occulis *R* oculis *C* enim *ex* enem *m. 1 R* 17 ut usum *C* 18 id quod *VC* 20 adque *VR* 21 in modio *Cpb* occultamus *C* 22 rursum *V* (*sed in dittographia a m. 2 deleta et ipse habebat* rursus) 23 isto *V*.

quia omnis in peccatis agens odit lumen et diligit tenebras. uult has lucernas nostras esse semper accensas, ne quando in nocte huius sæculi relinquamur. Iudæis in tabernaculo testimonii lucerna accenditur et hæc omni festiuitatis suæ tempore ardet. illi hoc, quod agunt, nesciunt. sed nos in his tabernaculorum nostrorum, id est corporum testimoniis ardentes lucernas semper habeamus et festiuitatem spei nostræ earum luce peragamus.

4. Apostolos quoque, quos sal terræ, quos et lumen mundi dominus nuncupat, per hanc significationem hos et lucernas esse ecclesiæ ostendit dicens: l u c e r n a c o r p o r i s t u i e s t o c u l u s t u u s, corporis scilicet ecclesiæ, quæ unum corpus in Christo est, nosque inuicem eius membra sumus. primum enim unicuique nostrum dei uerbum sibi lucerna est; deinde uir apostolicus toti corpori suo, id est ecclesiæ lucerna est. neque enim omne corpus aut pes aut oculus aut manus est. ergo si oculi, totius corporis pars lucidissima et ob id membris ceteris præstans, erunt tenebræ, id est, si apostolorum lucernæ non ardebunt lumine ipso in tenebris sito, quanta totius corporis nox manebit? Iohannes prædicator pænitentiæ lucerna et Iudæis et gentibus fuit, domino dicente: i l l e e r a t l u c e r n a a r d e n s e t l u c e n s, e t u o s u o l u i s t i s a d h o r a m e x u l t a r e i n l u m i n e e i u s. habemus ergo doctrinæ lumen: exultemus in eo, non ad horam, sed semper; neque ad tempus, sed in æternum. beatæ uirgines illæ et utiles olei mercatrices solæ in lampadum suarum lumine cum sponso thalamum ingressæ sunt, ceteris neglegentibus et dormientibus ab ingressu thalami exclusis.

5. Ad omnem igitur animæ nostræ pedem utamur dei uerbo ut lucerna, sed lucerna semper ardente, semper in officium

9 Matth. V, 13 sq. 11 Matth. VI, 21. 21 Ioh. V, 35.

3 iudeis *V* 5 hoc *rupt. perg. absorpt. V om. pb* 11 eclesiae *V* ecclaesiae *R et sic fere semper* 13 membra eius *E* 14 dei uerbum oculus siue lucerna est *pE* 15 toto *VCp* corpore *V* 17 membris uisceris praestans (s *in ras. 3—4 litt. m. 3*) *R* 18 erant *R* erint *V* 19 sito = *R* sito *C* sit *V* 20 iohannis *V* 22 uultis *C* 25 illae *ex* ille *m. 2 V* 26 talamum *Vp* 27 ad ingressu *V* 28 thalamis *V*[1] 30 sed lucerna *om. V*.

suum per nostram prudentiam præparata. uerbum autem, quod pedibus lucerna est, ipsum illud et semitis lumen est. sensim enim et domestice incedentibus lucerna opus est: peregrinum autem et publicum iter ingredientibus lumen potius necessarium est, ne latro insidietur, ne ambiguæ uiæ error occurrat. per incrementa enim a minori ad maius acceditur, ut ei, cui uerbum dei primum lucerna sit pedibus, id ipsum uerbum ei fiat lumen in semitis. sed lucerna pedibus et lumen in semitis utilem profectum præstare debent. et uideamus, an dignum aliquid propheta subiecerit.

6. Ait enim: iuraui et statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. iam non in nocte sæculi errat, nec pedem metuit offendere. sacramentum enim omne firmatæ scientiæ res est, et iurandi religio ex ueritatis cognitione suscipitur. iurat ergo propheta; nec tantum iurat, sed et statuit, quia sacramenti uinculum firmitas sit statutorum. statuit ergo iurans custodire iudicia iustitiæ dei. et difficile est statuta conuelli, et optimum est statuere iurata.

7. Sed meminit nihil esse in dei iudiciis iniustum. si enim humana iudicia ea uere iudicia existimantur, quæ ex arbitrio iusti iudicii sanciuntur, nedum modo ambigendum sit, nihil esse in dei iudiciis iniustum. amittimus liberos; iniustum hoc iudicium existimamus. numquid iniuste deus in Iob filios dedit diabolo potestatem? damna nostra tamquam inique accidentia dolemus. numquid egere solum illum perfectum uirum deus

1 nostram *ex* uostram *m. 2 V* pudentiã (r *supra*) *C* prouidentiam *Vpb* 2 luen (m *supra*) *corr. m. 2 V* 3 sens≡ĩ *V* domesticae *VR* ingredientibus *V* incedentibus — publicum iter *om. Cp* 6 enim *om. C* a minore *Cpb* accedit (n *supra*) *C* ascenditur *pb cf. Acad. p. 20* 7 cui et *V* 8 fit V^1 semitis (*om.* in) *b* lucerna pedibus et *add. m. 2 V* 9 semitis (*om.* in) *VCpb* 11 iudicia *add. m. 2 V* 12 erat *RC* 13 enim c̄firmate *Cp* 15 sed statuit *C* 16 firmitas (s *in ras. aliquot litt.*) *R* quia sacramenti — statuit *om. C* 19 sed *ex* se *corr. m. 2 V* 20 ea uere iudicia *om. R* ex *om. C* 21 faciuntur *C* efficiuntur *p(A)* nedū modo *R* nedum modum *ex* nendum modum *m. 1 V* nec dū modo *C* quomodo *pE cf. quae dixi Archiv. II, 318* 23 iudicium *ex* ium *m. 2 V* iniustae *R* Iob *ex* ob *corr. m. 2 V* 24 diabulo *V* dampna *R.*

sine iustitiæ ratione permisit? cruciamur doloribus et contra deum inpatientiæ nostræ querellis increpamus. anne incerto consilio exesus uermibus, sanie defluens, perfossus ulcere fuit? certe hæc omnia ad docimentum fidei et ad præmium gloriosæ patientiæ profecerunt. infirmitas nostra efficit, ut malum esse id, quod patimur, existimemus. ceterum dei semper uoluntas est, ut patientia passionum probemur: nos uero diuini iudicii iustitiam, dum sine docimento fidei latere uolumus, inprobamus.

8. Sed qui superius et iurauerat et statuerat, ut custodiret iudicia iustitiæ dei, dignum aliquid sacramento et constitutione sua in obseruandis debet præstare iudiciis. non enim leue est, quod custoditurum se statuit iuratus. et quid illud sit, sequens uersus loquitur. ait enim: humiliatus sum usquequaque, domine: uiuifica me secundum uerbum tuum. unigenitus dei filius naturæ nostræ ex uirgine sibi corpus adsumens, cum in se ipso ueram et perfectam humanæ prudentiæ formam præbuisset, quid a se disci tamquam exemplo doctrinæ uoluerit, noscendum est. ait enim: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus uestris. ipse utique perfectus et sine peccato solus et unus, in cuius ore dolus non fuit, hoc præcipuum a se doctrinæ sumi uoluit exemplum, mansuetudinis scilicet et humilitatis, per quæ animabus requies inueniretur.

9. Scit insolentem esse et incapacem rerum secundarum naturæ nostræ infirmitatem. alii per opes insolescunt nescientes

18 Matth. XI, 28 sq.

1 iustitia et ratione *C* cruciamur *ex* cruciamus *m. 2 V* 2 quaerellis *VR* aone *V* 3 exaesus *ex* exaesu *m. 2 V* 4 omnia *ex* omni *m. 2 V* documentum *pE* praemia *V* 5 proficerunt *V* 6 semper dei *R* 8 documento *pE* inprobamus *ex* exprobamus *m. 2 V* 9 et statuerat *om. V* 10 iudicia *ex* iudicia tua *m. 2 V* sacramentū *C* 12 se statuit *ex* se statuit se *m. 2 V* statuit *C* iratus *V* quod illut *V* sit *ex* ut *m. 2 V* *inter* illud *et* sit *eras. 2 litt. R* 13 loquetur *V* 18 nonsecundū est *V* ad me *add. m. 1 V* 20 super *ex* supuer *m. 1 V* 21 humilis *ex* humilibus *m. 1 V* 22 uestris *ex* uestras *m. 1 R* 23 in *om. V* 25 per quem *V* requiem *V*[1] 27 sed et insolentem *V* 28 opera *V*.

de largitione opum dictum esse: eleemosyna enim abscondit peccatum; et rursum: dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi; et dominum ipsum his, qui esurientem cibassent, sitientem potassent, peregrinum domo recepissent, nudum ueste texissent, infirmum uisitassent, clausum carcere consolati essent, dixisse: uenite, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum a constitutione mundi. alii gloriæ sæculi tument nescientes hunc principalem benedictionum cælestium fuisse sermonem: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. alios nobilitas carnalis in fastidium erigit non cogitantes illis, qui in Christo renati sint, dictum esse: uos autem genus electum, regale sacerdotium, genus sanctum. aliæ sunt sæculi leges, alia dei munera. diabolus cum dominum temptare ausus est, suum esse sæculum gloriatur. dominus uero mori nos sæculo iubet, ut uiuamus ipsi. cum domino opum contemptus opulentia est, cum domino terreni honoris despectus cælorum regnum est, cum domino humilitas cordis generosæ et regiæ natiuitatis ornatus est. hoc igitur a se disci uoluit, quod uirtutum omnium maximum est.

10. Apostolus etiam ad humilitatem nos docens talibus adhortatur: hoc enim sapite in uobis, quod et in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam existimauit esse se æqualem deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens, et habitu repertus ut homo. humiliauit se factus obœdiens usque ad

1 cf. Eccles. III, 33; Dan. IV, 24. 2 Ps. CXI, 9. 7 Matth. XXV, 34. 10 Ibid. V, 3. 13 I Pet. 2, 9. 23 Phil. II, 5 sq.

1 elemosyna *VR* elemosina *Cp* abscidit peccatum *p* 3 manet in aeternum *RCpE* et deum *CpE* 4 cibasset V^1 5 uestae texissent *R* uestissent *V* 6 carcarem *V* consulati *V* 8 gloria *pE* 9 scientes *V* hanc *Ce* benedictionem*CE* 10 sermonum *e* 12 fastigium V^1CE fastū *p* 13 sunt *CpE* 14 gens sancta *CpE* alii *ex* alia *m. 1 V* 15 reges *V* 16 dš uero *V* 18 opolētia *V* dispectus *C* 19 generosae regiae *V* 20 disci *add. m. 2 V* disci *ex* dici *p* dici *C* 22 etiam *om. V* 23 hoc enī *ex* hoc ipsum enī *m. 1 V*.

mortem, mortem autem crucis. habemus exemplum ab unigenito deo humilitatis; sed uideamus et præmium. propter hoc enim eum deus exaltauit et donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectat cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. hoc humilitatis fuit præmium, ut corpus adsumptum in gloria dei patris maneret, ut in nomine eius genu cælestia et terrestria et inferna curuarent. manens enim in dei forma non ui aliqua sibi ac rapina, id quod erat, præsumendum existimauit, scilicet ut deo esset æqualis. erat enim in dei forma, nihilque ei ex eius gloria deerat, in cuius forma manebat; sed formam serui per humilitatem accepit et habitu ut homo repertus est, humilians se per obœdientiam usque ad mortem: nec solum usque ad mortem, sed usque ad mortem crucis. cælum ex præcepto dei ipse firmauit, mundum ex iussu paterno in hanc speciem tanti decoris ornauit, terram et, quæ in his sunt, creauit. sed numquid ob illa meruit hominem adsumptum in æterni patris gloria collocare? humilitatis hoc præmium est, humilitatis hæc merces est, ut, quia manens antea in forma dei esset in forma serui deinceps effectus, et manens in forma dei et effectus in forma serui confessione cælestium et terrestrium et infernorum esse in dei patris gloria nosceretur.

11. Verens quoque idem apostolus, ne quos ipsa illa diuinorum munerum gratia efficeret insolentes, ait: unicuique data est demonstratio spiritus ad utilitatem. in eo

26 I Cor. 12, 7.

2 uidemus *V* 3 donauit illi *CE* 4 omnem *V*[1] 5 ıh͂ˇs *corr. m. 2. V* flectant *V* flectatur *pE cf. Acad. p. 57* 7 in gloria dei *Rb* 10 curuaret *C* in forma dei *pb* 11 ut *add. m. 2 V* 12 d͞ı *V* 13 serui sui *p* 14 humilitatem — repertus est *in marg. infer. add. m. 2 V* humilians *ex* humilitans *corr. m. 1 V* 15 usque *ex* usquae *m. 2 V* 16 sed usque ad *add. m. 2 V* mortem *om. V* 17 iusso *C* 18 in his *VRCp* in ea *E* 20 gloriam *V* hoc — humilitatis *om. V* 21 mercis *V* ante *C om. V* esset effectus in forma *corr. m. 2 V* e͠e forma *C* 22 serui *ex* dı̄ serui *corr. m. 2 V* deinceps effectus — effectus in forma serui *in marg. infer. add. m. 2 V cf. Ps. CXXXVIII cap. 19* 26 ait enı̄ unicuique (*sed R del.* enı̄) *VR*.

enim quod ait: ad utilitatem, docuit eo humiliter utendum, ne forte quemquam spiritalium donorum confidentia efficeret insolentem, et dei gratia per insolentiæ uitium fieret otiosa. ex persona autem sua ipse demonstrat, etiam hoc esse se a deo gratiæ consecutum, ne per confidentiam plurium in se gratiarum in aliquem tumorem superbiæ tolleretur, dicens: et propter eminentiam reuelationum datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, qui me colaphizaret, ne extollar. etiam hoc ille uas electionis et doctor gentium metuit, ne ultra humanæ infirmitatis naturam per spiritalium in se munerum confidentiam superbiret. Ezechiam regem scriptura laudat, quod fecerit rectum et bonum in conspectu dei, sed non usque in finem potuit hæc manere laudatio. scriptum enim est in secundo Præteritorum libro: et cecidit Ezechias ab altitudine cordis sui. ubi cor in altum erexerat, ubi in superbiam se per confidentiam laudationis extulerat, præteritorum gestorum gratiam per superbiæ crimen amisit.

12. Propheta igitur sacramento constituens, ut iusta dei iudicia custodiret, hoc primum opus sumpsit, ut humilis fieret, neque solum humilis, sed humilis ualde: per adiectionem hanc consummatæ in se humilitatis modestiam docens. et erant causæ in eo plures superbiendi. præbebat insolentiæ causas nobilitas ex Iuda, et in eo primum potestas benedictionis regiæ inchoata. mansit enim aliquandiu ex Dauid tribu regiæ potestatis familia, ex qua secundum carnem rex æternus emersit. erat etiam prudentissimus; ait enim: inuisibilia et occulta

6 II Cor. 12, 7. 14 II Paral. 32, 26. 27 Ps. L, 8.

1 utiliter utendum *VRC sed cf. adn. Bened.* 3 uitio *V* 4 esse se *scripsi* esse *R* se *VCpE* 7 reuelationem *V*¹ 8 sathanae *Rp* colafizaret *VRCp* 9 extollat *V*¹ elictionis *V* 10 meruit *VRCp* 11 munerum grām efferret˪ *p(A)* Ezahiam *C* 12 scribtura *ex* scribturam *m. 2 V* 13 haec manere ista laudatio *R* 14 *uerbis* in saecundo (*sic*) praeteritorum libro *in marg. add.* in libro pteritorū *m. 1 R*, in secundo paralipomenon libro *pe* 15 Ezehias *C* altitudine *ex* altitudinis *m. 2 V* 16 ubi *h. l. om. V* 20 primum *ex* primum est *m. 2 V* 22 modestię docens *C* modestiāe docens *p* 23 praebebat *ex* praebat *m. 2 V* 25 dauit *V* 26 potestatis *ex* potestis *m. 2 V* 27 erat *add. m. 2 V* ait *add. m. 1 V.*

sapientiæ manifestasti mihi. meruit etiam et propheta esse, cum dicitur: aperiam in parabolis os meum, eructabo absconsa a constitutione mundi. humanæ quoque opulentiæ copiis abundauit. ait enim ipse: ecce congregaui de paupertate mea auri talenta milia tot et argenti alia et æris et ferri, quorum numerus non est. hinc familiæ nobilitas, hinc regis potestas, hinc sapientiæ fiducia, hinc prophetæ meritum, hinc copiæ facultatum; non erexerunt tamen in superbiam neque in aliquem fastidii tumorem extulerunt. tuto ergo postulat dicens: uiuifica me secundum uerbum tuum, id est, ut tamquam nondum uiuens æternæ uitæ uitam secundum uerbum dei mereatur, quia eum humilitatis modestia intra disciplinam et doctrinam prædicationis euangelicæ contineret.

13. Sequitur deinceps: uoluntaria oris mei fac beneplacita, domine, et iudicia tua doce me. digne exsequitur propheta sacramentum constitutionis suæ. primum enim humilis ualde effectus est; sequenti nunc orat, ut uoluntaria oris sui beneplaceant. non contentus est iam præscriptis legis contineri neque tantum necessitati obœdientiæ subiacere. lex præceperat malum pro malo reddendum. Dauid iste, cum Saul totis se imperii sui uiribus persequentem frequenter captum et conclusum habuisset, non modo non peremit, sed etiam cum honore dimisit dicens: non inferam super eum manum meam, quia Christus domini est. hunc etiam cum in bello peremptum conperisset, fleuit et uindicauit. filius quoque

2 Ps. LXXVII, 2. 4 I Paral. 22, 14. 24 I Reg. 24, 7.

1 sapientiae tuae *e* 2 hos *p* 3 eructuabo *R* 4 habundauit *R* abundabit *V* 5 milia tot *VC* millia *R* tot milia *e* centum millia *pb* 6 et argenti alia *VRCe* et argenti mille millia *pb* 8 prophetiae *CpE* 10 fastidiummorem *V* fastigii tumorem *Cpe* 11 tamquam *C* (*om.* ut) uitā quā *R* 12 uitae uita *C* uerbum tuum dī *V* 13 maneat *C* 14 praedicationis *ex* praedicationem *V* euuangelicae *V* 15 deinceps sequitur *E* fac bene dñe *V* 16 dignae *R* digna *VCp(A)* 17 sacramenta *C* sacramento *Vp(A)* 18 humilitatis *V* 19 oris *ex* uris *m. 2 V* est etiam *pe* 21 precerat *V* p̄ciebat (pi) *corr. m. 2 p* reddendendum *R* esse reddendum *VCpE* dauit *V* 22 se *om. VRC* sequentem *V* 25 xp̄s dñs *V* in *om. V* 26 c̄terisset *C.*

eius Abessalon regnum occupat, exercitum contrahit, patrem bello parricidali persequitur. sed militibus Dauid dicit: parcite puero Abessalon. illi quidem ad resistendum necessitas inposita est, ut regi; sed pietas et bonitas adfuit ad parcendum, ut prophetæ. mortuum quoque adfectu paterno et dolore defleuit. hæc enim uoluntaria, non legitima sunt: et his obtemperare libertatis potius quam necessitatis officium est.

14. Habet hanc apostolus uoluntariæ doctrinæ, non et legitimæ consuetudinem dicens: de uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do. aut cum gloriam uiduitatis et continentiam laudat, non inhibet iam potestatem nubendi, sed meritum cælibatus prædicat. ultra legem instituit et ultra præceptum adhortatur, uoluntaria legitimis anteponens. et rursum ait: numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? numquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut ceteri apostoli et fratres domini et Cephas? aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi? sed non utimur hac potestate. potestas in licito est, cum lex infidelitati nostræ parcens præscriptis nos grauibus non onerat. at uero uoluntatis professio ex incremento fidei est, cum in his, quæ moderata lex nobis est, nosmetipsos uoluntariæ deuotionis studio continemus.

15. Hæc igitur uoluntaria, ut deo sint placita, propheta orat, quia illa, quæ ex præscripto legis gerantur, ipsa seruitii sui necessitate peraguntur. causam autem semper prætendit

2 II Reg. 18, 5. 9 I Cor. 7, 25. 14 I Cor. 9, 4 sq.

1 absalon *C* absolon *p et sic infr., ubi etiam in R* absalon 2 dauit *V* 3 ille *R* 4 set *V* 6 uoluntariam V^1 8 hanc *add. m. 2 V* uoluntariae *ex* uoluntariam *m. 2 V* 9 consuetudinis *V* 11 inhibet iā *scripsi* inhibita *VRe* inhibet *Cp(A)b* 12 potestate *VRe* merito *C* caelibeatus *V* praedicator *VCe* 17 fratres (*om.* et) *V* cefas *C* caefas *V* 19 non operandi *VR* (οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι) operandi *C* hec operandi *p* hoc operandi *E* hac *om. RCp(A)* 20 potestas *ex* potestate *m. 2 V* in licita *R* in licita *ex* in locita *m. 2 V* ob illicita *p(A) an* nobis licita? 21 honerat R^1p ad uero *ex* ad *m. 2 V* 25 geruntur *V* generant^b *C* ipse seruitio *V*.

deprecationis suæ. postea enim quam uoluntaria oris sui ut beneplacita essent orauit, adiecit: et iudicia tua doce me. iudicia legis agit et, quantum in se est, gestis atque operibus exercet; sed nondum ea intellegit. scit enim esse legem spiritalem. et illud, quod sub specie præsentium operationum continetur, nosse festinat: ea enim quis necesse est doceri postulet, quæ ignorat.

16. Totum autem se propheta secundum sacramenti sui constitutionem deo dedit. humiliatus est ualde, uoluntaria oris eius placentia sunt: nunc eius anima in dei manibus semper est et legis dei non obliuiscitur dicens: anima mea in manibus tuis semper: et legem tuam non sum oblitus. totum, quod uiuit, deo uiuit. omnis eius sensus et spiritus in deo est; nullum tempus admittitur, quo subrepere legis possit obliuio. in omnibus operibus et cogitationibus deus cogitatur. lex in memoria est, in dei manibus semper anima uiuentis est.

17. Scit, quam sibi istud utile sit, scit, quam sit necessarium cotidie se manibus dei gestis atque operibus suis et per indefessam memoriam legis inserere. ait enim: posuerunt laqueum mihi: et de mandatis tuis non errraui. scit in hac sæculi silua plures laqueos extendi, plures uitæ suæ captiones parari. sermo, cogitatio, opus nostrum semper adiacentes habent laqueos, cum interdum occurrit causa iræ, doloris adfectio, querellæ necessitas, malæ cupiditatis occasio. hæc diabolus angelique eius, ab initio transgressores et ab exordio peccatores, laqueos semper extendunt. sed cuius in manibus

1 depraecationis *VR* uoluntarie *V*[1] ut *om. R* 3 agit *ex* agit enim *m. 2 V* ait *C* 5 illut *V* 6 nosse *om. V* 7 postulat *V* 9 est *add. m. 2 V* uoluntariae *V* 10 placenti sunt *V* tunc eius *p* tunc enī *C* 13 omnis enī *C* 14 spiritus dō est *V* qđ subrepere *C* 15 in omnibus suis operibus *pb* 16 anima uiuentis semper est *Cpb* 18 soit esse quā *corr. m. 2 V* scit etiam quam *b* istut *add. m. 2 V* scit *om. V* 19 dei *om. C* gestum adque *V* legis adque *R* 20 posuerunt peccatores laqueum mihi *pE* 21 et *om. V* tuis = = non *R* 22 laqueos extendi plures *om. V* 25 quaerellae *VR* querelae *CpE* cupidatis *p* haec *VRC* hos *E* nos *p* 26 transgressiorest ab *V* 27 laqueos extendit semper extendunt *V* sed *om. V*.

dei anima est et qui numquam legis dei inmemor est, his undique licet laqueis circumiectis a præceptis tamen non aberrauit. semper enim deum cogitans ab his euolat, ut in psalmo altero loquitur: sicut passer liberatus ex laqueo uenatorum. et dominus ipse per prophetam ait: liberate uos ex laqueo uenatorum et a uerbo conturbationis.

18. Non enim iniuste tenduntur retia auibus. in cælestem scientiam homo eruditus es; quid tibi cum terrenis operibus et gestis est? auis effectus es; cur non in naturæ tuæ elemento moraris? uolucres enim cæli nuncupantur; non iniuste ergo illis in possessione terrenæ habitationis insidiæ sunt. sæculo renuntiasti; quid tibi cum sæculi rebus? quid quereris captus in sæculo? quid quereris iniuriam laquei in regione non tua? dic potius et utere ipse tu uoce psalmistæ dicentis ista: quis dabit mihi pinnas sicut columbæ? et uolabo et requiescam. natura auium est, ut non, cum uolent, requiescant: tu autem iam factus columba uolando requiescis, id est in cælestem te sedem et cognitionem a laqueis terrenis uolatu fidelis animæ ecferendo.

19. Dehinc sequitur: hereditaui testimonia tua in sæculum; quia exultatio cordis mei sunt. heres secundum humanam consuetudinem omnia eius obtinet, cuius et heres est. sed humanas hereditates dedignatur propheta: testimonia dei hereditauit. gratum ipsi, si dei fiat ipse testis, quia exultatio cordis sui sit, si de deo inter persecutionum bella testetur. sic et meminimus his testimoniis apostolos gratulatos, cum exeuntes de consessu persecutorum lætati sunt propter dei nomen dignos se iniuriis iudicatos. testimonia ergo eius exultatio

4 Ps. CXXIII, 7. 5 Ps. XC, 3. 7 Prov. I, 17 (LXX). 14 Ps. LIV, 7.

3 aberrabit *b* dñm *Cp* euolauit *V*[1] 4 alio *E* 5 per *om. C* 7 iniustae *R* iuste *C* tendentur *C*[1] 8 eruditus est *V* qui tibi *C* opibus *V* 9 gestis es *C* auis effectus (*om.* es) *V* qur non in (non i *in ras.*) *R* cur in non *V* 11 in possessionae *R* in passione *V* 12 captus in saeculo quid quereris *om. Cp* quaereris *VR* 14 ita *Vp*[1] 15 pennas *RCp* 16 ut cum nō uolent *V* 17 bolando *V*[1] 18 te *om. C* terrens *V* 19 et ferendo *V* efferendo *RCpE* 21 exultio *V*[1] haerens secundum *V* maeres secundum *C* 23 propheta qui testimonia *E* 25 si de deo *scripsi cf. p. 486, 2 et Stud. 1889 p. 323* si se deo *VRC* si se dei *pE.*

eorum cordis fuit. sed propheta, ut et apostoli, licet inter multas persecutiones hæc testimonia dei, id est testandi de eo cum exultatione cordis tamquam hereditatem retineat, tamen etiam illa dei testimonia hereditate adquisita habet, quæ sub testibus dicta sunt. Moyses legem sub testibus dedit cælo atque terra, Esaias sub testibus arguit cælo atque terra, apostolus iam celsioribus testimoniis ut prædicator euangelicus usus est dicens: testor uobis coram deo et Christo Iesu et angelis eius. hæc ergo testimonia sub his scripta et sub his testata et in his testata tamquam noui patrimonii heres occupat: non ex parte, sed totum. ius enim hereditatis ex solido est. etsi inter plures secundum humanam successionem hereditas diuidatur, tamen hereditas ipsa nomine heredis ex solido est.

20. Ac ne, quod a multis dici sæpe solet, rationis aliquam habeat auctoritatem, cum adserunt proprium dei munus esse, ut quis in dei rebus atque operibus uersetur, excusantes infidelitatem suam, quod cessante erga se dei uoluntate maneant infideles: est quidem in fide manendi a deo munus, sed incipiendi a nobis origo est. et uoluntas nostra hoc proprium ex se debet, ut uelit: deus incipienti incrementum dabit, quia consummationem per se infirmitas nostra non obtinet, meritum tamen adipiscendæ consummationis est ex initio uoluntatis. idcirco psalmum ita propheta conclusit: declinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. cor suum ipse declinat et ex naturæ humanæ peccatis in obœdientiam dei inflectit. natura quidem

8 I Tim. 5, 21.

1 eorum *add. m. 2 V* dicet inter *V* 2 dī id est — illa dī testimonia *in marg. infer. add. m. 2 V* 3 cum exsultationem *V* 4 acquisita *pE* 5 legem sub testibus statuit *p* lo adque — arguit cae *add. m. 2 V* 6 eseias *V* Esaias — terra *om. p* 7 p̄ditor *C* 8 dn̄o et xp̄o ih̄s (u superscr.) *V* 9 ecce ergo *C* testimoniis *V*¹ 10 et in his testata *om. V add. m. 2 p* 11 sed in totum *e* 12 est *add. m. 2 V* humanū *C* 15 ac nec *C* 19 set incipienda nobis *V* 20 ut uoluntas *V* exedebet *C* ex se habere debet *E* 21 ut ue≡let *C* et uellit *V* qua *V* 23 consummationis *ex* consummatione *m. 2 V*.

et origo carnis suæ eum detinebat, sed uoluntas et religio cor eius ex eo, in quo manebat, originis uitio ad iustificationum opera declinat. et declinat in omni uitæ suæ tempore: non in definitione aliqua spatii, sed in omni uitæ suæ sæculo. declinat autem *propter retributionem*, certus scilicet ea fidei meritis reseruari et in his retributionem eius esse, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; quæ præparauit deus his, qui diligunt eum in Christo Iesu, cui gloria est et nunc et semper in sæcula sæculorum. amen.

SAMECH.

Iniquos odio habui et legem tuam dilexi et reliqua.

1. Præcepti euangelici doctrina ea est, ut inimicos diligamus et non solum amantibus nos amorem, sed etiam his, qui nos oderint, debeamus. ergo hæc prophetæ professio aduersari uidetur dominicis mandatis, ut, cum amor nobis inimicorum imperetur, ille, quod iniquos oderit, tamquam bonum opus præferat.

2. Sed huius ipsius dicti ratio ex ipsis euangeliis noscenda est. nam dominus, qui inimicos diligi iussit et maledicentes patrem aut matrem reos mortis esse constituit, rursum alio in loco præcepit dicens: *si quis uenit ad me et non oderit patrem suum et matrem suam et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc etiam et animam suam, non potest meus discipulus esse.* ergo hæc uidentur

22 Luc. XIV, 26.

1 et *om. R*   3 tempore — uitae suae *in marg. infer. add. C*   5 scilic& (c& *in ras.*) *R*   se ad fidei meritum *V*   6 in *om. R*   7 ascenderunt *ps*   8 diligent *V*   cui ẽ gloria *p*   9 nunc (*om.* et) et semper *V* et in saecula saeculorum *E* et in omnia saecula saeculorum *V* Explicit littera quarta decima incipit littera quinta decima feliciter *V* Finit *R* Finit litt. XIIII inc. Samech lit. XV *Cp*   10 samh *V*   13 praeceptum euangelicae doctrinae est *Cp*   ut *om. C*   14 amorem reddam' sed *p* hos qui nos oderint diligamus *Cp*   17 tamquam *ex* tam *m. 2 V*   18 *post* praeferat *E add.:* dicens: Iniquos odio habui   19 euuangeliis *V*   20 diligit iussit *V*   et *om. V*   21 morti esse *V* esse mortis *Cpb*   23 et matrem suam *om. R* suam *om. CpE*   aut uxorem aut filios aut fratres *R*   25 uidẽtur sibi contraria *V*.

sibi esse contraria, ut, cuius ex præcepto non solum odium in parentes, sed maledictio tantum morte sit digna, ipse rursum dicat, neminem discipulum suum esse posse, nisi qui patrem et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores et animam suam oderit. durus hic sermo et præceptum graue est, inpietatis necessitatem ad consummationem religionis inponere.

3. Verum nihil a deo durum, nihil impium, nihil contrarium anterioribus præceptis iubetur. irasci autem hæc carissima nobis nomina, pater scilicet ac mater et uxor et filii non possunt, quod eos præcipimur odisse, cum animam ipsam nostram odisse iubeamur. scit enim esse dominus plures tam inconsulti amoris, ut, cum persistere in martyrii gloria filios suos uideant, ut tempori cedant, rogent; ut sententiam mutent, precentur et impiæ pietatis erga eos utantur adfectu, cum anus mater et pater senex miserabiles canos filio in ipso martyrii certamine cum inuidia prædurae uoluntatis eius ostendat, hinc et uxor adsit filiorum ambitiosa comitatu, oret, ut potius sibi illisque uiuat, hinc fratres et sorores blandis nominum suorum familiaritatibus deprecentur, ipsa quoque anima inlecebris iam pridem capta uiuendi tacitis quibusdam consiliis ad coniuentiam deflectendæ uoluntatis inrepat. hoc igitur in tempore odisse nos patrem, matrem, uxorem, filios, fratres, sorores et ipsam quoque animam dominus præcepit. nam hunc eundem sermonem ita clausit, post odium uniuersorum dicens: et si quis non portat crucem suam et uenit post me, non

24 Luc. XIV, 27.

2 ipse *ex* se ipse *m. 2 V* 4 et sorores *om. VR* 5 praeceptum *ex* praecepto *corr. m. 2 V* 6 religionis *ex* religionis religionis *m. 2 V* 7 nihil *ex* nil *m. 2 V* 9 pater *ex* parte *corr. m. 2 V* aui mater *R* 10 eos *add. m. 2 V* cum animam — odisse *om. V* 12 incsulati *C* resistere *R* 14 praecentur *VR* et inpie pietatis *ex* et inpie tinpieatis *V* et impiae ═ ═ *(eras. 2 litt.)* pietatis *R* inutantur *V* anus pater et mater *V* 15 miserabiles *ex* miserabilis *m. 2 R* mirabiles *C* in *om. V* 17 ut *om. Cp* 18 illisque *ex* illeque *m. 2 V* 19 depraecentur *VR* 20 coniuentiã (on above) *V (cf. Brambach p. 303)* ciuentiã *p* conibentiam *RC* 22 matrem *add. m. 2 V* ipsam *ex* ipsa *m. 2 V* 23 praecaepit *R* hunc *ex* haec *m. 2 V* 24 *uerba* et si quis non portat — uidetur dicens *p. 489, 7 om. Cp* 25 pos me *V fort. recte, cf. p. 391, 16 et Stolz L. p. 316.*

poterit meus discipulus esse. ergo tum odio habendi sunt, cum portare nos martyrii crucem nolunt, cum sequi dominum exemplo passionis dehortantur. honestum hoc odium et utile est, eos, qui ab amore Christi abducere conentur, odisse.

4. Itaque nunc propheta nihil contrarium euangelicis præceptis, quibus amare inimicos iubemur, locutus uidetur dicens: iniquos odiui. non enim inimicos suos odit, sed iniquos, id est transgressores legis. propriore istud uerbo græcitas nuncupat παρανόμους dicens, id est extra legem agentes. sed qui præteritores legis odit, non potest non id amare, quod odit esse neglectum; et ideo ait: et legem tuam dilexi. conuenit autem, ut, qui legem amat, eos oderit, qui legis inimici sunt.

5. Dehinc sequitur: adiutor et susceptor meus es tu, et in uerbum tuum spero. magno nobis auxilio dei opus est in tanto atque adsiduo sæculi istius prœlio. non enim nobis secundum apostolum pugna est aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus potestates et mundi potentes harum tenebrarum, aduersus spiritales nequitias in cælestibus. hos ergo hostes habemus, aduersum hos adiutor deus precandus est, ut nos in susceptionem suam recipiat. sed non tam timoris hæc precatio debet esse quam meriti. timor enim ex trepidatione condicionis humanæ est, propheta autem in uerbo dei sperat. spes non res præsentes obtinet, sed futuras. sperat ergo, quæ uerbo

17 Ephes. VI, 12.

3 deum *E* 4 conantur *E* 6 euuangelicis *V* 8 odiui *VCp cf. Roensch It. u. Vulg. p. 282, Neue Formenl.*[3] *II, 617* odio habui *RE* odit *VRe* dicit *Cpb* 9 proprire (o *superscr.*) *corr. m. 1 R* ꝓpore (i *superscr.*) *p* priore *C* istud uerbum *C* sensu elocuta ē istud uerbū *p(A)* 10 nuncupat *om. Cp(A)* ΙΤΑΡΑΝΟΜΟΥC *V* ΤΑΡΑΝΟΜΟΫC *R om. Cp* (*p lacunam habet post* dicens) 13 ut quia *CpE* et qui *V* legis *ex* legem *m. 2 V* 16 in uerbo tuo *p* dei auxilio *pb* 17 adque *VR* 19 et mundi — aduersus *in marg. infer. add. C* 21 hos *ex* hoc *m. 2 V* 22 aduersus hos *E* praecandus *VR* ꝑstandus *C* 25 spes non — futuras *om. R* 26 futuras *ex* futurus *m. 2 V*.

dei, id est dictis propheticis continentur. sperat autem uel retributiones fidei in uitam spiritalem, uel ipsum illum domini nostri, qui dei uerbum est, aduentum expectat. spes enim ista meretur auxilium et adiutorium dei. non aliter aut nos meremur aut aliqui ante meruerunt, quam uerbum dei deum naturæ nostræ carnem uel habitaturum sperasse uel, quod habitauerit, credidisse.

6. Sed propheta multa in se esse meminit, quæ spei suæ conentur obsistere; et ideo subiecit: declinate a me maligni; et scrutabor mandata dei mei. doctrinæ cælestis ratio admonet, ut dictum hoc referendum ad personam hominum, quibus insit malignitas, existimetur. propheta enim, qui gentes docet, qui uerbum dei prædicat, iubet, uti a se uniuersi maligni declinent, quia congregatio sancta ad malitiæ operarios sit indigna. et nescio quem possit excipere. omnibus enim per naturæ demutabilis uoluntatem malitia adiacet, ipsisque apostolis uerbo licet iam fidei emundatis atque sanctis non abesse tamen malitiam per condicionem communis nobis originis docuit dominus dicens: si ergo uos, cum sitis mali, nostis data bona dare filiis uestris. nostrum autem est, et malos amare et bonos ad bonitatem docere secundum eum, qui uniuersos ad se potius inuitat dicens: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. sed scit propheta plures malignitates in occulto humani cordis esse. secundum enim domini dictum de intus exeunt cogitationes malæ, cædes, mœchiæ, fornicationes, furta, falsitates, blasphemiæ. hæc enim sunt, quæ communem hominem faciunt. huiusmodi igitur,

19 Matth. VII, 11. 22 Ibid. XI, 28. 25 Ibid. XV, 19 sq.

1 propheticis dictis *p* 2 retributionis fidem *R* 4 aliter ut *V* 6 habiturum *Ce* habitauerint *C* habuerit *e* 8 se *om.* *V* spei suae *ex* spei esse suae *m. 2 V* 9 continentur *VR* 13 ut *VCp* a se uniuersi *ex* a se uniuersi a se *m. 2 V* 14 sc̄a *ex* sc̄o *m. 3 R* sc̄to *V* sanctorum *Cpb* 16 malitia *om.* *VR* 17 adque *VR* 19 dn̄s *supr. add. p, om.* *VRC* 20 bona data *CpE* bona *V* 23 honerati *p* 26 moech==e *C* furnicationes *V* 27 blasfemiae *ex* balasfemiae *m. 2 V* blasfemiae *R* 28 cummunem *C* hominem *om.* *V*.

ut a se declinent, aduersantes fidei suæ postulat. obsistunt enim innocentiæ studiis, obsistunt doctrinæ spiritali; atque his per consiliorum suorum adsiduam familiaritatem se ingerentibus non uacat animo dei mandata scrutari, quia maligni uiri præsentia multum eum, qui mandata dei scrutari uelit, inpediat.

7. Et quia dei opus est misericordia, ut in familiam eius recepti a dominatu malignorum horum liberemur, propheta orat dicens: suscipe me secundum eloquium tuum, et uiuam, et non confundas me ab exspectatione mea. propheta exspectat et sperat: nihil præsens, nihil temporarium sectatur. plures autem sunt, qui hanc exspectationem fidei nostræ arguunt et inrident dicentes talia: quid ieiunia, quid continentia, quid castitas, quid iactura patrimoniorum utilitatis adferet? ubi spes uestra est, Christiani? mors æqualiter dominatur uniuersorum: in omnium corporum naturas commune ius illi est. quin etiam uniuersis nos bonis sæculi fruimur et uitæ ueræ licentia utimur; et in quo tandem a nobis spei uestræ exspectatione præstatis? non confundi ergo se in hac exspectatione sua propheta orat, sed ut maneat confidens et fructus ueræ illius uitæ, quam exspectat, accipiat. scit enim se nondum uiuere, licet uiuat. uita enim nostra secundum apostolum absconsa in Christo est. et idcirco ait: suscipe me secundum uerbum tuum, et uiuam, quia ueræ illius et indeficientis uitæ exspectatione ac spe detinetur. sperat enim æternitatem, sperat regnum cælorum, sperat regnum dei, sperat spiritales benedictiones in cælestibus in Christo. in hac spe, in qua non confundetur, rogat, ut suscipiatur et uiuat.

1 ut *om. p* a *add. m. 3 V* obsistunt enim — studiis *om. p* enim — obsistunt *in marg. sup. add. V*[2] 3 adsiduam *ex* adsiduum *m. 2 V* 5 uellet *p* impediet *C* 6 misericordie *C* 8 aeloquium *R* 9 spectatione *V* 12 inridunt *VC fort. recte, cf. p. 409, 12* alia *V* 14 adferet *V* affert *Re* &ferre *C* auferet *pb* uestrae et *C* uestra est o *b* 15 natãm *p* cummune *C* 17 uere *R* uero *V* licentia *ex* licentiam *m. 2 V* a nobis *RC* a uobis *V cf. Ennod. ed. Hartel p. 634* nobis *pE* 18 erga *V* 19 profeta *add. m. 1 V* et fructum *V* et fructus — accipiat *in marg. inf. add. C* 22 et idcirco ait *om. R* secundum eloquium *E* 24 uitae et *V* spei *VC* 25 sperat regnum caelorum sperat enī dī *V* 27 confunditur *VR* suscipiat *VC* uiuat *add. m. 2 V.*

8. Dehinc sequitur: adiuua me, et saluus ero et meditabor iustificationes tuas semper. superius dixerat: adiutor et susceptor meus, nunc autem nominum commemoratorum rem precatur, ut, qui susceptor est, suscipiat et, qui adiutor est, adiuuet. non abesse a se adiutorium adiuuantis precatur. non orat, ne malignantes non habeat, quia per passionum patientiam fides probatur; sed, ut aduersus eos adiuuetur, orat, quia auxilium a domino semper orandum est. sed quemadmodum in superiore susceptus uiuet, ita et in hoc adiutus saluabitur. adhuc enim sibi obeunda mors est, adhuc inferi sustinendi. tunc saluabitur, cum ex corporea terrenaque natura in spiritalem gloriam transformatus nullum aduersantis inimici periculum metuat, uiuat inter electos angelos, sit paradisi incola et absorpta corruptione ex mortali inmortalis existat.

9. Sed quod meditaturum se in iustitiis dei dicit et meditaturum semper, numquid non meditatur, qui et in meditatione sperauit? potest quidem et in præsens uitæ opus accipi, ut, quousque in corpore sit, semper iustificationes meditetur; sed nihilominus et in futurum sermo procedit. scit in cælo omnes angelos in meditatione iustificationum dei esse. nihil enim illic otiosum, nihil iners est, omnes uirtutes cælestes in opere ministerii sui permanent. et cum nobis tunc uita angelorum uiuendum sit, potest secundum eos, qui semper operantur, nobis quoque æterna iustificationum esse meditatio.

10. Dehinc sequitur: spreuisti omnes discedentes a iustificationibus tuis, quia iniqua cogitatio eorum.

1 et dehinc *V*ª 2 in iustificationibus tuis *CE* 3 meus *om. p* cūmoratorum *C* 4 et qui adiutor adiuuet *Cpb* 5 a *add. m. 2 V* adiuuantes *V* 7 fidis *V* opat· *p* ˢ.perabat· *C* 8 auxilium *ex* auxilium auxilium *m. 2 V* 9 ita et hic *p* 10 adhuc enim — saluabitur *om. Cp* 11 inferi *ex* inferendi *m. 2 V* eternaque *V* 12 spiritalem *ex* spitalem *V* 13 angelos *ex* angelus *C* 14 absorta *RCp* mortali *ex* mortalis *m. 2 V* inmortalis *ex* inmortali *V* 15 et *om. V* 16 quid in *C* 17 sperabit *VC* presentis *p* 19 nihil homin' *R* 20 illic *ex* eillic *m. 1 V* 21 omnes *ex* omnis *m. 2 V* 23 operandum *V* 24 quoque *om. V* 25 descedētes *V*.

auxilium et susceptionem ob hæc propheta orat, ne cum discedentibus a iustificationibus dei et ipse spernatur. sed hic seruata ea ratio est, ut non dictum sit: spreuisti omnes peccatores, sed: spreuisti omnes discedentes. si enim peccatores deus sperneret, omnes utique sperneret, quia sine peccato nemo sit. sed spernit discedentes a se, quos apostatas uocant. neque interest, an in iustificationibus dei quis aliquando fuerit. spernendus enim a deo est, quisque discesserit, quia manentis meritum conseruat consummatio permanendi. differt uero a peccato discessio, quia peccato uenia per pænitentiam reseruatur, discessio uero cum ipsa pænitentiæ discessione se damnat; quæ hinc oritur, cum uoluntas eorum, qui discessuri sunt, est iniqua.

11. Dehinc sequitur: præuaricantes deputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi iustitias tuas. semper prophetæ sermo longe se et ultra communem sensum extendit. nos enim præuaricatores eos existimamus, qui susceptam fidem et cognitionem dei adeptam relinquunt, aliud pollicitos et aliud nunc agentes. sed hic præuaricatores existimantur omnes peccatores terræ; nullus excipitur, generaliter ad omnes præuaricationis nomen refertur. lex enim ueluti naturalis est, iniuriam nemini adferre, nihil alienum præripere, fraude ac periurio abstinere, alieno coniugio non insidiari. nouit et hanc naturæ apostolus legem dicens: cum enim nationes, quæ legem non habent, naturaliter secundum legem faciunt, tales homines legem non habentes sibi

24 Rom. II, 14.

1 ob haec *VRp (in C ras.)* ob hoc *E* descedentibus *V* 3 spraeuisti *R* 4 sed *add. m. 2 V* descedentes *V* si enim *ex* si ōnes si enim si *m. 2 V* 5 deus *om. E* utique utiq; sperneret *corr. m. 1 R* utique dš sperneret *V* 6 sed sperneret *V* descedentes *ex* descentes *V* 7 neque enim interest *Ve* 8 quisquis *E* 10 a peccatore *VCe* quia *ex* qua *m. 1 R* 15 iustitia tua *corr. m. 1 R* 16 sermo non longe *V* se *om. Cp* ultra *ex* ultra se *m. 2 V* extendit *scripsi* tetendit *VRC* se tendit *p* tendit *E* 18 relinqunt *R* relinquit *V* pollicitus *C* 19 praeuaricatores esse existimantur *CpE* 20 ad mones *V* et omnes *C* 21 praeuaricationes *V¹C* 22 nemini *ex* nemi *m. 2 V* inferre *E* nil *e* 24 naturae *om. Cpb* 26 habentes *ex* habent *m. 2 V.*

ipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. ergo prævaricatores existimantur, qui, quod a natura legis accipiunt, derelinquunt. furem quis deprehensum aut adulterum aut homicidam arguet lege naturæ. sed si in his ipse uersetur, prævaricator est legis.

12. Nouit etiam, cum ait peccatores terræ, alios esse et cæli peccatores. audiamus enim euangelicæ prædicationis prodigum filium perditum atque mortuum de peccato suo patri confitentem: peccaui, inquit, pater in cælo et coram te. quisquis cælestis doctrinæ et spiritalis gratiæ particeps factus in peccato demorabitur, non terræ peccator est ille, sed cæli. omnes enim credentes in se dominus noster Iesus Christus coexcitauit et collocauit in cælestibus, ex quibus qui decedet, tamquam cæli peccator arguitur. cum igitur propheta peccatores terræ prævaricatores esse existimet, quia naturæ legem peccando transgressi sint, ob hoc ipse testimonia dei diligit. quia, cum prævaricatio sit decedere ex lege naturæ, tamen iam sine uenia sit ex cælesti lege discessio.

13. Concludit autem ita: confige de timore tuo carnes meas; a iudiciis enim tuis timui. nouæ et inusitatæ preces prophetæ sunt, ut a timore dei carnes suæ configantur. sed meminit conpatiendum et commoriendum esse cum Christo his, qui conregnare cum eo uelint. et minore istud dicti uirtute latinitatis translatio elocuta est. quod enim nobiscum

9 Luc. XV, 21.

2 quia quod naturale legis *C* q(qđ a naturale lege *p* qui quod a naturali lege *b* 3 depraehensum *VR* 5 ipse reuersetur *C* praeuaricationes (r t) *corr. m. 2 V* praeuaricator es ≡ (*eras.* t?) *R* 6 ait *add. m. 2 V* 7 euuangelicae praedicationes *V*[1] 8 mortuum *ex* per filium *corr. m. 2 V* 9 inquid *VR*[1] in caelum *pb* 10 quisque *VCp* 12 dñs ıħs xp̄s *V* 13 in *add. m. 2 V* qui *add. m. 2 V* decaedet ≡ *R* decidet *VCp* decidit *e* decedit *b* 15 existimet *ex* existimamus *m. 2 V* 16 sunt *V* testatus dī *V* 17 qui cum *C* decidere *C* lege *add. m. 2 V* 18 decessio *V* 19 conclusit *V* de *CVe* (ἐκ *LXX*) *om. Rpb* 20 tuis enim *R* et *add. m. 1 V* 21 praeces *VR* configantur *ex* confitantur *m. 2 V* 23 is *V* uellit *V* uellent *R* 24 latina *V*[2] quod *ex* quid *m. 2 V*.

est confige, illic καθήλωσον id significat, ut clauis se configat. moriendum ergo nobis est, et omnia carnis nostræ uitia configenda cruci domini sunt. morimur enim secundum apostolum cum Christo et consepelimur in baptismo. et hoc propheta quamquam in uoluntate sua habeat, tamen, ut per misericordiam dei consequatur, expostulat. configi enim ex timore dei carnes suas orat, quia iudicia dei metuat. timet enim æterni iudicii sententiam, timet non cum Christo configi et commori et consepeliri, nouum se hominem, nisi uetere cum uitiis et concupiscentiis exuto, intellegens non futurum.

AIN.

Feci iudicium et iustitiam: non tradas me persequentibus me et reliqua.

1. Et in psalmi exordio et deinceps frequenter meminimus per hæc singularum litterarum quædam quasi elementa discendi doctrina nos pietatis, continentiæ, intellegentiæ, fidei et timoris institui, et ut rudem infantiam ad loquendi scientiam, quam et agendi doctrina consequitur, ipsis humanæ uocis initiis erudiri: quod ex præsentibus sextæ et decimæ litteræ octo uersibus intellegi licet. propheta enim ex persona sua uniuersos docet, quid uelle, quid agere, quid profiteri unumquemque pro conscientia infirmitatis ac naturæ suæ utile sit, quid etiam metui, quid caueri, quid emundari oporteat. beatus idem propheta, qui per misericordiam dei ipse sibi et uniuersis doctor et prospector et emundator et iudex est! certe dignitati eius

1 AOHAωCON et KAO*AωCO* V KAOHA ωCONЄT KAЄHAωCON *R* id *ex* in *m. 2 V* καθήλωσον id *om. Cp* 4 consaepelimur *V* 5 in sua uoluntate *E* 8 timet se non *Cpb* 9 ueterae *R* ueterem *ex* uetere *m. 2 V* 10 exuto ut intellegens *V* Explicit littera quinta decima incipit littera sexta decima feliciter *V* Finit *R* Finit littera XV incipit Ain littera XVI *Cp* 14 et deinde *V* deinceps (*om.* et) *C* 15 per haec *ex* per haec per *m. 2 V* 16 doctrinae *V* doctrine *C* 17 ut *om. V* 19 litterae& *R* 20 intelligi ualet *p* profetam *V* 21 quid *pr. l. add. m. 2 V* 23 emundari *ex* demundari *m. 2 V* emdari *p(Ar)* 24 qui *eras. R* et uniuersis doctor *om. VR* et prospector — et iudex *om. p(A)* et uniuersis doctor — et iudex *om. C* 25 emandator (*sic*) *ex* remandator *m. 2 V* et certe *Cpb.*

decentissimum est, ut, qui spiritu dei loquitur, ea, quæ humanæ et salutis et æternitatis sunt, eloquatur.

2. Ait enim ita: feci iudicium et iustitiam: non tradas me nocentibus me. facit placentia deo opera et, quia facit, ne nocentibus se tradatur, orat. opus merendi antefertur, et dehinc meriti præmium postulatur. fit enim primum, quod placeat; et tum dignatio eius, cui per opus placetur, oratur. at nos nec operamur nec placemus, quin etiam impiis et inreligiosis rebus offendimus; et quia tales non placemus, irascimur. sed dignum est contueri, qualia sint, quæ propheta faciens, ne nocentibus se tradatur, orat.

3. Et omnia, quæcumque quis timens deum fecerit, utilia ei atque pulchra sunt. pudicitiam quis colens gloriosum ac nitens sordenti corporis sui carni lumen innexit. contemptum uero pecuniæ adsumens liberum se a terrenis dominationibus reseruauit. frugalitatem autem et parsimoniam diligens nobilitatem animæ cælestis captiuam ebrietati non dereliquit. sed hæc, quamuis magna atque præclara sint, tamen, quia prophetæ propria eique tantummodo utilia sunt, non referuntur ad meritum.

4. Sed quid fecit, ut non tradi se nocentibus deprecetur? iudicium scilicet et iustitiam; nihil inconsultum, nihil iniustum agens, sed primum faciens iudicium; omnia namque ratione, modo et ueritate pertractans, ut id, quod in alterum agat, perpensum antea atque perspectum iam de consilii sententia exsequatur. non permittit autem consilio tantum suo iudicii sententiam, sed facit cum iudicio iustitiam. iudicantis autem cum consilio hoc opus maximum est, ut, quod iudicat, iustum

2 aeternitatis (*om.* et) *Cpb* 3 enim *om.* *R* 4 facit *ex* facet *m. 2 V* fecit *pE* et quia fecit *VCpE* 6 et *om.* *V* 7 placet *Cpb* et cum *V* placitur *V* 8 ad nos *VRC* 11 ne *om.* *V* 13 sint *VR* 14 carmine *V* 15 paecuniae *V* terraenis *R* 16 reseruauit *ex* reseruat *C* praeseruauit *E* parcimoniam *b* 17 captiua[m] *corr. m. 2 V* captiuit[a] *C* non *om.* *C* 19 eque[i a] *corr. m. 2 V* 20 sed quae *V* ut *om.* *C* non *om.* *V* 21 et *add.* *m. 2 V* 22 iniustum *ex* iniustitiam *m. 2 V* namque *ex* nam *m. 2 V* 23 rationem *V* et ueritatet *corr. m. 2 V* in integrū agat *C* 24 adque *VR* perfectum *VRC* 25 sui *V*.

sit. iustitia etenim est amica concordiæ, unanimitatis uinculum, fundamentum pacis, diuinæ atque humanæ rationis operatio. hæc itaque propheta fecit; in quibus cum opus suum sit, tamen et eorum, quibus iudicium et iustitiam fecit, utilitas est.

5. Postulat uero, ne nocentibus se tradatur. omnis enim, in quo peccati uoluntas est, deo uacuus est; et ubi deus non erit, illic diaboli locus est, qui insidians atque obsidens, ubi adeundi oportunitatem habuerit, tamquam uacuam domum occupet, quæ ei, deo eam deserente, sit tradita. et propheta quidem, quia ex persona omnium loquebatur, ne a deo tradatur, orat. ceterum apostolus habet iam id in se fiduciæ, ut peccatores diabolo tradat ipse, cum ad Corinthios de eo, qui fornicationes omnes prægressus uxorem patris sui acceperat, scribit: ego autem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui tamquam præsens eum, qui hoc fecit, congregatis uobis et meo spiritu cum uirtute domini Iesu tradere istius modi satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini. sed licet apostolus tradat, scit tamen se in uirtute Christi et in suo spiritu traditurum. sed et in alia epistula ait de Phygello et Hermogene: quos tradidi, inquit, satanæ, ut discant non blasphemare. qui enim ab ecclesiæ corpore respuuntur, quæ Christi est corpus, tamquam peregrini et alieni a dei corpore dominatui diaboli traduntur.

13 I Cor. 5, 3. 21 I Tim. 1, 20, cf. II Tim. 1, 15.

1 amicitia concordia *C* amicitiae concordia *VpE* umanimitatis *R* 3 tamen nec eorum *C* 5 uero *om. C* hominis enim *C* 6 deo uacuus est *om. C* et ubi deus — locus est *om. p* erit *add. m. 2 V* 7 diabolo *C* *post* locus est *uerba* et ubi dš est *repetita del. m. 2 V* 8 oportunitatem *VRα* opportunitatem *Cpι cf. Acad. p. 28* donū *V* 10 loquibatur *V*[1] 11 iam ad in se in fiduciae *corr. m. 2 V* 12 ad chorintios *R* corinthiis (corintiis *C*) *Cpb* furnicationes *V* omni *V* hm̄s *C* 13 supergressus *pE* 14 praesens sp̄u *ex* praesens corpore praesens sp̄u *m. 2 V* iudicauit *V*[1] 16 uirtu⁼⁼te *R* domini mei Iesu *p(A)b* 19 se et in *Cpb* et ī *V* 20 ait *om. V* philo (?) *corr. m. 2 V* (ge) fygelo *R* fiero *C* fileto *p(A)* 21 hermogene *ex* hermogenem *m. 2 V* ⁼ermogene *p* ermogene *RC* ut discant *om. C* 22 blasfemare *VR* eclesiae *V* ecclaesiae *R* 24 dominatu *p*.

6. Sed propheta, ne nocentibus se tradatur, orat. adsunt enim inimicæ infestæque uirtutes, quæ fidei propositum conturbent, quæ timorem dei obliterent, quæ in terrenas cupiditates et desideria sollicitent, quæ infirmam corporis naturam quibusdam blandimentorum aculeis in uitia commoueant. nouit et apostolus hanc multitudinem dominantium uirtutum dicens: in quibus et uos aliquando ambulastis secundum principem potestatis æris, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. fecit ergo propheta iudicium et iustitiam; et, ne tradatur nocentibus se, rogat, et hoc modo nocentibus, cum in peccatum inpellunt, cum in gloriam inflant, cum in iram accendunt, cum in odium exacerbant, cum ad lasciuiam inliciunt, cum ad auaritiam prouocant. sed cum per hæc nocere properent, obtinere tamen eos, qui innocentes sunt, nisi sibi per secessionem dei traditi fuerint, non ualebunt.

7. Dehinc sequitur: excipe me seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. proficit in spe sua propheta et celsiorem iam deprecationis suæ gradum scandit. qui enim orauerat, ne traderetur nocentibus se, iam, ut proprietate serui excipiatur, rogat, beatum illum in se dei dominatum cum bona susceptione sua deprecans. et non ob leuem causam, ut in bonum suscipiatur, orat, scilicet ne eum superbi calumnientur. et qui sunt superbi? nempe illi, quorum principem loquentem Esaias introducit ita: dixit enim: uirtute faciam

6 Ephes. II, 2. 24 Esai. X, 13.

2 infestaque *C* conturbant *C* 3 terrenas *ex* terrena *m. 2 V* 4 *inter* naturam *et* quibusdam *uerba repetita* quibusdam corporis naturam *del. m. 2 V* 5 aculeo *V* 6 uirtutum *om. R* 7 saecundum *R* 8 aeris *om. Cp* 10 iustitiae *V* et ne tradaturne *V* se rogat — nocentibus *om. V* 11 inflent *RC* 12 cum iram *C* exaceruant *VC* 13 inliciunt *ex* inliciunt inliciunt *R* ₚogant (u c *supra*) *C* 14 eos qui nocentes *R* eos qui nocenti *C* eos quos nocentes *V* sunt — dei traditi *om. V* 15 per cessione *C* pcessionem *p* 16 me *om. Cpb* 17 ut non calonnientur *C* profecit *Cp* in spes (s *in ras. R*) suas *RE* 19 tradatur *V* ut in proprietatem serui *pE* proprietatis seruo *C* 21 eum bona *V* depraecans *VR* 22 calumnientur et qui sunt superbi *om. C* 24 loq̃.tem *V* eseias *V* introducat *C* uirtutẽ *Cp(A)* faciam ≡ et *R*.

et sapientia intellectus auferam fines gentium et uirtutes earum, et commouebo ciuitates inhabitabiles et omnem orbem terræ prehendam manu mea ut pullos et tamquam confracta oua auferam. hæc superbientis uox est, diaboli scilicet, qui et deo ac domino nostro Iesu Christo ostensa terrenorum imperiorum gloria dicere ausus est: omnia hæc tibi dabo, si procidens adoraueris me. non esse autem hunc solitarium, sed plures ei adesse spiritalium nequitiarum ministros per eum docemur, qui ait: discedite a me, maledicti, in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo et angelis eius. ab horum igitur se superborum calumnia esse liberum rogat. calumniantur enim, quia, cum ipsi peccati incentiua subpeditent, calumniam nobis ante deum peccati, quod per eos gesserimus, intendunt; causam namque peccati ad crimen iniciunt et criminis inuidiam per calumniam exacerbant, scriptura in Apocalypsi calumniatorem eum esse testante.

8. Verum etiam nunc se extendit propheta in celsiorem profectum dicens: oculi mei defecerunt in salutare tuum et in eloquium iustitiæ tuæ. oculi deficiunt, cum intentus in aliquam exspectationem uisus laborat. propheta itaque animæ suæ oculos in dei salutare defixit. et de salutari quid intellegi oporteret, sæpe tractauimus; eum scilicet esse Iesum, qui saluum faciet populum suum a peccatis. aliis igitur oculos suos in desideria sæcularia occupantibus et in uoluptates rerum præsentium tendentibus propheta in dei salutare defixus

7 Matth. IV, 9. 10 Matth. XXV, 41. 17 Apoc. XII, 10.

1 sapientiã *Cp* aufera[m] finis *V* et uirtutem eorum *RCpE cf. Sabatier II, 537 adn.* 2 inhabitauiles *V*[1] 3 prehendam — auferam *om. Cp* adpraehendam *RE* 6 [gloria] imperiorum *R* 8 hunc *add. m. 2 V* plures *ex* ples *m. 2 V* 9 nequitiassub *V* 10 in *supr. scr. m. 1 R* 12 igitur superborum *pb* esse se liberum *pb* 14 dm̃ *VR* dominum *Cpb* 15 intendet [n] *V* intendent *C* intentant *pb* 16 initiunt *R* exaceruant *VC* 17 suum esse *R* 18 etiam num *V* 21 exspectationum *V* 24 a peccatis *ex* peccatis *m. 1? V* a peccatis eoι *p* 25 uoluptatis *V* uoluntates *RC* 26 praesentium (i *ex corr.*) *R* praesentibus *V*.

est. et ne corporales oculos eum deficere sub hac contemplanti intentione existimaremus, non solum in salutare dei deficiunt, sed etiam in eloquium iustitiæ.

9. Iusta itaque esse dei eloquia confitetur. scit esse quædam, quæ cum inperitis atque impiis iniusti eloquii habeant opinionem: cum Pharao cor ad contumaciam obduratur et pertinacia ei inreligiosæ uoluntatis adfigitur; cum ex duabus adhuc in utero gentibus minori maior sit seruitura, et neutro quicquam boni promerente seruitus uni inponitur, dominatus alteri donatur; cum Adam de paradiso, ne arborem uitæ contingat, expellitur; quæ homines diuinæ et uirtutis et bonitatis et iustitiæ incapaces, dum intellegere non possunt, iniusta esse constituunt. sed prophetæ huius in istius modi eloquium iustitiæ oculi deficiunt, quia sciat nihil iniustum esse in his dictis dei, sed omnia aduentu salutaris dei hæc eloquia et consummanda et intellegenda esse iustitiæ. procedit autem per hanc intentam usque ad defectionem oculorum exspectationem, ut aliquid ultra precari audeat.

10. Confessus itaque eloquium iustitiæ hæc subdidit: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam et iustificationes tuas doce me. insolens forte uox existimaretur, quæ diceret: fac cum seruo tuo. quod enim dicitur: fac, tamquam ex fiducia aliqua præsumptio est usurpata poscendi. sed non inpudenter id diceret, qui iudicium et iustitiam fecisset, qui se excipi in seruum deprecatus esset, cuius oculi in salutare dei et in eloquium iustitiæ defecissent.

1 corporalis V^1 per corporales *e* eius deficere *pb* 2 in dei salutare *e* 6 farao *VRp* pharaonis *e* obdura=tur (*eras.* n) *R* et pertinacia & (u *supra*) *R* et pertinaciae *VCb* 7 adhuc in est gentibus *V* 8 neut *p* neutra *b* 9 promerēte *V* promerentes *R* alteri dominatur *C* 10 de ex ne de *m. 2 V* paradyso *R* etpellitur *V* 11 diuinae uirtutis (uirtutes *V*) *VCpE* et bonitates *V* 12 iniuste *C* 13 eloquium iustae *R* eloquium iuste *e* 14 qui sciat *R* nihil iniustus (i *supra*) *corr. m. 2 V* 15 aduentus *V* saluatoris dei *Cp* et *ante* consummanda *om. R* 17 exspectatione *V* 19 itaquae *V* haec *om. V* 20 misaericordiam *R* 22 aestimaretur *R* 23 fac tum ex *V* ex praesumptione *C* 24 non *add. m. 2 V* dicere *C* 26 et cuius *Cp*.

sed ne in his quidem propheta insolens est. nam in eo ipso, quod dixit: fac, adiecit: cum seruo tuo. et quia seruitus nostra ad id ipsum, ut in seruitutis fide maneat, misericordia domini indiget, superaddidit: secundum misericordiam tuam: quia miseratione eius opus est, ut in hac seruitutis nostræ professione maneamus. inbecilla enim est per se aliquid obtinendi humana infirmitas, et hoc tantum naturæ suæ officium est, ut adgregare se in familiam dei et uelit et cœperit. diuinæ uero misericordiæ est, ut uolentes adiuuet, incipientes confirmet, adeuntes recipiat: ex nobis autem initium est, ut illa perficiat.

11. Sed quid tandem ut faciat cum seruo suo secundum misericordiam suam postulat? nempe ut iustificationes suas doceat. scit in iustificationibus, quas Moyses constituere præceptus est, magnum nescio quid et inconprehensibile humanæ intellegentiæ contineri. scire optat, quis iste sit, ut frequenter diximus, coemptus Hebræus puer sex tantum annis seruiturus. legit hæc quidem, sed non statim, quod legitur, et intellegitur. scire uult, quæ illa seruitus sit, quæ septimi anni libertas, quod sit auris foramen ex subula, si liber esse nolit, quæ illa mulier Hebræi, quid illud, ut sine muliere egrediatur ipse, quid deinde secunda iustificatio, quid tertia, quid sequentes habeant futurorum sacramentorum præformationis. non est humani ingenii hæc

16 Exod. XXI, 2 sqq.

1 sed *add. m. 2 V* in *pr. l. om. VC* 3 sertutis *V* 5 misaeratione *R* in *om. V* 6 manemus *V* inbicilla *V* aliquid optinendi *R cf. Draeger Synt. II, 833* ad aliquid obtinendi *V* ad aliquid obtinendum *Cpb* 8 adgraegare *V* dī ueḷit *V* 9 uero *om. Cpb* misericordiae *ex* misericordiam *m. 2 V* ut *om. V* 10 ut euntes *C* recipiat *ex* recipi *m. 2 V* autem *om. C* 11 ille *pb* 15 est *add. m. 2 V* inconpraehensibile *R* 16 scire etiā optat *Vb* 17 hebaeus *V*[1] hebreus *R* 19 quae *ante* septimi *om. C* 20 ex ubula *C* et subolae *V* nolit *ex* nolae *V* nollet *C* 21 hebrei *V* hebrea *C* hebraea *Re* mulieret ingrediatur *V* muliere ingrediatur (ingrediar *C*) *RCe sed cf. adn. Bened.* 22 secunda *add. m. 2 V* sequentis *V* sequens *C* 23 sacramentorum *ex* sacram *m. 2 V* praeformationes *Re.*

consequi posse: cælesti opus est magistro, et plurimis fidei nostræ meritis necessarium est, ut doceri ista mereamur.

12. Scire autem nos conuenit in omnibus prophetæ uerbis nihil humile esse, nihil commune cum ceteris, sed proprium uel ipsi sibi uel sui similibus enuntiari; latet autem sub familiaribus uerbis maxima conscientiæ et fidei professio, ut nunc in eo, quod sequitur, intellegimus. ait enim: seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, et sciam testimonia tua. nemo nostrum est, qui non uel in orationis suæ prece uel in communium sermonum consuetudine seruum se dei esse fateatur. et quid magnum propheta fecit seruum se profitendo, quod nullus ausus sit denegare? sed professio ceterorum fallax est, quæ, cum habeat conscientiæ necessitatem, non habet tamen confessionis ueritatem. proprium hoc prophetæ est, ut se seruum dei profiteatur in omni uitæ genere famulatu condicionis suæ fungens, siue ambulans, siue residens, siue uigilans, siue dormiens, in cibo etiam atque in ieiuniis deo aut esuriat aut satur sit et nullo in tempore a seruitutis suæ officiis absistat. hic libere dicet: seruus tuus sum. at uero qui stupris dormit, latrociniis uigilat, quæstibus peregrinatur, luxui requiescit, si dicat: seruus tuus sum, profitetur quidem, quod est, sed, quod est, non agit.

13. Propheta autem, quamuis condicionem officii sui etiam ipso famulatu suo confiteatur, tamen infirmitatis suæ memor est; dari enim sibi intellectum rogat. est enim intellectus in quodam thensauro repositus spiritalium gratiarum, quem

1 pluresmi (i s suprascr.) *corr. m. 2 V* 2 reatur (me m suprascr.) *corr. m. 2 V* 5 uel ipse uel *V* suis *C* 6 conscientia *C* 7 intellegamus *VC*[1] intellegemus *C*[2] 8 ut sciam *C*[1]*pE* 9 uel ignorationi suae *V* 10 praece *VR* 14 non habeat *corr. m. 2 V* 15 se *om. V* 16 confūgens *V* fugies (n suprascr.) *C* 17 siue uigilans *om. V (ubi uoces* siue ambulans siue residens *a m. 1 bis scriptae sunt)* atque (adque *V*) ieiuniis *Vp* 18 esuriat aut *om. V* satur *ex* sator *m. 1 R* 19 officii *V* sum ego *E* 20 ad uero *VR* 21 suum *V* 23 sui *om. V* etiam *ex* etiann *m. 1 R* 26 thensauro *VC* thesauro *RpE* & quem *p.*

interdum sub falsæ opinionis errore inprudentium mentibus diabolus insinuat. sed a deo intellegentiam propheta postulat, ne sibi inanis intellegentia subrepat, qualis gentium, qualis Iudæorum, qualis hæreticorum est: et postulat ob id, ut testimonia dei sciat, quæ sub testibus tradita sunt, quæ sub testibus neglecta et uiolata esse exprobrantur, quæ in aduentu eius, ob quem testato dicta sunt, neglecta et fastidita uindicabuntur.

14. Et horum quidem testimoniorum tempus non ignorat propheta dicens: tempus faciendi domino: dissipauerunt iniqui legem tuam. lex populo sub testibus data est: quæ cum dissipata et abiecta a Iudæis est, tum fuit tempus domino ea, quæ continebantur lege, faciendi. pollicitus enim in lege est, ut salutem gentibus daret, ut ipse sibi hominis corpus, qui secundum imaginem et similitudinem dei est factus, adsumeret, ut dissipata lege fidei gratiam donaret. temporis huius meminit per Esaiam prophetam dicens: tempore accepto exaudiui te et in die salutis auxiliatus sum tibi. apostolus uero dicti huius interpres hæc scribit: ecce nunc tempus bene acceptum, ecce dies salutis; id est: dissipata lege tempus euangelicæ prædicationis aduenit.

15. Sed illis legem dissipantibus aliud opus prophetæ est. et quod sit, ex subiectis docemur. ait enim: ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion. quod ait: ideo, ad id rettulit, quod dixerat: tempus faciendi domino, quia sciret tempus faciendi domino esse, cum legem dissipassent. ideo autem mandata dilexit, quia in his tempus

16 Esai. XLIX, 8. 19 II Cor. 6, 2.

1 interdum diabolus sub *pb* 2 mentibus insinuat *pb* profeta — inanis intellegentia *in marg. infer. add. m. 2 V* 3 gentium qualis iudaeorum qualis *add. m. 2 V* 4 ob id *ex* et ob id *m. 2 V* dei *om. p* 6 in aduentum (in aduentū *Ce*) *VRCe* ob quae *V* ob q; *C* 7 testato *VRC* (= ab eo qui testatus est) testandum *pE* fastidita esse *pb* fastidium *V* uindicātur *V* indicabuntur *R* 10 iniqui *om. RCpE* 11 tunc *C* cum *V* 12 contingebantur *C* populicitus *V* 14 homines *V* qui *add. m. 2 V* dei *om. V* 16 eseiā *V* 17 in diem *V* 19 ecce *pr. l. add. m. 2 V* bene *supr. scr. m. 1 R* acceptabile *Rb* 24 topazon *V et sic infr.* quod ait *ex* quo erit *m. 2 V* 25 retulit *corr. m. 2 V* retulit *RCpE* 26 esse *ex* eesse *R.*

faciendi domino contineretur. lex enim omnis aduentum domini testata est, ipso dicente: si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi; de me enim ille scripsit. mandata igitur dei ob id propheta dilexit, quia in his aduentum dominicæ corporationis intellegit. in eo autem, quod diligit, plus nescio quid significat. facere autem aliquid minus est quam diligere, quia plerumque id, quod agimus, necessitatis est, dilectio uero propriæ uoluntatis adfectio est.

16. Sed dilectio ea demum perfecta est, quæ maxima est et quæ nulli alii conparatione similium coæquatur. diligit autem mandata dei super aurum et topazion. humanus error pretiosius nihil auro et gemmis opinatur, et hæc sunt, quæ hominum cupiditates dominatui pretii sui et honoris subdiderunt. auro ius, honestas, pudicitia uenalis est; per gemmas uero humani corporis præstantior, ut putant, species ad naturæ contumeliam expetitur. et idcirco nihil habet sexus uterque pretiosius, dum uiri posse omnia auro uolunt, mulieres uero per gemmas fieri se existimant pulchriores. præstat autem ut ceteris metallis aurum, ita et aliis lapidibus topazion. est enim ipse rarissimus et speciosissimus omnium et maximus. in Thebaidis uero loco, cui Alabastrane nomen est, reperiri solet. hunc etiam ferunt sæcularium gestorum litteræ in Topazon insula ab incolis eius, id est Troglodytis Arabis inuentum ad matrem regis Aegypti Ptolomæi, sub quo scripturæ legis ex

2 Ioh. V, 46.

1 enim bonis *C* 2 si creditis moysi creditis *p(A)e* 5 dm̄cae *V* intellegit *ex* intellexit *m. 2 V* quod diligit — facere autem *om. V* 7 qua plerumquae *V* 8 propriae — sed dilectio *om. Cp* 9 eadem *pe* 10 nulla *V* alii *om. CpE* conparationi *R* comparationis *C* 12 praetiosius *VR* 13 et hominibus subdiderunt *V* 14 auro uiris honestas pudicitiae *pE* 15 species *ex* speciose *m. 2 V* 16 expolitur *(in C ex parte in ras.) CpE* 17 speciosius *V* dum ui *V* nolunt *p* 19 ita aliis *V* 20 et speciosissimus *in marg. infer. add. C* 21 theibaidis *V* alabastra *pE cf. Acad. p. 106 (fort. legendum* Alabastrum) 22 litterae *om. R* topazio *a* topario *Cp(A)* topharia *R* Topazo *e cf. Plin. XXXVII, 8, 107 Detlefs.* 23 throglodytis *V* toglodytis *C* troglotidis *p(A)* 24 ptolomei *VR* tholemaei *C* ptolemaei *pE* scribtura^{e} *V*.

hebræo in græcum translatæ sunt, muneri fuisse delatum. continet autem ipse in se solus ceterarum gemmarum optimarum pretiosissimarumque speciem et in uno illo diuersissimorum colorum permixtio continetur. super hunc igitur topazion et super aurum mandata dei propheta dilexit, non terrenis se, sed cælestibus desideriis significans detineri.

17. Contempta autem sæcularium opum cupiditate omnem a se occasionem peruersæ et prauæ uoluntatis recidit. diligens enim super aurum et topazion mandata dei ait: propter hoc ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui. non deflectitur, non detorquetur per terrenas cupiditates, sed ad omnia dei mandata dirigitur: non occupant obuia. uidit aurum, sciuit hoc terræ esse limum; uidit gemmas, meminit esse aut montium aut maris calculos; uidit inlicem ad lasciuiam uultum, scit tamquam auibus cæli ex his sibi laqueis euadendum. resistit ergo coalitis sibi naturæ suæ uitiis et omnem uiam iniquitatis odit. ideo itaque et in mandatis omnibus dirigitur, quia ea super terrena desideria diligit: et dirigitur, ne eorum particeps fiat. quibus dicitur: natio praua et peruersa. et omnem uiam iniquitatis odit, ut sit in eo, qui est uia, domino scilicet nostro, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PHE.

Mirabilia testimonia tua, domine et reliqua.

1. Natura humani sensus ea est, ut ea mirabilia habeat, quæ ante conpererit. ex conpertis enim iudicium admirationis

19 Luc. IX, 41.

1 hebreo *V* haebraeo *R* ebraeo *p* grecum *V* munere *RpE* 4 super hunc *ex* super aurum hunc *m. 2 V* 7 cōtinenta *V* saecularium horum *R* cupiditatem *V* 9 ait dehinc *p* ait enī *C* dehinc ait *E* 13 occupant *add. m. 2 V* obuiã *V* obuia *ex* oblcuia *p* limum esse *pE* 14 aute montiū *V* 15 illicem *pE* 17 uitam *V* a mandatis omnibus *C* ad mandata omnia *pE* 18 qui ea *V* terrena *ex* rena *m. 2 V* 19 particeps eorum *E* Explicit littera sexta decima incipit littera septima decima feliciter *V* Finit *R* Finit litt. XVI incip. He lit. XVII *C* Fiñ litta XVI incip lita Fe XVII *p* 23 Fe *R* 25 est (ea supra) *corr. m. 1 R* ut ea *add. m. 2 V* quae *ex* que *m. 2 V* 26 cōpererit (re *supr. scr. 3?*) *R* et conpertis *V*.

exsistit. ceterum nemo poterit ignorata mirari. hæc idcirco antea commemorata sunt, ut diligentius dicti prophetici ratio quæreretur. contra opinionem enim generalis sensus dixisse hæc existimatur: mirabilia testimonia tua; ideo scrutata est anima mea. nam cum prius secundum humanam consuetudinem oporteat perscrutari et reperire, et reperta mirari: huic testimonia domini ante admirabilia sunt et ob id perscrutatione sunt digna. dicti autem huius perfecti et pulcherrimi ea ratio est. testimonia etenim dei, id est ea, quæ sub testibus scripta sunt, etiamsi per obseruantiam legis humanam infirmitatem ad cognitionem et famulatum dei inbuant, quippe ubi castitas, pietas, pudicitia, caritas, ueritas, innocentia, frugalitas et religio mandatur et per quasdam religionum consuetudines hostiarumque diuersitates diuini honoris officium præcipitur, in quibus cum admiratio magna sit pro peccatis oblata hostia et datum pro redemptione animæ munus et agnus in sacramento paschæ occisus: tamen in his plus ex futurorum spe atque doctrina admirationis continetur. hæc itaque prophetæ huic admirabilia sunt. sed quia per præsentem admirationem futurorum atque æternorum bonorum exemplaribus admirabilia sunt, perscrutatur ea. non inquirit tantummodo, in quo est rerum absconditarum diligens exquisitio; sed perscrutatur etiam, per adiectionem scilicet diligentioris exquisitionis laborem suum in perscrutatione demonstrans. neque tantummodo perscrutatur, sed perscrutatur ex anima, ad uoluntatis officium animæ intentione sociata.

2 ante *C* profetici *ex* profeti *m. 2 V* 4 haec *om. V* testimonia tua domine *pE* (*sed* domine *ut in cod. VRC ita in text. sacr. gr. et lat. abest*) 5 scrutata est ea *p* perscrutata est ea *E* 6 repperire *VR* (*cf. Neue Formenl. II,* 473) 7 huic *om. pe* antea mirabilia *C* 8 id *in uers. exeunte add. m. 3 R* sunt digna *ex* sunt et obi digna *corr. m. 2 V* 10 sub testibus *ex* sub testimonia *corr. m. 2 V* 11 humanam *ex* humanae *m. 2 V* firmitatē *V* 12 pietas *add. m. 1 V* caritas *om. pe* 13 mandatoꝛ *C* et *om. V* per *ex* et *m. 2 V* 15 cum *add. m. 2 V* 16 donatum *ex* donuatum *V* 17 ex futurorum *ex* ex futuroadque *corr. m. 2 V* de futurorum *E* 18 spem adque doctrinam adque (*del. 2*) admirationis *V* 19 per *om. pe* praesentes admirationes *pe* 21 perscrutatur *ex* pericscrutatur *m. 1 V* 23 & scilicet *C* 24 suū *ex* suã *p* 25 sed perscrutatur *add. m. 2 V* ex animo *V*.

2. Sequitur deinde: declaratio sermonum tuorum inluminat et intellectum dat paruulis. et hic quoque sermo forte uidetur a naturæ nostræ consuetudine esse diuersus. cum enim ante intellegendum sit et sic lumine intellegentiæ utendum, quia noctem ignorantiæ intellegentiæ adeptæ lumen apellat, propheta tamen dicit declarationem uerborum dei prius inluminare et post inluminationem intellegentiam præstare. sed quæ sint dei uerba, ante discendum est; et tunc inluminationis ac postea intellegentiæ ratio præstanda est. uerba dei sunt, quæcumque prophetæ locuti sunt. cum enim Moyses uerbis suis populo Hebræo legis obseruantiam nuntiauerit, tamen in libro eiusdem legis ita scriptum est: et dixit deus ad Moysen: dic filiis Israhel. usus igitur est his legislator uerbis, quibus ei ut uteretur præceptum est. ergo uerba dei sunt, quæ per officium licet humani oris audita sunt. sed et magnus ille propheta ipso iudicio domini nostri Iesu Christi bene locutus, cum dixisset: audi cælum, et percipe auribus terra, ait: quoniam dominus locutus est, et post aliqua, quæ querellis maximis increpabantur, dixit: os enim domini locutum est hæc. hæc ergo omnia dei uerba sunt.

3. Sed declaratio uerborum maxime necessaria est. sunt enim sub uelamine opinionis alterius prædicata, sunt secundum apostolum allegorumena, sunt conparatiuis significationibus amphibola. testis est dominus hæc eadem per Esaiam ita dicta esse Iudæis infidelibus exprobrans, dicens: auditu audietis et non intellegetis. signata enim omnia

12 Exod. III, 14 cf. Levit. XI, 1. 17 Esai. I, 2 sq. 26 Matth. XIII, 14 cf. Esai. VI, 9.

2 paruolis *V* 4 cum *ex* sum *corr. m. 2 V* 5 nocte *ex* noctae *m. 2 V* nocte *C* 6 appellat *V* expellat *p* declaratione *R* 7 dī potius *V* inluminare — post *om. V* intellegentiae *VRp* 9 intellegentia *V* 10 locuti *add. m. 2 V* 11 hebreo *V* haebraeo *R* 13 dš *VC* (*quod h. l. textu sacr. gr. et lat. confirmatur*) dominus *Rp* istrahel *V* 14 ut *add. m. 2 V* 16 et ipso *V* 18 auribus percipe *R* 19 querelis *pE* quaerellis *R* et post — dixit *in marg. add. p* 23 uelamina *V* 24 allegorumina *Cp* alligorumina *V* allẏgorumina *R* 25 amfibola *VRCp* testis *ex* testibus *m. 2 V* est *om. VC* eseiam *V* isaiā *p* 26 exprobrans et dicens R^{s}*VE*.

sunt et per solam spiritalem doctrinam resignanda. hæc enim ad Danielum desideriorum uirum dicta sunt: uade, Daniel, quia clausi sunt signatique sermones. ait etiam Esaias: dabitur liber iste in manus hominis scientis litteras et dicetur ei: lege hoc, et respondet: non possum legere, signatum est enim.

4. Sed declaratio uerborum mysticorum per euangelia præstatur, ubi legis occulta et abscondita prophetica mandata domino in corpore manente panduntur, ex quibus primum fides discitur. ubi enim ea, quæ a prophetis dicta sunt, per eum rebus et operibus explentur. cum uirgo parit, cum deus uerbum est et uerbum caro fit et habitat in nobis, cum muti loquuntur, cum surdi audiunt, cum claudi incedunt, cum leprosi emundantur, cum cæci uident, cum dæmoniaci curantur, cum mortui resurgunt, declaratio hæc uerborum dei nostram ac naturæ obscuritatem fidei luce clarificat. tunc enim intellegimus resurrectionis gloriam, iudicii potestatem, æternitatis honorem. et intellegimus hæc paruuli, uel ad innocentiam renati uel per ignorationem inperiti. hæc declaratio uerborum dei et intellegentia paruulis præstita cuius temporis ætatisque res esset, dominus ipse in euangeliis demonstrat dicens: confiteor tibi, domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. ecce declarationis et inluminationis et intellegentiæ

2 Dan. XII, 9. 4 Esai. XXIX, 11. 21 Matth. XI, 25.

2 danihelum *Rp* danielem *C* uade — esaias *om. VRC* 4 sciētes V^1 5 dicitur R^1C hoc — legere *in marg. infer. add. m. 2 V* haec *E* respondebit (bit *alio liquore scr. p*) *pE* 7 euuangelia *V* 8 ubi legis *om. C* occulta abscondita et *C* abscondita et occulta *pE* mandata *om. VCpE* 9 fidis *V* 10 ibi *pE* 11 dš *VRC* dominus *pE* 12 fiat *C* et habitauit (t *superscr.*) *p* et inhabitauit *R* loquuntur *VC* loquntur *R* locuntur *p* 13 audiunt *ex* aunt *m. 2 V* clodi VCp^1 14 daemonitici *R* 15 surgunt *C* nostram ac *VR* nostrae ac *C* nostrae hanc *pE fort. recte. cf. Acad. p. 27* 16 lucet *C* clarificat *VR* illuminat *pE om. C* nunc *pE* 18 et *om. pe* haec *om. R* paruoli *V* 19 dī *add. m. 2 V* 20 paruolis *V* huius *p* aetatis ē & (ut *p*) dn̄s *Cp* 21 ipse *om. CpE* demonstrans *C* confitebor. *R* 22 domine pater caeli *Rb fort. scribendum* domine pater domine caeli *cf. Abh. IV, 83* qui *V* 23 a *om. C* et intellegentibus *CRpE* 24 paruolis *V*.

tempus. absconsa enim usque in hos dies hæc declarantur et declarata inluminant et inluminantia intellegentiam paruulis subministrant: fiuntque per hanc intellegentiam sancti spiritus iam capaces.

5. Denique id ipsum sequens sermo subiecit dicens: os meum aperui et adtraxi spiritum; quia mandata tua concupiscebam. non de hoc utique humani corporis ore dixit, quod per labia concluditur ac patet. nam spiritum officio narium magis quam oris haurimus. laboriosius autem aditu oris in animam transfunditur; absolutius uero per naturalem cursum famulatu atque officio narium commeat. sed os scriptura non labiorum tantum, sed et cordis solita est nuncupare. corde enim per fidem patente et desiderio ad hauriendum hiante intellegentia doctrinæ cælestis accipitur. non animæ hoc, sed cordis officium est. apostolus enim ait: animalis autem homo non percipit, quæ sunt spiritus: stultitia enim est ei. et idem doctor gentium ait: lex enim non in tabulis lapideis scripta, sed in tabulis cordis carnalibus. hoc ergo os suum propheta pandens adtraxit spiritum; non enim ultro ingruit. expetendus est, adtrahendus est et infantium modo tamquam lac innocens hauriendum. ideo autem propheta os aperuit, quia meminerit sibi in psalmo altero dictum: dilata os tuum, et adinplebo illud, et in lege scriptum sciat: describe hæc in latitudinem cordis tui; corde enim dei prædicatio, non ore suscipitur. et secundum euangelicam prædicationem uerbum dei ex corde malus abripit, quod ultra mel et fauum in ore

15 I Cor. 2, 14. 17 II Cor. 3, 3. 23 Ps. LXXX, 11. 24 Prov. VII, 3.

1 bucusq; est in (*supr. scr.* ł $\widetilde{st}$) *p* haec *om. b* 3 fiuntquae V^1 fiunt *Cpe* 7 huni *C* 8 quod per aliut *R* 9 offici (o *supr.*) *V* 10 auditu oris *RCp* auditu auris *e* 11 sed hos *Rα* 12 solita = = est *R* 13 desiderio *C* desiderium *VR* per desiderium *pE* 14 intellegentiam V^1 15 apostolus — ait *in marg. infer. add. C* animalis enim homo *pE* 18 lapidib; *C* 20 expetendus et *C* 22 os *add. m. 2 V* 24 scit *p* in latitudine *RCpE* (*ἐπὶ τὸ πλάτος LXX*) 25 dī praedicatio *ex* praedicatio *m. 2 V* dei uerbum *C* 26 sed secundum *V* 27 arripit *RC*.

delectat. ut enim per os in alimoniam corporis cibum sumimus, ita et per cor ad uiuificandam animam escas doctrinæ cælestis accipimus, quæ, nisi amplificato et patente corde adtractæ quodam modo fuerint, non adibunt.

6. Sequitur deinde: aspice in me et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. ad id quod dixerat: respice in me mox addidit: et miserere mei. scit enim dominum etiam in ultionem impiorum pœnamque respicere. respexit enim, ut scriptum est, super castra Aegyptiorum et conligauit axes curruum eorum. et rursum: respexit dominus super Sodomam et Gomorram. respicit uero non solum ad pœnam, sed etiam ad terrorem, cum dicitur: aspiciens in terram et faciens eam tremere. propheta ergo non solitarium hoc orat, ut in se deus respiciat, sed cum miseratione respiciat: neque cum miseratione tantum, sed secundum iudicium diligentium nomen eius.

7. Est quidem ex bonitate dei misericordia; sed promerenda est hæc a nobis studio innocentiæ, ut respiciat in nos, qualiter respexit in Abraham, qualiter in Isaac, qualiter in Iacob, qualiter in Ioseph, qualiter in Iob, qualiter in Moysen. scit enim ad hæc misericordiæ suæ opera deum solere respicere, cum dicitur: dominus de cælo respexit in terram, ut audiret gemitum uinculatorum et soluat filios interemptorum, et rursum: et respexit super filios pauperum et non spreuit deprecationem eorum.

9 Exod. XIV, 24. 11 Gen. XVIII, 16. 13 Ps. CIII, 32. 23 Ps. CI, 20. 25 Ibid. 18.

1 per hos *R* cibos *VCpE* 2 ita per *Cpe* animam *om. V* 3 adtracta *VRCpe* 4 et non *pb* adhibunt *Cp* 5 aspice *ex* aspice pos *m. 2 V* 7 respice *ex* respi *m. 2 V* 8 mei *om. Vpb* dm̄ *V* 9 recipere *V* 10 axas *C* currum *V* 11 dš *VC* sodaomā *corr. m. 2 V* 12 gommorrā *V* 13 ad terram *VR* aspicies *CpE* in terra *V* et facies *VCpE* 15 sed cum miseratione respiciat *in marg. add. p om. R* respiciat *supr. scr. C* respiciat neque cum miseratione *add. m. 2 V* 19 est *om. V* a *om. V* in nos respiciat *E* 20 isac *V* isahac *C* qualiter in *ante* ioseph *om. R et m. 3 supr. scr.* & 21 iosef *V* in moyse *VR* 22 dño *V* 23 in terra *V* 24 et *ex* ex *V* solueret *E* 25 respexit (*om.* et) *RCpE.*

secundum ergo hoc iudicium timentium dominum orat, ut deus super se aspiciat et misereatur: ut, si ieiunantem uidet, si miserantem contuetur, si pium ac religiosum in omni opere conspiciet, tunc secundum iudicium eorum, qui diligunt nomen suum, ipse quoque dei miseratione sit dignus.

8. Dehinc sequitur: gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et ne dominetur mei omnis iniustitia. incedit quidem propheta ex uoluntate sua iustitiæ gressibus, sed scit undique sibi iniustitiæ dominationes inminere. superius orauerat, ut in se deus respiceret ac misereretur secundum eos, qui diligunt nomen suum. misericordiæ autem, quam orat, hunc fructum esse sentit, ut gressus sui dirigantur, non secundum sæculi uias, non secundum humanam gloriam, non secundum corporis uoluptates, sed secundum eloquia dei. si nihil inpedimenti usquam occurreret, si aduersantes sibi non undique adessent, suis ipse uiribus in ea, quæ agere uellet, confirmabatur. sed ubi insidiæ sunt, ubi bellum est, opus est potioris auxilio, ne in se dominetur omnis iniustitia.

9. Non ut a se absit, sed ne dominetur sui orat. scit per temptationes ad gloriam perueniri. meminit Abraham et peregrinationis iniuria et amittendæ uxoris metu et per immolandi filii dolorem fuisse temptatum. scit Iob omni temptationum esse militia perfunctum. recolit Ioseph, cum a fratribus uenditur, cum a domini sui coniuge ad adulterium conpellitur, cum carcere pœnæ reseruatur, gloriam maximæ fidei per hæc iniustitiæ temptamenta meruisse. dominationem iniustitiæ propheta

1 dño *V* dm̄ *Cp* 2 respiciat *CpE* 3 sp̄m ac *V* 4 conspicit *CpE* 5 est dignus *V* 7 ac ne *RCpE* iniustitia *add. m. 2 V* 9 undique ubi *Rb* 11 misericordia *C* 12 esse seu gressus *C* ^{s}ui *V* qui *R* dirigatur *C* diriguntur *R*[s] 13 saeculum *V*[1] 14 uoluntates *C* uoluntatem *V* sed *om. V* eloquium *CpE* 15 occurreret *ex* occurreretquam *m. 2 V* 16 essent *V* 17 confirmaretur *E* 18 *post* omnis *del.* in *m. 2 V, deinde desunt ibi uoces* iniustitia — ne dominetur, *quae a m. 2, ut uidetur, in margine super. nunc putrefacto additae erant* 20 peruenire *C* et *ante* peregrinationis *om. R* 21 iniuriam *V* 22 filio *V* dolore *ex* dolorem *R* fuisset *V*[1] temptatum *add. m. 2 V* scit iob — perfunctum *om. R* 23 militiam *V* iosef *V* uinditur *V* 24 ad *om. V* 25 poenae seruatur *V* ponere seruatur *C* maxime *V* iniustitiae ÷ *C* iniusta *R*.

metuit, temptationem uero eius non recusat. dirigendos autem esse a domino gressus suos secundum eloquia sua meminit, ne iniquitas, quæ temptatura sit, potestatem possit habere dominandi.

10. Post quæ id consequitur: redime me a calumniis hominum, et custodiam præcepta tua. humana temptatio grauis non est apostolo dicente: temptatio autem adhuc non adprehendit uos, nisi humana; sed calumnia grauis est. calumnia autem ea est, uel cum bono operi facinoris mali nomen adscribitur, uel cum specie blandiente internæ malitiæ uirus occulitur. neque enim eius directæ maliuolentiæ opus est, sed fallax et subdolum et sub specie bonæ uoluntatis malitiæ operatione desæuiens. et difficile est cauere a talibus, qui sub nomine fratrum inimici sunt, sub nomine amicorum hostes sunt, sub filiorum specie parricidæ sunt, sub unanimitate coniugum ineuitabile malum sunt. Abel iustum Cain scelestus per familiaritatem fratris occidit. Noe deo probatum Cham filius eius inrisit. Esau Iacob exulem esse a paterna domo fecit. ualidissimum diaboli prœliatorem Iob sola uxor eius temptauit inflectere. hunc ipsum sanctum prophetam quæ calumniæ hominum fefellerunt? quotiens Sauli proditus est? quotiens, quibus in locis ageret, nuntiatus est? ubique ei calumniantium insidiæ adfuerunt.

11. Nouit hæc dominus domesticæ calumniæ scandala grauissimum solere fidei excidium adferre, dicens: quod si oculus tuus dexter scandalizat te et si pes dexter aut manus scandalizat te, erue et abscide abs te.

7 I Cor. 10, 13. 25 Matth. XVIII, 8.

1 metuiuit *V* 2 suo^{s} *V* 3 posset *R* 6 ut custodiam *RpE* 8 adhuc *om. RCpE* adprehendat *CpE* 10 nomen *ex* non *m. 2 V* uel cū *Vp* uel ut *C* 12 maleuolentiae *s* opus est — malitiae *in marg. add. p* speciae *R* speciem *V* 14 a *om. Cp* 15 amicorum *ex* inimicorum *m. 2 V* 16 sub unianimitatem *V* sub specie unanimitate *C* sub specie unanimitatis *pE* ineuitale *p* 17 scaelestus *VR* 18 iob *C* exolem *V* 19 ut paterna *V* paterna *Cpe* domo *ex* domu *R* diaboli praediatoram *V*[1] praeliatorem diaboli *pE* 20 san^{e}t^{um} *V* 22 proditorest *V* 25 quod oculus *C* 26 tuus *om. V* et ipse dexter *C* 27 te *pr. l. ex* et *corr. V.*

non de membris corporum hæc locutus est, cum scandala nec pes nec manus posset adferre; sed de coniunctissimis nobis ac maxime necessariis membris — quia omnes unum corpus sumus in Christo — hæc iubet, ne domesticis calumniis ac scandalis penes nos manentibus aliqua nobis iudicii die uitiorum labes adhæreret. ergo propheta si ab his redemptus esset, custoditurum se præcepta dei pollicetur, quia istæ domesticorum omnium calumniæ inpedimentum fidei frequenter adferrent.

12. Dehinc sequitur: faciem tuam inlumina super seruum tuum et doce me iustificationes tuas. — uultus domini quidem est super facientes mala, ut expugnet de terra memoriam eorum, sed sicut deus respicit ad pœnam, respicit et ad misericordiam; ita et uultum suum ad utrumque deflectit. sed hanc faciem domini ad inluminationem suam propheta orat. ex maiestate enim et uultu dignantis nos dei lumen accipimus, et deflexus in nos misericordiæ suæ uultus ad gratiam spiritalis uirtutis inradiat. uel certe cum iudicii die aderit, cum uisibilis nobis in gloria paternæ maiestatis adsistet, tunc nos faciei suæ lumine inluminabit. ut enim quædam metalla atque gemmæ naturæ suæ fulgorem in ea, quæ sibi proxima erunt, refundent et æmulantem speciem ex uicinia speciei suæ præstant, ut et Moyses ex contemplatione dei gloriæ lumen accepit ita, ut honorem gloriæ suæ contemplari populus non posset: sic et propheta seruum se dei confitens illuminari orat et conformis secundum apostolum effici gloriæ dei et iustificationes dei doceri, ut a se non ex parte neque per legis umbram, sed facie ad faciem et spiritali contemplatione cernatur.

11 Ps. XXXIII, 17. 25 cf. Phil. III, 21.

1 corporum haec *add. m. 2 V* scandalo *V* 2 nec manus nec pes *Cp* possit *CpE* 3 maxime *om. R* necessariis in membris *V* 4 sumus *om. RC* iubeat *RC* modesticis *C* 5 paenes *V* iudicii de *C om. pE* 6 labis *V* adhaereat *E* 8 adferent *C* 10 me *om. V* 15 uultum *V*¹ dignantis *VRC* uidentis *pE* 17 aderit uisibilis *V* 18 in gloriam pater maiestati *V* adsistit *V*¹ 19 inluminauit *V* 20 gemmae *add. m. 2 V* sunt, refundunt *E* 21 ex uicinia specie suae *R* ex uicina sui specie *pb* et ut *E* 22 gloriae dei *CpE* dī *V* 24 seruum — conformis *om. V* confitens — iustificationes dei *om. C* confitens *om. p* orat ≡ *R* p̄oat *pE* et conformis — gloriae dei *om. p* 27 cernantur *R*.

13. Dehinc ait: exitus aquarum transierunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. conscius peccatorum ueterum ex historia ipsa docetur; licet toto se ad deum corde direxerit, tamen, quia et peccati sui dolorem psalmo anteriore et ipse iam scripserit tunc, cum Nathan propheta arguente crimen suum recognouit et fleuit, nunc quoque non desinit ueræ pænitentiæ lacrimis facti ueteris crimen abluere dicens: exitus aquarum transierunt oculi mei: fontes scilicet lacrimarum suarum fontes fluminum esse transgressos. hæc enim pænitentiæ uox est, lacrimis orare, lacrimis ingemescere et per hanc confidentiam dicere: lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo. hæc uenia peccati est, fonte fletuum flere et largo lacrimarum imbre madefieri. sed seruauit cum ratione temporis et fidei iam inmobilis firmitate dicti quoque sui temperatissimi modum. de præterito enim dixit: quia non seruauerunt legem tuam. confessio quidem criminis semper in tempore est, quia oportet peccati pænitentiam non desinere; finis autem peccati anterioris est temporis; quia uera peccati confessio est sine intermissione temporis pænitere, peccati uero pænitentia est ab eo, quod pænitendum intellexeris, destitisse. atque ob id propheta nec confiteri peccatum desinit et peccatum ex præterito confitetur.

11 Ps. VI, 7.

1 dehinc sequitur *CpE* 3 et historia *C* ut historia *pE* toto se ad dñ (dñm *V*) corde *VR* se toto ad deum corde *C* toto [se] corde *pa* 4 direxit *p* 5 anteriore ipse *C* ante re ipsa *pa* tum cum *Vp* na[h]tam *V* 7 uere *V* faciti *R* 9 luminum *R* transgressus *V* 10 ingemescere *ex* ingemere *m. 2 V* ingemiscere *pE* 11 et per — dicere *add. m. 2 V* 12 lacrimis meis *CE* 13 forti flectu *C* et labor *V* 14 imbrem *R*[1] madaedfieri *V* sed seruabit cum *V* sed seruiuit cum *C* sed scđm *pe* rationē *pe* et fidei etiam *Cpe* & 15 firmitati *V* firmitatem *pe* dicit quoque *R* *inter* quoque *et* sui *del.* lumen *m. 2 V* temporeratissimi *corr. m. 1 V* temporati *C* temperauit *pe*] 18 oporteat *CpE* autem *ex* paenitent *corr. m. 2 V om. C* 19 uero *V* 22 confitere *V* Littera XVII explic. incipit littera XVIII feliciter sadee *V* Finit: Sede *R* Finit lit. XVII incip. Sadt (Sade *p*) lit. XVIII *Cp*.

ZADE.

Iustus es, domine, et rectum iudicium tuum et reliqua.

1. Indefessa et perseueranti fide necessarium est, ut inmobilis in nobis et inconcussa confessio sit, ne uel aliqua temporum iniuria aut persecutionum dolore commoti deuotionis studium relaxemus, sed, si quando morbi uexabunt, passiones et cruciatus corporum desæuient, damna defetigabunt, luctus et orbitates adfligent, semper utamur hac, qua nunc propheta usus est uoce dicens: iustus es, domine, et iustum iudicium tuum. mandasti iustitiam, testimonia tua et ueritatem tuam ualde. meminerimus enim primum eum, qui uniuersorum dominus est, iustum esse, et iudicia eius recta esse. cur enim in suos iniquus sit? cur in eos, quos ipse genuit, iniustus sit? bonitatis suæ inmensitas non sinit istud de eo existimari. genuit nos non ad iniuriam, genuit non ad originis nostræ naturæ dolorem; si quid est, quod patimur, ex iudicio bonitatis suæ accidit. uinci diabolum patientiæ nostræ uirtutibus delectatur, et probari nos per luctus et dolores et damna desiderat, ut nihil in seruis suis sæculi potestas sibi esse iuris et dominationis intellegat. quæcumque iussit, iusta et testata et uera sunt cum augmento adiectionis: ualde enim uera sunt.

2. Et quia rarum est horum obseruantem esse, et difficile est inconcussam fidem inter has sæculi procellas et inter hæc humanorum uitiorum naufragia dirigere, quia, si quid aduersi accidat, prona in deum querella est. deum enim inter damna sua auarus accusat. deo cum inuidia fletuum suorum orbatus irascitur. deo iniustitiam, qui ad confessionis gloriam persecutionibus probatur, exprobrat. uniuersorum stultissima hæc

6 iniuria ut *V* iniurię aut *C* 7 si *om. Cp* morbi *om. V* 8 deseuien^t *corr. m. 2 V* defetigabunt *VR* defatigabunt *CpE* 9 uoce *supr. scr. m. 1 R, om. V* 10 et rectum *pE* 11 mandasti iustitiam tuam et ueritatem tuam ualde *V* mandasti iustitiam tuam *RC sed cf. lin. 21* 13 qur *R* 14 iniquos *R*[1] 16 existimare *Cp* 18 accedit *V* uirtutis *V* 20 in seruos suos *pE* 21 damnationis *b* 24 haec *om. Cp* 26 accidit *pE* in dm̄ *ex* in dn̄o *m. 2 V* q.rella *V*[1] quaerella *V*[2]*R* 29 exprobrat *ex* exprobatum *m. 2 V* ex‸pbatur *C* uniuersorum *ex* uersorum *m. 2 V.*

querella est, cum iniustitiæ deum per inpatientiam impii doloris accusant. et idcirco propheta subiecit dicens: tabescere me fecit zelus tuus, quia obliti sunt uerborum tuorum inimici mei. dei zelo ad omnia uitia nostra et crimina exanimatur propheta. habent hanc etiam naturæ humanæ consuetudinem, ut, si quando eorum, quos diligimus, uoluntati aduersari aliquos uiderimus, zelo eius, cui non paretur, utamur. quantus autem nobis dolor est, cum unum ex dei populo effici uidemus sæculi ministrum et operarium diaboli et uas mortis et materiam gehennæ! zelo ergo dei irascitur, quisque Christianum ieiunii die luxuriantem conuiuiis uiderit. zelo dei irascitur, qui insolentem in fratres ministrosque conspexerit. zelo dei irascitur, quisque deuersari in stupris sanctificatum iam in Christo corpus arguerit.

3. Zeli huius et apostolos meminisse accepimus, cum dominus templum ingressus flagello ex funibus omnes uendentes et ementes eiecit, et eius zeli, de quo scriptum est: zelus domus tuæ comedit me. efficimus enim nos interdum templum dei, aut domum negotiationis, aut speluncam latronum. templum enim dei, secundum apostolum, corpora sunt, quæ in Christo sanctificata sunt. et hæc eadem corpora, cum cogitamus atque agimus stupra, cædes, furta, falsitates, rapinas, speluncam latronum constituimus; aut cum sæculi negotiis et negotiationum commerciis laboramus, tunc domum dei domum negotiationis efficimus, ut, quæ orationis sedis esse debebat, fiat uel latibulum latrocinantium uel domus negotiationis. hoc ergo zelo dominus, ut istius modi homines de templo eiciat, commouetur. usi

17 Ps. LXVIII, 10. 20 cf. I Cor. 6, 19.

2 et idcirco — dicens *om.* *C* 3 oblitu sunt V^1 5 examinatur *VCp* habet *RE* natura humana *pE* 7 pareretur *R* 8 unus V^1 9 opatoriũ *p(A)e* 11 quisq; *Cp* quisq *R* quis se *V* quisquis *E* 12 qui insolentem — irascitur *om.* *R* 13 quisque *V* quisq; *Cpα* quisq *R* quisquis *ε* diuersari *pE* diuersa *C* 15 meminisse *ex* meminit *m. 2 V* accipimus *VC* 16 ex finis (u bu) *corr. m. 2 V* de funibus *C* uindentes *V* 21 et *om.* *V* 22 spelũcas V^1 spelunca *C* 23 aut cum *ex* aut *m. 2 V* cum autem *CpE* negotiantium *V* 24 cũmerciis *C* 25 sedes R^3*pE* *om.* *C* 26 negotiationum *VCpE*.

sunt et hoc zelo probabiles et accepti deo uiri. nam et Phinees ob hunc zelum meruit iudicium pacis æternæ. cum enim fornicati essent filii Israhel, et dei zelo incitatus in pœnam eorum fuisset, tunc ait dominus: Phinees, fili Eleazar filii Aaron, requiescit animatione anima: quia zelauit zelum meum. sanctus ille et in cælestem habitationem raptus in corpore Elias propheta ait: zelans zelaui, quia reliquerunt te filii Israhel et prophetas tuos occiderunt: et ego derelictus sum solus.

4. Tenet itaque et prophetam zelus iste. uidet enim inreligiosas damni querellas, impios luctuum fletus, profanam legis dei obliuionem: et idcirco hæc agentes inimici eius sunt. nullum enim religiosis uiris cum talibus esse ius amicitiæ potest, quando declinandi et detestandi sint odio inreligiosorum. nam id ipsum psalmo altero docetur, cum dicitur: odientes te, domine, odiui et super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos. Abrahæ quoque dominus dixit: qui te maledixerit, maledictus erit. et inimicus ero inimicis tuis et aduersantibus te aduersabor. si Abrahæ inimici deo inimici sunt, quales nobis esse oportet, quos deo uidemus inimicos?

4 Num. XXV, 11. 7 III Reg. 19, 10. 15 Ps. CXXXVIII, 21 sq. 18 Gen. XII, 3.

1 probales [bi] accepti *V* finees *VRp* 2 ob hoc *V* 3 fili istrahel *V* in poena *V* 4 *sic VC* (*nisi quod V habet:* eliazar — fili aaron — zelum eum *C*: animationē), finees fili eleazar filii aaron sacerdotis sedauit furorem meum a filiis iebarhe in eo quod requieuit ab animatione anima mea (mea *in uersu exeunt. add. m. 3*) quia zelauit zelum meum *R* finees filius eleazar filii aaron reqescere [i] fecit animationē animę meę quia zelauit zelum meum *p(A)e* 6 habitationem *om. C* 7 helias *Rp* propheta (*om.* ait) *C* profetauit *R* zelans *ex* zelani *m. 2 V* 8 derelique-runt *CpE* et [t] fili istrahel *V* 9 derelictos *V* 10 et hunc prophetam *pE* 11 quaerellas *VR* luctum *V* profanas *V* 14 detestandi (*om.* et) *Cpa* detestandique *e* 15 id *om. C* 16 suos tabescenbam *V* 19 ad-uersantibus tibi (t [i] *p*) *pE* 20 quare nobis *V* 21 oportet [n] *V*.

5. Causam deinde adfert, cur eos oderit, qui uerborum dei fuerint obliti; non enim sunt inania, non terrena, non leuia. ait enim: ignitum eloquium tuum ualde: et seruus tuus dilexit illud. non explicat proprietatem uerbi huius latina translatio. quod enim nobiscum ignitum, id græce πεπυρωμένον scribitur. πεπυρωμένον autem id significat, quod tamquam conflatum igne purgatum sit. et quæcumque metalla igne conflantur, sordem in se alienam atque inutilem non continent; totum, quidquid in his residet, uerum et perfectum et omni uitiorum contagione purgatum est, ut eloquium dei æternorum in se bonorum fidem testans. hinc illud est, quod in euangeliis dominus ait: iota una aut apex non præteribit ex lege, donec omnia hæc fiant. uera enim omnia sunt et neque otiose neque inutiliter constituta dei uerba; sed extra omnem ambiguitatem superfluæ inanitatis ignita, et ignita uehementer, ne quid illic esse, quod non perfectum ac proprium sit, existimetur. hæc itaque diligit seruus eius. non solum hæc agit, sed etiam diligit, quia operationi obœdientiæ præstat dilectionis operatio. obœdientia enim sola plerumque terroris est; ceterum dilectio non nisi ex deuotæ mentis uoluntate proficiscitur.

6. Dehinc ait: adulescentior sum ego et contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. ex persona

12 Matth. V, 18.

1 qur *R* cum *V* 2 non terrena *ex* terrena *m. 2 V* leu== ia *V* 4 tuus *om. p* 5 latini *V*[1] quid *V* id graecae *R* in graeco *C* 6 ΠΕΠΥΡΩΜΕΝΟΝ *V* ΙΤΕΤΡΫΡΩΜΕΝΟΝ (*et sic etiam posteriore loco*) *R* ΠεΫΡaMCn̄ *C* ΠεΫΡΩΜΕΝΟΝ *p* ΠΕΠ†ΥΡΑΜΕΝŌ *V* ΠessΫΡωen̄ *C* ΠϟϟΥΡωeΝΟΝ *p* 7 quaecumque (*om.* et) *CpE* quaecum *V* 8 sedẽ *p(A)* fecẽ *e* 9 residit *C* 11 dei est aeternorum *pb* dei et aeternorum *C* continens fidem *pE* fidem *C* 12 unum *CpE cf. Neue Formenl. I, 576* apix *V* 13 haec omnia *RpE* omnia *C* uera haec omnia *V* 14 otiosae *R* otiosa *ex* otiose *m. 2 V* 15 dei *om. V* superflue (a *superscr.*) *corr. m. 2 V* superflua *R* 16 esse *ex* est *m. 2 V* 18 hec *V* 19 obydiẽtiae *V* (oboedientiae — operatio *om. C*; *in pe haec omnia decurtata et interpolata sunt ita:* quia operatio non obedientie solũ s. plerumq. terroris ẽ ceterum *cet.*) 20 deuota *CpE*.

quidem sua propheta hæc loquitur, sed conpetunt et nostri temporis populo. et quatenus id Dauid de se dixisse credatur, absolute ostenditur. Samuel enim propheta uenire ad Iesse domum a deo iussus est, ut unum ex filiis eius in regem ungueret. quo cum uenisset, adesse omnes filios Iesse iubet. uidet deinde natu maiorem, specie pulchrum, habitu et proceritate eminentem; sed responso ita monetur: ne inspexeris in pulchritudinem eius ac magnitudinem, quia non ita uidet homo, ut deus. homo enim in facie uidet, deus autem in corde. adest et secundus, adest et tertius, adsunt et omnes, quos tunc Iesse præsentes habebat: sed nullus de præsentibus exstitit, qui placeret. uerum quia propheta Samuel non mendacem sciret eum, qui se adesse iussisset, et ex his, qui præsentes erant, intellegeret nullum a deo esse dilectum, Iesse ait: numquid est tibi adhuc filius? qui respondit: est mihi modicus, quem reliqui in pastorali. hic ergo electus a sancto spiritu et unctus in regem est: et ex iuniore atque contempto gloriam et prophetæ et regis accepit.

7. Ad populum uero, qui et iunior est et ante contemptus est, hæc ita pertinent. erat enim in uitiis sæculi, erat in ignorantiæ nocte, erat in agresti ac rustica et ruinosa terreni corporis domo. sed hic iustificationum dei non obliuiscitur, hic reprobato populo seniore iunior in hereditatem familiæ eligitur. emit enim Iacob primogenita Esau, quæ sibi ille tamquam moriturus inutilia existimauit. scit has populus iunior natiuitatis

7 I Reg. 16, 7. 15. Ibid. 11.

3 samuhel *RC* uenit *ex* ueni *m. 2 V* 4 unum *in marg. add. C* 5 ungeret *CpE* quo *ex* quod *R* qui *V* adiesse filios ie iubet uenire uidet *V* (omnes *et* sse *superscr.*) 6 maiore *V* 7 ita mouetur *pe* amonetur *C* ne *add. m. 2 V* 8 in *om. pe* 9 in faciem *VR* 10 ideset et secundus *corr. m. 1 V* adest tertius *e* et tertius adest *C* et tertius *R* 11 iesse *R* iesses *V* 13 mendatiū *C* 14 iussisset *ex* iussit *m. 2 V* et *add. m. 2 V* ex iis *E* 15 electum *CpE* 16 dereliqui *RCpE* 17 hic *om. Cpe* a spiritu sancto *pE* 20 qui iunior est *C* 21 erat in ignorantiae nocte *om. Cpe* 25 primogenitusau (ae *superscr.*) *corr. m. 2 V* ille *om. pe.*

suæ primitias æternas nec morte intercipi posse. has igitur non obliuiscitur, quas senior et desperauit et uendidit.

8. Denique id ipsum sequenti uersu docet: *iustitia tua in æternum, et lex tua ueritas.* has iustitias non cogitauit populus ex Aegypto progressus, cui mare aruit, cui columna nubis de die, nocte autem columna ignis famulata est, cui mannam matutinam cælum subministrauit, cui uiginti septem regna cesserunt, cui Iordanis stetit aridus, cui muri Iericho ad sonum exercitus et arcæ testamenti circuitum conciderunt. has dei iustitias scit populus, qui est iunior, æternas. has, quia æternas sciret, emit fide; has, quia moriturum se crederet senior, uendidit infidelitate. populo enim iuniori lex ueritas est. nam uere nunc ab eo circumcisio cordis per Iesum iteratur ad uitam, uere per mare huius sæculi transit in promissam sibi terram, uere cælestem mannam sumit æternus. uere in Iordane lætatur renatus, uere pascham agni sanguine liberandus immolat, uere in azymis sinceritatis fermento antiquæ malitiæ purgatur: iam non legis ei umbra, sed ueritas est.

9. Scit autem ob hanc ueritatis confessionem multis se persecutionibus hic iunior populus urgeri. hinc enim sunt in toto orbe terrarum beata fidelium confessorum et sancta martyria. hinc plures patrimoniis spoliati, exiliis dispersi, uincti, cæsi, usti, necati; sed felici semper mandatorum meditatione omnia, quæcumque ingruerunt, confirmatæ fidei uirtute uicerunt. et ideo ait: *tribulatio et angustiæ inuenerunt me: mandata autem tua meditatio mea est.* urgueant licet

2 senior desperauit *R* 3 iustitiae tuae *pE* 5 ex *om. V* 6 nubis — autem columna *add. m. 2 V* 7 manna matutinum *CpE* ministrauit *C* 8 ad solū *VC* 9 circuitu *p* 10 dei *om. p* quid est *C* as qui aeternas *C*, *om. V* 11 enim fide *V* as quia *V*[1] 13 nunc *ex* nun *V* ab eo (e *ex corr.*) & circumcisio *R* 15 caeleste manna *CpE* eternū *pe* 16 pascha *CpE* 17 uere *add. m. 2 V* sinceritatis epulatur fermentoque *pE* antique *R om. pe* 20 hic *add. m. 2 V* urgueri *R* arguit *C* 21 beata = *R* fidelium *om. V* martyrio *V* 22 patrimonii *V* expoliati *pE* exilis *R* disparsi *V* uinti *C* 23 necati *ex* negati *R* sed felici *om. V* sed fideli *CpE* 24 ingruunt *R* 25 ait *ex* agit *m. 2 V* angustia *RCpE cf. Sabatier II, 246* 26 urgeant *CpE*.

pugnæ, intententur exilia, proscriptiones adhibeantur, mortes non dico inferantur, sed cum pœnarum ingeniis innouentur, uox tamen ea esse semper fidelis uiri debet: tribulatio et angustiæ inuenerunt me: mandata autem tua meditatio mea est. non ui occupante, non obliuione temporis subrepente meditationem a nobis mandatorum dei abesse conueniet.

10. Dehinc ait: æquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi eorum et uiuifica me. non contentus est dei testimonia in præsens tantum æqua et existimare et exspectare: æquitatem eorum in æternum sperat et per superiores tribulationes et angustias obtinere ea, quæ æterna sunt, nititur. nihil æternum esse diues ille euangelicus existimans beatitudinem præsentem suam pœnali morte mutauit. æterna autem dei testimonia Lazarus pauper exspectans et Abrahæ sinu continetur et miseriam uitæ laboriosæ beatæ quietis honore demutat. horum intellegentiam propheta orat, donum scilicet inter multa dona præcipuum spiritalium gratiarum, et per eam uiuificari se deprecatur. sicut enim nunc in præsens testimonia dei et mandata meditatur, ita exspectat æterna; et sicut uiuit corporis uita, ita per intellectum, quem a deo acceperit, ut æterna gloria uiuat, expostulat.

KOPH.

Clamaui toto corde meo, exaudi me, domine; iustificationes tuas requiro et reliqua.

1. Inter multa euangelicæ doctrinæ præcepta silentium a nobis orandi dominus exigit, ut taciti et ex secreto cordis

1 intententur *ex* intendentur *R* intendentur *C* infestētur *V* adhibeantur adhibeantur *V* 4 angustia *RCpE* me *h. l. om. V* 5 non ut occupante *R* 6 conueniat *Vp*[1] conuenit *E* 8 eorum *om. R* uiuificer *p(A)E* uiuam *R cf. Sabatier l. c.* 9 existimare (*om.* et) *Cpe* 10 sperat *ex* spem *m. 2 V* 13 sua *ex* suā *R* suam uitam *V* 14 =l— azarus *p* eliazar *V* 15 laboriose (a *superscr.*) *corr. m. 2 V* 18 se uiuificari *E* depraecatur *VR* 19 exspectata aeterna *V* expectat aeterne *C* 20 ita et per *pb* Explicit littera octaua decima incipit littera XVIIII feliciter *V* Finit *R* Finit littera XVIII incip. Coph lit. XVIIII *Cp* 23 in toto *h. l. R sed cf. infr., V h. l.* dñe *habet post* meo *sed cf. p. 522, 4* 24 requiram *R* 25 euuagelicae (n *superscr.*) *V* 26 exegit *VCpE.*

deprecemur neque in eo uocis potius sit officium quam mentis: deo orationis nostræ secreta, quia secretorum inspector est, audiantur. ergo contrarium euangelicis institutis uidetur hoc, quod ait propheta dicens: c l a m a u i t o t o c o r d e m e o, e x a u d i m e, d o m i n e; i u s t i f i c a t i o n e s t u a s r e q u i r o. sed scit propheta clamorem potius cordis oportere esse, non uocis, et idcirco de corde clamat. non hic elatæ uocis sonus est neque corporalis auditio, sed clamor fidei, clamor mentis. usque ad dei thronum non nisu uocis, sed fidei spiritu efferendus. ille enim ad deum corde clamat, qui magna postulat, qui cælestia precatur, qui æterna sperat, qui innocentis timoris uiuit officiis.

2. Sic et in huius mundi exordio iustus Abel etiam peremptus magna loquitur et clamat. scriptum est enim: u o x s a n g u i n i s f r a t r i s t u i c l a m a t a d m e. non humilis sanctorum querella est, nec depressa fidelium oratio est. altum est, quod postulat, excelsum est, quod exspectat, clamore personum est, quod precatur. urguebat Pharao infestis dei populum agminibus, mare rubrum fugæ obsistebat, conclusus undique Israhel iam ad mortem uidebatur hoste proximo, mari obuio. inter hæc nullam Moysi ad deum uocem fuisse scriptura testatur, stabat mæstus, stabat tacens, sed secreto cordis sui personans et orationis suæ fide clamans. uox enim istud diuina testatur

14 Gen. IV, 10.

1 depraecemur *R* precemur *e* precaremur (praecaremur *V*) *VCpb* potius sit *scripsi* potius *R* potius esset *VCpE* 2 secreto *p(A)* 3 audiantur *scripsi* audiatur *VR* et auditor *C* auditore *p(A)* audiente *E* 4 in toto *Cpb* ex toto *e* 5 dm̄e *ex* dm̄s *m. 2 V* requiram *RCpE* 8 est *om. V* 9 dī tronum VR^1C thronum dei *E* non nisi *V* non *e* efferendus *VpE* ecferendus R^2 haec ferendus R^1C 10 ad eū *V* a dō *C* toto corde *E* 11 t̄rena spn̄t *p(A)* qui innocentis — officiis *om. C* 14 magna *ex* magni *m. 2 V* loquitur (uoce) et *C* 16 q.rella V^1 quaerella V^2R querela *pE* depraessa *VR* 17 postulant *VCp* quod exspectat — personum est *om. Cp* exspectant *V* 18 precantur *Cp* farao *VR* 19 istrahel *V* 20 ad *om. p* uerebatur *Cp* urgebatur *e* mare *Vp* 21 nullam iā *C* 22 mestus *V* 23 fidem *V*.

dicens: *dixit autem dominus ad Moysen: quid proclamas ad me?* silebat uir ille; sed oratio fidei eius clamor ad deum est. nouit et apostolus hunc in uiris fidelibus spiritus esse clamorem, cum dicit: *spiritus enim in cordibus nostris clamat: abba pater.* penetrat hic silentii clamor usque ad aures dei, sed aures non clamorem, sed fidem audientes: fidem, quæ non terrenas opes poscat, non gloriam inanem caducamque desideret, non quæ moritura corporis gaudia precetur. exiguis quidem epistulas suas apostolus litteris scribit et communis hæc ei elementorum atque apicum forma est, sed nouit ingentes has esse litteras suas dicens: *ecce qualibus uobis litteris scripsi mea manu,* magnitudinem sensuum et præceptorum utilitatem litteris talibus conprehendens. clamat igitur propheta ex toto corde. et quia ex corde clamat, ut audiatur, orat; et auditus hæc postulat, ut iustificationes dei exquirat. scit has esse occultas et latentes et umbra legis obductas. has optat inquirere, ad quas multis opus sit magnisque rebus, clamore cordis, exauditionis merito, inquisitionis officio.

3. Sed qui clamauit, ut audiretur et inquireret iustificationes dei, nunc clamat, ut saluus fiat et custodiat testimonia dei. quantæ autem modestiæ ordinem tenuit! non statim clamorem suum sperare ausus est proficere in salutem. prius fuit, ut auditione dignus esset; prius fuit, ut iustificationes inquireret. merenda fuit auditio, adhibenda inquisitio: et salus post

1 Exod. XIV, 15. 4 Gal. IV, 6. 11 Gal. VI, 11.

2 silebat ur (*corr. m. 2*) ille *V* silebat uir ille (at uir *in ras.*) *R* silebat ille *Cpb* 3 erat *Cpb, om. e* 4 enim *om. C* 6 isq. *V*[1] 7 et nō gloriam *V* 8 moriatura *V* moritur *C* daudia *C* praecetur *VR* 9 epistulas *V* epistolas *RCpE* in litteris *V* 10 cummunis *C* ei *supr. scr. m. 1 R* aelementorum *R* 11 has ingentes *pb* 12 uobis *ex* nobis *m. 2 V* 13 conpraehendens *VR* 14 ex toto de corde *V* $\overset{i}{\text{qua}}$ *V* & audiatur *C* 15 exitaditus haec *C* 16 $\overset{h}{\text{as}}$ *V* occultas ⁼ et *R* occulte et *C* 17 obtat *Cp* 18 inquisitionos *V* 22 tenuitur *C* in clamorem *C* 23 proficere in salutem prius nisi iustificationes dī inquireret merenda *cet. Cp* 25 ē salus *C*.

ista speranda. nos uero salutem tamquam debitum postulamus et, ueluti deo sit hanc eandem præstare necesse. primis ab eo precibus oramus. atque utinam cordis clamore loqueremur! labia tantum nostra sensu peregrinante, quod nesciunt, murmurant, et corporis officium mens in res alias occupata non sequitur. propheta uero, cum post tot præcedentes antea preces, ut saluus esset, orasset, salutis ipsius stipendium docet dicens: et custodiam mandata tua. hæc fidei nostræ militia est, custodire mandata et ueluti secreto fidelissimo hunc thensaurum depositi et commendati nobis præcepti reseruare.

4. Qui uero clamauit et testimonia dei, id est sub testibus cælo ac terra et angelis scripta, custoditurum se professus est. addidit adhuc et meritum salutis obtinendæ dicens: præueni inmaturitate et clamaui, in uerba tua speraui. non exspectauit infirmam a uitiis senectutem, neque deferuescentibus longo usu luxuque æstibus frigidæ ætatis tempus elegit; sed maturitatem omnem fide et religione præuenit, uincens per continentiam iuuentutem et conprimens lasciuientes annos et senectutis maturitatem modestæ et castæ adulescentiæ tranquillitate præueniens. et prophetæ clamor est sperantis in dei uerba, non aliquando, sed semper. finis enim nullus est spei nostræ, sed in cælestes res semper extenditur et in æterna dei promissa procedit. nullum tempus uacuum habet, nullum otiosum.

5. Denique id sequitur: et præuenerunt oculi mei

2 uelud *Cp* necesse *om. C* 3 habeo *C* praecibus *VR* 5 corporis officium *scripsi* corporis **** *R* corporis *V* officium corporis *CpE* 6 p̃centes *C* 10 thẽsaurum *V* thesaurum *R* tesaurũ *p* tesauro *C* 11 praeceptis *V* 12 uere *C* 13 hac terre *C* se *om. C* 14 ad meritum *p(A)* obtinendae salutis *VCpE* 15 inmaturitate *h. l. scripsi, cf. quae secuntur et Sabatier II, 246 adn.* (ἐν ἀωρίᾳ *LXX, cf. Ambros. ad h. l. 16:* „Graecus ἐν ἀωρίᾳ dixit, quod est ante horam, ante tempus") in maturitate *codd.* in inmaturitate *Bened. in adn.* et in uerba *Cpb* tua semper speraui *E fort. recte, cf. lin. 22* 16 uitiis *C* ad uitia *p(A)b* 17 usu luxuriae *pE* aetatibus frigidae aetatis *R* sed inmaturitatem *Cp(A)* 18 fidem *V*[1] 19 et *ante* senectutis *om. b* 21 sperantes *V* 26 et *om. Cp.*

diluculo, ut meditarer eloquia tua. qui inmaturitate clamorem præuenerat, nunc ipsos dies meditationibus præuenit. uigilat ille diluculo, non expectat, ut grauatos somno oculos lux infusa proturbet. uigilat ille et ipsum redeuntem lucis ortum orationibus obperitur: nunc prophetarum dictis occupatus, nunc psalmorum hymnis intentus, nunc patriarcharum et sanctorum gestis negotiosus, omne eloquium dei in omni tempore et adsiduitate meditatus.

6. Dehinc sequitur: uocem meam exaudi secundum misericordiam tuam, domine: secundum iudicium tuum uiuifica me. discamus modestiam ex dictis prophetæ, ut superiore clamore cordis, iustificationum inquisitionem, custodiam testimoniorum dei et continentiam iuuentutis et antelucanæ meditationis uigilias: et per hæc omnem in misericordia dei spem reponens postremo audiri uocem suam secundum misericordiam rogat, et misericordiam secundum iudicium dei postulans. nos si semel ieiunamus, satis fecisse nos arbitramur; si aliquid ex copia domesticarum facultatum inopi damus, inpleuisse nos iustitiam credimus: ieiunantes, ut aut placeamus hominibus aut corpora cibis fessa releuemus, et inter ipsa ieiunia stupra, cædes, iniurias, odia cogitantes; donantes autem exiguum nescio quid, dum pulsantem fores nostras inopem non sustinemus aut

1 deluculo *V* ut *add. m. 2 V* inmaturitate clamorem *scripsi (similem eloquendi uarietatem Hilario familiarem saepius inuenimus)* in maturitate clamorē *Re* in maturitate clamore *Vb* in maturitate clamare *Cp* 2 *inter* praeuenerat *et* nunc *C inser.* ille diluculo 3 deluculo *V* 5 obperitur *V* opperitur R^3 operitur R^1pE operiretur *C* occupatur *V* 6 hymnis *ex* ignis *m. 1 V* ymnis *p* 7 omni *Rpb* in omni *om. pb* 11 modestiam tuam ex *V* 12 ut superiore *C. Schenkl interpunctione mutata* tot superiorem *R* ut superiorum *V* tot superioribus *CpE* clamorem *VR* inquisitione *pE* 13 custodia *pE* continentia *pE* 14 uigiliis *pE* uigilasset *C* et *om. p et ed. post Lipsium usque ad Bened.* in misericordiam *corr. m. 2 V* 15 reponentes *ed. post Lips. usque ad Bened.* 16 *post* et misericordiam *repetitum* rogat *del. m. 2 V* 17 postulat *E* ieiunamis *R* ieiunia *C* satis satis fecisse *corr. m. 2 V* 18 inplesse *V* 19 aut impleamus hominibus *C* 20 releuemus *ex* reuelemus *V* ipsa *om. V* 21 caedes *om. RCpe cf. Acad. p. 36* et odia cogitantes *V* odii cogitationes *R* autem *om. C* 22 pulsātem *V* pulsantes *RC* pulsantis *p(A)* inopes *C* moras *p(A)*.

dum bonitatis famam inani et otiosa hominum opinione sectamur — et deberi nobis, ut audiamur, existimamus. sed totum a deo propheta sperat, totum ex misericordia eius expectat. in operibus quidem bonitatis totius ipse perfectus est, sed satis esse hoc sibi non putat ad salutem, nisi secundum miserationes dei et iudicia misericordiam consequatur.

7. Numquam autem otiosus est, numquam non infestantes insectantesque proximi sunt: uita eius omnis secundum scripturæ fidem in insidiis fuit. sed et quisque nunc placere deo uult, displiceat impiis necesse est. et ideo ait: adpropiauerunt persequentes me iniqui; a lege autem tua longe facti sunt. hæc quidem de se, cuius infestata fuit undique uita, dixisse creditur. sed qui in psalmo hoc humanæ doctrinæ ordinem tenet, ad eruditionem nostram omnia temperauit, ut cognosceremus eos, qui proximi iniuriæ fidelium fierent, a dei lege longe abesse. quanta enim fit in sanctos iniuriæ accessio, tanta fit ex dei lege decessio. cauendum autem est, ne quando nos aduersum fratres ira commoueat, ne quando inuidia stimulet, ne quando æmulatio inritet, ut aliquid in eos inreligiosum ac fastidiosum agamus, quorum iniuriæ cum adsistimus, tum a dei lege desistimus.

8. Dehinc sequitur: prope es, domine, et omnia mandata tua ueritas est. alio in loco legimus: deus adpropians ego sum et non deus a longe, dicit dominus. non corporalibus locis deus continetur, neque finibus aut spatiis diuinæ uirtutis inmensitas coartatur. adest ubique, et totus

23 Hierem. XXIII, 23.

1 bonitate famis *V* otiosa fama sectamur *V* 4 totus *p* 7 non *om. C* 8 insectantes *C* et insectantes *p* sunt — fidem in *om. V* 9 et *om. p* quisque *V* quisq; *Cpα* quisq *R* quisquis *s cf. Acad. p. 29* 10 et idcirco *pb* adpropiauerunt — iniqui *om. R* apꝓpinquauerunt *C* 11 iniqui *V cf. Sabatier II, 247 adn.* iniquitate *C* iniquitati *pE* 13 credetur *V fort. recte* in *om. V* 15 a dī longe longe *V* 16 in sanctis *Re* 18 aduersus *Cp* 19 aut fastidiosum *Cpb* 23 est *om. E sed cf. p. 528, 15* in *om. V* 24 de longe *CE* longe *Rp* 26 quoartatur *C.*

ubicumque est: non pro parte usquam est, sed in omnibus omnis est. beatus apostolus Atheniensibus philosophiæ inanitate ridiculis pro contione respondens ait: non longe a nobis manentem quærimus deum: in ipso enim uiuimus et mouemur et sumus. et spiritus dei, secundum prophetam, repleuit orbem terrarum. et rursum: nonne cælum et terram ego inpleo? dicit dominus. nihil a deo uacat, nihil indiget. ubique est modo animæ corporalis, quæ in membris omnibus diffusa a singulis quibusque partibus non abest. etiamsi priuata quædam ei et regia in toto corpore sedis est, tamen in medullis, digitis, artubus infunditur. iam si corruptis aliquibus corporis membris recisione erit necesse, cum usum suum eadem membra uitiis emortua non habebunt, id, quod putre caducumque carnis est, sine detrimento animæ recidetur. ipsa enim corporis nostri anima sanis et integris admixta membris est; et cum eadem fuerint putria et recidenda, non sequitur.

9. Hæc quidem superflue diuinæ naturæ ad conparationem similitudinis conferuntur: quia inconparabile est. quidquid æternum est, nec recipit configuratæ ueritatis speciem ininitiabilis diuinitatis exceptio. sed intellegentiæ nostræ istius modi coaptatur exemplar, ut per id secundum cælestium dictorum auctoritates incorporalem et inmensum deum circumscripto huic et corporali mundo intellegeremus admixtum, uitiosis uero et per opera sua emortuis non inesse. quin etiam adhuc diuinarum atque inuisibilium rerum intellectus ex contemplatione corporalium rerum naturisque sectamur. solem uidemus in

3 Act. ap. XVII, 28. 5 Sap. I, 7. 6 Hierem. XXIII, 24.

1 ubiq; (cū *supra*) *p* non pro parte — omnis est *om. C* omnibus omnis *ex* omnis *m. 2 V* 2 athiniensibus *V* 3 cōtione *V* c̄tione *p* contentione *C* a nobis *ex* a nobis est *m. 2 V* 5 et sumus et mouemur *V* 6 et repleuit *C* orbem terram *R* 7 et terra *V* inplebo *V* 8 ubi est *V* 9 singulis (*om.* a) *pb* 11 sedes R^3pE artubus *ex* artibus *m. 1 V* artibus *RC* 12 recisione *ex* praecisione *m. 2 V* 14 caducae *pb* demento V^1 15 reciditur *R* integris *ex* integra *m. 1 R* 16 et putria *Cpb* putrida *e* 19 conferentur *C* quidquid in aeternum est *V* 22 doctorum *Cp* 23 auctoritatis *VC* auctoritatem *E* 25 per opere sua *V* non *add. m. 2 V* adhuc ad diuinarum *V* 27 sectatur *pb*.

quadam cæli parte, prout ei cursus est, demorantem: et certe ubique protenditur, ubique adest et, quantus per omnia est, ita ubicumque tantus infunditur. sed si clausas domorum fenestras incidet, lumen quidem illius præsto est, sed ipsa sibi lucem eius, quæ obserata sunt, denegabunt.

10. In omnibus igitur uitæ nostræ operibus circumspecti et ad deum patentes esse debemus; primum, ut liberis et per innocentiam patulis cordibus nostris lumen suum dignetur infundere; deinde, ut nos in diuinitatis suæ sinu agere credamus neque eum abesse, cum irascimur, cum cædimus, cum contemnimus, cum maledicimus, cum inebriamur, cum libidinamur, cum diuina et humana neglegimus, maiore contumelia eius, intra quem hæc agimus, peccantes.

11. Sed ad id etiam illud accedit, quia mandata sua ueritas est. nihil illic anceps, nihil dubium, totum ueritatis absolutione perfectum est: quæ hoc maiore periculo negleguntur, quo magis ueritatis præcepto sunt constituta.

12. Quatenus autem id propheta cognouerit, subdidit dicens: initiis cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea. hæc licet propheta de se dicat legem dei ab exordio ipse cognoscens, uniuersæ ætati tamen congruunt, quæ ab institutione mundi doctrinis dei sit erudita. qui enim statutam Adæ uoluntatis legem meminit, qui ipsam illam Euæ creationem didicerit, qui maledictionem serpentis audierit, qui clausum uitæ lignum Cherubim flammeo gladio conuertibili legerit, qui occisi Abel clamantem sanguinem sciet,

3 ita ubique *Vp*[1] ita ubicumque est *e* si in clausas *e* 4 fenestrae *V*[1] incedet *V* 5 obseruata *R* obscurata *Cp* 6 uestrae *V* 7 patientes *R* 8 cordisb. *V* 9 uti *VCp* 11 contempnimus *RC* cōtendimus *V(r)* maledicēmus *V* maledimus *C* 13 eius *om.* *VRC* quam *R* 14 accidit *C* 15 illic *ex* lic *m. 2 V* 17 praecepta *E* 18 subiecit *Cpb* 19 in initiis (ihitiis *R*[1]) *RE* qua *V* 21 uniuersa tamen *C* uniuersae tamen eccle *p(A)* 23 statutam madae *R* statuta adae *V* 24 euuae *VR*[1] quia maledictionem *C* 25 audierit *om.* *Cp* cherubin in *V* cherubin *Cpe* 26 et conuertibili *VE* et c̄uentibili *p* scierit *E.*

qui pœnæ et in Cain et in Lamech numerum reputet, qui translatum Enoch, qui reseruatum Noe, qui benedictionem Sem et Iaphet et maledictionem Cham scrutatus sit, qui Melchisedech sacerdotem, qui Abraham electum, Isaac promissum, Iacob prælatum, Ioseph uenditum, sanctificatum Iudam, Moysen nutritum, eruditum et post ingentia latæ legis sacramenta in uerbo dei mortuum, et Iesum diuisorem promissæ terræ et auctorem iteratæ circumcisionis intelleget, profecto uti prophetæ uoce poterit: in principio cognoui de testimoniis tuis; quia in æternum fundasti ea. in omnium enim superius memoratorum uirorum uita atque gestis æternorum bonorum spes continetur, et per eos ad doctrinam euangelicæ prædicationis inbuimur. sed quæ fundata sunt, in ædificationem futuræ domus præparantur. ædificamur enim secundum beatum Paulum super fundamentum prophetarum et apostolorum, in quibus testimonia dei fundata sunt in æternum, ubi exstruetur cælestis illa et regia ciuitas sancta Hierusalem, quæ domus angelorum frequentantium et electorum primitiuorum est, cuius fundamenta sunt uiui lapides pretiosæque gemmæ in Christo uiuentes, resurgentes, regnantes, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

RESCH.

Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus et reliqua.

1. Multa quidem nobis atque magna sanctus propheta fidei confessionisque suæ toto in psalmo proposuit exempla, per quæ

14 cf. Ephes. II, 20.

1 et in Cain — reputet *in marg. add. C* chain *p* cham *e* lamec *V* et qui *V* 2 enoc *C* qui *ex* a qui *m. 2 V* 3 iafet *VRp* melchisedec *V* 4 habraham *V* ilectum *V*¹ isac *V* promissam *V*¹ 5 iosef *V* moyse *V* 6 post *om. V* sacramento *V*¹ 7 et in iesum *C* promissae *om. Cp(A)* 8 intellegit *Cp* 11 commemoratorum *V* iestis *C* actu *p* 13 inhibuimur *V* sed oū *p* sed in *C* 16 extruitur *RC* 17 ille *V* domos *V* 18 elictorum *V* 19 diuini lapides *V* 20 exsurgentes *C* Explicit littera nona decima incipit littera XX feliciter *V* Finit *R* Finit litt. XVIIII incip. Khes (Res *p)* litt. XX *Cp* 23 humilitatē *ex* utilitatē *m. 2 V* 26 toto proposuit (posuit *p)* in psalmo *Cp.*

formam se ipsum ceteris credendi, agendi, intellegendi, ignorandi, sperandi, precandique constituit, euangelicum uirum perfecta legis obseruatione consummans. et quamquam omnia, quæ uel diuinæ uoluntati placita uel humanæ spei proposita sunt, aut agat aut testetur aut speret, meminit tamen, in quo obseruantiæ genere mandatorum omnium caput ac summa consistat, scitque, quid a domino suo etiam ipsis, quibus committendæ claues cælorum erant, apostolis quæreretur. namque cum inter se opinionibus ac studiis dissiderent sibique singuli principatum humana contentione præsumerent, dum præstantiorem se ceteris unusquisque esse aut optat aut poscit, dominus, meriti huius ac nominis præmium unde petendum esset, ostendens ait: qui uult esse ex uobis maior, fiat omnium minimus: omnis enim, qui se humiliauerit, exaltabitur, et qui se exaltauerit, humiliabitur. in humilitate scilicet docuit omnia fidei nomina et præmia contineri. utilissimum itaque est obœdientes diuinis præceptis omnem intra se ipsos humanæ insolentiæ ac petulantiæ inanitatem fractam protritamque cohibere, seseque dei et magnificentia et miseratione reputata intra humilitatis modestiam continere.

2. Ob quod hic nunc sanctus et rex et propheta et deo ac domino suo secundum carnem in seminis sui originem deputatus inter has sæculi infestationes ac spiritalium nequitiarum pugnas

12 Luc. XXII, 26. 14 Matth. XXIII, 12.

1 in se ipsū *C* in se ipso *pb* agendi *supr. scr. C om. V* intellegendi *om. Cp* 2 praecandique *V* predicandique *C* euangelium uerum perfecte *C* 3 consumans *R* 5 aut seruet *p* 6 capud *VRp* suma *V* 7 ipsis *ex* ipsisque *m. 2 V* ab ipsis *Cpb* 11 unumquisque *V* esse aut *om. Cp* 12 esset *ex* est *m. 2 V* esse *C* ostendens *om. C* 13 omnibus *C* 14 enim *om. V* 16 fide *V cf. Bücheler — Windekilde Decl. p. 67 sed h. l. cum solus cod. V, qui totiens litteram final. omittit, huius genetiui formae testis sit, eam in textum recipere dubitaui* nomina *ex* omnia *m. 2 V* et *add. m. 2 V* 17 obaedientes *R* obrepentes *C* obrepentis (s *eras.*) *p* ipsū *p* humane *V* 18 ꝓhibere *Cp* 19 magnificentiam et miserationem *V* magnificentie et miserationi *p(A)* reputatū *Cp(A)* 20 contineri *C* 21 propheta (*om.* et) *Cb* a domino *C* 22 secundum — seminis sui *in marg. add. C* origine *VC* deputatus *om. R.*

sola ac tali ad dominum precationis suæ ambitione proclamat: uide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. non regni opes, non spiritum prophetiæ, non alia aliqua humanæ iactantiæ nomina conspici in se, sed humilitatem precatur. non enim aduersum insectantes se armis belli resistit, nec humanæ indignationis inpatiens rapit ad ultionem suam et potentiæ tempus et regni. sed sciens hanc diuinæ uoluntatis esse sententiam: mihi uindictam, ego retribuam, dicit dominus, non obliuiscitur legis dei in humilitate retinenda, sed eripi se ob id, quia sit humilis, deprecatur, memoriam legis dei in humilitatis conseruatione esse declarans.

3. Reseruans itaque omnia iudicio diuino et eripi se ob humilitatis meritum deposcens, qui in nullo aduersum dei constitutiones, aduersum odia humana, aduersum præsentium molestiarum patientiam moueretur nihilque in hoc nunc sæculo sibi de his iudicandum esse decerneret, consequenter hæc addidit: iudica iudicium meum et redime me; propter eloquium tuum uiuifica me. magnæ et securæ conscientiæ uox est iudicii sui iudicium postulare, ut ad id, quod statutum a se sibique conplacitum est, etiam diuinæ sententiæ examen exoptet. non hic aut alios aut se ipsum diiudicans corrupti sensus opinione deflectitur, neque a ueri iudicio ira aut gratia aut odio aut amore decedit, non ignarus huius euangelici mandati: quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis.

4. Sed ne ille quidem iudicii sui iudicium pertimescit, qui ait: ego autem non iudicaui quicquam scire me, nisi Christum Iesum et hunc crucifixum. in hac igitur iudicii sui securitate propheta tempus redemptionis

8 Rom. XII, 19; cf. Deut. XXXII, 35. 25 Matth. VII, 2. 28 I Cor. 2, 2.

1 ad (a *V*) dm̄ *VCp* 4 humanaet V^1 5 aduersus *V* 9 et ego *RpE* 10 retinendae *Cpb* 13 diuino iudicio *V* 14 aduersus dī *V* 16 inpatientia *C* inpatientiā *p(A)* 17 uindicandum *V(r)* decernere *C* 19 aeloquium *et sic fere semper R* saecurae *V* 20 iudicis *ex* iudicii *m. 3 R* iudiciis *C* suis *C* 23 iudicans *Cp* 24 decidit *C* dicidit *V* 25 iudicio *om. V* 29 xp̄m ihm *V* iesum christum *C* ihm *p* 30 sui *add. m. 2 V* securitatem *V*.

exspectans redimi se et propter eloquia dei uiuificari precatur. uenumdati enim sub peccato per redemptionem et iustificationem in sanguine domini liberamur. hoc legislatio, hoc omnis spiritus prophetiæ, hoc patriarcharum spes, hoc angelorum uoces, hoc toto in sæculi tempore diuini eloquii sermo testatus est: ob quod redimi ac uiuificari se deprecatur.

5. Sed hæc eadem eloquia dei, ut piis spebus uitam redemptionemque denuntiant, ita impiis non relinquunt. nam exspectationem prophetæ hæc de peccatoribus mox secuntur: longe est a peccatoribus salus, quoniam iustificationes tuas non exquisierunt. non habet ueniam ignoratio uoluntatis, quia sub scientiæ facultate nescire repudiatæ magis quam non repertæ scientiæ est reatus. ob id enim longe a peccatoribus salus est, quia non exquisierunt iustificationes dei, cum utique non ob aliud consignatæ litteris maneant, quam ut ad uniuersorum scientiam notionemque defluerent. sed sciens propheta, cum a peccatoribus non exquirentibus iudicia dei salus longe sit, iuxta tamen dominum esse his, qui recto sunt corde, secundum etiam illud apostoli: uos, qui eratis longe, facti estis prope, ne et ipse et ab ipso salus longe sit, cognitionem iustificationum dei expetit.

6. Non ignorat, quantum in his sacramentum nostræ salutis expressum sit per quasdam præfigurationum æternarum in rebus præsentibus notiones; in Hebræo scilicet sex tantum

19 Ephes. II, 13.

1 praecatur *VR* 2 enim *add. m. 2 V om. R cf. praef.* et redemptione et iustificatione *Cp* 3 ī sanguinem *V* liberabimur *Cpb* 5 toto saeculi *pb* 7 speb; *(b in ras.) R* spem *C* 8 relinqunt *R* lelinquunt *C* 9 secuntur *VC* sequntur *R* sequuntur *pE* 10 qm̄ *ex* q{ *p* 11 uenia *corr. m. 2 V* ignorantio *C* 14 exquisierint *ex* exquisierunt *R* 15 cum utique non *scripsi* nō (non *R*) utique non *VR* cum non utique *Cpb* nam utique non *e* manent *e* 16 ut *om. VR* scientium *V*[1] noticionē p̄ 17 profeta *V* profecto *C* iustificationes *pb* 18 solus *V* iustū tamen *p* dn̄m *V* domino *R* dm̄ *Cp* 20 ne et — cognitionem *om. C* ne & ab ipso salus *pe* 23 expraesum *V* psit *V*[1] aeternorum *C* 24 notiones *ex* notionib. *m. 2 V* hebreo *V* haebraeo *R.*

annis seruiente, et post hoc idem sexennii tempus et terra omni in otium relinquenda et fructibus eius etiam bestiis deputandis, in iubelæi quoque anni, id est quinquagesimi lege, per quam et laxatis pactionibus debitorum et agris omnibus ad dominorum, si qui forte uenissent, iura redeuntibus noua et cælestis rerum omnium et remissio et reformatio prænuntiatur. et quia ab his, qui ista non exquisierint, salus longe est, totus in exquirendis his propheta detentus et diuinæ atque æternæ misericordiæ iustificationes in speculo contemplans subiecit: miserationes tuæ multæ, domine, ualde: secundum iudicia tua uiuifica me. ualde itaque multæ sunt miserationes dei; modum enim humanæ opinionis excedunt.

7. Sed confidentem in his prophetam ac se uiuificandum in dei iudiciis sperantem multorum extrinsecus odia et insectationes fatigant. uerum misericordiarum eius, quarum secundum eundem prophetam non est numerus, non inmemor a testimoniis eius non declinauit. sequitur enim: multi, qui persecuntur me et tribulant me: de testimoniis tuis non declinaui. non pellitur, non mouetur: et cum multi persequantur, ne declinat quidem.

8. Sed qui ita in mandatis dei permanet, ut ab insectantibus inpelli deflectique non possit, habet, quod se graui dolore perturbet, se etiam usque ad tabem liquescentis quodam modo animæ dissoluat: cum se a testimoniis dei non declinante alii a dei timore desciscunt et susceptam legis fidem pactionemque

1 hoc *om.* *C* sexeni *V* sexañi *C* et terra in omnis in *V* hac terra omnis in *C* tr̃a om̃i in *p* 3 iubelei *R* iobelei *V* quodque *V* quinquagensimi *V* 5 ueniss(n)et *corr. m. 2 V* noua caelestis *Cp* 7 non ista *E* exquisierit *V* exquirunt *p* totus *om.* *Cp* 8 adque terrenae *V* 10 multae sunt domine *Cpb* 11 iudicium tuum *Cpb* 13 confitentem *C* confidemus *V* 15 quorum *VRC* 16 non immemor de testimoniis *pb* non innumeratte testimoniis *C* 17 persecuntur *VRC* persequuntur *pE* 19 repellitur *p(A)* impellitur *s* persecuntur *Cp* 20 ne *ex* non ne *m. 2 V* nec *R* 21 ita *ex* dem *corr. m. 2 V* 22 dolore *ex* dolore dolore *m. 2 V* non solum perturbet *pb* 23 se etiam *e* sed etiam *VRpb* sed etiam his (ue) *C* tabem *ex* turbem *m. 2 V* liq.s****s *corr. m. 2 V* 24 animo *V* 25 a dei lege *pb* a lege dei *C*.

conrumpunt. hos habet æstus, has tantum defatigationes sentit propheta, cum dicit: uidi non seruantes pactum et tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. consignati testamenti Israhel heres nuncupatus est et audita de monte domini uoce respondit: omnia, quæcumque dixit deus, et audiemus et faciemus. at uero ubi diis alienis adorauit, ubi omnium se scelerum uitiis contaminauit, pactum et auditæ nuncupationis et professæ obseruationis amisit. eloquia enim dei non custodierunt, quæ se facturos audituros que responderunt. nec noua prophetæ huius super præuaricationem populi tabes est; quippe cum et dominum ipsum ad impietatem Hierusalem inlacrimasse noscamus, et ex doctrina eadem super inpænitentes apostolus fleat et insuper ipse. si quis scandalizetur. uratur.

9. Sed qui dolet super non seruantes pactum atque tabescit. mandatorum in se dei non refugit examen. dicit enim: uide. quoniam mandata tua dilexi, domine: in tua misericordia uiuifica me. parum prophetæ est, per metum explere mandata, sed ea magis diligit, quia extra necessitatem timoris sit dilectionis operatio. et quamquam amor legis potior quam metus sit, non tamen ita sui fidens est, ut non magis uiuificari se per dei misericordiam deprecetur. non nunc se ille uiuere putat, sed uitam exempto hoc mortali corpore et absorto in gloriam inmortalitatis exspectat.

5 Exod. XXIV, 3. 13 cf. II Cor. 11, 29.

1 defitigationes *V* defetigationes *p* 2 et *om.* *V* 4 istrahel *V* heris *V* 5 *post* respondit *5—6 litt. eras.* *R* 6 ad uero *VC* is (di) deis *R*[1] deos *R*[3]*pE* alienos *R*[3]*pE cf. Georges Lex. I, 136* 7 aborauit *V*[1] pactum auditae *Cp* 8 et professae obseruationis *om.* *Cp* 9 se esse *VE* 10 responderat (n) *V fort. recte* praeuaricatione *VpE cf. p. 339, 19* 11 et dm̄ *Cp* 12 in hierusalem *V* iherusalem *C* ex *om.* *V* 13 fl&ū *C* 15 sed quid *V* sup (up *euan.*) *R* 18 per me *C* 19 qua *C* extra *ex* ex *m. 2* *V* 20 sit in *V* si *C* amoris legis *V* 21 fidem est *V* ut magis *C* 22 per misericordiam dei *E* per misericordiam *Cp* 23 illi *V*[1] uiue *V*[1] exemplo *C* 24 absorto *VRCp*, *cf. Georges Wortf. p. 5.*

10. Scit sibi hoc iam in exordio creationis suæ esse promissum, cum a deo dicitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. hoc super hominem principium uocis est dei, cum ad imaginem interminatæ æternitatis originis nostræ exordium conderetur. certus ergo se uita illa atque in imagine dei esse uicturum, ait: principium uerborum tuorum ueritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. uerba dei cælo et terra prætereunte non transeunt. quæcumque de labiis eius effusa sunt, non inrita sunt. æternæ sunt iustificationes, æterna iustitia est. principium ergo uerborum dei ueritas est; neque de se, id est de hominis creatione, ullum alium anteriorem dei scit esse sermonem quam ut secundum imaginem dei ac similitudinem fieret. hæc itaque indemutandæ ueritatis est constitutio: sic in principio uerborum dei ueritas est, ut nouus homo, regeneratus in Christo, uiuat deinceps secundum æterni dei, id est cælestis Adæ imaginem iam æternus.

SIN.

Principes persecuti sunt me gratis et reliqua.

1. Grauia quidem propheta Dauid et regis Saul et principum populi odia insectationesque sustinuit, quia piæ conscientiæ constantiam ferre impietas professa non potuit. sed conformans euangelicum deo atque apostolicum uirum non ignarus est

2 Gen. I, 26.

1 sit *C* enim sibi *b* 2 cum ad hoc dicitur *V* 4 homine *pE* in&minate *C* 5 origo nostra in exordium (ł exordio *in marg. add. p*) *Cp(A)* 6 in imaginem *R* imagine *CE* 9 de clabiis *V*¹ 10 non inrita sunt *om. Cp* aeterna erunt *V* aeternae *R* et aeterna *VpE* 11 ergo *om. Cp* uerborum tuoꝛ (suoꝛ *p*) *Cp* 12 illum aliũ *V* alium *Cp* anteriorerem *V* interiorem *C* 14 inmutandae *Cp* 15 dei *om. Cp* ut *om. V* 17 caelestis ad imaginem *C* id est — imaginem *om. p(A)* aeternis *p* aeternus am̃ *C* Explic******* uicensima incipit littera XXI feliciter *V* Finit *R* Fin. litt. XX inc. Sin litt. XXI *Cp* 20 Dauid *om. Cp* principium *V* 21 odia insectationeque *V* odia insectationesq *R* odia et insectationes *E* odia insectionis *C* odii insectationes *p* sustinet *p* 22 substantiam *V* sed conformans euangelica dnĩ et apostolicam uiam non ignarus *cet. C* sed confirmat euangelicũ dnĩ ad apostolos dictũ nam ñ ignarus *cet. p(A)* 23 euuangelicum *V*.

euangelici sermonis, quo ait: tradent enim uos et flagellabunt in synagogis, et stabitis ante reges et potestates in testimonium illis et gentibus. quin etiam constantiam prædicationis insinuans et confessionis gloriam docens ante eos fuerat adhortatus dicens: omnis, qui confitebitur me coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo, qui est in cælis: qui autem negauerit me coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo, qui in cælis est. siue igitur dedicatus ex lege, siue etiam in euangelii gloriam præparatus, qui neque Saul populoque eius causam insectandi se reliquisset et per multa principum et gentium odia sciret cælorum regnum sæculo nuntiandum, confidenter hæc deo loquitur: principes persecuti sunt me gratis: et a uerbis tuis formidauit cor meum. metuit enim negari se, si negaret.

2. Sed cum beatæ huius insectationis præmia non ignoret domino dicente: beati estis, cum uos persequentur et dicent omne malum aduersum uos propter iustitiam; gaudete et exultate, quoniam mercis uestra copiosa est in cælo, post principum odia formidinem uerborum dei ita consequentibus temperauit: lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. fuit ergo formidinis, ne persecutionibus principum aut indigne subderetur aut cederet, quia et causam odiorum præbuisse non sancti est, et dei gratiam metu sæculi amisisse sine uenia sit. sed spolia inuenisse uictoris est: certe ea ex se præbuisse iam uicti est. cum his itaque insectationibus propheta non frangitur

1 Matth. X, 17 sq. 5 Ibid. X, 32 sq. 17 Matth. V, 11 sq.

1 qui ait *V* 5 antea *V* omnes *V*[1] confitetur *R* 6 cora[m] *corr. m. 2 V* confitebor *ex* confitebitor *m. 1 V* 7 qui autem — in caelis est *om. Rp* 9 siue igitur deo dicatus fuit etiam in *C* qui g[l] dō dignus fuerit in *p* 11 populo *R* 12 et per gentium *V* sciret propter caelorum regnum *Cpb* 13 renuntiandum *Cpb* 14 gratus *V*[1] 16 beata *p* ignorat *V* ignoraret *C* 18 omnem *V*[1] 19 merces *RCp* 20 formidinē *supr. scr. m. 1 R* uerbi *Cp* 23 aut indignae *R* indigne *Cp* aut digne *coni. Bened. in adn.* 25 metus *C* 26 inuenire *VCp* se *add. m. 2 V.*

et odia principum fide uincit, refert quædam impietatis spolia de uictis. scit enim secundum euangelia ligatum esse in domo sua fortem et armis suæ potestatis exutum diripienda iam de se fidelibus spolia præbuisse. lætatur ergo nunc in eloquiis dei, tamquam qui multa spolia inueniat, cum fracta impiorum potestate et uictor fide permanens omnibus eos armis seu impietatis seu crudelitatis exuerit.

3. Sed huius lætitiæ adfectus non inest, nisi et in diuinæ legis dilectione et in exsecratione iniquitatis, quia neque defugere quisquam nisi quod odit optabit neque nisi quod diligit obtinere nitetur. lætatus ergo, tamquam super spolia multa, subiecit: iniquitatem odio habui et abominatus sum; legem autem tuam dilexi. iniquitatem ergo odit et diligit dei legem.

4. Sed diligens dei legem non in his tantum, quæ per obœdientiam legis explentur, intentus est: ad aliquid autem se aliud necesse est per opus legis extendat. et quo præterea in officio sit, audiamus: septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. sanctus propheta primum, quod agit, diligit, opus scilicet legis, quia uitiorum omnium et usus reciditur et uoluntas. sed postea iudicia iustitiæ dei laudat. hæc enim, ut sæpe admonuimus, plus significant, quam agant, dum gesta ipsa notionem nobis æternæ dispositionis insinuant: ut sabbati requies, ut Hebræus puer, ut terra otiatura, ut annus

1 principium *C* uicit *C* refort *V*[1] spolia *om. C* 2 euuangelia *et sic fere semper V* legatum *V* in domum suam *VC* in doma sua *p* 4 in aecclaesiis dei *R* 5 cō *ex* cū *m. 2 V* 6 potestate uictor *Cp* fidī *p* seu calliditatis *Cp* 8 non est *V* 9 in exsectationis *V* 10 quod erit optabit *V* 11 nititur *R* super *om. C* 12 abhominatus *V*[1]*p* 15 sed diligens dei legem *om. V* non in haec *pb* per obydientiam *V* oboedientia *Cp* 19 iudicia *add. m. 2 V* 20 legis *supr. scr. C* qua (i) *corr. m. 1 R* qua *p*[2]*(A)* 21 et uoluntas ei' sed *C* 22 ammonuimus *R* admonuimus *ex* &monuimus *C* monuimus *V* significa(n)t *V* agunt *V* 23 iesta *C* ipsa *om. b* nobis *om. C* 24 (h)ebreus *corr. m. 2 V* haebreus *R* agnus *C*.

quinquagesimus sub imaginis sacramentorum momentis intelleguntur. hoc ergo in die septies laudatur.

5. Ac non ambiguum est, cur laudis hic numerus sit. hæc enim eadem uel in die uel in puero uel in terra uel in anno atque annis sub sanctificatione huius numeri continentur, cum usque ad illam quinquagesimæ æternam requiem, quod est sabbata sabbatorum, septenus numerus expleatur. multa autem de numeri huius sanctificatione sunt cognita, ut ipsa dierum constitutio, ut angelorum throno dei adstantium electio, ut spiritalium potestatum et requiescentium gratiarum in domino plenitudo. certe iudicia iustitiæ dei hoc in numero laudari a propheta conuenit, per quem et in quo earundem iustificationum uirtus et constitutio continetur.

6. Non alius autem nunc prædicationis propheticæ ordo est, quam fidei. nam et tolerantia persecutionum et formido uerborum et lætitia eloquii et odium iniquitatis et amor legis et laudatio iustitiæ et omne omnino, si quod aliud in lege mandatum est, in huius tantum præcepti obseruatione concluditur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. hoc holocaustis, hoc sacrificiis omnibus maius est, unum atque idem sibi meminisse cum alio corpus esse, qui Christi est. et ut corpus suum, id est ut se ipsum, amare, qui proximus sit.

17 Rom. XIII, 9.

1 quiquagensimus *V et sic in seq.* sub imaginis sacramento non parū momenti esse intelleguntur *Cp* 3 ac non *ex* ac cum non *m. 2 V* qur *R* sit *in ras. m. 1 R* sit *ex* sic *m. 2 V* 4 uel in die *om. Cp* ī puero *V* in puero *R* uel in terra *om. C* 5 adque *add. m. 2 V* sanctificatione *ex* sanctificationi *m. 1 R* sanctificationem *V* huius *ex* nuius *m. 1 R* 7 sabbatū sabbatorum *p* sabbatorum *C* 8 sanctificationis *C* 9 constititio *R* ****entium electio *V* adstantium electorum *R (in R* ut angelorum — electorum *supr. scr. m. 1)* 11 iudicia *om. C* in numero prophetam (propheta *C*) laudare (laude *p*) conuenit *Cp* 12 per *add. m. 2 V* 15 et tolerantiae *V*[1] et tolerantiā *C* & ad tolerantiā *p* formido (*om.* et) *Cp* *inter* uerborum *et* et laetitia *C inser.:* temperare pax ergo retinenda est *cf. p. 539, 6* 16 eloqui *V*[1] eloqoi *p* amor laudis legis *corr. m. 2 V* et laudatio — omne *om. C* 18 coclu dimur *R* concludimur *V* 19 diligis *V* tamquam te ipsum *RCpE* 21 cum aliis *p* qđ christi *p* ē&ut *C* ēēt ut *p*.

sequitur enim: pax multa diligentibus nomen tuum, et non est illis scandalum. apostolus non quæ sua sunt, sed quæ aliorum cogitans carne se abstenturum in sæculum, ne fratrem scandalizet, professus est. adeo perfectæ caritatis et pacis tenuit adfectum, ut ab ipso uitæ communis usu, dummodo causam offensionis abscideret, temperaret. pax ergo retinenda est, et non quod unicuique, sed quod uniuersitati congruat, expetendum est, quia secundum euangelium utilius sit in uitam non uenisse quam scandalum minimis intulisse.

7. In his itaque pacis caritatisque præceptis manens propheta euangelicæ spei desiderio detentus est. scit enim, in quo uel quis finis sit legis, cum ait: exspectabam salutarem tuum, domine, et mandata tua feci. salutaris Iesus est. hoc enuntiatio ex hebræo nominis, hoc ad Ioseph angelus est locutus, hoc Simeon exinde in pace remittendus agnouit, hoc reddita nobis per eum salus edocet. in eo autem mandata dei se profitetur fecisse, quod salutare domini exspectet, declarans omnia legis mandata aduentu dei unigeniti contineri.

8. Testimonia quoque dei custodiuit uehementerque dilexit dicens: custodiuit anima mea testimonia tua et dilexi ea uehementer. custodiui mandata tua et testimonia tua, quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo. agens propheta sub iudice et scrutatore cordium deo in custodia mandatorum testimoniorumque dei permanet, non in uias sæculi neque uias uitiorum et impietatis incedit. nam quodcumque uitæ suæ iter egerit, adeo tam probabile tamque

1 nommen *V* 2 in illis *p(A)* 3 si *C* abstinuturum *R* abstineturum *C* in saeculo *VR* (εἰς τὸν αἰῶνα I Cor. 8, 13) 5 ubi ab *V* dūdomo *C* 6 abscederet *V* *uoces* temperaret — retinenda est *supra male insertas h. l. om. C* 7 et non *ex* non *m. 2 V* quid uniouique *VCe* sed quid *VRCe* 8 expendendum est *e* 9 in uita *C* 12 quis *om. C* uel quis *om. p* finis sit ignis *VRC* finis sit testis *e* quo ait *V* salutarem *V ut uidetur, cf. Sabatier II, 248* salutare *RCpE* 13 est *om. C* 14 ex haebraeo *R om. V* iosef *V* 15 symeō *VR* dimittendus *pb* 16 redita *C* 17 fecisse profitetur *Cpb* 18 aduentum *p(A)b* continere *p(A)b* 21 dilexi *V cf. Sabatier l. c.* dilexit *RCpE* 23 sub iudice *om. V* in custodiam *R* 24 in uiis *pb* uias *e* 25 neque in uias *C* neque in uiis *pb* 26 = egerit *V* gerit *R* adeo *om. Cpb.*

innocens agit, ut conspectu dei dignum sit: deo ipsas cogitationes cordium et motus noscente, neque conspectu eius, qui inmundo sit corde, condigno. fidelis enim in cælo testis hæc dixit, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

TAU.

Adpropiet oratio mea in conspectu tuo, domine, et reliqua.

1. Finem sumit secundum litteram psalmus. nam omnibus his, quæ sancto uiro erant propria, iuxta hebraicorum elementorum ordinem conprehensis nunc propheta, ut oratio eius deo sit proxima, deprecatur: *adpropiet oratio mea in conspectu tuo, domine: secundum eloquium tuum da mihi intellectum.* multa sunt, quæ toto psalmo orauit ad dominum. sed quia eloquia dei plurimum in se obscuritatis per rerum cælestium sacramenta conplexa sunt, nunc maxime, ut intellectu huius eloquii sit dei dignus, precatur. ac primum ordinem modestæ spei suæ tenuit, cum proximam fieri conspectui dei orationem suam poscit. sequêns iam per gradum altioris profectus postulatio eius iteratur, cum ait: *intret postulatio mea in conspectu tuo, domine, secundum eloquium tuum eripe me.* adpropinquantis orationis in conspectum dei hic fuit ordo, ut, cum cœpisset esse proxima,

1 aget *V* 2 et motus noscente neque *scripsi* motus noscente & neque *R* motusque noscente et neque *Ce* motusque noscente neque *Vpb* inmundo *ex* mmundo *m. 1 R* mundo *V* 5 amen *om. C* Explicit littera XXI incipit littera XXII feliciter in xp̃o *V* Finit *R* Finit litt. XXV *(sic)* incip. Thau lit. XXVI *C* Fiñ litta XXI incip̃ Tau litta XXII *p* 7 adpropriet *V* 9 finem *om. C* litteras *p(A)b* omnibus [illegible] his (*eras.*[a] scis *uel* his?) *R* omnibus in his (in iis *α*) *E* omnibus *Cp* 10 que *corr. m. 2 V* uiro *om. R* hebreicorum *V* 11 conpraehensis *VR* dō *V* dī *C* 12 depraecatur *VR* 13 tuum domine da *RCE* tuum đ da *p* 14 q[uae] *corr. m. 2 V* ad dñs[m] *corr. m. 2 V* a domino *pb* 16 per *om. V* 17 eloquia *V* dei sit *pE* 18 in conspectu *R* 19 [po] poscit *R* poposcit *E* seq. iam *V* 21 dñe *V* đ *p* 22 eloquiaum *corr. m. 1 V* tuum *om. C* adpropinquantes *V* in conspectu *R* ad conspectum *VCpE* 23 ut eum coepisset esse maxima *V*.

introiret; iam eloquio dei intellecto eripi se secundum idipsum eloquium dei precatur. non enim primum, ubi est intellectus, ibi salus est, sed intellegentia adepta salus est obtinenda.

2. Et quia hæc eadem per spiritum prophetiæ uel sub futurarum rerum umbra uel sub quadam ueri tamquam de speculo imagine antelata uel sub diuinorum uerborum occulta profundaque ratione, spiritu prophetiæ magis quam intellegentiæ humanæ sensu proferebantur, adiecit: eructauerunt labia mea hymnum. cum docueris me iustificationes tuas, pronuntiabit lingua mea eloquia tua; quia omnia mandata tua æquitas. omne prophetiæ eloquium sub eructandi significatione meminimus ostendi, cum dicitur: eructauit cor meum uerbum bonum, uel illud: eructabo abscondita a constitutione mundi, uel illud: dies diei eructat uerbum. omnis autem sermo hominum ex sensu cogitationis initur ac motu, ubi ad aliquid enuntiandum mota mens nostra id, quod in adfectum sibi inciderit, per uerba declarat. at uero, ubi extra humanæ mentis instinctum non ad animæ sententiam lingua famulatur, sed per ineuntem spiritum officio oris nostri diuini sensus sermo diffunditur, illic eructatum uidetur esse, quod dicitur: cum non ante cogitatione motuque percepto id, ad quod pulsa sit, mens loquatur, sed ignorante sensu spiritus uocem in uerba distinguat.

3. Nunc enim quamuis eructauerint labia hymnum, tamen post doctrinam iustificationum dei pronuntiabit lingua, quod

13 Ps. XLIV, 2. Matth. XIII, 35. 15 Ps. XVIII, 3.

1 introire *C* et iam *CpE* idipsum ≡ *R om. V* 2 eloquiō̃ *corr. m. 1? R* precatur ≡ *R* deprecatur *V* ubi est intellectus ubi *VR* ibi est intellectus ubi *Ce* 3 sed intellegentia — salus est *om. V* optinenda *R* 5 sub quadam ueritate tamquam *Cp(A)* 6 imagine antelate *C* imaginante *p(A)* 7 spū̃ *V* spiritui *R* 8 profirebantur *V*[1] eructuauerunt *p* 10 pronuntiauit *VRC (in R postea 3—4 litt. eras.) sed cf. adn. Bened. et Acad. p. 26* qua (i) *corr. m. 2 V* 12 eructuandi *Rp* 13 eructuauit *Rp* eructuabo *R* 15 eructuat *VR ex* eructut *p cf. Paucker suppl. p. 243* omnes *V*[1] 16 ac moto *V* 17 insiderit *b* 18 ad uero *V* 19 per eundē *Cp* 21 eructuatum *Rp* non *om. RC* ante cogitationē *R* 22 mutuque *V*[1] ad id *VCe* inpulsa sit *Cpb* 24 nunc autem *E fort.* recte, *cf. praef.* eructuauerint *p* 25 pronuntiauit *VRC*.

loquitur: ut rerum dictarum cum sit percepta cognitio, tum cognitionis ipsius declaratio consequatur. non sunt autem ita mandata dei ab æquitate diuersa, ut non deo dignum sit, eorum primum intellegentiam tribuere prophetanti, tum deinde ad conscientiæ publicæ notionem prædicationis confessione clarescere: quia extra bonitatem dei sit, aut occultari, quod uoluerit pronuntiari, aut aliud aliquid nisi cum æquitate mandare. æquitatis autem mandatorum dei ea summa est, ut omnibus sint salutaria, ut hoc, quod in hanc uitam uenimus, cum profectu æternitatis ineamus. nam nasci ad mortem, non uitæ est causa, sed mortis.

4. Et huius spei suæ fiduciam mox propheta subiecit dicens: f i a t m a n u s t u a, u t s a l u u m f a c i a t m e; q u o n i a m m a n d a t a t u a e l e g i. aliis gloriam sæculi eligentibus, aliis uenerationem elementorum ac dæmonum capessentibus, aliis terrenas opes expetentibus sanctus iste mandata dei elegit. elegit autem non naturali necessitate, sed uoluntate pietatis, quia unicuique ad id, quod uult, uia est proposita uiuendi, et adpetendi atque agendi permissa libertas. et ob id uniuscuiusque aut pœna aut præmiis adficietur electio.

5. Sed mandatorum domini qui esset finis, ostendit dicens: c o n c u p i u i s a l u t a r e t u u m, d o m i n e, e t l e x t u a m e d i t a t i o m e a e s t. totum se iste in aduentum Iesu salutaris extendit; et illud, quod apostolorum beatitudini uidere fuit proprium, desideriis inpatientibus concupiscit, hoc tamen ipsum, quod in lege agit, meditationem futuræ spei esse significans.

1 ut cum rerum dictarum sit *pb* cū puerū dictarū cū sit *C* percēpta (˜*p a m. 2) V* 2 agnitionis *Cpb* 3 ut dī dignū *V* 4 quorum primum *C* profetanti um deinde *V* prophetantiū deinde *C* 5 claresceret *V* 6 occultare *CE* 7 aliquit *C om. V* mandare aequitatis *add. m. 2 V* mandasse *Cpb* 8 aequitas *C* ut omnibus in salutare aut hoc *C* 9 cum profectum *V* 11 sad *V*[1] 13 me faciat *CpE* 14 eligi *V*[1] 16 elegit *secundo loco om. V* 18 quod *om. C* uolet *VCpE* 19 unusqsq; (i suprascr.) *p(A)* poena aut *ex* poenauit *V* 20 electio *om. Cp(A)* 21 dī *Cp* quis *E* 23 ihm salutaris *V* iesu id est saluatoris *p*[1]*e* Iesu id est salutaris *p*[2]*b* 24 extendit *ex* ostendit *C* ostendit *V* beatitudini *ex* beatitudine *m. 1 R* beatitudinē *VC* 26 ait *Re* future *V*.

quia non ad præsentium effectum, sed ad futurorum profectum omnis intellegitur suscipi solere meditatio.

6. Ac meditationis istius quod præmium esset, ostendit: uiuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua iuuabunt me. uiuere se in hac uita non reputat, quippe qui dixerit: ecce in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. scit sub peccati origine et sub peccati lege se esse natum; meditationem autem legis dei ob id elegit, ut uiuat. animam suam superiore psalmo ad uitæ istius gaudia adhortatur, cum ait: conuertere, anima mea, in requiem tuam, quoniam dominus benefecit mihi: quia eripuit animam meam a morte, oculos meos a lacrimis, pedes meos a lapsu. placebo domino in regione uiuentium. has laudes deo referre festinat, iudiciis dei absorpta terrenæ corruptionis infirmitate ad æternitatis adiutus profectum: ob id utique, quia elegit mandata et concupiuit salutare domini, quia meditatio eius in lege dei semper est.

7. Digno autem omnia sacramenti euangelici fine conclusit dicens: erraui sicut ouis, quæ perit: uiuifica seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. referri enim se errabundam ac perditam ouem pastoris sui humeris festinat, ut per salutarem æternumque pastorem in cælo angelis æterna gaudia præbeat se recepta. filius enim hominis

6 Ps. L, 7. 10 Ps. CXIV, 7 sq. 24 Matth. XVIII, 11.

1 ad praesentiã affectuum *C* ad *ante* futurorum *om. C* (?) 3 quod praemium (d *in ras.*) *R* praemiũ quod *V* 4 uiuit *C* 5 iubabunt *V* adiuuabunt *RCp* me *supr. scr. C* se *om. p* 6 qui *om. C* in iniquitatibus *ex* iniquitatibus *m. 2 V* 8 et sub *ex* sub *m. 2 V* esse se *V* ẽẽ se = = *p* esse *C* 9 eligit *C* uibat *V*[1] anima sua *VCp* superiore *ex* superiori *R* 10 adhortatus *R* adhortatus (adortatus *p*) est *CpE* animam meã *V* 12 de morte *R* 13 a labsu *V* de lapsu *R* 14 uiuorum *CpE cf. Sabatier II, 227 adn.* referroe *corr. m. 1 V* 16 que legit *V* 17 et quia meditatio *E* 19 euangelici (euuangelici *V*) sacramenti *VCpe* 20 periit *ex* perit *R* periit *CpE cf. Sabatier II, 249* 22 umeris *R* 23 per saluatorem suum aeternumque *VCpb* per salutare suum aeternumque *e cf. p. 542, 23* 24 audia *corr. m. 2 V* se receptũ *C* se recepto *pb*.

uenit saluare, quod perierat, missus ad oues perditas domus Israhel, dominus Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXIX.

CANTICUM GRADUUM.

Ad te, domine, cum tribularer, clamaui, et exaudisti me et reliqua.

1. Psalmorum tituli, ut in plurimis ostendimus, habent proprias suas significationes, rationem et argumenta scriptorum, quæ subiacent, breuissime continentes nosque quodam doctrinæ indicio in intellegentiæ semitam dirigentes; de quibus nunc non necesse est aliquid tractare. tum enim id fieri oportet, cum psalmus unusquisque tractabitur. cum enim sibi inuicem auctoritatem præstent et psalmus et titulus, debilis erit sermo, si de aliquo eorum absque altero disseretur. nunc uero canticum graduum attingimus, quorum et continua et æqualis inscriptio est; atque ideo significatione conueniente titulorum sub unius expositionis negotio uniuersorum reperietur ratio esse monstrata.

2. In plerisque psalmis multa secundum historiæ ordinem in superscriptionibus eorum esse edita legimus: ut cum fugit Dauid a facie filii sui Abessalon, cum mutauit uultum suum

2 istrahel *V* dñs ñ ıhs xp̄s *V* in omnia saecula s. *pE* Explicit psalm. centensimus octabus decimus incipit psalmus CXVIIII *V* Explicit psalmus CXVIII incipit CXVIIII *R* Explicit *C (in p deest* Explicit *et sequitur ps.* CXLII, *cf. infr.)* 5 canticum .gradū *(sic)* ad te dñe cum *cet. V (quae Bened. h. l. de V rettulerunt, falsa sunt), in R absque aliis h. l. statim sequitur textus totius psalmi.* Exposicio quindecim graduū beati Hylarii Pictauensis episcopi. Psalmorum tituli *cet. P, titulo et s. textu caret T.* 8 ut in plurimis *RPTE* ut in psalmis *V* ostendimus *RPTE* ostenditur *V* proprias suas *RPTE* suas propria[s] *V* 10 nosque — dirigentes *om. V* nosque *PTs* quosque *R* usq3 *a* 11 in intellegentiae *RTE* intellegentiae *P* 12 non necesse est *RPTE* non est necesse *V* aliquid *RPTE om. V* tum *RPTE* tunc *V* 13 cum enim — disseretur *om. V* 14 & psalmus *Re* psalmus *PTb* 15 canticum *RPe* canticū *V* cantica *Tb* 16 gradum *V* continua [et] et *V* et continua ≡≡ et *R* 17 atque ideo — monstrata *om. V* 18 negotio *Re* iudicio *PTb* repperietur *R* 19 in plerisque *RPTE* in plerisque autem *V* historiae ordinem *RPTE* historiā et ordinē *V* 20 edita *RPTE* indita *V* 21 fili *V*.

coram Abimelech, cum post Bersabee a Nathan monetur, et in reliquis, sicubi gestorum ueritas ipsis psalmorum titulis continetur. sed meminisse nos oportet hos eosdem psalmos non idcirco omnes corporaliter intellegendos, quia his corporalium negotiorum significatio antefertur; quin potius oportet nos spiritalem intellegentiam sub hac quadam gestarum rerum commemoratione sectari, de quo non est nunc temporis dicere; sed simplicitati legentium consulentes legentem fuit congruum admonere. ergo, ne secundum prædictos ex pluribus titulos hi quoque graduum psalmi aliquid de historia contineant, uidendum est.

3. In Esaiæ enim libro orante Ezechia signum ei positum prorogatæ salutis in gradibus est. erant autem in domo eius gradus decem, quos sol ultra temporis sui cursum lumine suo accedente conscendit rursumque die mortis eius de temporis sui limite lumine decedente descendit. sed nulla ad psalmos huius historiæ similitudo est, cum graduum ne numerus quidem ipse conueniat. hoc tamen, quod Ezechiæ datum signum est,

12 Esai. XXXVIII, 8.

1 post bersabe ea nathan profeta *V* post bersab &h. anathā *R* post betsabee ab nat=ham *P* post bersabee ab natham *T* 2 ipsis *VRTE* ipsi *P* 3 hos eosdem *RPTE* eiusdem *V* 4 intellegendos *RPTE ex* intellegitur *corr. m. 2 V* quia his — antefertur *om. V* 6 hac *ex* hae *m. 2 V* quadam *RPTE om. V* 7 sectari *RPTE* suscitari *V* de quo — admonere *om. V* 9 admonere *R* commonere *PTE sic RPTE* ergo si secundū titulos superscribtos in hoc psalmo aliquid de historia contineat uidendum est *V* 12 eseiae *V* isaiae *T* orante ezechia (ezechi=a *P*) *VPTE* oranti ezechiae (h *ex corr.*) *R* signum ei positum (ei inpositum *R*) prorogatae salutis (prorogata salute *P*) in gradibus est *RPTE* signum ei positum est in gradibus prorogatae salutis *V* 14 quos sol *VE* quod sol *P* quo sol *RT* 15 accedentem *P uerba* conscendit — decedente *om. R* conscēdit *V* conscendit *ex* conscidit *P* die mortis *VPTE* (*T in marg. add.* ut diem orsus) de *PTE* dem *V* 16 limite lumine *PTb* lumine *Ve* descendit *RPTE ex* conscendit rursum descendit *corr. m. 2 V* 17 huius *om. VRP* cum — conueniat *om. V* 18 ezecie *V* signum est *RPT* est signum *Ve.*

manifeste ostendit dei lumen his, quibus ob negotiorum sæcularium merita futuræ uitæ beatitudo inpertietur, accedere, illis uero, quibus sit negata, decedere.

4. Esse autem in templo gradus quindecim historia nobis locuta est dispositosque ordines consistentium, quibus quædam quasi dignitas in antecedentibus obtineretur, ut Leuitæ primum consisterent, post Israhelitæ, tum proselyti et deinceps alii. sed quid de psalmis antea scriptis ex historia posteriore præsumimus, cum, si quid ex ea suscipiendum sit, suscipi ita debeat, ut psalmi historiam subsequantur? nisi tamen aliquid sit ad futuram historiam prophetatum. sed contuentes ipsam illam templi atque altaris ædificationem, umbram esse incorrupti templi et sanctificati speciem altaris his, quæ in eo corporaliter præfigurata sunt, intellegeremus, nisi auctoritas præsumeretur ex psalmis? psalmi enim non sui tantum temporis res enuntiant neque in eas solum ætates conueniunt, quibus scripti sunt, sed uniuersis, qui in uitam uenirent, dei sermo consuluit, uniuersæ ætati ipse aptissimus ad profectum.

5. Erat namque illa sacerdotii lex, quam secundum legis obseruantiam in euangelio Lucas sub Iohannis Baptistæ natiuitate diligenter exposuit, neminem in sancta sanctorum ascendere nisi qui esset princeps sacerdotum, eundemque toto in anno uno tantum die. quæ omnia in similitudinem antea gesta in uno domino nostro expleta esse, et fides nostra et ipse

1 manifestae V^1R ob negotiorum saecularium merita *RPTE* pro meritis *V* 2 impertietur *PTE* inpertitur *V* inpertiebatur *R* 5 consistentium *RPTE* cõsistere *V* 6 ut *VRTE* *supr. scr. P* leuitae *RE* leuitici (*ex* leuuitici *V*) *VPT* 7 istrahelitis (ae) *corr. m. 2 V* tum *RPTE* tunc *V* prolselyti *corr. m. 1 V* prosaelyti *R* proseliti *PT* 9 ita *RE* *om. PT* 10 ut *PTE* *ex* si *corr. m. 1 R* historia subsequatur *P* 11 sed *codd., fort.* et 12 aedificationẽ (ficationẽ *in fine uers. add.*) *R* 13 sanctificati *RPTb* sancti *e* altaris *ex* altarii *R* *post* altaris *spatium unius uersus uacuum in T* in eo *R* in eodem *PTE* 14 intellegeremus nisi *om. R* 15 praesumeretur *PTb* praesumitur *Re* *haud scio an locus iam Bened. suspectus mea interpunctione sanatus sit* enim *VRe* autem *PTb* 16 solum *RE* solas *PT* 18 consuluit *VTb* consulit *RPe* 22 nisi *RTE* *supr. scr. P* toto in anno *RTE* in toto == anno *P* 23 in similitudine *R*.

dominus nobis in euangelio auctor est dicens: non ueni legem soluere, sed adimplere. apostolus quoque omnem consummationem legis in domino nostro Iesu Christo esse testatur dicens: finis enim legis Christus est. sed et hic idem Dauid propheta æternum eum sacerdotem docet dicens: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. hic igitur princeps sacerdotum ingressus cælos, sedens ad dexteram dei, orans ad patrem, ut, ubi ille esset, nos quoque essemus, qui et excitauit et collocauit nos in cælestibus, ille iam per prophetam monuerat, quibus modis quibusque uitæ operationibus ascendi posset ad sese, per Esaiam ita: lauamini, mundi estote, auferte nequitias ab animis uestris e conspectu oculorum meorum: desinite a malitiis uestris, discite bonum facere, exquirite iudicium, eruite iniuriam accipientem, iudicate pupillo et iustificate uiduam: et uenite disputemus, dicit dominus omnipotens. hi sunt igitur gradus perfecti illius æternique templi, quos princeps sacerdotum facta per sanguinem suum peccatorum nostrorum propitiatione transcendit, modo terreni ex lege sacerdotis seu gradibus in sanctorum sancta scandentis seu litationis hostiam pro populo offerentis.

6. Ac de quindecim quidem gradibus et superscriptione cantici iam in exordio psalmorum tum, cum sermo de numeris et de superscriptionibus incidit, aliqua tractauimus, ex duobus scilicet numeris hebdomade et ogdoade, quorum unus ob sabbatum legis sit, alius ob accedentem ad sabbatum

1 Matth. V, 17. 4 Rom. X, 4. 6 Ps. CIX, 4. 12 Esai. I, 16 sq.

5 propheta aeternum *RTE* propheta in aeternum *T* 6 sacerdos dī in *R* 7 melchisedehc *P* ingressus *RTE ex* egressus *P* 8 ille *PTE om. R* 9 nos quoque *RPTe* et nos quoque *b* excitauit et collocauit *RTE* excitabit et collocabit *P* 11 posset *RE* possit *PT* per esaiam (isaiam *T*) ita *RPT* sed per Esaiam ita ait *E* 12 mundi *PTE cf. Sabatier II, 518* & mundi *R* 17 hii *T ex* hi *R* 18 princeps *RTE ex* principes *P* 20 transcindit *P*[1] terreni *PTE* terrenis *R* sacerdotis *PTE* sacerdotiis *R* 25 *cf. p. 14, 2* 26 ebdomadae *RPT* ogdoadae *RTa* 27 *uerba* legis sit alius ob accedentem ad sabbatum *bis scripsit G.*

octauam, quæ et prima est, sit euangeliorum, hunc numerum conuenire. per quæ eorum canticum quasi legis et euangeliorum gradibus ad cælestia nos et æterna conscendimus cognoscentes collocandos nos cum summo sacerdote in cælestibus, si tamen secundum Paulum conuersatio nostra in cælis sit. hos gradus canticum quæramus, per quos scandere ad loca, quæ sunt sanctorum sancta, possimus. arduus enim usque in ea et angusti itineris ascensus est. gradus quindecim fuisse scimus in templo: psalmos quoque graduum quindecim legimus. numerosus est hic desideratæ illius sedis ascensus. forte enim, ut in templo paulatim et per gradus singulos conscendebatur ad sancta, ita per singulorum psalmorum profectus docebimur, his gradibus, qui cantantur, ascensis posse nos in excelsis et sanctis et æternis collocari.

7. Plures autem sunt, qui in his psalmis solam captiuitatem populi, qua in Babylonia septuaginta annis detentus est, existiment prophetatam, sed et reditum populi eiusdem cum restauratione ciuitatis amissæ. quibus non calumniamur. neque enim ambigitur prophetam ea, quæ impietati huius populi inminerent, scire potuisse. sed quam captiuitatem populi et cuius ciuitatis ædificationem propheta commemoret, ipsi psalmi nobis auctores erunt, qui ita cœpti sunt:

5 Phil. III, 20.

1 sit euangeliorum, hunc *scripsi;* in euangeliorum hunc *G* euangeliorum sic hunc *P* (sic hunc *in ras.*) euangeliorum sit hunc *RT* 2 per quae *RPT* perque *G* canticum *Pe* canticorum *RTe cf. lin. 6* 3 conscendimus *GP*[1] conscendimus (a *superscr.*) *T* conscendentibus *R* 4 non *G* 5 paulum *GRe* apostolum *PTb* caelis *ex* caeles *T* 6 hos *RPTE* (*in R* s *partim in ras.*) hos ergo *V* hoc *G* gradus *RPTE* graduus *V* canticum *G* canticuum *P*[1] cantici *V* cantici *ex* canticis *R* canticorum *P*[2]*TE cf. Stud. 1886 p. 340* quos *RPTE ex* quas *corr. m. 2 V* scandere *RPTb* **ander *G** ascendere *Ve* 7 sancta *RPTE* cincta (?) *G om. V* 8 itineris *ex* iteneris *P* 9 graduum *om. R* 12 per singulorum *GR* per singulos *PTE* 15 his *GPTE om. R* solum *G* 16 in babyloniam *G* in babilonia == *P* 17 profetatum *G* 18 quibus non *GRPT* quibus nunc non *E* 19 propheta *R* 21 ciuitatis *GPTE om. R* 22 nobis *supr. add. P* *ante* erunt *eras.* sunt *in uers. exeunte R* cepti sunt *R* coeperunt *PT*.

8. Ad te, domine, cum tribularer clamaui, et exaudisti me. propheticus sermo, licet communi usu humani sermonis utatur, tamen non eandem, quæ communi sensui adiacet, significantiam continet. namque quamuis, prout possemus intellegere, rerum cælestium enuntiationem temperaret, uirtutem tamen significantiæ suæ moderata licet uerborum electione seruauit. cœpit enim ita: ad te, domine, cum tribularer clamaui, et exaudisti me. de consuetudine forte et pro humani sensus affectione clamor hic ad deum prophetæ existimabitur, ut promiscuus hic dolor sit, ob quem etiam cum uociferatione deum precetur, quia multos aut periculi metus mortisque terror, aut damni anxietas ac pecuniæ dolor, aut orbitatis telum dolorumque uulnera ad deum uocem efferre conpellunt; tamquam non omnia eorum, quæ accidunt, bonis spebus aptissima sint. apostolus dissolui et cum Christo esse sibi melius esse testatur, curam pecuniæ radicem totius malitiæ condemnat, et flendos potius uiuos euangelia dixerunt: et quid contra hæc fidei nostræ proposito firmato loci aduersus nos sæculo relinquetur, cum Christi consortium mors adquirat, inopia pecuniæ præstet inopiam peccati, nostrorum abscessio spei communis sit accelerata properatio?

9. Sed si istæ non sunt, quæ ergo erunt tribulationes, ob quas clametur ad dominum? sunt plane et maximæ, trahentes nos in profundum peccati. propheta enim hominem gradibus ad æterna scandentem ex persona sua formans, quibus maxime malis cauere debeat, docet; his namque, quæ consiliorum

1 *Sic h. l. repetunt hunc sacri textus uersiculum VR et ponunt PT prioribus a sequentibus noua inscriptione non separatis.* 3 utatur — adiacet *om. PT* utamur *R* 4 significantiam *RPE* suam significantiam *T* quamuis propossemus (uis *supra*) *P* 5 temperaret *RP* temperarit *Tb* temperet *e* 8 de consuetudine forte *R* de consuetudine enim forte *PTE* 10 profeta *P* 11 cum *PTE* eū *(supr. scr. m. 1) R* praecetur *R* 12 damni aut anxietas *G* 13 haec ferre *P* 14 tamquam non *RPTb* tamquam *** *G* quamquam *e* accidunt *G* accidant *RTE* accedant *P* 15 spebs (u *supra*) *G* spe (b; *supra*) *R* 16 melius esse *ex uestigiis codicis G* melius *RPTE* 18 loci *RE om. spatio uac. relicto P* dilectissimi *T* 19 relinquetur *PTE* relinqueretur (?) *G* relinqtur (n *in ras.*) *R* 23 planae *R*[1] maxime *P* 24 hominem *RE om. PT* 25 quibus *RPT* a quibus *E.*

auctoritatibus et hortationum inpulsibus et blanditiarum inlecebris in infernum demergunt, cum alius nos hortatur ad honores, alius otio, somno, gula, luxu ad præsentem uitam detinet, alius ad falsarum religionum superstitionem deducit, alius hortatur ad schismata, alius ad hæresim sollicitat. de quibus scriptum est: subuertunt mores bonos colloquia mala. namque aduersus hæc omnia animi nostri inbecilla natura est. circumcursant enim undique ac uariis nos blandimentorum suorum aculeis conpungunt. ac prima illa spes uitæ est, ut inrumpentibus illis in sensum nostrum ui, fraude, dominatu, tamquam e media tribulatione clamemus ad dominum, ut conuersio nostra ad eum, conflictantibus calamitatibus, totis fidelis clamoris uiribus audiatur. iam autem ipse clamor ad eum noster erit requies et ipsa confessio deprecandi maxima est pars salutis. et idcirco ait: ad te, domine, cum tribularer clamaui, et exaudisti me. ipse enim solitus est precantibus dicere: ecce adsum.

10. Et quia adest, de his, quæ consecuntur, rogandus est: domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. hæc enim sola tribulatio iustis periculosa est, malæ adhortationis societas et pestiferi consilii consuetudo. a qua animus referendus est et aures obstruendæ sunt. distinxit autem labia iniqua et linguam dolosam. et quidem iniquitas inuerecunda est, palam audet, palam molitur, palam perficit. hi sunt, qui abnegantes deum nullum humanis rebus adserunt relicum esse in religione dei profectum; sed solum hoc sibi

6 I Cor. 15, 33. 17 Esai. LII, 6.

2 in infernum *RPT* nos in infernum *E* 5 scismata *RPT* 6 colloquia *PTE* consilia *R sed cf. Sabatier III, 717 et Hartel Lucif. p.* 25 8 enim & undique *R* 10 ui et fraude *T* 11 dominatum *PT* 14 noster *PT* nr̄ *R* nostra *E* confessio depraecandi *G* conuersio depraecandi *PR* conuersio deprecandi *T* maxima est pars *R et G ut uidetur* (maxima est ***) maxima pars est *PT* maxima pars ac spes est *E* 17 praecantibus *GR* 18 et qui *G* consecuntur *P* consequntur *R* 19 animam meam *PTe* (*P* meā *supr. add.*) animam eam *V* animam *Rb* et a lingua (et *in marg. add. P*) *VPe* a lingua *RTb cf. p. 551, 15* 21 pestifera *T* 24 perficit *ex* perfecit *P* 26 relicum *G* reliqum *R* reliquum *ex* reliquam *P* in regione *G*.

bonum esse, quod luxui et corpori uiuant adimentes deo curam, prouidentiam, arbitrium, potestatem. horum ergo labia sunt iniqua. dolosæ autem linguæ opus fallax est et per simulationem noxium, quod sub religionis nomine euertat religionem et per uitæ spem deducat in mortem. hæreticorum quoque ista mendacia sunt, prophetarum dictis et euangeliorum uirtutibus et apostolorum perscriptionibus mendacio occultatis aliter omnia tradere et docere quam scripta sunt. ab his igitur per dei misericordiam orantes liberamur et inter eorum tribulationes clamantes ad deum exaudiemur.

11. Sed sequitur: quid detur tibi et quid adponatur tibi ad linguam dolosam? bene ad id, quod dictum est: ad te, domine, cum tribularer clamaui, et exaudisti me: domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa, subicitur: quid detur tibi, et quid adponatur tibi ad linguam dolosam? ut per prophetam impleretur, quod a domino dictum est: ecce adsum tibi, tamquam in ipso puncto imprecationis hæc domini uox refertur: quid detur tibi et quid adponatur tibi ad linguam dolosam? frequenter autem interrogantis domini sermonem legimus et in nouo et in ueteri testamento, ut ad Adam: ubi es Adam? ut ad Cain: ubi est frater tuus? ut ad turbas, cum mulier fimbriam attigisset: quis me tetigit?

22 Gen. III, 9. Ibid. IV, 9. 23 Marc. V, 30; Luc. VIII, 45.

1 b.num esset *G* adimentes *ex* ademententes *P* 3 *sic RPT, cod. V, qui et in hoc ps. ubique decurtatus est, haec habet:* dolosa autem lingua opus est fallax quod per uitae temporalis spem deducit in mortem 5 hereticorum *VRT* 6 *uerba* prophetarum — occultatis, *quae GRPT praebent, om. V* 7 persoribtionibus *G* praescriptionibus *RPTE* m̄dacio *supr. scr. P* 8 dī *add. m. 2 V* 9 eorum *VRPT* illorum *E* 10 ad dm̄ *GVRE om. PT* 11 sed sequitur *R* sequitur *PTE* sub hoc subsequitur *V* et quid *VRP¹T* aut quid *P²e* adponatur *GRPTE ex* adponitur *m. 2 V* 13 *de iis, quae in P post* tribularer *usque ad p. 556, 21 desunt, cf. Acad. p. 74* 14 animam meam *RTE* animam *G cf. p. 550, 19* 15 et a lingua *GRe* a lingua *Tb* 17 impleretur *Rb* impleatur *Te* 18 imprecationis *TE* interpretationis *R* 19 quid detur *R* et quid detur *TE* 21 sermonem *R* personam *TE* 23 fimbriam *RE* fimbrias *T* tegit (ti *supr.*) *corr. m. 1 R.*

ut ad discipulos: quem me dicunt homines? uos autem quid dicitis? non ille doceri uult, qui scrutans corda et renes deus est, cogitationum nostrarum inspector est, sed per confessionem interrogatorum aut peccatis ueniam aut fidei honorem redditurus interrogat. denique Adam confessus ueniæ reseruatus et glorificatus in Christo est: Cain negans maledicto diaboli adæquatus est; est enim iam a principio designatus homicida. confessa mulier fide sanata est; respondens fide Petrus claues cæli sortitus est. atque ita omne spei nostræ præmium in confessione consistit, ut ea, quæ consequi nos posse credidimus, consecuturos esse testemur.

12. Et idcirco quædam a propheta interrogationis est facta conuersio; sed fidei digna consecuta responsio est. ad id enim, quod quæsitum est: quid detur tibi et quid adponatur tibi ad linguam dolosam? id est: quid tibi aduersus falsitatem eius præsidii adferatur? responsum est: sagittæ potentes acutæ cum carbonibus desolatoriis. solæ enim sunt domini potentes et acutæ sagittæ, quæ linguam dolosam ualent configere habentes in se uirtutem perurendæ fraudulentiæ atque uastandæ; de quibus in septimo psalmo ait: sagittas suas arsuris operatus est; quæ sibi utraque conueniunt. dei enim uerbum omnem nequitiam configit et omnem sensum petulantiæ conuulnerat et ipsum illum uehementissimum mortis aculeum conpungit. namque peccator cum audiat deum æternum, deum mundi conditorem, deum iudicem,

1 Matth. XVI, 13 sq. 21 Ps. VII, 14.

1 homines *RT* (*G?*) homines filium hominis *E* 2 quid *GRT* quem me *E* 3 cogitationum *G* et cogitationum *RTE* 4 interrogatorum *GTR* (*in R* torū *in uersu exeunte add. m.?*) 8 sanata *RE* sana *T* respondens — sortitus est *om. T* 9 adque *R* 13 conuersio *RE* con[fes]uersio *T* 15 id est *VRE om. T* 16 eius *VRT* huius *E* 17 potentes *VRb* potenti[e]s *T* potentis *e* cū *RTE cf. Sabatier II, 249 et LXX* (*ubi σὺν*) *in V* desolatoriis *VRE* desolationis *T* 18 sunt dnī potentes et *R* sunt domini potentes sunt et *T* domini potentes sunt et *E* 19 ualent *R* ualeant *TE* perurendae *RTE* perimendae *ed. rec.?* (*cf. adn. Bened.*) 20 fraudulentiae *GRTe* fraudolentiae *b* 25 mundi conditorem *RE* mundi čditorem *ex* munditorem *T*.

seseque hominem intellegat deo debere, quod natus sit, quanto doctrinæ dei telo conscientia eius errorque ferietur, cum se igni inextinguibili, separatum ut paleas tritico et desolatum bonorum fructuum consortio, cognoscat urendum? cuius doctrinæ per apostolos reuelandæ in psalmo altero meminit dicens: sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. has potentes sagittas, hos carbones desolationis dari sibi fidelis quisque orat et ad linguam dolosam expectat adponi emendandis his, qui tribulant, uel doctrinæ telo uel metu pœnæ.

13. Sed et beatus Iob hostem suum, quo confixus fuerat, ignorans cruciatus corporis sui et dolores sagittas domini esse dixit dicens: sagittæ enim domini in corpore meo sunt, quarum indignatio ebibit sanguinem meum. et forte has quoque ultricium pœnarum sagittas aduersus labia iniqua et linguam dolosam inprecetur propheta, quibus confixa cum lingua dolosa uniuersa labia perurantur.

14. Quamquam sint plures, qui spiritaliter suscepta a fidelibus cælestis doctrinæ præcepta sagittas uelint existimari et carbones desolationum peccatorum emundationem, atque ita accipiendum putent carbones desolationis, quia dominus dixit: ignem ueni mittere in terram; et quid uolo, si iam accensus est? non est autem dubium, peccatorum eum ablutionem et remissionem attulisse; quem ignem iam accensum esse dixerit, quia per eum uitiorum omnium fiat sordiumque purgatio. accommodant autem ad hoc illud, quod dictum ad Esaiam est, cum per forcipem carbone conprehenso labia eius contacta sunt: ecce abstuli iniustitias tuas et peccata tua purgaui.

6 Ps. LXIII, 8. 12 Iob. VI, 4. 21 Luc. XII, 49. 27 Esai. VI, 7.

2 doctrinae dei telo *RE* ***** nae dĩ loco (?) *G* doctrinae telo *T* 3 tritico *R* a tritico *TE* 9 telo *TE* zelo *R* 10 ostem *R* 13 ebibit *RT* obibit (?) *G* 14 aduersus *GE* aduersũ *RT* 15 inpraecetur *GR* 16 labia perurantur *GRe* labia iniqua perurantur *Tb* labia dolosa peru- u rãtur *a* 19 desolationum *Ge* desolatorum *R* desolationis *Tb* emndationem *G* adque *GR* 20 dixit *G* dixerit *RTE* 23 abluitionem *G* quem *G* cũ *R* quam *Tb* in qua *e* 24 per eum *RE* *** cum (?) *G* per eam *T* 25 illud *RTE* id ad (?) *G*.

15. Sagittam autem ipsum dominum nuncupatum in eodem Esaia meminimus hoc modo: posuit me ut sagittam electam et in pharetra sua abscondit me et ait: **grande tibi est hoc, uocari te puerum meum.** esse itaque intellegimus etiam hunc utilem sagittam et potentem. confixis uitiorum nostrorum aculeis salubri nos uulnere utilique penetrantem; de qua sagitta sponsa illa in Canticis dixerit: uulnerata dilectionis ego sum.

16. Sint ergo hæ sagittæ utrumque in modum expectatæ, uel in pœnam conscientiæ iniquos ac dolosos configentes uel in dilectorum sibi corporibus peccata et uitia uulnerantes; sitque uel deuastans carbo uel purgans, dummodo abnegantes deum per pœnam absumat, purget autem ad perfectam innocentiam confitentes.

17. Sed quæ ad superiora dicta sequens prophetæ responsio est? heu me! quod incolatus meus prolongatus est! bona non possunt uideri uere bona a nobis iudicari, nisi expetantur. nam quomodo fidem iudicii nostri, nisi eorum, de quibus bene iudicauerimus, efficientia præstabimus? bonam pudicitiam existimamus: qui ergo opinionis nostræ fructus, nisi in ipsa pudicitiæ adpetitione consistet? bona est innocentia: sed nisi festinantes atque exercentes eam uere ita sentire non intellegemur. mentium enim iudicia non uerbis significanda sunt, sed rebus explenda. conuenit igitur prophetam, expectantem post sagittas domini et illos carbones desolationis beati illius regni et æterni temporis gloriam, id, quod expectat, desiderare. et desiderat plane. neque solum desiderat, sed moras odit et ipsam illam non potiundi iam desiderii tanti

2 Esai. XLIX, 2 sq. 8 Cant. II, 5 (LXX).

1 in eodem esaia (isaia *RT*) meminimus *RTE* eseias ostendit *V* 2 hoc modo *RTE* hoc modo dicens *V* posuit *V* et posuit *RTE* ut *V cf. Sabatier II, 600 adn.* tamquam *GRTE* 3 in faretra (pharetra *E*) *VE* faretra (pharetra *T*) *RT* 4 est hoc *GVTE* hoc est *R* 5 hunc *R* hunc *b* hanc *Te* 7 penitrantem *T* 9 expectate *R* 11 corporibus sibi *R* 17 uideri *RE om. T* 18 expetantur (tantur *in ras.*) *R* 21 bona est *Rb* bona *Te* 23 intellegimur *R* mentium *RE* amantium *T* 25 desolationis *RTE* desolatorios *V* 28 moras *RTE* omnes moras *V* illam *om. T* potiundi *Re* potiendi *Tb*.

dolet dilationem dicens: heu me! quod incolatus meus prolongatus est.

18. Querellam istiusmodi a plurimis sanctis frequenter audiuimus, tarditatem spei suæ morosa corporum dissolutione deflentium. dominus in euangeliis docuit accelerationem regni cælestis orandam. inpatientem enim caritatem esse eorum, quæ amet, conuenit; atque ideo dici oportet, quod ut dicamus a domino præcipimur: adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua. Paulus beatus in habitatione corporis sui congemescit, per incolatum carnis peregrinari se a deo conquerens. ex quo contra peregrinandum in carne scit sibi esse, ut ei cum deo sit incolatus; sed tamen melius ei esse dissolui et cum Christo esse. Ecclesiastes ait: et laudaui omnes, qui mortui sunt, super omnes, qui uiuunt usque nunc: liberata scilicet per dissolutionem corporis anima, onere atque consortio eam esse infirmis huius et periculosæ carnis exutam. in hoc igitur nimium sibi prolixo in corpore incolatu congemescit propheta, festinans peregrinari a terrenis et incolere cælestia, ut derelictis corruptibilibus atque præsentibus consequatur inuisibilia et æterna.

19. Iob sanctus et testimonio dei dignus non solum corporis istius incolatum congemescit, sed ipsam illam natiuitatis suæ diem maledicit dicens: pereat dies, in qua natus sum,

8 Matth. VI, 10. 9 Rom. VII, 24. 12 Phil. I, 23. 13 Ecclesiastes IV, 2. 23 Iob. III, 3.

3 quaere=lam *(eras. l)* *R* querelam *TE* 4 tarditatem *R* de tarditate *TE* morosa corporum dissolutione *scripsi* morosam corporum dissolutione *R* morosam corporum dissolutionem *Tb* et morosa corporum dissolutione *e* ex morosa corporum dissolutione *coni. Bened. in adn.* 5 in euangeliis *R* in euangeliis suis *TE* 7 quae amet *RTb* qui amant *e* 8 praecipimur *RE* praecipit *T* 9 tua *V²RTE om. V¹* in habitatione *Re* inhabitationem *Tb* 10 congemescit *R* congemiscit *TE* conquaerens *R* 11 ex quo *Re* quo *Tb* 12 esse dissolui *Rb* esset dissolui *Te* 13 ecclesiastes *R* aecclesiastes *T* et Ecclesiastes *E fort. recte* 15 corporis *RE om. T* 16 eam esse *RTb* atque etiam *e* infirmis *E* infirmae (ae *in ras. m. 3?*) *R* infirmis *ex* infirmae *T* huius et *RT* huius atque *E* 18 congemiscit *TE et sic in seq.* 23 dies in qua *R* (ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ LXX) dies ille in quo *TE*.

et nox, in qua dixerunt: ecce masculus; et Hieremias similiter: maledicta dies, in qua genitus sum; maledictus nuntians patri meo et dicens: quia natus est tibi masculus. atquin idem a domino audierat: priusquam te formarem in utero, noui te; et priusquam exires de uulua, sanctifiuaui te. quid ergo? maledicit cœpisse se, qui ante quam esset, et deo cognitus et sanctificatus a deo est? absit istud. non enim hoc in se, quod sanctificatus est, odit, sed ea, quæ in sanctificationem consecuta sunt, maledicit, prouectum se scilicet per incrementa corporis in has molestias corporei incolatus. formatus enim intra matris uuluam et per uirtutem creatoris sui in substantia animæ ad dei imaginem figuratus non conceptus et figurationis suæ ortum. sed eum, qui ex incremento accessit, profectum editi corporis congemescit, in quo sibi in malis sæculi et infirmitatibus carnis uitiisque uiuendum sit. iam tamen conformato in utero et in uulua sanctificato, specie in se originis cælestis æterna, non ambiguum, quin ex dei sanctificatione post legem mortis huius esset mansurus æternus.

20. Sed prophetæ huius non in multum longe alius affectus est, quam Iob atque Hieremiæ. non enim incolatum, sed prolongatum incolatum suum queritur. nam post prolixi huius incolatus sui querellam consequitur ad id, quod ait: heu me! quod incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar. Cedar gens est Ismahelitarum

2 Hierem. XX, 14 sq. 4 Hierem. I, 5.

1 ecce masculus *RT* ecce masculus natus est *E* 2 genitus sum *RE* *ex* natus sum *T* 4 adquin (in *in ras. m. 1*) *R* atqui *Te* 6 de uulua *Tb* deuulsa *R* de uentre *e* maledicit coepisse *Re* maledicat esse *Tb* 7 esset *TE* eet *R* cognitus et *RT* cognitus est et *E* 9 in sanctificationem *Rab* sanctificationem *Te* 10 se scilicet *Rb* scilicet *Te* 12 in substantia *Tb* in substantiam *Re* 13 & figurationis *R* nec figurationis *TE* hortum *R* 16 iam *om. R* confirmato *R cf. Acad. p. 46* 18 sanctificatione *RTb* significatione *e* 20 in multum *R* multum *TE* 22 quaeritur *RP* *uerba* nam post — consequitur, *quae extant in RE, om. PT* 23 quaerelam *ex* quaerellam *R* 24 habitaui *VRP* et habitaui *TE* 25 caedar *VR et sic in seq.* ismahelitarum *VR* hismahelitarum *PT.*

deserta incolens, cuius fines usque Medos et Persas proferuntur. Cedar enim Ismael filius fuit Genesi testante: primitiuus, inquit, Ismael Nabaioth et Cedar. hi sunt nunc Saraceni nuncupati. qui ergo psalmos istos terreno ingenio intellegendos putant, id uolunt ex persona populi captiui prophetam conquestum fuisse, quod in habitaculis Cedar longus ei fuerit incolatus. sed uirtutem uerbi non intellegentes nec prophetæ spiritum sentientes auctoritatem nominis ad confirmationem stultæ opinionis assumunt, psalmo omnino nihil, quod captiuitati populi congruat, continente.

21. Cedar enim secundum hebraicam linguam id est, quod nobiscum pronuntiatur obscuratio. in hoc enim obscuro tenebrosoque corporum habitaculo inuisibilis illa animarum nostrarum conformatio continetur, habetque hunc contagiosi incolatus sui carcerem cælestis naturæ captiua generositas. meminit huius tabernaculi sponsa illa in Canticis canticorum dicens: nigra sum et formonsa sum, filia Hierusalem, sicut tabernaculum Cedar: ex tabernaculis huius obscuritatis confessa se nigram, sed non abnuens, quia Christi sponsa sit, se esse formosam. omnis enim se spondens Christo in specie iam consistit æterna. in his nos inluminari tabernaculis dominus præcepit dicens: lucerna corporis tui est oculus tuus,

2 Gen. XXV, 13. 16 Cant. I, 4. 22 Matth. VI, 22.

1 incolens *VRE* incolis *PT* usque medos *VRPT* usque ad Medos *E cf. Acad. p. 106 et Wölfflin Arch. IV, 56* 2 ismael *VP* ismahel *R* hismahel *T et sic infr.* *inter* fuit *et* genesi *del.* illut *m. 2 V* 3 inquid *R* nabaoth (i *supra*) *R* nabaioht *P* naueoth *V* hi *VRP*[2] hii *P*[1]*T* 5 putant *RPTE* putauerunt *V* 6 ei *RPTE* illi populo *V* 7 non intellegentes *RPTE* nō sit (c *supra*) intellegere debemus *sequentibus usque ad* continente *omissis V* 9 omnino *PTE* omni *R* 10 congruat *RTE* congrua *P* 11 haebraicam *R* hebreicam *V* id est quod *RPTE om. V* 12 in hoc *RE* hoc *PT* 14 confirmatio *e* 17 et formonsa sū *VP*[1] et formosa sum *RT* et formosa *P*[2]*b* sed formosa *e* filia *Va cf. Sabatier II, 376* filiae *RPTs* tabernaculum *VPT* tabernacula *Re* 18 ex tabernaculis *RP*[1] ex tabernaculi *TE* ex tabernaculo *P*[2] obscuritatis *RP* obscuritate *TE* 19 nigram *PTE* nigramq *R* (*an* nigram quidem?) quia *RPE* quae *T* se esse *PTE* esse *R* 20 in specie *RPTb* in spe *e* 21 consisit aeternam *P*.

et si lumen, quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ sunt? et rursum: uos estis filii luminis, non filii tenebrarum.

22. Seruauit autem etiam hanc rationem propheta, ut cum habitationibus Cedar habitauerit, non in habitationibus. licet enim sancti in carne uiuant, tamen, si habeant arma militiæ non carnalia, sed potentia deo, cohabitabunt tabernaculis Cedar, non inhabitabunt. peregrinantes enim a corpore ut dei accolæ audient ab apostolo: uos autem non estis in carne, sed in spiritu; si tamen spiritus dei habitat in uobis. sic ergo habitauit, ut cohabitaret habitantibus, ostendens in eo, quem doleat, incolatu se esse peregrinum. et quia iniquorum consortium et cohabitationem habitantium in obscuritatibus odisset, quamquam de futuro iam questus esset, adhuc etiam de præterito ait: multum incola fuit anima mea, in multis scilicet tribulationibus labiorum iniquorum et linguæ dolosæ, ob quas ad dominum proclamauit.

23. Sed cuiusmodi incolatus sibi fuerit, ostendit dicens: cum his, qui oderant pacem, eram pacificus. hoc proprium et dignum prophetæ est, simultates et motus naturæ alienæ uoluntatis suæ pace cohibere et infidas quasque animorum ac turbulentas affectiones omni placabilitatis modestia continere. et hæc dominus docuit pacificans ipse in semet, quæ in cælis et in terra sunt, orare pro persequentibus, neminem odisse.

1 Matth. VI, 23. 2 I Thess. 5, 5. 9 Rom. VIII, 9.

1 si lumen quod in te est tenebrae sunt *PTE cf. Sabatier III, 36* quodsi oculus tuus tenebrosus *R (librarius ad uersiculum antecedentem sacri textus aberrauit)* 4 cum habitationibus *PTb* cum habitantibus (ntib *in ras. 1*) *R* cum habitantibus *e* 7 militiae *RTE ex* miliae *P* tabernaculis *PTE* in tabernaculis *R cf. de loco uniuerso ac de sententia adn. Bened.* 8 non inhabitabunt *E* non = = habitabunt (in *supr.*) *P* non & habitabunt *RT* 9 accolae *R (ubi* cco *in ras.) PTE* 11 habitantibus *PTE* habitantes *R* ostendens *RE* contuens *PT* 12 incolatu se esse *RTE* incolatu'esse *P* peregrinū *PTE ex* peregrinā *corr. m. 1 R* et *PTE ex* tum et *corr. R* 13 cohabitationem *RT* habitationē *V* cohabitationes *E* conhabitationibus *P* 15 animea *V* 18 cum is qui oderant *V cf. Sabatier II, 250* cum odientibus *PTE* cum odientes *R* 20 motus *PTE supr. scr. m. 1 R* 21 pace *RTE* pacem *P*.

amare inimicos. et apostolus monet: si possibile est in uobis, cum omnibus hominibus pacem habentes. et dominus hanc ueluti praceptorum summam consignat: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. hæc igitur conseruabit corda nostra in Christo, hæc nos patriarchis adæquabit, hæc etiam eos, qui pacem oderunt, per pacem obsequentes in pace retinebit.

24. Sed prophetæ restat et aliud officium. doctrinam scilicet dei uniuersis constanter ingerere et uerbum uitæ æternæ iugiter prædicare. non inmemor quoque huius fuit ministerii; nam ait: cum loquebar illis, inpugnabant me gratis. erat quidem pacificus cum pacis inimicis, sed prædicationem pacis ipsius oderant pacis inimici et ad doctrinam dei commouebantur, quos per modestiam prophetæ silentium eius in pace cohibebat; atque ita cum inimicis pacis propheta pacificus est et prædicare pacem propheta non desinit, sed pacis prædicatorem inimici pacis inpugnant.

PSALMUS CXX.

Canticum graduum.

Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi et reliqua.

1. Secundum hunc psalmum canticum graduum aliqui referendum esse ad personam domini et saluatoris nostri existimant aptantes maxime ei dictum hoc: per diem sol non uret

1 Rom. XII, 18. 3 Ioh. XIV, 27.

1 *uoces* et apostolus — est in uobis, *quae extant in RE, om. PT* 2 cum hominibus pacem habentes *R cf. Sabatier III, 642 (prob.* cum omnibus hominibus pacem habentes) cum omnibus hominibus pacem habeatis *e* cum omnibus pacem habeatis *b* cum omni homine (homi ne *P*) pacem habere *PT* 12 pacificus *RPTE* profeta pacificus *V* inimicis V^2RP^2TE inimicus V^1 inimici P^1 15 cohibebat VRP^2T conhibebat P^1 Explicit psalmus CXVIIII incipit psalmus CXX *V* Explicit psalmus CXVIIII incipit XX *(sic) R* Finit psalmus CXVIIII incipit psalmus CXX *P* Expl. CXVIIII incip. CXX *T* 20 in montes *ex* in monte *m. 2 V* auxilium *V cf. infr.* adiutorium *h. l. R* 22 canticum *RPa (cf. Stud. 1886 p. 341)* canticorum *Tb* 24 ei *in ras. RP.*

te. neque luna per noctem. inpletam enim hanc prophetiam eo tempore putant, quo in passione domini sole obscurato nox intercessit. sed iudicio horum nihil decerpimus. neque enim sensum intellegentiæ huius arguimus, uniuscuiusque arbitrio relinquentes, quid ex his, quæ aut legerint aut intellexerint, sequi magis uelint. nos tamen non potuimus sermonem nostrum nisi his, quæ intellegebamus, aptare.

2. Leuaui oculos meos in montes. humanæ mentis natura ea est, ut si cogitatione aliquid contemplemur, talem se nobis unaquæque species exhibeat, qualem eam et cogitando formemus. quoquo enim mentis nostræ oculos intenderimus, id ipsum, in quo defixi sunt, referunt ad sensum. et ut planius intellegi id, quod dictum est, possit, adferemus exemplum. si quis hiemis die uer cogitauerit et ornamentum eius lumine mentis inspexerit, oblitterata hieme, in qua sit atque algeat, totum ei in sensu suo uer cum habitu suo ornatuque consistet. adeo mentis oculi oculis corporis præstant, ut ineunte in nos obliuione præsentium totos nos obtineat quidam quasi animo præsumptus usus absentium. hoc igitur quo spectet, mox uidebimus.

3. Leuat in montes propheta oculos. quosnam oculos? nempe de quibus scriptum est: reuela oculos meos, et cognoscam mirabilia de lege tua; et rursum: præceptum domini lucidum, inluminans oculos. numquid non isti oculi nostri corporali lumine ad contemplandum accensi sunt? numquid non naturam uidendi sortiti sunt? quæ inluminatio uel quæ reuelatio erit necessaria? deinde quæ uisuri mirabilia in lege? nisi forte in casis festa frondium, in templo pecudum sanguinem, in pascha agni uictimam,

22 Ps. CXVIII, 18. 24 Ps. XVIII, 9.

2 quo -= *P* 3 iudicio horum (o horum *in ras. m. 1*) *R* iudicio eorum *PT* iudiciorum *α* 9 natura ea *V* natura *ex* naturae *R* naturae *PT* contemplemur *ex* contemurmplemur *m. 2 V* talem *RPT* talis *V* 12 in quo defixi *RPT* in quod fixi (in *add. m. 2*) *V* sunt *ex* sumus *m. 2 V* 16 totum & *R* uer — suo *om. R* 21 leuat *RPT* leuauit ergo *V* 22 scribtum est *VP* 23 de lege tua *VRe* (*ita etiam p. 381, 7 VRCp*) ex lege tua *PT* 28 mirabilia *R* in casis *GRT* in causis *P*.

in summa religionis sabbati otium? et, ut puto, fieri hæc ab his, qui spectatores aderant, uidebantur. non ergo in id reuelandi sunt oculi, quod cernebatur, sed ad id, quod intellegi optabatur in lege.

4. Mentis ergo oculos propheta eleuauit in montes. quosnam in montes? non utique in hos lucis atque aris profanatos et conuentibus impios, neque illos siluis horridos, saxis nudos, præruptis inuios, niuibus concretos; quid enim in his admirationis aut spei situm est? sed montes accipimus propheticos libros ex terra in altum eleuatos, per quos sit in superiora conscensus et gradus in æterna. poterimus autem et montes existimare angelica ministeria, cælorum uirtutes et potestates, quarum ministerio nobis in sublimia præstatur ascensus. si enim secundum Danielum dominus ipse mons magnus est, non ambigendum est montes eos nuncupari, qui præcepti eius et uoluntatis et communicandæ in nos beatitudinis sunt ministri.

5. In hos igitur montes propheta oculos cordis eleuans horumque intra se omnium monita, ministeria, officia, dona contemplans et in his intellegentiæ suæ lumen intendens reddidit sensui suo contemplatæ speciei integram perfectamque naturam et totum id, quod cogitatione uiderat, mente continuit sciens, unde uenturum esset auxilium ei, dicens: u n d e u e n i e t

1 religionis *RPT* *** onis *G* religione *E* otium *ex* totium *R* et ut *RP* sed ut *T* 2 qui spectatores *Re* quia spectatores *PT* in id *GVRPT* ad id *E* 3 *uerba* sed ad — optabatur, *quae in VRT extant, om. G, in marg. add. P* 4 optatur *V* 5 ergo *om. V* propheta eleuauit *VPTR (in R litt.* ta e *in ras.)* profetae **** *G* mones *G* 6 in montes *VPT* montes *Re* in his *G* 7 neque illos *GR* neque in illos *PTE* 8 admirationis *GRPT* aut admirationis *E* 10 eleuatos *GV* elatos *RPT* 11 *uerba* et gradus in aeterna, *quae sunt in GRPT, om. V* existimare *GRPT* intellegere *V* 12 angelica *GRPT* euangelica *V* ministeria *GRPT* mysteria *V* caelorum *G* et caelorum *VRPT* quarum *GRPT* quorū *V* 13 in sublimia *GRPT* in caelu^{m} *V* 14 danihaelum *R* danihelum *T* danielem *P* 15 praeceptis *P* 17 oculos cordis *VR* oculos *PT* releuans *P* 19 et in his *GRPT* et in his igitur *V* 22 sciens *RPT* insciens *V* unde *VRPT* unde ei *E* auxilium ei *V* auxilium & *R* auxilium — dicens *om. PT.*

auxilium mihi. statimque sibi beata confessione respondit: auxilium meum a domino, qui fecit cælum et terram. ad montes quidem oculi eleuantur, quia per eos est doctrinæ ministerium, profectus, ascensus. sed cum confitendum sit, unde ueniat auxilium: auxilium a domino est, qui fecit cælum et terram. hæc felix fides est, hæc uera confessio, hæc spes æterna et cælestis benedictionis digna muneribus.

6. Denique quia prophetia omnis in spiritu est, statim beatam hanc eius confessionem per personam prophetæ sancti spiritus consecuta benedictio est: non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui custodit te. sensus ipse significat conuersionem factam esse personæ. ad eum enim, qui superius locutus est, sermo conuersus est: ne det in commotionem. quis? nempe qui fecit cælum et terram. pedem tuum. cuius? quæremus. namque eius, qui leuauit oculos in montes et qui confessus est, quod auxilium esset a domino. sed et illud, ne det, optantis et benedicentis affectus est. et quis optabit? ille scilicet, qui nobis est præter dominum alius aduocatus, de quo ait: et alium aduocatum mittam uobis, qui et loquitur in prophetis. quid ergo aduocatus hic loquitur? confessorem scilicet fidei huius speique benedicit: ne det in commotionem pedem

19 Luc. XXIV, 49; cf. Ioh. XIV, 16.

1 statimque — respondit *om. R* statimque *ex* statimquae *V* respondet *V* 3 ad montes — caelum et terram *in marg. inf. add. P* doctrinae *ex* doctrina *R* 4 profectus, ascensus *PT* pfectus accessus *R cf. Acad. p. 20* 5 ueniat *PT* ueniet *R* auxilium a dño est *GR* auxilium meum a domino *VPT* 6 fides est *RPT* fides *V* confessio *RPT* confessio est *V* 7 spes *RPT* species *V* et caelestis *RPT* e caelestis *V* benedictionis *RPT* benedictione *ex* benedictionis *m. 2 V* 9 p personam *R* ** personam *G* personam *P* in persona *T* ad personam *e* 10 non *V* ne *RPT* 11 qui *add. m. 2 V* 12 factam *in ras. P* 15 quaeremus *R* quaerimus (i *ex corr.*) *P* quaerimus *TE* l-euauit *P* 16 et qui *R* et quid *PT* auxilium *RP*[1]*e* auxilium eius *P*[2] (ei' *supr. add.*), *T* 18 optabit *RP* optat *T* optauit *e* 20 mittā *R* mittet *PT* mitto *e* 21 scilicet fidei huius *RPT* utique huius fidei *E* 22 speiq *R* speique *T* spei qui *P* et spei *E* in commotione *G*.

tuum, neque dormitet, qui custodit te. sed utraque hæc indigna deo sunt, ut et commotioni tradat et dormitet et post custodiæ uigiliam ex quadam laboris continuatione requiescat. sed antequam id attingimus, quid in pede significationis sit, tractandum est.

7. Pes est pars corporis omne corpus in res efficiendas agendasque circumferens. et quia scriptura per corporalia spiritalia docet et inuisibilia per uisibilia demonstrat, sub pedis nomine motus mentis nostræ incessusque significat. ut in hoc eodem propheta: mei autem paulo minus moti sunt pedes. utique hi semper carnales mouentur in corpore: et quomodo periculi res est, quod pæne sint moti, quorum ut semper moueantur proprium officium est? sed et in euangeliis dominus pedes alios significans dextrum scandalizantem iussit abscidi dicens: et si pes tuus dexter scandalizat te, abscide eum. numquid si in pede dextro scandalum est, minus scandalizabit sinister? aut quid illa pars corporis potest temptationis adferre, cum ipsa absque aliquo adpetitionis affectu solum in se habeat ministerium necessariæ seruitutis? ergo ut oculi mentis, ita et pedes intellegendi sunt habentes in se et intellegentiæ uisum et uoluntatis motionem.

8. Non est autem intellegendum, quod ideo ista benedictio sit: ne det in commotionem pedem tuum, tamquam deus aliquos tradat in uitia, in quæ pedibus corruptæ mentis

10 Ps. LXXII, 2. 15 Matth. XVIII, 8; cf. V, 29.

4 attingimus *GR* attingamus *PTE* 6 efficiendas agendasque *GRPT* agendas efficiendasque *V* 7 per corporalia spiritalia docet *GR* spiritalia per corporalia docet *T* per corporalia docet *P* 10 paulo minus *in marg. add. T (in textu habet:* pene*)* 11 *uerba* utique — abscide eum, *quae extant in GR et ex parte in V, om. PT (in T spatium 2 linear. uac.)* hii *R* 12 paenae *R* 13 propriūm *(sic) R* 14 dns *V om. R* significans *GR* significat *V* 15 abscidi *GVRa* abscindi *e* scandalizat te *GR* scandalizat *V* 16 abscide *GR* abscinde *V* numquid si *GRP* nunquid *T* 17 scandalizabitur *G* 18 aliquod *R* affectu *ex* affectus *R* 19 in se *GR* in re *PT* 20 ita et *GRPT* et *V* 23 in commotione *G* 24 dš aliquos *RTP (P* aliquos *supr. add.)* aliquos deus *E.*

inuehimur. non ille nos tradet: sed cum ab eo per peccata discessimus, et cum in peccatoribus ipse non habitet, discessionem nostram ab eo consequitur abscessio eius a nobis, quia nos ab eo per peccata discedimus. et discedente eo a nobis in omnes delictorum foueas incidimus et per amplissimam mortis uiam currimus dominatui dæmonum subditi, quibus nos dei a nobis abscessio derelinquit. et desolatio eius idcirco traditio est, quia peccatores obtinere diabolus nisi deo ab his abscedente non poterit.

9. Ceterum nobis penes eum manentibus uel eo in nobis manente peruigil custodia est et indefessa munitio. uerum si per teporem fidei dormiamus, dormit et ipse nobiscum. non enim in æterna uirtute somnus aut requies est, cuius angeli et nomine et natura uigilantes sunt; hæc enim terrenis sunt corporibus necessaria: sed quia secundum fidem nostram aut uigilantem aut dormientem dei auxilium nobiscum aut uigilabit aut dormiet, idcirco dominus frequenter et uigilans significatur et dormiens. quo exemplo illud in hoc eodem propheta dictum est: cum sancto sanctus eris et cum peruerso subuerteris. numquid deus non semper sanctus est, ut etiam

19 Ps. XVII, 26.

1 inuehimur *GRT* inuehamur *ex* inuehemur *P* tradet *G* tradit *RPTE* *locum, qui sequitur, in mss. inde a PT et in editionibus ualde depráuatum, codd. GR auxilio restitui; ut totius rei planam imaginem depingam idemque breuitati consulam, h. l. tota sententia ex nostris fontibus exscribenda uidetur:* sed cum ab eo per peccata discessimus et cum peccatoribus ipse non h***** discessionem nostram ab eo consequitur abscessio eius a nobis *G* sed cum ab eo per peccata desciscimus et cum in peccatoribus ipse non ḥabitet, discessionem nostram ab eo consequitur et abscessio eius a nobis *Ra* sed cum ab eo (ab eo *infr. add. T*) abscedimus consequitur et abscessio eius a nobis *PT; de amplificata illa lectione, quae ex dittographia orta post editionem Frob. 1550 apud recentiores ubique legitur, cf. Stud. 1886, 335* 4 discedente *GPT* decedente *R* 7 derelinquit *ex* derelinquid *P* 8 a deo *R* 10 ceterum nobis penes (paenes *R*) *RPT* ceterum in nobis penes *G* 12 per teporem *VT* (m *in ras. T*) per tempora *P* tepore *R* et ipse nobiscum *V* ** ipse nobis cum *G* ipse nobiscum *R* ipse in nobis cum *P* ipse in nobis *T* 13 in aeterna uirtute *RT* (*in T post* uirtute *una litt. eras.*) in aeternā uirtutem *P* 14 uigilantes *VRP* uigilantes ^{es} *T* 19 subuerteris *Ge* peruerteris *RPT*.

aliquando peruersus sit? non utique. non enim quidquam nisi bonum in eo et æternum est: sed quia secundum uniuscuiusque mores ac studium unicuique deus adiacet, idcirco et peruersis auersus est et sanctus in sanctis est.

10. Atque ut ostenderet ex nostra potius ad fidem dormitatione somnum esse custodiæ neque in naturam custodiæ cælestis somni requiem conuenire, quia indefessa sit et æterna, statim conexuit: ecce non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israhel. imprecatus superius, ne dormitaret, nunc neque dormitare neque dormire ait; dormitationem superius ex nostra ab eo discessione significans, nunc autem neque dormitare neque dormire, quia sit æternitas indefessa, demonstrans. sed quis hic est, qui neque dormitet neque dormiat? ille scilicet, qui custodit Israhel. Israhel Genesis exponit eum esse, qui deum uiderit. Iacob enim patriarcha post luctam, quam cum deo habuerat, hoc nomen accepit. ultra humanam naturam deum contuens fidei suæ oculis dignus hoc nomine est. deum autem adeo uidit, ut benedici se ab eo precaretur. meminit et Paulus esse nunc in plebe gentium, id est in populo ecclesiæ Israhel dicens: pax super eum et super Israhel dei, ne forte nomen hoc antiquæ tantum illius plebis fuisse existimaretur. ergo si ille non dormit, qui custodit Israhel, et proprium Israhel nomen est deum uidentis: ille necesse est custodietur, qui eleuatis ad montes oculis uidit et dixit: auxilium meum a domino, qui fecit cælum et terram. inpenditur ergo fidei huic cælestis custodia et æternæ

15 Gen. XXXII, 28. 20 Gal. VI, 16.

2 et *om.* *P* 3 unicuique deus adiacet *RE* unicuique obadiacet *PT* et peruersis *PT* et in peruersis *R* *an* et a peruersis? 4 auersus est *R* auersus *PT* 5 dormitatione *Re* dormitione *PT* 8 conexuit *R* connexuit *PT* obdormi** *G* dormiet *RPT* 9 inpraecatus *GR* ne *RPT* nec *G* nunc neque neque dormitare *G* 13 dormiat *RT* dormitat *P* 16 humanam naturam *RT* humanam natura *P* 18 praecaretur *G* 20 hisrahel *P* 21 istrahel *G* 22 ergo si ille *scripsi* ergo ille *R* et si ille *PT* ergo et si ille *E* 24 custodietur *R* custodiatur *ex* custodietur *P* custodiatur *T* *cf. Arch. II, 318; Stud. 1889 p. 322* eleuatis *PT* aelatis *R* *sed cf. p. 174, 7 et 567, 19* 25 qui fecit — terram *om.* *R*.

uigiliæ munitionem confessio ista sortitur, quæ sectanda, obtinenda, retinenda est, numquam custodia eius in nos, quem sic confitebimur, dormiente.

11. Ac ne alicuius alterius insomnem custodiam demonstrari existimaremus, subicitur: dominus custodiet te, ille utique, qui fecit cælum et terram. dehinc custodiæ ipsius ratio distincta est: dominus protectio tua super manum dexteræ tuæ. iam et superius diximus, per ea, quæ corporalia sunt, significari incorporalia. infirmitas enim intellegentiæ nostræ consequi inuisibilia non potest, nisi per uisibilium conparationem: ut nunc id, quod dicitur, sensum nostrum nisi per nomen manus et dexteræ non adit, quamquam hic contra naturæ intellegentiam manus et dextera posita sit. sic enim dicitur: dominus protectio tua super manum dexteræ tuæ. absoluta res esset, si dictum ita esset: super manum dexteram tuam. at uero cum ita dicatur: super manum dexteræ tuæ, significari uidetur dextera, habens manus et dexteram et sinistram. hoc non recipit nec natura hominis nec sensus. uerum semper scriptura dexteram partem optimam atque utilissimam demonstrat. et quidem euangelia per eos, qui ad dexteram et sinistram sunt, significantiam intellegentiæ utriusque monstrabunt. manum uero effectum omnis operis accipimus. unde illud etiam ab hoc eodem propheta sic dictum est: libera me de ore leonis et de manu canis unicam meam. neque enim in hoc animal oblatrans et

20 Matth. XXV, 33. 24 Ps. XXI, 21 sq.

1 quae sectanda *GRPT* quae perfecte sectanda *E* optinenda *G* 2 quem si *G* 4 insomnem custodiam *scripsi* ins***nem custodiam *G* omnem custodiam *R* in somnum custodia *P* in somnis custodia *T* 5 existimaremus *G* existimaretur *RPT* custodiet *GPT* custodiat *R* 7 super *VPe* supra *RT* 8 *uerba* iam et superius — dexterae tuae (*lin. 14*), *quae erant in G et etiam nunc extant in R*, *om. PT* 12 adid *R* 15 absoluta res esset *PTE* absoluta res est *R* si dictum ita esset *R* si dicta esset *P* si dictum esset *T* si ita dictum esset *e* sup̄ *Re* supra *PT* 16 super *RPe* supra *T* 17 dextera *RT* dexterā *P* manus *R* manum *PTE* 19 dextrā *V* 20 utillimam *V* 21 ad dexteram et sinistrā *R* a dextera et sinistra *P* a dextera et a sinistra *Te* 23 illut *V* ab hoc eodem propheta (profeta *G*) sic (sic *om. R*) dictum est *GRPT* sic dictum est per profetam *V*.

rabidum pars huius corporis conueniret: sed ab operibus se malitiæ liberari deprecatur. ergo quia aduersantes nobis dæmonium uirtutes optima et ualidissima fidei nostræ opera debilitare et conuulnerare contendunt, idcirco super manum dexteræ custodia dei uigilatura promittitur, ut inlibata in nobis bonæ uoluntatis opera perseuerent, quibus manentibus æterni illius et beatissimi temporis regno abstersa omni infirmitate corporeæ labis utemur.

12. Nam id nobis in eo, quod sequitur, prophetæ spiritus pollicetur dicens: per diem sol non uret te neque luna per noctem. elementorum horum natura hanc in se efficientiam habet, ut unumquodque eorum in suo tempore humanorum corporum uires per demutationem inbecillæ in nobis substantiæ infirmet, ut sol calore, luna frigore adurat, sitque per annuum cursum talis eorundem conuersio, ut hiberno tempore sol non adurat luna adurente, sed soluat, rursumque æstiuis mensibus sol urat, et luna dissoluat.

13. Qui itaque hæc putant corporaliter intellegenda, quæro, quid asserant prophetam ei, qui in montes oculos suos eleuauerit, polliceri in eo, quod dicitur: per diem sol non uret te, neque luna per noctem? non enim manente natura corporis nostri natura quoque elementorum demutabilis fiet, ut non naturæ suæ in naturam nostram consuetudine perseuerent. aut numquid quisquam audebit hanc sibi in hoc sæculo firmitatem corporis sperare, ne aduri nocte ac die possit, beato

1 huius *R* eius *PT* conueniret *R* conueniebat *ex* conuenibat *P* conueniebat *TE* 2 daemonium *R* daemonum *PT cf. Stud. 1886, 341* 4 super *VRPTe* supra *b* manum *add. m. 2 V* 5 uigilatur *V* inlibata *ex* inliba*m. 2 V* 7 beatissimi *G* beati *VRPT* regno *GRPT* regna *V* abstersa *GRPT* detersa *V* 8 corporeae labis *GRPT om. V* utemur *GPT* utimur *R* utimur caelestia *V* 9 nam id *GRPT* nam et hoc *V* in eo *GRT* id eo *P om. V* profetae *G* prophetae *PT* profetiae *VR* 11 elementorum *GPT* haelementorum *R* 12 unūquoque (t *sup.*) *P* 15 annuum *R* anni *PTE* 16 se solnat *R* 19 asserant *RT* serant P^1 sperant P^2 22 quoque *RP* quoque (se *sup.*) *T* 23 non *om. P* perseuerent *PTE* perseueret *R*.

patriarcha Iacob perustum se noctis rigore et calore diei conquerente, cum dicit: et fui diei perustus calore et gelu noctis.

14. Sed propheta nunc uel spiritus per prophetam nouit illam beatitudinem temporum, in qua a nobis omnis demutatio corporeæ infirmitatis abscedet, in qua non frigus, non calor, non nox et demutatio, sed æterna dies et beata temperies sit iustitiæ in nos sole dominante. cuius temporis requiem iam in deserto dominus præformans populo suo diurnum calorem columna nubis et nocturnum frigus ac tenebras columna ignis temperabat. in hac igitur æterna temporum et beata temperie, quisque domini custodiam promeruerit, permanebit, ne natura corporis gelu lunæ et calore solis uratur, sed sæculi huius malis et iniuriis liberatus, in æternis et beatis et temperatis quiescens glorificati corporis sui sumat solidam indemutabilemque naturam.

15. Sequitur deinde: dominus custodiet te ab omni malo. et a quibus malis custodiet dominus? non opinor ab his, quæ putantur: hæc enim sunt infirmitati nostræ et corpori debita, mori, infirmari, egere; quæ si mala essent, et Abel uiueret nec Iob cruciatus esset nec Petrus pecunia, quam in eleemosynam poscebatur, eguisset. ergo fidelem animam ab

2 Gen. XXXI, 40.

1 rigore *RPT* frigore *E* conquaerentem *R* 5 a nobis V^2*RPT* nobis V^1 6 abscedet *VT* abscedit *RP* non frigus *ex* nobis frigus *m. 2 V* 7 et demutatio *om. V* aeterna *VPT* aeterna *ex* beata *corr. R* iustitiae in nos sole *VPT* iustitia in nos sola (*ex* solae) *R* 8 cuius *VRT* cum *P* deserto *RPT* aeremo *V* 9 *et* 10 columna *RPT* in columna *V* 11 in hac igitur aeterna *R* in hac igitur aeternorum *V* in hac igitur hoc terrena *P* in hac igitur hoc est aeterna *T* et beata temperie *om. V* quisque domini custodiam promeruerit *RPT* custodia quisque domini custodiam promeruit *V* 12 natura corporis *om. V* 14 magis *V* et *om. V* liberatur *V* *pro* in aeternis — glorificati *V* *habet:* in aeterno et requiem beato regno 15 glorificati *ex* glorificato *m. 1 R* demutabilemque *R* inmutabilemque *V* 17 custodiet *VPT* custodiat *R* 19 infirmitatis *P* 20 & Abel uiueret *Re* nec Abel mortuus *PT* 21 cruciatus *ex* crucianis *corr. R* 22 helemosynam *R* elemosinam *T* eguisset *RTE* p̄buisset (p̄ *in ras. a m. 2*) *P* animam *RPTE* animū *V*.

omni malo dominus custodit, id est, ne eam diaboli tinea corrumpat, ne fur obrepat, ne canis oblatret, ne lupus laceret, ne ursus desæuiat, ne pardus insiliat, ne tigris aduolet, ne leo uastet. hæc enim nunc sunt diaboli ministeria, hæc omnia eius in tempore sæculi huius officia sunt, uitiis consumere, blandimentis subrepere, obtrectationibus lacerare, ambitione insilire, lasciuiis aduolare et tota uirtutis suæ potestate uastare. ab hoc omni igitur malo dei expectanda custodia est. et quia in animam maxime sæuiat — nam debitum nobis est, ut aduersus eum pugnemus in corpore, non est enim nisi ex concertatione uictoria — idcirco subsequitur: custodiet animam tuam dominus, ne quid tot tantisque superius memoratis malis in eam sit potestatis.

16. Tenuit autem propheticus sermo ordinem suum dicens: dominus custodiet exitum tuum et introitum tuum ex hoc nunc usque in sæculum. non enim temporis huius et sæculi est ista custodia, non aduri sole atque luna et ab omni malo conseruari; sed futuri boni expectatio est, cum exeuntes de corpore ad introitum illum regni cælestis per custodiam domini fideles omnes reseruabuntur, in sinu scilicet interim Abrahæ collocati, quo adire impios interiectum chaos inhibet, quo usque introeundi rursum in regnum cælorum tempus adueniat. custodiet ergo dominus

1 custodit *ex* custodet *m. 2 V* ne eum *V* diaboli tinea *RPTE* diabolus *V* 2 fur *VPT* furor *R* obrepat *ex* orbrepat *V* orrepat *T* 4 nunc *om. VP* omnia *RTE* communia *P* 5 officia sunt *Re* officia *PT* 6 subrepere *VRE* subripere *P* surripere *T* obtrectationibus *VRe* oblectationibus *PT* 7 insilire *VRT* insilere *R* aduolare *PT om. R* allicere *e* 8 ab hoc omni igitur *RTP* (*P* omni *supr. add.*) ab hoc igitur ōni *VE* dei *om. V* expectanda *VRP* expetenda *T* et quia — uictoria *om. V* 9 nam debitum *RPE* nec debitum *T* *Quaedam hic intercidisse susp. Bened.* 11 cōsequitur *V* custodiet *VRT* (*cf. Tischend. l. c.*) custodiat *P* 12 *ita RPT, V haec tantum habet:* ne tot mali in eam sint potestates 15 exitum *ex* exitum ex *V* auxiltum *R* 16 ex hoc nunc usque *V²R* ex hoc nunc et usque *V¹PT* non enim temporis *RT* non enim intemporis *P* 17 *post* custodia *3—4 litt. eras. R* 19 cum exeuntes *RT* cum exeunte *P* cum enim exeuntes *V* 21 in sinu *ex* in sinus *R* quod adire *Ra* 22 quosque *V* introeunti *V* 23 in regnum *VE* in regno *RPT* adhuc ueniat *V* custodiet (*ex* custodiat *m. 2 V*) *VT* custodit *RP* ergo *om. V*.

exitum, dum de corpore exeuntes secreti ab impiis interiecto chao quiescunt. custodiet et introitum, dum nos in æternum illud et beatum regnum introducit. ipse est enim, qui ait: ego sum ianua; et: nemo uadit ad patrem nisi per me, id est dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXI.

Canticum graduum.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

1. Qui spe cælestis desiderii detinetur, nihil obscuritatis in psalmo habebit; ex suo enim sensu intellegentiam propheticæ magniloquentiæ consequetur, namque cum se meminerit scriptum dei coheredem et consortem æternorum bonorum, et similem angelis ex resurrectione renouandum et corruptione deposita in gloriam dei ac domini nostri Iesu Christi corporis conformandum futurumque incolam ciuitatis cælestis uiuis lapidibus extructæ, de qua scriptum est in euangelio, cum dominus iurari per cælum inhibuisset dicens: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni — non utique eam significans, quæ prophetas occidit et lapidat, sed eam, cuius beatus apostolus Paulus ita meminit: uos estis ciues sanctorum

4 Ioh. X, 7. Ioh. XIV, 6. 19 Matth. V, 35. 22 Ephes. II, 19 sq.

1 dum *RP supr. add. T* exeuntes *RP* ut exeuntes *T* 2 quiescunt *Re* quiescant *PT* custodiet et *V* custodit & *R* custodiet *PTE* dū nos *R* dominus (dñs *P*) *PTE* 3 illum = cum in illum beatum *P* introducit *RP* introducens *TE* 5 id est *RPTE* ipse est *V* Explicit psalmus CXX incip. psalmus CXXI feliciter *V* Finit pslms CXX incipit CXXI *R* Expl psal CXX incp psāl CXXI *P* Expl. de CXX incip. de CXXI *T* 8 gradū *V* gradum dauid *R* 11 desiderii *ex* desideri *m. 2 V* tenetur *V* ī hoc sps psalmo *V* 13 consequetur (equetur *in ras.*) *T* consequaetur *R* consequitur *P* 14 dei *om. V* 15 in gloriam *R* in linguam gloriam *P* in illam gloriam *T* 16 corpori *ex* corporis *R* 17 ciuitatis caelestis *VPT* ciuitatis *R* 18 iurari *R* iurare *PTE* 19 dicens *R* adiecit dicens *PTE* hierosolimam *RP* 20 quia *RT* q̄ (*supr. add.*) *P* 22 apl̄s paulus *Re* petrus (paulus) *P* paulus *T* iam non estis aduenae neque peregrini sed estis ciues (*ex* ciuis) *cet. V.*

et domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum — cumque legerit, ea, quæ nunc sunt, ex parte esse nosque per speculum interim et in ænigmate uidere, perfecto autem ueniente ea, quæ nunc pro parte sint, destruenda, et facie ad faciem, tamquam corporali uisu, ea, quæ tum nobis sint uisibilia, contemplaturos, ubi non ægritudo, non mors, non mæstitia, non terror sit: hæc cum quis adnuntiata ab angelis, præformata in lege, exposita a prophetis, a domino exemplis repræsentata, prædicata ab apostolis, ipsi sibi hæc eadem per fidem possibilia cognouerit, proclamabit necesse est exemplo prophetæ: lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi.

2. Sed quæ sunt illa, quæ dicta sunt, ex quibus lætitia suscepta est? nempe id, quod sequitur: in domum domini ibimus. hinc gaudetur, hinc exultatur, quia hæc dicta sunt, quod eundum in domum domini sit. domus domini quæ sit, psalmo altero docuit dicens: quoniam elegit dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi. hæc requies mea in sæcula sæculorum, hic habitabo, quoniam præelegi eam: non utique, ut diximus, hanc terrenam et caducam et pœnas impietatis suæ luentem, sed illam liberam et cælestem Hierusalem, quia eadem et Sion est, per cuius incolatum, quia domus dei est, nos quoque ciues sanctorum et domestici dei sumus. hinc ergo lætitia est, quod dictum sit in domum domini nos ituros.

3. Sed qui ista dixerunt, ne forte ignorent neue a domo eadem, in quam nos ituros nuntiant, peregrinentur; sed dicunt:

3 cf. I Cor. 13, 12. 16 Ps. CXXXI, 13 sq.

2 apostolorum *RVPT* apostolorum et prophetarum *E* 3 speculam *P* in enigmatae *R* 5 quae tum nobis sint uisibilia *RPT* quae nobis nunc sunt inuisibilia *E* 7 adnuntiata *ex* nuntiata *m. 2 V* 8 formata *V* 9 praedicatum *V* 10 proclamabit necesse est *RTe* proclamauit necesse est *P* necesseario (ario *ex corr.*) proclamauit *V cf. p. 565, 24* 11 profetae dicens *V* 12 ex quibus *RPTE* in quib. *V* 13 in domo *V* 15 eundū (ū *in ras. m. 1*) *R* eundem *V* in domum dm̄i *ex* in domum dī *m. 2 V* quae *om. V* sit *V¹PT*, *del. V²* est *R* 16 psalmo altero *RPT* in alio psalmo *V* declarat dicens *V* 17 syon *R* praeelegit *ex* praelegit *P* 18 in saecula saeculorum *VPT* in saeculum saeculi *RE* hic habitabo — eam *om. PT* habitabo *ex* aabitabo *m. 1 R* 19 quoniam *om. R* praelegi (*sic*) *ex* praelegit *m. 2 V.*

stantes erant pedes nostri in atriis Hierusalem. non incerta nuntiant, non incognita pollicentur. hanc domum desiderabilem et dilectam a multis agnouimus. nam scriptura ait: unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatem domini et uisitem templum eius, et rursum: domine, dilexi decorem domus tuæ et locum tabernaculi gloriæ tuæ. hæc domus desiderabilis, hic auditus lætabilis, fundamento duodecim uiuarum gemmarum esse uiuos lapides extructos, excisos primum ad opus ædificationis a Moyse in lege, a prophetis in passionibus suis, a domino in corpore, ab apostolis in martyriis, a sancto spiritu in uirtutibus. hi ædificatores, hæc ædificia, hæc ciuitas. hinc stantes pedes in eius atriis, custodes scilicet, quibus datæ sunt claues domus huius — dictum est enim: uobis dabo claues regni cælorum —, speciem domus ignorantibus nuntiantes beati pedes et a propheta merito laudati: quam pulcherrimi pedes euangelizantium pacem.

4. Ac ne conuenire quicquam horum in eam Hierusalem, quæ terrena fuit, existimaretur, id consecutum est: Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas. non ciuitas, sed ut ciuitas; quia illa terrenæ ciuitatis ædificatio et templi extructio et tabernaculi institutio speciem illius æternæ et cælestis ciuitatis præfigurabat. et quia in omne tempus et usque ad sæculi

4 Ps. XXVI, 4. 8 Ps. XXV, 8. 15 Matth. XVI, 9. 17 Esai. LII, 7.

3 nam scriptura ait *PT* nam cum scriptura ait *R* nam dicit scriptura *E* nã in alio psalmo ait *V* peti *V* 4 a dō *V* hanc requiram *om. R* 5 omnibus diebus *V cf. Sabatier II, 52* omnes dies *RPTE* 6 uoluntatem *P*[1] *cf. Sabatier l. c.* dilectiones *supr. scr. m. 2 P* delectationes *RTE* 8 tabernaculi *PT* (*σκηνώματος LXX*) habitationis *RE* desiderabilis est *V* 9 hic — laetabilis *om. V* auditus *RE* aditus *T* aditur *P* 10 extructos (s *in ras. 3 litt.*) *R* id opus *V* 11 a moysi *V* a moysen *P* 12 in martyribus *V* 13 hii *VT* aedificatoribus *V* 14 hinc *RP* hic *V* hii *T* hi *E* pedes *VPTE* pedibus *R sed cf. lin. 17 et Acad. p. 31, infr. 573, 26* custodes *VRT* custodis *P* 17 pulchri *R* 19 hac ne *R*[1] an *PT* in eam potest hierusalem *PT* 20 quae terrena — hierusalem *om. PT* 23 tabernaculi instructio *PT* aeternae illius *PT* 24 quia (et *om.*) *R*.

consummationem et per omnium generationum ætatem ædificatio cælestis huius ciuitatis explenda est, ideo ædificari eam sine temporis definitione significat dicens: aedificatur ut ciuitas, donec, ut apostolus ait, intret plenitudo gentium, et tunc quod est reliquum Israhel saluabitur.

5. Sed quia unum ecclesiæ corpus est, non quadam corporum confusione permixtum neque singulis in indiscretum aceruum et informem cumulum unitis, sed per fidei unitatem, per caritatis societatem, per operum uoluntatisque concordiam, per sacramenti unum in omnibus donum, unum omnes sumus, in quod nos Paulus hortatur dicens: obsecro uos, fratres, ut idipsum sapiatis omnes eandem caritatem exercentes, et cum fuerit, ut scriptum est: erat autem omnium, qui credebant, cor et anima unum, tunc erimus ciuitas dei, tunc sancta Hierusalem, quia Hierusalem ædificatur ut ciuitas, cuius participatio est in idipsum. dissidentes autem a cœtu sanctorum et se ab ecclesiæ corpore peccatis, fastu, litibus separantes participationem sanctæ istius domus non habent, quia participatio ciuitatis huius in idipsum est. ex consortio enim perfectæ ciuitatis unanimes non possunt participationem in diuerso habere, sed in idipsum. omnes igitur, qui unum erunt, in ea erunt. et testis est psalmus; ait namque: illic ascenderunt tribus, tribus: non una, sed plures.

6. Sed forte sine exceptione ab uniuersis ædificanda uidebitur ciuitas, quod in tribubus cognominatis nulla fiat exceptio, eritque populis dominum nescientibus in hanc domum

4 Rom. XI, 25. 11 I Cor. 1, 10. 13 Act. ap. IV, 32.

1 generationū *ex* generationē *m. 1 R* 4 donec *VR om. PT* ut *RP* ut sicut *T* 8 unitis *R* unitatis *P* adunatis *TE* 10 in quod *R* in quo *PT* 11 paulus hortatur *RPT* hortatur Paulus *E* 12 eadem *R* 16 in idipsum *RT* in id.sum· (ip *superscr.*) *P* in ipsū *V* 18 peccatis fastu litibus *R* peccatis praecipitantibus *PTE* 19 habent *RPTE* habebunt *V* ciuitatis huius *RVPT* huius ciuitatis *E* in ipsum *V* 20 est *add. m. 2 V* unanimes *RP* unianimes *T* 21 in diuerso *RP* in diuersum *T* in .ipsum (id *superscr.*) *P* 22 igitur *RPTE* enim *V* unum erunt *RPTE* uno animo sunt *V* ut testis *PT* 23 illic *R (ἐκεῖ LXX)* illuc *PT* trib. trib. dñi *V* 25 sine exceptione *RPT* sine ulla exceptione *E* 26 in tribus *R*.

communis ingressus? sed intellegi istud scriptura non patitur adiciens ad id, quod dixerat: illic ascenderunt tribus, tribus domini. sunt enim, qui non sunt domini, quibus dictum est: uos estis a diabolo, et rursum: abite maledicti in præparatum ignem diabolo et angelis eius. tribus ergo, quæ erunt domini, ascendent.

7. Sed forte sibi Israhel hoc esse debitum uindicabit, id est, qui secundum litteram et non secundum spiritum, qui carnalis et non cælestis, qui crucifigens dominum, non qui adorans est? sed ab hac spe repulsus est. illic enim conscenderunt tribus, tribus domini testimonium Israhel. non tribus Israhel in testimonium gentium, sed tribus domini in testimonium Israhel. tribus enim domini dixerunt: uenite ascendamus in montem domini et in domum dei Iacob: et adnuntiabit nobis uiam suam, et ambulabimus in ea. ex Sion enim exiet lex, et uerbum domini ex Hierusalem. ex Hierusalem enim exiens uerbum domini uenit ad gentes. hæ introeunt in sanctam ciuitatem, in testimonium Israhel.

8. In quod tandem testimonium? ad confitendum, inquit, nomini domini. tribus domini nomen domini confitentur. hoc autem est testimonium Israhel. ille Israhel a

4 Ioh. VIII, 44. Matth. XXV, 41. 13 Esai. II, 3.

1 istud *RPT* illud *E* 2 illic *RP*[1] illuc *P*[2]*TE* 3 qui *GV* quae *RTP* dñi *GRTV* dī *P* 4 a diabolo *GRPT* fili diaboli *V* abite *GR* abite a me *PT* 6 erunt *GRPT* sunt *V* 7 sibistrahel *G* uindicabit *GRT* uindicauit *P* uendicabit *e* 8 et non secundum *GR* non secundum *PT* qui carnalis et non *GRT* quia carnalis et nunc *P* 10 sed ab *GPT* sed qui ab *R* illic *GRP*[1] illuc *P*[2]*TE* conscenderunt *GRPT* ascenderunt *E* 11 *G h. l. uocem* tribus *semel posuit* istrahel *G* israel *Re* illi israel *PT* 13 *sq. ita GR (ubi hae tantum uariae lectiones:* 13 dixerunt *G* dixerant *R* 16 in ea *R* in eam *G) PT haec tantum habent:* tribus enim dñi et in domum dei iacob et adnuntiabit nobis uiam suam et ambulabimus (ambulauimus *P)* in ea; *unde foeda amplificatio nata sit in E, explicaui Stud. 1886, 336* exion *GP* 18 ueniet *G* heae *G* haeɔ *R* 20 in quo *GP* 21 nomini dñi *GRPT* nomini eius *V* tribus dñi *GRPT* tribus enim domini *E* confitentur *GPT* confitetur *R* 22 testimonium israhel (istrahel *G*) *GPRT* testimonium *e*.

domino in Pharao uindicatus, in mari ablutus, in deserto angelorum cibo pastus, in lege eruditus, in prophetis obiurgatus, in natiuitate a domino per consortium corporis susceptus, in cruce si crederet saluatus. in resurrectione si confiteretur glorificatus, nihil horum suum credidit, nihil horum manere suum uoluit. habens mannam cucumeres Aegypti desiderauit; legem uitæ a deo expectans uitulum adorauit; prophetas audiens occidit; uirginis partum prophetatum sibi infamauit, deum in carne non credidit, peccati remissorem falsi peccati reum arguit, emit ad mortem, in crucem sustulit; testes resurrectionis ad silentium corrupit; apostolos morte intercepit. in hoc sceleris sui testimonium tribus domini ascendunt. illi promissum est, hæ obtinent. illi testamentum, sed harum hereditas est. hunc eius cruciarium deum suum tribus confitentur. in hoc itaque testimonio agnoscit Israhel, quem conpunxit, et ab accessu eius inhibetur, quem resurrexisse non credidit. hunc archangeli adorant, huic omnes uirtutes cælestes ministrant, hic tribus suas conformes gloriæ corporis sui præstat. confitentur ergo nomini domini, quia deus est, quia filius unigenitus ingeniti est. in hoc itaque testimonium Israhel in domum domini tribus domini conscendunt confitentes nomini domini.

9. Sed confessio ista iudicium est. iudicatur enim per eos, quibus dictum est: sedebitis super duodecim tribunalia iudicantes duodecim tribus Israhel. non solum hi iudicabunt, sed et regina austri condemnabit et Niniuitæ

23 Matth. XIX, 28.

1 in farao *GR* ablutus *RE* ablatus *PT* 4 crucem *G* crederet *GPT* credet *R* 6 mannam *R* manna *PT* 9 falsi *GRP* fals[o]||| *T* 11 intercepit *G* intercaepit *R* interfecit *PTE* 12 testimonio *G* 13 illi testamentum *GRP* illius testamentum *TE* 14 cruc[i]ariū *P* crucarium *RT* *rucarium (?) *G* 16 credidit *GR* credit *PT* 17 adhorant *R* uirtutes caelestes *R* uirgines caelestes *G* caelestes uirtutes *PT* 19 nomini dñi *GR* dñi nomini *PT* 21 nomini *ex* nomine *m. 1 R* 23 tribunalia *V* thronos *RPT* 25 iudicabunt *VE* iudicant *RPT* condemnabit *RPTE* et ipsa iudica[b]uit *V* nineuitae *V* niniuetae *T*.

condemnabunt; quia hi pænitentiam super Ionæ prædicationem egerunt et illa ex ultimis terræ partibus ueniens sapientiam Salomonis audiuit: in quibus ecclesiæ præfiguratio est, quæ peregrina et incognita et pænitentiæ credidit et sapientiam desiderauit audire.

10. Hic igitur sedes iudicii erit, ubi in testimonium Israhel tribus domini ascendent ad nomen domini confitendum, in ecclesia scilicet, sanctorum lapidum ciuitate, quæ domus domini est. ait enim: q u i a i l l i c s e d e r u n t s e d e s i n i u d i c i u m. s e d e s s u p e r d o m u m D a u i d. Dauid nunc quoque, sicut in ceteris locis, domino nomen ex corpore est. scriptura enim, ubicumque mentionem adsumendi corporis facit, Dauid eum solita est nuncupare, nomen ei ex parente carnis adsumens. non est autem ex eo perturbatio intellegentiæ suscipienda, quod quædam ex præterito prophetæ locuti sint; iam enim de hoc eodem in plurimis locis rationem et frequenter edidimus. deo namque conplectenti in se omnia futura pro factis sunt; et cuius tam fidelis præscientia est, ut, quæ nondum gesta sunt, tamen ab eo iam pro et præteritis habeantur et gestis. denique statim res se futuri temporis loqui propheta demonstrat.

11. Nam cum tamquam de præterito commemorasset, ascendisse illic tribus domini et sedisse super sedes domus Dauid, nunc iam uelut publicæ doctrinæ et admonitionis affectu commonuit in futurum dicens: r o g a t e, q u æ a d p a c e m s u n t

1 super Ionae praedicationem *R* (*cf. Vogel Curt. Ruf. I p. 25*) super ionae prae**** *G* super Ionae praedicatione *PT* praedicante iona (*ex* dona) profeta *V* propter Ionae praedicationem *e* 2 et illa *RPT* et regina austri *V* 3 solomonis *V* in quibus *GRPT* in qua regina *V* praefiguratio *GRPT* figura *V* 4 et paenitentiae *GRPT* paenitentiae *V* 6 istrahel et tribus dñi ascendunt *G* 8 eclesia *G* ciuitatẽ *P* 9 illic *RPT* ille[a] *V* in iudicium *GVRTP*[1] in iudicio *P*[2]*e* 10 = uoque[c] (*in ras. erat* q) *R* 11 dño nomen *GRPT* nomen di *V* domini nomen *e* scribtura *GV* 17 complectendi *P* pro facti[s] (acti *i. ras.*) *R* prophetis *P* 18 praescientiae** *G* praesentia est *RPT* 19 iam ‹p & praeteritis *R* iam pro praeteritis *PT* (*sed* iam pro prae *in ras. P*) iam perfecta et pro praeteritis *E* 22 illic *GRPe* illuc *Tb* 23 uelud *R*.

Hierusalem: ut præscientiæ fidem in his, quæ gesta dixisset, ostenderet, conseruaret uero temporum ordinem in gerendis. extructio itaque eius in pace est, et participatio in idipsum est, et unius mentis et fidei et caritatis domus illa est. discenda ergo est doctrina pacis. nunc enim rogate non orandi, sed interrogandi secundum proprietatem græcitatis est sermo. sed pacem discere in uoluntate est audientium. cum enim de pace eius interrogauerint, tunc lætabuntur dici sibi: in domum domini ibimus.

12. Neque enim interrogatæ pacis fructus exiguus est, quia id sequitur: et abundantia diligentibus te. perfectos fructus dilectio pacis expectat et abundantem felicium prouentuum copiam sperat. quod idipsum benedictio in Iacob ad spem fidelium præformata significat; benedictus enim ita est fratris benedictionibus occupatis: ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit deus. ager plenus et fertilis, reddens centesimum fructum, hic æternis copiis abundabit. et nunc quidem interim beatis fructibus abundamus, quos nobis ad speciem fructuum æternorum ecclesiæ sacramentum et pacis unitas subministrat. hoc autem sacramentum spei communis corporalium et communium rerum nominibus ostensum est, quod scientes intellegent. namque abundantiæ huius et copiæ idem propheta psalmo altero meminit dicens: dedisti lætitiam in corde meo, a tempore frumenti et uini et olei sui multiplicati sunt in idipsum. hæc igitur abundantia est in idipsum. per hanc enim pacis

15 Gen. XXVII, 27. 24 Ps. IV, 7 sq.

1 praescientiae *GPT* praesentiae *R* in his *GRTe* in iis *P* 3 extractio (?) *G* 5 ergo est *GRPT* est ergo *E* rogate (a *in ras.*) *PR* 6 *uerba* secundum — graecitatis, *quae sunt in GRPT*, *om. V* est sermo *GRPT* sermo est *V* sed pacem *GRPT* pacem *V* 7 cum enim *GRPT* cum enim *ex* cum *m. 2 V* 8 dici sibi in domum *RPT* dici * ibi in dici ** in domum *G* tunc confidenter dicere poterunt in domum *V* 15 fratris *GRT* fratribus *P* 17 hic *RT* huic *P* 18 habundabit *R* (*sic fere semper*) 19 ad speciem *G* in speciem *RPT* in spem *e* eclaesiae *R* 21 hominibus *P* 23 fidem propheta *R* 25 et uini *RPT* (*καὶ οἴνου LXX*) uini *G* 26 in idipsum *GPT* in idipsud *R* per hanc *RPT* super hanc *G*.

et sacramentorum abundantiam beata illa pax et indeficiens et æterna bonorum cælestium abundantia præparatur.

13. Dehinc sequitur: fiat pax in uirtute tua, et abundantia in turribus grauibus tuis. pax atque uirtus domus huius conexa sunt sibi. posse enim aliquid nisi ex pace non poterit, quia participatio eius in idipsum est, in idipsum autem esse pax sola consequitur. perfecta uero uirtus eorum tantum est, qui congregantur in idipsum; et idcirco ait: fiat pax in uirtutibus tuis.

14. Ciuitatem autem necesse est diuerso ædificiorum genere consistere. non enim omnis est murus, porta, turris, neque omnis plateae, porticus, tabernae, neque domus, forum, templa, palatium: sed et differentibus inter se domorum magnificentiis differunt quoque cohabitantium dignitates. in omni uero genere ciuitatis nihil neque firmius neque utilius neque celsius turribus est. solita uero scriptura est grauia pro firmis et inmobilibus nuncupare; sic ubi ait: in populo graui laudabo te. nunc quoque cum de pace uirtutis memorasset, abundantiam beatitudinis perfectæ et æternæ ciuitatis huius principibus tamquam firmissimis et grauissimis deputauit dicens: et abundantia in turribus grauibus tuis. superius dixerat: et abundantia diligentibus te; non ergo omnium est abundantia, sed diligentium deum. deindè adiecit: fiat pax in uirtute tua; pax enim ecclesiæ et unitas uirtutem nobis firmitatemque præstat secundum illud apostoli: et pax dei, quæ exsuperat omnem sensum prudentiæ, custodiet corda uestra in Christo Iesu. nunc quoque hanc abundantiam, quam

17 Ps. XXXIV, 18. 25 Phil. IV, 7.

2 abundantia *GPT* ═abundantia═ *R* 4 grauibus *RPT* gr*** *G om. V* adque *GVR* 5 conexa sunt sibi *R* conex** sunt** *G* conexa (connexa *P)* sibi sunt *PTE* inuicem conexa sunt sibi *V* 7 perfecta uero *R* per peccata uero *P* pacata uero *T* perfecta uero ac pacata *E* 9 in uirtutibus tuis *RPe* in uirtute tua *T* 14 in omni uero *RPT* sed in omni *V* 15 celsius *GRPT* excelsius *V* 16 sic ubi *GR* sicut *PT* sicuti *E* 18 memorasset *GRPT* memoria esset *V uoces* et aeternae, *quae extant in GRPT*, *om. V* 19 principibus *GRPT* principib. populorum *V* et grauissimis *GVRe om. PT* 22 diligentium deum *PT* diligentiam (?) de** *G* diligentium *R* 25 pax ur̃a *P* pax uestra *T*.

diligentibus spoponderat, propriam esse grauium turrium commemorat; eos graues turres significans esse, quicumque diligerent. per quod intellegendum est abundantiam hanc non promiscuam esse nec totius admodum ciuitatis, sed eorum tantum fidelium et sanctorum uirorum, qui ceteræ ciuitatis huius ædificationi tamquam turrium firmitate præstiterint.

15. Sequitur deinde prophetæ magnus affectus et in omnem hominem credentem sollicitudo piæ admonitionis. ait enim: *propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te: propter domum domini dei mei quæsiui bona tibi.* multitudinem in fratribus suis proximisque huius ciuitatis significat; propter quos pacem de ea locutus est, ut audientes se ipsos in ædificium consummandæ huius ciuitatis aptarent. sed qui pacem propter fratres et propinquos suos de ea loquitur, ciuitati eidem propter domum dei bona quærit dicens: *propter domum domini dei mei quæsiui bona tibi.* ciuitati ergo bona propter domum domini quæsita sunt. discernens enim gloriam domus dei a ciuitatis uniuersitate, quia necesse est ornatum domus regiæ ædificationi ciuitatis totius anteferri, quæsiuit bona eidem ciuitati. primum enim fratres et propinqui eius per prædicationem pacis facti sunt domini ciuitas. secundum uero ciuitas ipsa iam ex propinquis eius et fratribus constituta, audiens dignitatem domus dei, domus omnis dei ipsa esse properauit. ac sic ciuitati huic

2 quicumque *PT* quecūque *G* qui eum *ex* quicumq *m. 3 R* diligerint *R* 3 intelligendum est *RPT* intellegitur *V* 4 promiscuam *RPT* promiscuam omnib. *V* nec totius — ciuitatis *om. V* sed eorum tantum fidelium & scorū *R* sed fidelium tantum et sanctorum *V* sed eorum tantum sanctorum et fidelium *PT* 5 ceterae *PTE* ceteris *R* 6 prestiterit *P* 7 sequitur *RT* sequatur *P* prophetae *RT* prophetiae *P* 10 domini *om. PT* 11 tibi bona *PT* 12 huius ciuitatis significat *R* huius significat ciuitatis *PTE* loqutus sum *R* 13 ut *om. PT* audientes *RP* audentes *T* 14 aptare *PT* fratres et propinquos suos *R* fratres et propinquos ** *G* fratres suos et propinquos *PT* 15 ciuitati idē *P* 16 domini *om. PT* quaesiui bona tibi *R* quaesiui bo**** *G* quaesiui tibi bona *PT* 18 a ciuitatis uniuersitate *RT* ciuitatis uniuersitatē *P* 19 domus dī regiae *R* 22 secundū *P* saecundum *R* secundo *TE* 24 properauit *P* properabit *RT*.

quæsita sunt bona, dum ex ciuitate domini in domum dei proficit secundum illud apostoli: uos estis templum dei, et spiritus domini habitat in uobis. fidelis enim est, qui ait: pater, pro his te rogo, ut omnes unum simus, ego in illis, et tu in me: dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXII.

Canticum graduum.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo, et reliqua.

1. Efficitur rebus, quod titulo præscriptum est: gradibus enim cantici tamquam de humilibus ad excelsa conscenditur. namque in primo cantici graduum ad dominum de tribulatione clamatum est. postea leuati oculi in montes sunt, et quæsitum, unde ueniret auxilium. dehinc, quia eleuanti oculos et, unde auxilium ueniat, quærenti adest doctrinæ propheticæ institutio, in his, quæ sibi sunt dicta, lætatus est. nunc uero quia usque ad id, quod doctrina instituerat, accessum est, de quodam quasi profectus sui gradu cantat propheta: ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo, incrementis conpetentibus contemplandi dei usus, tamquam post multam cæcitatem per modica et dimensa admissæ sibi lucis interualla consuetudini totius luminis præparatus. deus enim, qui primum in tribulatione inuocatus est, quæsitus est a prophetis eosque prophetiæ

2 I Cor. 3, 16. 4 Ioh. XVII, 20 seq.

5 ego — in me *om.* *V* dominus *RPT* hic est dn̄s *V* 6 saeculorum amen *om.* *V* Explicit psalmus CXXI incipit psalmus CXXIIII feliciter *V* *(duo ps. seq. in V desunt)* Finit psāl. C.XXI. incipit psalmus CXXII *R* Explicit psalmus CXXI incipit tractat' b. hylarii psāl CXXII *P* Expl. de CXXI incip. de CXXII *T* 13 cantici *RPT* cantico *E* *cf. adn. Bened.* dominum *RP* dm̄ *T* 15 eleuanti *RT* eleuati *P* 17 laetatus est *Re* est laetatus *a* laetatus *PT* 18 instituerat *R* instituebat *PTE* 21 per modica *RE* p dominica *P* per dn̄ica *T* 22 admissae *RPE* amissae *T* consuetudini *Ed. Bas. 1550*, *Par. 1572* consuetudine *Ra* consuetudinē *P* ad consuetudinem *T* 23 praeparatus *RP* est reparatus *T* praeparatur *e*.

lætificauit auditu. sed nunc iam oculis mentis per fidei fiduciam contemplandus est habitans in cælo.

2. Sed cælum hoc, quod uisibus nostris per materiem sui subiacet, quod tamquam fumus solidatus firmamenti et naturam et nomen accepit, præteribit et non erit; sedis autem domini manet in æternum. necesse est uero, ut habitatio habitatore suo digna sit: et corruptibili loco id, quod infinitum et incorruptibile est, concludimus, si deum in cælo hoc habitare credimus. quæramus ergo, quæ habitatio dei sit, nempe eius, qui dixit: pater enim in me, et ego in patre; et rursum: ego et pater unum sumus; et de quo dictum est: deus in Christo erat mundum reconcilians sibi: digno et sufficiente filio, in quo pater per eandem naturæ habitet uirtutem; patre autem filium, quem ex se genuit, non separante a se differentia diuinitatis. sed non nunc de inseparabili uirtute patris et filii sermo est. deus enim ex deo genitus non abest per naturam ab eo, ex quo genitus confitendus est: et deus innascibilis unigenitum deum gignens manet in illo, quem genuit proprietate generandi. omnis autem spes in eo nostra est, ut unigenitum deum nouerimus. nam de innascibili deo nemo tam amens est, qui cælum contuens deum esse non sentiat. in hoc ergo cælo deus inhabitat, digno maiestatis suæ et diuinitatis habitaculo.

3. Sed est et alia conplacita deo et electa habitatio, eorum scilicet, de quibus dictum est: habitabo in his et deambulabo in ipsis, et ipsi mihi erunt in populum, et ego illis in deum; de quibus et apostolus ait: uos estis templum dei, et spiritus dei habitat in uobis. idem

10 Ioh. X, 38. 11 Ioh. X, 30. II Cor. 5, 19. 25 II Cor. 6, 16 (cf. Levit. XXVI, 12). 27 I Cor. 3, 16 cf. II Cor. 6, 16.

1 auditu sed *T* auditus et *RPa* 4 solidatus *RP* solidatum *TE* 5 sedis *R* sedes *PT cf. Acad. p. 18* 7 et corruptibili *RP* et si corruptibili *e* ne corruptibili *T* 8 concludimus si deum *scripsi* concludimus & deum *R* concludamus deum *P* concludamus & si deum *e* concludamus dum deum *T cf. Abh. IV, 64* credimus *ex* credemus *R* credimus *PTE* 9 eius *RPT* is *E* 12 in Christo erat *RPT* erat in Christo *E* 14 patre *RT* patrē *P* separante *RT* separantē *P* 18 gignens *RT* gignens *ex* gignes *P* 21 amens *RT* amans *P*

quoque apostolus ait: qualis de limo, tales et de limo; et qualis cælestis, tales et cælestes. cælestis ergo est secundus Adam et idcirco cælestis, quia uerbum caro factum est, ex spiritu scilicet et deo homo natus. in hoc ergo uerbo, non inani sono uocis, sed in deo uerbo, neque in dissidenti a se diuersaque substantia, sed in dei uerbo deus tamquam in cælo habitat, in eo scilicet, quod ex se ac suum est, manens; per eum in eis quoque, qui cælestes sunt, habitans, sicut ipse ad patrem ait: ut omnes unum sint, ego in illis, et tu in me. ergo si, qui in Adam limus fuimus, nunc cælestes sumus in Christo et Christus habitator est nostri, per habitantem Christum in nobis etiam ille quoque habitator est nostri, cui est habitans in nobis Christus habitatio.

4. Et quia secundum corporalem intellegentiam ille nobis subest sensus, ut cælum, quod ultra firmamenti huius naturam est, deus inhabitare existimetur, non excludimus publicam illam de sede dei opinionem, ut ei cælum cæli thronus sit, sed et illam dignam deo habitationem in cælesti Adam suo significatam esse credentes. etiam hoc igitur cælum deus habitare noscendus est, per eum quoque inhabitans, quos in eo constituit esse cælestes.

5. Oportet autem eos, qui ad deum oculos mentis erexerint, non retorquere eos atque deflectere, quia, ut in euangeliis dictum est, nemo retro respiciens et aratrum tenens aptus est regno cælorum. relinquentes enim templa, aras, cupiditates, lasciuias et omne uitiorum profundum conuenit indefesso obtutu inuictoque persistere. si enim gentes errore suo cæcæ

1 I Cor. 15, 48. 9 Ioh. XVII, 21. 24 Luc. IX, 62.

1 qualis de limo *PE* (*cf. Tischendorf. Nou. Test. Vat. 1475, Roensch N. Test. Tertull. 414*) qualis & de limo *R* qualis est de limo *T* 2 et qualis (is *ex* es *T*) *RTE* ^{et}qualis *P* 5 dissenti *postea 1—2 litt. eras. R* 6 in dei uerbo *RPE* in dō uerbo *T* 8 in eis *TE* in eos *RP* 9 sint *ex* sit *P* 11 Christus *om. P* nostri *RE* ñr *PT* 13 cui *PTE* qui *R* 15 ultra firmamenti *RE* ultra oeli firmamenti *PT* 16 puplicā *P* 17 de sede dei *RT* de se. dī *P* opinionionem *R* 19 igitur caelū ds habitare *R* igitur deus caelum habitare *PT* ergo caelum habitare deus *e* 23 retorquaere *R* adque *G* 24 et aratrum *G* aratrum *RPT*.

indemutabili pertinacia falsis religionibus detinentur, ita ut reflecti a superstitionibus suis ueri ratione non possint diuersis diis, ut uocant, perseuerante stultitia seruientes et si anima peccantium capta uitiorum inlecebris deuotissime seruit tamquam imperanti sibi corpori, quanto nos magis conuenit deum conditorem cæli et terræ cognoscentes, qui, ut potens fuerit ex terra inanima animare hominem, ita et potens sit hominem, qui animatus occiderit, in æternitatis consortium excitare, sine deflexu aliquo ac deuia religione uenerari neque quoquam initæ fidei pertinaciam deflectere?

6. Et docet propheta hos mentis suæ oculos indemutabili ad deum semper esse obtutu dicens: *ecce sicut oculi seruorum in manus dominorum suorum et sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ: sic oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nobis.* exempla et conparationem propheta proposuit, ut, sicut in manus dominorum oculi seruorum sunt, ita ad deum fidei suæ oculi intenti sint: quia fidelis seruus ad omnem obœdientiam uoluntatis dominicæ sollicitus sit indeflexosque oculos semper intendat. sed si de seruis ac dominis corporalibus sermo esset, dictum ita fuerat, oculos seruorum in oculis uel in lingua uel in conspectu esse dominorum; aut nutu enim his iubetur aut ore. sed manus pro operibus frequenter scriptura significat. sunt autem, qui neque hominum neque dei serui sunt, sed serui sunt peccati domino dicente: *omnis, qui peccatum facit,*

25 Ioh. VIII. 34.

2 ueri *GRT* uera *P* 4 capti (?) *G* 5 corpora (?) *G* corpore *P* dm̄ *GRP* dm̄ *ex* dō *T* 6 qui ut *GR* quia ut *PT* 7 ita ita et *G* sit animam *(del. m. 1)* hominem *R* 8 qui animatus *G* qui iam animatus *RPTE* 9 ac *ex* hac *R* religione *GRT* regione *P* initae *G* intentae *RPTE* 10 deflecteret *G* 11 et *om. G* profeta *G* 12 semper esse *G* esse semper *RPTE* 13 in manibus *GR* in manu *PT quae secuntur usque ad Ps. CXXV, 8 desunt in T* 14 in manus *G* in manu *PT* in manib. *R (εἰς χεῖρας LXX)* 15 dominum *om. GP* nostrum *om. G* 16 exempla et conparationem *G* exempli conparationem *RPE fort. recte cf. infr. p. 585, 9* proposuit *G* posuit *RPE* in manus *GP* in manibus *R* 17 fidei suae oculi *GRe* oculi fidei suae *P* 19 **flexos qui oculos *G* 21 ita fuerat *GR* itaq: erat *P* 23 frequenter scriptura *GRe* scriptura frequenter *P* 25 peccatum facit *GRP* facit peccatum *E.*

seruus est peccati. hi ergo serui harum spiritalium nequitiarum in opera eorum tamquam in manus dominorum suorum oculis mentis suæ semper intenti sunt, uitiorum in id desiderio atque admiratione defixi. sunt autem hæc diabolica, id est gentilium opera, quæ significantur in manibus, uenter, otium, luxus, libido, superbia, auaritia, ambitio: in hæc ergo uoluptatum, quarum dominatui subiacent, opera spectantes sensus sui oculis intendunt, quibus dii plures sunt innumerosique domini, prout uniuscuiusque studium et natura auctorem sibi religionis elegerit.

7. Nobis autem unus deus est; non tamen per unionem dei domino nostro Iesu Christo quod deus est abnegantes, sed sequentes legem et prophetas et euangelia et apostolos diuinitatis unitatem in innascibili deo et in unigenito deo secundum proprietatem atque naturam cum fide et ueritate profitemur. nusquam enim genere plurali nec deos neque dominos sermo propheticus nuncupauit, sed unumquemque suo ordine. Genesis namque ait: et pluit sulphur et ignem dominus a domino; et propheta: unxit te deus, deus tuus; et rursum: dixit dominus domino meo; et euangelia: et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum; et apostolus: unus deus, ex quo omnia, et unus dominus Iesus, per quem omnia; et rursum: ex quibus Christus est, qui super omnia deus. hoc ergo propter „dominus" dictum est, ut intellegeremus per id, quod unus innascibilis deus est, non adimi unigenito deo posse, quod deus est. deus

18 Gen. XIX, 24. 19 Ps. XLIV, 8. 20 Ps. CIX, 1. Ioh. I, 1. 22 I Cor. 8, 6. 23 Rom. IX, 5.

1 hii *G* hi *ex* hii *P* nequitiarum *GP* nequitiarum in caelestibus *RE* 2 in operam *G* in opera — tamquam *om. P* 4 autem in haec *G* 5 gentilium *G* deorum gentilium *RPE* 7 uoluptatum *GRe* uoluntatum *Pb* quarum *PE* qu*rum *G* quorum *R cf. praef.* spectantes *GRE* expectantes *P* 16 nosquam (?) *G* genere plurali *RPE* generali *G* nec *RPE* uel (?) *G* neque *PE* neque (ne *in ras. m. 1*) *R* 20 rursum *R om. PE* 22 dñs ihs *G* dñs *(in ras. 1)* nŝr ihs xp̄s *(in marg. add.) R* 23 & rursū *in uers. ineunte add. m. 1? R* xp̄s est qui super *G* christus qui est super *RPE* 24 dñs *R* dominos *G* dominum *PE*.

enim unus uterque est: non quod unus diuisus in duo sit, aut uterque ipse sit, ut nuncupatio sola fecerit patrem et filium, non natura gignendi, sed idcirco deus unus, quia neque duo innascibiles, neque unigeniti duo, sed unus ex uno et ambo unum, non dissimili scilicet aut differente a se substantia diuinitatis in utroque.

8. Sequitur deinde: et sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ. tenuit uero eundem propheta ordinem, ut in conparationis exemplum ancillæ quoque oculos in manus dominæ esse commemoraret intentos, ut in operum potius efficientias hæc desideria seruorum doceret intenta. sed cum plures serui plurium dominorum sint positi in exemplum, quærendum, cur ancilla una unius commemorata sit dominæ. plures enim serui, ut superius diximus, plurium sunt deorum. nunc autem una ancilla et una domina: quia natura una est animæ humanæ, sicuti et terrenæ carnis una natura est. et quia nunc de peccatoribus, qui peccati serui sunt, sermo est, hæc ancilla anima carni dominæ suæ dedita est et per corporalium uitiorum blandimenta subiecta est habetque inferioris sui per inlecebrarum fomenta dominatum, fructus operum eius inspiciens. ergo ut hos seruos et hanc ancillam indemutabilia uitia sua detinent, ut in his quadam religiosa stultitiæ suæ intentione persistant, ita fidem esse oportet, quæ non temporaria ac mobilis sit neque emissis temptationibus defetigetur, sed usque consummationem misericordiæ dei inmobilis et indemutata permaneat.

1 unus uterque *GR* uterque unus *P* quod *P* q[u]od *G* ut *R* duo *G* *cf. Neue Formenl. II, 147* duos *RPE* 7 in manibus *R* 12 qur *R* 13 una *om. G* un[i]us *G* 14 plurium *G* plurimi *R* ;plurimorum *PE* nunc autem *GRE* nunc ergo *P* 15 q[u]ia *G* 18 anima *GRE* unima[na] *P* est et per *GRe* est per *Pb* corporalium uitiorum *GRe* corporalium et uitiorum *Pb* 19 subiecta est *GRe* subiecta *Pb* inferioris *GRP* inferiori *b* 20 fructuũ eius operũ *P* 21 ego *G* indemutabilia *G* indemutabiles *RPE* 22 et in *G* quadam *GR* qu[a]edã *P* religiosa *GRb* religiosae *Pe* 23 persistant *PE* per ***** *G* persistit *R* esse oportet *scripsi* esse oportere *GRe*, *om. Pb* q[u]ae *G* 24 defetigetur *G cf. Georges Wortf. 197* defatigetur *RPE* usque *GRP* usque ad *E*.

9. Et idcirco propheta pertinaciam spei suæ usque ad finem accipiendæ misericordiæ demonstrat dicens: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nobis. non decidit, non absistit, tardet licet ad temptationem fidei misericordiam suam dominus, quia fides constantem debet præstare fiduciæ suæ expectationem et desperatio omnis diffidentiæ confessio est. sed propheta non incertus est misericordiæ dei; nam oculi eius in eum, quoad usque misereatur, intenti sunt, intenti autem adeo, ut intentioni eorum oratio geminata subiecta sit. ait enim post hæc: miserere nobis, domine, miserere nobis. et intentus est et intentus orat: ea scilicet perseuerantia, qua uitiorum serui in dominantibus sibi uitiis demorantur, ille certissima bonorum æternorum spe et perfectæ in se misericordiæ fiducia perseuerat.

10. Sequitur uero, ut sæpenumero cognouimus, hanc fidelium spem grauis iniquorum obtrectatio et molesta malignorum insectatio. iustitiam enim a nobis prædicari inicus odit; pudicitiam si laudamus, inpudicus offenditur; exsecratur in nobis ebrietas ieiunia. at uero cum ad liberalitatem cohortamur, insipientiam nostram auarus accusat. cum Christum deum prædicamus cruciatum, religionem Iudæus et omnis ex gentibus persecutor exprobrat. cum iudicium dei expectamus, offenduntur sæculi reges et deum arbitrum uitæ ab unoquoque actæ recusant. cum resurrectionem adnuntiamus, mortua cum uitiis suis infidelium corpora contradicunt. fidem quoque nostram a lege et prophetis et euangeliis et apostolis susceptam omnes hæreticorum falsitates coarguunt. cædimur, maledicimur, fugamur, necamur ferro, flammis, profundo; desæuitur in nostram

3 misereat^{u}r *G* 4 decidit *GR* desinit *PE* tardet *GRb* tradat *Pa* 5 debet praestare *G* praestare debet *RE* prestare *P* 7 confessio est *G* confessio sit *RPE* 8 quo^{ad} *corr. m. 1 R* 11 orat *GRE* erat *P* 15 secuntur *R* 16 molestia *P* 17 inique (?) *G* iniqus *R* iniquōs *P* 21 cruciatum *scripsi* (*de uoce* cruciatus = crucifixus *cf. Lact. mort. pers. 2*) cruciari — (ri *ex corr., postea 1 litt. eras.*) *R* crucari *P* crucifixum *E* 23 ab unoquoque hactę *P* 27 hereticorum *GR* 28 *uerba* desaeuitur in nostram uerecundiam, *quae extant in GR, om. P.*

uerecundiam, desæuitur in corpora; dolor nobis est ex iniuriis nostris. et quia iniuriæ nostræ his, qui eas inferunt, mors est, dolor nobis ex miseratione pereuntium est. ideoque post geminam precationem, qua dixerat: miserere nobis, domine, miserere nobis, adiecit: quia multum repleti sumus aspernatione, quia multum repleta est anima nostra: deo solo aduersum hæc opitulari potente, ut ab aspernatione atque contemptu eximat usque ad finem misericordiæ in se semper intentum. et idcirco, donec sibi deus misereatur, intentus est, idcirco gemina oratione misericordiam sibi dei precatur, quia multum ipse atque anima sua repleta aspernatione sit, deo, ut diximus, tantum potente in multa aspernatione misereri: neque solum in id potente, sed potente etiam in controuersum omnia retorquere et quandam uicissitudinem præstare patiendi.

11. Testis nobis est et pauper in Abrahæ sinu quiescens et diues perustus in pœna. ille enim in aggestu fimi ante diuitis ianuam fame tabidus, ulcerum sanie defluens sederat, canibus uulnera dissoluta lingentibus. sed hæc erat militia corporis, hæc aduersus sæculum pugna, interius tamen anima eius per fidem inuulnerabili et ad omne telum, ad uoluptatis uitia inuia: et idcirco ab angelis post carnis dissolutionem beata in Abrahæ sinus fertur. ille uero, cui omnis erat uestitus in purpura, cui totius ciuitatis nobilitas graui dominatu subdita

3 ex miseratione pereuntium est *GRe* est ex miseratione pereuntium *Pb* 4 praecationem *G* praedicationem *R* p̄dicationē *P* quo *P* 5 adiecit *GP om. R* 6 aspernatione *GP* dispectione *R* 7 haec *GR* hoc *P* 8 adque *G* contemptu *GP* contentione *R* eximat *ex* exemat *P* usque ad *GRP* usque in *E* 9 intento *P* et idcirco *GRPb* et quia *e* donec sibi — idcirco *om. R* 11 praecatur *GR* adque *G* 12 eo ut *GR cf. Acad. p. 31* 13 in controuersum *G* introuersum (con *supra*) *R* in contrauersum (contra *ex* contro *m. 2*) *P* 15 patiendi *GRP* patienti *E* 16 et *supr. add. P* 17 ille enim in aggestu fimi ante diuitis ianuam *GR* illo enim posito in aggestu diuitiarū ad ianuam *P* 18 ulcerū *ex* ulcere *P* defluens *GP* diffluens *R* sedebat *ex* sederat *m. 2 P* 19 militiae *G* 20 aduersus *G* aduersum *RP* 21 inuulnerabili *G* inuulnerabilis *RPE cf. Acad. p. 43* et — inuia *om. G* ad uoluptatis *R* ac (*ex* ad *in ras.*) uoluntatis *P* uoluptatis ac *E* 23 habrahae *R* sinus *RP* sinum *E* 24 graui *GP ex* grauis *corr. R.*

famulabatur, cui æris, terræ, maris copiæ in usum conuiuii congregabantur, uni uentri eius officiis elementorum omnium seruientibus, qui huic pauperi ianuam clauserat, micas de mensa excidentes negauerat et tamquam contumeliam suam occursum eius exprobrauerat, excedens hoc, quod male usus fuerat, corpore, inpenetrabili a sanctis chao separatur, omni pœnarum ministerio excipitur, dolet, uexatur, amburitur, inrorari se ac refrigerari minimo digito requiescentis in sinu Abrahæ pauperis deprecatur. cui Abraham respondet: fili, recordare, quia recepisti bona in uita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. fit alterna conuersio: et demutatur lætitia in mærorem et mæror in gaudium. et uideamus, an idipsum, quod euangelium exposuit, nunc quoque propheta significet.

12. Ait namque: obprobrium abundantibus et aspernatio superbis. post superiores, quas commemorauimus, insectationes regum, gentium, Iudæorum, hæreticorum atque etiam sæpe nostrorum facta hic quoque est euangelica conuersio, ut abundantibus sit obprobrium et superbis aspernatio. superbia in contemptum et copia mutatur in inopiam: rursumque et contemptus in superbiam et inopia demutatur in copiam propheta utrumque istud per uerba eadem monstrante. cum dicit: obprobrium abundantibus et aspernatio superbis, siue quod modo obprobrium ferant, qui postea in regno domini abundabunt, et quod nunc in aspernatione sint, qui postea per fidei confidentiam superbient: siue quod iudicii tempore obprobrium et aspernatio in eos, qui nunc in sæculo abundent ac superbiant, reuertatur.

9 Luc. XVI, 25.

1 cuius *G* 2 congregabantur *GP* congerebantur *REα* aelementorum *R* 5 excidens *R* quod male usus fuerat *G* (*cf. Draeger Synt. I, 568*) quo male (malae *R*) usus erat *RPE* 7 misterio *P* aburitur *P* 8 refrigerari *ex* refrigari *P* 9 depraecatur *GR* respondet *G* respondit *RPE* 11 hic *om. G* tu uero *GP* tu ergo *R* 12 merorem *G* 15 aspernatio *GP* dispectio *R* 16 superiores *GP* superius *R* 17 hereticorum *G* adq. *G* 18 sepe *G* 19 habundantibus *R* 21 et inopia — copiam *om. P* 24 ferant *E* fuerant *GRP* in regnum *R* 26 superbiant *G* superbiunt *RP* 27 in saeculum *G* 28 reuertatur *GP* reuertatur *ex* reuertantur *R.*

13. Paulus in infirmitatibus et in angustiis suis gloriatur. iudicem quoque eligi potentium ex contemptibilibus ecclesiæ præcipit. mutuam sibi legem ille et Petrus instituunt, ut meminissent egenorum eorumque curam facerent sollicite. minimorum angeli deum cotidie uident; humilis exaltabitur; et optimum sacrificium deo est cor contribulatum. non ergo abiciamus humilem, non contemnamus pauperem, non transeamus indigentem. ne profundo ab his chao separemur, ne refrigerare nos minimo digito suo dedignentur, quia obprobrium abundantibus et aspernatio superbis sit. demutabilis est ista conuersio, et digna in bonos et malos uicissitudo, quam in euangeliis ostendit dicens: beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, et rursum: uæ uobis, qui ridetis, quoniam flebitis, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXIII.

Canticum graduum Dauid.

Nisi quod dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel; nisi quod dominus erat in nobis, cum surgerent homines in nos, forte uiuos degluttissent nos et reliqua.

1. Attulit magnum nobis conpendium psalmus anterior; ab eo enim in hunc scanditur. oculi namque mentis nostræ intenti ad deum fuerunt usque ad misericordiæ finem multis undique aspernationibus et obprobriis circumstantibus. post quæ misericordiam consecutos et de obprobrio in abundantia et de

2 I Cor. 6, 4. 6 Ps. L, 19. 12 Matth. V, 5. 13 Luc. VI, 25.

2 elegi *G* eligi *ex* elegi *corr. m. 1 R* potentium *om. R* contemptibilibus *G* 3 praecipit *G* praecipit *ex* praecepit *corr. m. 1 R* praecepit *P* et *supr. add. P* instituunt ut *G* institu = unt ut *P* instituunt (*om.* ut) *R* 4 sollicitae *R* 5 minorū *G* dm̄ cotidie *GR* cotidie dm̄ *P* 8 indigentē *ex* indegentē *P* 11 est ista *GR* == ista *P* et malos *G* ac (*ex* hac *R*) malos *RP* 14 flebitis *R* plorabitis *P* dominus *R* ait dominus *PE* Explicit p*** CXXII incipit psal CXXIII *G* Finit psalmus CXXII incipit CXXIII *R* Finit tract psalmi CXXII inc trac psāl CXXIII *P* 22 magnum nobis *RE* nobis magnum *P* 24 ad deum *R* in deum *PE* 25 post quae *P* post quā *R* 26 in abundantia *P* in abundantiam *Re* et de aspernatione *RPe* de aspernatione *b*.

aspernatione in superbia conlocatos quid agere ac loqui nos oporteat, propheta demonstrat dicens: nisi quod dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel; nisi quod dominus erat in nobis, cum surgerent homines in nos, forte uiuos degluttissent nos. et quidem sermo ipse talis est, ut intellegatur prophetæ esse instruentis, quid dici a ceteris oporteat. primum enim res ipsa dicta est; dehinc qualiter sit dicenda monstratur. et hic fuit ordo, ut, quid agendum, dehinc, quatenus agendum esset, ostenderetur. nisi quod dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel. dictum ergo est, quid dici ab Israhel oporteret. de Israhel frequenter admonuimus eum existimandum, qui deum mentis oculis contemplatus sit. nunc ergo secundum prophetiam cognito, quid dicere debeat, Israhel loquetur: nisi quod dominus erat in nobis, cum insurgerent homines in nos, forte uiuos degluttissent nos. hoc ergo Israhel exemplum accipiens a propheta dicet, quia audiuit: nisi quod dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel.

2. Non est autem leue mandatum illud, quod necesse fuit præeunte quodam prophetæ præconio demonstrari. in his namque rebus, quæ difficilia sunt, desideratur exemplum. omnis enim natura hominum insolens ad res secundas est et inbecillitatis suæ inmemor inconsulte in prosperis laetans est. quod ab homine doctrina dei erudito abesse oportet. quis enim relictus est nobis gloriandi locus recordantibus omnia ex deo esse? si nos nobis uitam inseruimus, debeamus et nobis corporum speciem: si ipsi pluuias æstusque moderamur, ex nostro esse prouentus fructuum gloriemur: si non in omnibus

1 in superbia *GP* in superbiam *Re* ac *i. ras. m. 3? R* 4 homi- nis *G* 5 degluttissent *P* deglutissent *R* 6 est *om. G* dici a ceteris *PE* dicere ceteris *R* 11 ergo est *R* est ergo *PE* 12 existimandum *GR* existimandum esse *PE* 13 secundum profetiam *G* secundum propheticam doctrinam *RPE* cognito *GP* cognito (ito *in ras.*) *R* quid *RP* quod *G* 14 loquetur *G* loquitur *RP* 15 insurgerent homines in nobis *G* surgerent homines in nos *RP cf. infr. p. 591, 21 et Stud. 1889 p. 317* 16 degluttissent *G* deglutissent *RP* 17 dicet *R* dic*t *G* dicat *P* 19 mundatum (?) *G* 21 difficilia *GRP* difficiles *E* 23 inconsultae *R* laetans *G* iactans *RPE* 26 debeamus *GP om. R* 27 moderantes *P.*

opus est dei misericordia, et omnia nobis, tamquam ex nostro sint, uindicemus. numquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis ægritudo efficiet infirmum? numquid diues in opibus gloriabitur, cui hæc omnia forte fur, prædo, tyrannus abripiet? numquid nobilitas gloriabitur, effecta nonnumquam infirma et miserabilis seruitus? numquid sapiens gloriabitur, incertus, quid in momenta sibi accidat? sed si quid horum sine molestiæ alicuius interpellatione utimur, lætamur, efferimur. et si ex aliqua tristitia in gaudium reuertamur, huius ipsius uix adepti gaudii incapaces ultra sensum humanæ inbecillitatis extollimur, inmemores dicti huius: non glorietur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitiis suis, sed in eo glorietur, qui gloriatur, intellegere se et cognoscere, quia ego sum dominus. ergo nos de consuetudinis nostræ uitio insolentes quodam præscripto confessionis propheta formauit, et ad honorem deo reddendum et in eo gloriandum exemplo admonitionis edocuit dicens: nisi quod dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel.

3. Auditis igitur a propheta, quæ dicere nos oportet, dicamus et nos: nisi quod dominus erat in nobis, cum insurgerent homines in nos, forsitan uiuos degluttissent nos. perpessi namque hominum insectationes, regum impias constitutiones, consiliatorum inlecebrosas adhortationes cum in

11 Hierem. IX, 23 sq.

1 et omnia *P* omnia *R* (*de G h. l. non constat*) etiam omnia *E* 2 quaem *R* 4 forte fur *GR* fur *P* 5 infirma *G* indigna *RPE* 6 gloriabitur *GR* glori=ficabitur *P* incertus *GR* incertis *P* 7 si *om. G* 8 utemur *G* (?) *P*[1] laetamur efferimur *R* le^{mur}ta.et ferimur *P* (*cf. p. 590, 23* laetans est) delectamur, efferimur *E* 9 uix *GP* uiae *R* 11 dicti huius *GR* huius dicti *P* 14 qui gloriatur *GP om. R* quia *G* qđ *R* quod *P* quoniam *E* 17 exemplo *GR* exemplario *P* 18 edocuit *ex* sedocuit *R* 21 **surgerent homines in nos *G* insurgerent homines in nos *RP cf. p. 590, 15* 22 forsitan *GRP* forte *E* degluttissent *GP* deglutissent *R* 24 constitutiones *GP* cogitationes *R* consiliatores inlecebrosas adhortationes *G* consiliatorū inlecebras ad^{h}.ortationes *P*; *R haec uerba om.*

fide maneamus, cum in timore dei resideamus, cum in spe bonorum æternorum inmoremur adiuti dei misericordia, scientes fidelem, qui dixit: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, ad hunc habitantem in nobis gaudia nostra referamus, huic, si quid in nobis est, debeamus; a Paulo beato edocti nihil nostrum existimandum dicente: quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? a sancto uero Iacob patriarcha modestiam referendæ gratiæ cognoscentes, cum dicit: deus, qui enutriuit me a iuuentute mea, et angelus eruens me ex omnibus malis.

4. Non est autem in usu hominum, ut uiuos alios uorent, neque usque ad carnes gluttiendas odia procedunt. sed neque nunc de eruto a morte corpore gaudium est, sed de anima a peccato conseruata atque a peccatorum consortio liberata. idcirco ita ait: forsitan uiuos degluttiendos fuisse, scilicet in corpore adhuc positos a morte peruasos atque a peccato comestos. hæc enim uiuorum mors est, uiuere luxui, somno, sacrilegiis, adulteriis, cædibus. deo ergo gratiæ agendæ sunt manenti in nobis, quod per fidem eius doctrinamque uiuentes non degluttimur ab istis. fit ergo hic in gratulatione ordo, qui est et in iniquitatibus. nam quia ab insurgentibus primum aduersus nos degluttiti non

3 Matth. XXVIII, 20. 7 I Cor. 4, 7. 10 Gen. XLVIII, 15.

1 spe: *GP* sede *R* 3 fidelem qui *G* fidelem eum qui *RPE* ego *om. G* 5 in nobis *scripsi cum e, cf. infr. lin. 20, ubi GR* in nobis *praebent; h. l. G legi non potest,* in nos *RP* 6 a Paulo beato edocti *R* a paulo beato edocet *G* a beato Paulo docti *P* 7 quid habes *GR* quid enim habes *P* quid autem habes *e* 9 modestiam modes** *G* 11 seruens *G* 14 *post* usque *spatium 2—3 litter. uac. in uers. ineunte R* 15 *uerba* anima — atque *in G nunc legi nequeunt, sed ea ibi quoque fuisse spatium unius lineae demonstrat* 16 conserua == t = a *R* liberata *GR* separata *P* 17 it(a)ait *G* ita ait *R* ait *PE* forsitam *G* deglutiendos *GRP* 19 sacrilegis *G* 20 manenti in nobis *GR* manente in nos *P* 21 deglutti*** *G* deglutimur *RP* 22 et in iniquitatibus *R* in iniquitatibus *Pe* 23 nam quia *G* nā qui *P* namque *ex* namqui *R*.

erimus, ne postea quidem irascentibus eorum animis ab aqua, protegente domino, absorbebimur.

5. Ait enim: in eo cum irasceretur animus eorum aduersus nos, forsitan aqua absorbuisset nos. sed quid hoc est? animi hominum irascuntur, et aqua nos absorbet? numquid ad motum mentium incitatarum ultrices aquæ adsistunt aut animales sunt, ut absorbeant? enecari in aqua, qui demersi erunt, possunt; absorbere autem id, quod inanimale est, non potest. quærendum ergo nobis est, quid hic intellegi oporteat. et meminisse eorum locorum necessarium est, in quibus aquæ facta sit mentio. et quidem in exordio libri Genesis ita scriptum est: et tenebræ erant super abyssum, et spiritus dei superferebatur super aquas; et rursum: dixit deus: fiat firmamentum in medio aquæ et sit diuidens inter aquam, quæ est sub firmamento, et inter aquam, quæ est super firmamentum; et rursum: et aqua, quæ super cælos est, laudet dominum; et rursum: uiderunt te aquæ, deus, uiderunt te aquæ et timuerunt. ergo quia lex spiritalis est et fides historiæ non periclitatur, si rebus effectis

12 Gen. I, 2. 14 Gen. I, 6 sq. 17 Ps. CXLVIII, 4. 18 Ps. LXXVI 17.

1 ne *G* sed ne *RPE* 2 dñ *G* absorbe***** *G* absor be mur *(2—3 litt. eras.)* *R* absorbemur *P* 3 animus *GP* animus (ani *i. ras. m. 3*) *R* 4 forsitamqui *G* absorbuisset *GP* obsorbuisset *R* 5 nos (s *in ras.*) *R* ñ *P* 6 motum *G* motus *RPE* incitaturũ *G* 7 hl necari *P* in aqua *P* in ea *R* 8 demersi erunt *GR* demersi sunt *PE* id qod (u) autem *G* 9 inanimale *GP* inanimal *R* 11 exordo *G* 12 et tenebrae — abyssum *om. R* 13 est ps dĩ *G* superfer********* qas (u) *G* superferebatur super aquam *P* superferebatur aquis (i *in ras.*) *R* *post* aquis *R add.:* & rursum et tenebrae erant sup abyssum 14 et rursum *G* et iterum *RP* in medio *GR* int̃medio *P* 15 *sic GR*; *cod. P*, de *quo Bened. hoc quoque loco non accurate rettulerunt, haec habet:* et sit diuidens int̃aquam que ē sup firmamentum *(quae uolgari illa aberratione explicanda sunt cf. Acad. p. 32)* 17 *uerba* et rursum — laudet dominum, *quae extant in GR, om. P* e*aqua *G* *(καὶ τὸ ὕδωρ LXX)* aqua *R* 19 uiderunt te aquae et timuerunt *restitui*, uiderunt**quae et timuerunt *G* uiderunt te et timuerunt *R* uider̃ et timuerunt *PE* *(εἴδοσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν LXX)* 20 effectis *GRa* effectus *Pb.*

inesse conexam sibi extrinsecus significantiam existimemus, uidemus et aquas esse, super quas sit spiritus dei, et aquas esse, quæ super cælos sint, esse et quæ in terris sint, et aquas esse, quæ laudent, et aquas esse, quæ timeant. per quod recte significari aquas populos intellegimus, in quibus sint spiritales. sint et tenebrosæ; sint cælestes, sint et terrestres; sint gloriosum aduentum domini laudaturæ, sint et timentes. hæ ergo sunt trepidæ, terrenæ, tenebrosæ absorbere nos uolentes animis in iram concitatis et toto diabolici furoris impetu commotis, tamquam maxime hiemis tempestate torrentibus et per præceps ruentibus.

6. Atque ita in ordine confessionis nostræ ad dominum adiecit propheta: t o r r e n t e m p e r t r a n s i i t a n i m a n o s t r a. f o r s i t a n p e r t r a n s i s s e t a n i m a n o s t r a a q u a m i n m e n s a m. ecce diaboli et suorum inruentes impetus et ex turbidis motibus concitatos furentesque procursus et tempestatis temporariæ torrentes; sed hæc intolerabilis aqua animam non transit, in qua deus habitat. intolerabilis autem est deo uacuis: his autem, in quibus deus est, torrens repentinus, post paululum uero ad transeundi facultatem aridus et exhaustus.

7. Atque ut nullus hic de aquis sensus esset, consequitur: b e n e d i c t u s d o m i n u s, q u i n o n d e d i t n o s i n c a p t u r a m d e n t i b u s e o r u m. et qui sunt horum torrentium dentes? sunt plane ad laniandum adprehendendumque uehementes, ira, cupiditas, lasciuia, odium, gula, auaritia. hi sunt dentes mali et tenaces. per hæc enim in nos captos laniatosque dominantur, dum uitiorum suorum aut ministros aut consortes esse nos faciunt: quibus non carnes nostræ, sed anima, nisi deus in nobis esset, ab his manderetur.

1 conexam *GR* et connexam *Pb* 3 esse et *P* esse *R* *post* terris *3 litt eras. R* 4 laudem *G* per quod *GR om. P* 5 intellegimus *GP* intellegemus *R* 7 haec *GR cf. Acad. p. 28* sunt *om. G* 8 absorbore *G* in iram *R* (*cf. Quintil. VI, 2, 27*) in ira *P* 10 maxime *GRP* maxime e tempestates *Pa* 12 in iordane confessionis *P* 13 pertransiit *GR* transiit *P* 16 tempestates temporarie == (e *in ras.*) *P* 18 transit *Re* transiit *P* 20 ad transeundi facultatem *om. P* exaustus *R* exustus *P* 22 capturam *R* captionem *Pe* 24 adpraehen.duntq (nt *ex* m; den *superscr.*) *R*, *om. P* 26 in *om. R* 28 quibus nos *P* animae *P* 29 est *R* ab his *om. PE* manderentur *P*.

8. Ait enim: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenatorum. laqueos, qui uenantur, occulte et fallentes prætendunt, aut absconsos uallibus aut herbis contectos aut cibis oblitteratos aut nubibus concolores. et hæc quidem ad bestias atque aues ceteras: nobis uero aduersus animam hæc parantur. est enim nobis laqueus in otio, pecunia, ambitione, lasciuia. hæc prætenduntur, hæc blandiuntur, hæc fallunt; sed ab his omnibus uoluntas nostra referenda est. omnibus enim hi laquei prætensi sunt, sicut scriptum est: non enim iniuste prætenduntur retia auibus. perfecta enim gloria est ab his laqueis, qui prætensi sunt, euolare.

9. Denique psalmus ita dicit: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenatorum: non utique uenantium, sed eorum, quibus in uenatione tensi sunt laquei. non enim cum quis in laqueum inciderit, tunc fiet peccator, sed, cum omnibus tendantur, ille tamen, qui iam sit peccator, in laqueo est; sicut scriptum est: oculus meretricis laqueus peccatoris. ergo peccatis omnibus abstinendum est, ne incidamus in laqueum. spiritales enim sumus et euolamus ut passeres. passer auis domestica et ædificiorum incola, non momentanea, non temporaria, sed sine demutatione ulla aut temporis obseruatione consistens. nos ergo sine uicissitudine temporum ecclesiam incolentes abstineamus a peccatis, ut a laqueis euolemus. laqueus enim per deum in nos habitantem conteritur; quia ita sequitur: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit

9 Prov. I, 17 (LXX). 17 cf. Ecclesiastes VII, 27.

1 ait enim *om.* *R* 2 uenatorum *P* uenantium *Re* (*ita etiam lin. 13, sed cf. ibi explicationem Hilar. et Sabat. II, 253*) laqueus *R* 3 erbis *R* 4 cibis oblitteratos *Ra* cibos obliteratos *P* cibis oblitos *ed. Basil. 1550* 6 in otio (*postea 2 litt.* [pe?] *delet., deinceps spatium 4—5 litt. uac., tum 3 litt.* [peu?] *delet., denique spatium 3 litt. uac.*) *R* in otium *Pa* ambitione *R* ambitio *Pa* 7 blandiuntur haec *om.* *R* 8 uoluntas *ex* uoluntas uoluntas *R* referenda est *RP* est refrenanda *e* 9 hii *R* sicut *om.* *R* 10 iniustae praetenduntur *R cf. Sabatier II, 298* iniuste in terra praetenduntur *PE* 16 tamen *R* tantum *PE cf. Addenda* 18 peccatis *RP*[1] a peccatis *P*[2]*E* 19 passeres passer *E* passeres *R* passer *ex* passeris *P* 22 ucissitudine *G* eclesiam *G* 24 in nos *h. l.* *GRP cf. praef.*

cælum et terram. hoc adiutorio laqueus conteritur, hoc adiutorio liberamur in nomine domini, qui fecit cælum et terram: quod est scilicet super omne nomen, in quo omne genu flectet cæléstium et terrestrium et infernorum et omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXIV.

Canticum graduum.

Qui confidunt in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.

1. Faciunt nobis plerique obscuritatem, uolentes scripturas propheticas solo aurium iudicio æstimare et non aliud in his intellegere, quam quod sub singulis rerum quarumque uocabulis audiatur. quod cum uolunt, neque nobis, quod intellegamus, relinquent, neque prophetas non dico cælestia, sed ne terrena quidem rationabiliter dixisse constituent. quid enim aut a nobis congrue tractabitur aut ab illis recte dictum existimabitur, cum aquas laudantes, uidentes, timentes et plaudentes manibus audiemus, nisi ex auctoritatibus scripturarum earundem sub aquarum nomine aliud significari, quod alterius sit generis, monstramus? id scilicet, quod sit uiuum ac sentiens et ad rei uniuscuiusque iudicium suo motu sensuque se permouens: quod esse homo intellegetur laudans, uidens, timens, plaudens, iudicans. hæc enim humanæ affectionis genera in aquis esse sermo propheticus edidit; quorum quia in aquas natura non conuenit, nec propheta de aquis dixerit nec nos de aquis dictum intellegimus.

3 Phil. II, 9 sq.

4 flectet *GR* flectatur *P* caelestium et terrestrium *GP* terrestrium & caelestium *R* et infernorum *GR* et inferorum *P* 5 confitebitur *GR* confiteatur *P* ıh̄s *G* iesus xp̄s *R* Explic. psals. CXXIII incip̄it psals CXXIIII *G* Finit psāl CXXIII incipit CXXIIII *R* Finit tractatus psalmi CXXIII incipit tračt psalmi CXRIIII *P* 10 commouetur *h. l. V* 13 estimare *R* 16 relinquent *G* relinquănt *P* relinqunt *R* 17 constituent *GR* constituént *P* 20 scribturarum *G* 21 nomine *om. G* monstramus *scripsi* monstrantes *G* monstremus *RPE* 22 ac sentiens *GP* & sentiens *R* 24 intellegetur *R* intelligitur *P* 27 nec *ante* nos *om. R* intellegimus *G* intellegamus *RP*.

hoc propter ea, quæ in præsenti psalmo sunt, retractari conuenit, quæ talia sunt.

2. *Qui confidunt in domino, sicut mons Sion; non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. montes in circuitu eius.* nomen montis Sion et habitatio Hierusalem et montes circum eam si nullam interioris intellegentiæ habent causam, inanis est psalmus et mendax propheta, in quo spiritus sanctus locutus esse credatur. est enim mons Sion ciuitati Hierusalem imminens; est ea ciuitas, circa quam extrinsecus plures sint montes. qui ergo confidit in domino, quem profectum habebit, ut sit sicuti mons Sion? ex rationabili homine fieri saxum, arborem, cæspitem et de natura animali in naturam inanimalem referri? iam uero quomodo fidelis hic sermo sit, non commouendum eum in æternum, qui habitet in Hierusalem? numquid Hierusalem ipsa sanctificationem habitantibus adferebat, ut habitatio eius firmitas esset æterna, cum illinc sacrilega cædes prophetarum, iudicium mortis in dominum, fuga apostolorum, crucis scandalum sit? habitantes autem in ea quotiens captiui, quotiens perempti? ad ultimum urbs eadem funditus diruta est et qui uastationi eius residui erant, capti atque dispersi sunt, propheta hoc impietati eius excidium antea ita nuntiante: *terra uestra deserta, ciuitates uestræ igni concrematæ, regionem uestram in conspectu uestro exteri comedent, et desolata et subuersa a populis extraneis derelinquetur filia Sion, ut tabernaculum in uinea et sicut casa custodiaria*

23 Esai. I, 7 sq.

1 hoc *GRP* haec *E* retractari conuenit *RPE* retractaturi *G* (?) *fort.* retractatur 8 credatur *GP* creditur *R* 9 est ea *G* est eadem *RPE* est autem eadem *V* 10 sint *GRP(V)* sunt *E* 11 profectum *RP(V)E* profeta (?) *G* 13 animali in naturam *om. P* 15 in *sec. l. om. P* 17 firmitas *GRP* firmata *V* illinc *GRP* illic *e* sacrilega *P* sacrilegia *GVRe* 18 dñm *G* deum *VRPE* cruci scandalum *G* 19 in ea *GRP* in eam *V* quotiens captiui *omisisse uidetur G* 20 perempti *GVR* redēpti *P* urbs eadem *GRP* ciuitas eadem *V* urbs ipsa *E* ^{d}.eruta *G* 21 aastationi *G* uastationi *ex* uastatione *P*.

in cucumerario. iam ergo inanis est sermo, inanis prophetia, quæ et addiderit: montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in sæculum. Hierusalem euersa est, populi eius extincti sunt, reliquiæ eius dissipatæ sunt; hodie in ea non habitatur; non sacerdos, non propheta, non princeps; sed ipsa obtrita, deserta, sine fructu est. et quomodo habitatio eius non commouebitur in æternum? et dominus in circuitu populi eius ex hoc nunc et usque in sæculum? ergo non potest de ea prophetatum uideri, a qua prophetiæ ueritas dissidebit. sequens igitur est, ut quæramus, in quos dictorum ratio conueniat.

3. Et quidem primum animaduertendum est, non alterius montis quam Sion factam mentionem. legimus enim esse montem domini et Choreb, usque ad quem primum Moyses, cum multa obisset, accessit: esse et montem dei Sina, in quo populi lex scripta sit. est et Sion mons superimminens Hierusalem. sed quia in hunc montem fructus prophetiæ nullus est, uidendum est, quid in monte intellegi oporteat. et habemus optimum intellegentiæ ducem Esaiam. nam cum superius montem domini excelsum significasset, ad quem gentes uenturæ essent, ait: propter hoc sic dicit dominus: ecce mitto in fundamenta Sion lapidem præclarum, electum, angularem, pretiosum in fundamenta eius; et qui credit in eum, non confundetur. et non ambiguum est apostolum fundamentum Christum significasse, per quod beata illa dominici corporis ecclesia, cuius fundamentum est

21 Esai. XXVIII, 16.

1 cucumario *G* inanis *G* inanis est *RP* 2 quae et addiderit *G* quae addiderit *PE* quae addiderunt *R* 3 nunc *om. P* et usque in aeternum (et usque *in ras.*) *P* 6 est ipsa *R* 7 habitatio *GV* habitator *RP* (*cf. p. 597, 16*) 8 co**oliebitur *G* 9 nunc *om. P* et *om. RP* 10 dissebit (id) *G* 13 esse montem *GRP* montem esse *E* 14 et Choreb *R* et cor*** *G* et horeb *P* usque ad *P(G?)E* ad *R* 15 dī *G* domini *RPE* 16 populi *G* populo *RPE* scribta *G* 17 in hunc montem *GRP* in hoc monte *V* fructus profetiae nullus est *GVRP* prophetiae nullus est fructus *E* 19 Esaiam (aiam *in uers. exeunte add. m. 3, deinde in uers. ineunte 3 litt. eras.*) *R* 23 praetiosum *GVR* 24 credit *GVP* crediderit *R* 25 xp̄m *VR* XP̄I *P* Christi *e* 26 dn̄i corporis eclesia *G*.

Christus, significari uidetur in monte. quam idem apostolus et Hierusalem nuncupat dicens: quæ nunc est Hierusalem, seruit cum filiis suis; ea autem, quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. habemus ergo montem Sion domini, habemus et ciuitatem dei Hierusalem: et nominis Sion interpretatio est speculatio. sic ergo montem dominum in Danielo accipimus, ex monte in lapidem et rursum ex lapide in montem; exinaniuit enim se in forma dei constitutus et formam serui accepit et per passionem suam mundo cum superstitionibus suis erroribusque prostrato in gloria dei patris est et deus super omnia est; propter infirmitatem carnis ex monte in lapidem exinanitus, propter gloriam passionis ex lapide rursum effectus in montem: mons supereminens et excelsus, in quo ipsi nosmetipsos per adsumptionem carnis nostræ corporisque speculamur.

4. In eo enim sumus resurrectionem nostram in resurrectione nostri in eo corporis contemplantes: speculatio est enim Sion. loquatur interpretationem hanc hebraica lingua, qua dictum est: mons Sion mons speculationis est. loquatur et Paulus et dicat: nostra autem conuersatio in cælis est, unde et saluatorem nostrum expectamus, qui transformabit corpus humilitatis nostræ conformatum corpori gloriæ suæ; dicat et rursum: et cum

2 Gal. IV, 25 sq. 7 cf. Dan. II, 34 sq. 20 Phil. III, 20. 23 Ephes. II, 5 sq.

1 in montem *Ge* idem *GRP om. V* 2 et hierusalem nuncupat *GR* alio nomine hierusalem nuncupat *V* nuncupat — nunc est hierusalem *om. w* 3 seruit *RP* seruiens *V* et seruit *E* sursum *GR* su-sum *T* susum *V* 5 dñi *GVP* dominum *R* 6 et nominis Sion *GRP* et nomen mõtis Sion *V* interpraetatio *GVR* si ergo *GR* 7 dñm *G* domini *RPE* danihelo *ex* danielo *P*² danihaelo *R* danielum *G* 8 enim se *GR*¹*P* enim se dš *R*³ 9 et *om. G* 10 substitutionibus *P* erroribusque *GRP* terroribusque *E* 12 ****infirma autem *G* 14 superaeminens *G* supereminens *R* superimminens *P* 16 *ita GR*; in eo enim sumus resurrectio in resurrectione nr̄i in eo nobis est corporis contemplatione speculatio *P* 17 sion *G* Sion mons *RP* 18 loquatur *GR* loqt̄ *P* interpraetationem *GR* interpretatione *P* hebreica *G* 19 mons speculationis est *GR* speculationis est *P* et paulus *GR* Paulus *P* 21 *post* expectamus *E add.*: dominum Iesum Christum (*uel* nostrum), *quae uerba desunt in GRP* 22 transformauit *G* transfiguravit *RP* 23 corpori *om. R.*

essemus mortui peccatis, uiuificauit nos simul cum Christo et coexcitauit et conlocauit in cælestibus. dicat et euangelium: quotquot receperunt eum, dedit his potestatem filios dei fieri. dicat ergo nunc et propheta: qui confidunt in domino, sicut mons Sion; non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. sequamur apostolum, sequamur euangelium, sequamur prophetam. confidamus in domino, ut conformes corporis gloriæ dei simus. habitemus nunc ecclesiam, cælestem Hierusalem, ut non moueamur in æternum. in hac enim habitantes habitabimus et in illa; quia hæc illius forma est; ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. et nunc uidemus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. sed et hæc cælestis et illa cælestis; et hæc Hierusalem et illa Hierusalem; et illa quidem ecclesia angelorum multitudinis frequentium: sed est ecclesia primitiuorum, est et ecclesia spirituum in domino fundatorum. fundandi ergo sumus in spiritu, et in hac habitantibus standum est, non discurrendum, sicut Moysi dictum est: tu autem hic mecum sta. non simus procursibus uagi neque uiis incerti neque inanis doctrinæ uento euolantes. in æternum enim manendum est, si sine commotione steterimus.

5. Sed neque desunt stare uolentibus sanctorum custodiæ, neque angelorum munitiones. dicitur enim: montes in

3 Ioh. I, 12. 12 I Cor. XIII, 9; 12. 16 Hebr. XII, 22 sq. 20 Deut. V, 31.

3 quod (quod *superscr.*) *G* quodquod *R* quotq̄ *P* quotquot autem *E* 4 his *GRP* eis *E* 5 et profeta *GP* propheta *R* 7 sequamur ergo *V* 9 ecclaesiam *R* in eclesia *V* 10 caeleste m*om. V* Hierusalem *om. R* (*in G certe* caelestem *etiam nunc legi potest*) 11 in hanc (?) *G* habitamus *R* in illa *GP* in illa *ex* in illam *R* 12 enī scimus *P* 14 enigmate *GR* 15 et illa hierusalem *GR om. PE* 16 et illa quidem *G* est illa quidem *RP*.illa quidem *e* eclesia *G* 17 est et *RP* est *G* 18 in dn̄ *G* 19 sicut *R* sicuti *P* 20 hic mecum *GPe* (αὐτοῦ μετ' ἐμοῦ LXX) mecum *R* 21 procursibus *RE* praec*rsibi** *G* procursores (ores *in ras.*) *P cf. praef uerba* neque inanis — euolantes, *quae sunt in GP*, *om. R* 23 steterimus (ste *in ras.* t *in uers. ineunte add. m. 3*) *R* stet**** *G* 25 **qui angelorum man**** (?) *G*.

circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui ex hoc ét usque in sæculum. hos enim secundum superiora exempla montes esse existimabimus humilitatem terræ excedentes, firmos et excelsos et inmobiles. cum enim et montem significari ecclesiam, id est dominum in corpore legimus, et inueniamus montes dei exultare atque lætari — scriptum enim est: montes exultauerunt ut arietes —, quomodo possumus montes non eos significatos esse intellegere, qui super terrenam naturam gloriosi iam in dei rebus exultant?

6. Ac ne leue præsidium in apostolis, uel patriarchis ac prophetis, uel potius in angelis, qui ecclesiam quadam custodia circumsæpiunt, crederemus, adiectum est: et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in sæculum. sed forte apostolorum uel angelorum custodia sufficiens existimetur. uerum id quidem est; sed et Moysen audiamus. namque cum ei dominus dixisset: ecce angelus meus antecedet te. et ille respondit: nisi tu mecum ambules, ne me expellas hinc. bonum quidem præsidium angeli, sed melius domini. multis anima nostra laqueis adpetitur, multis aduersus nos armis dimicatur. non terra, non maria, non aer a fidei nostræ periculo uacant. rapiunt oculos nostros raræ incogniti maris gemmæ, occupat animum terræ aurum, notis nos mortis nostræ inlecebris spiritales nequitiæ et æris huius uirtutes circumuolant, per uitæ præsentis molestias, per alienæ uoluntatis mores atque lasciuiam insidiantes, ut irascamur, ut oderimus, ut amemus: undique expectamur et adpetimur. sciens ergo dominus non aduersus carnem et sanguinem

7 Ps. CXIII, 4. 15 Exod. XXXII, 34. 16 Exod. XXXIII, 15.

2 ex hoc *V* ex hoc nunc *RP* saecundum *R* 6 inueniamus *R* inuenimus *PE* 7 enim est *Ra* est enim *Pe* 9 exultant *RE* excitant *P* 10 ac *ex* hac *R* 11 custodia *ex* custodiam *R* 12 *cum saepi** *G* circumsaepiunt *R* circumsepiant *PE* 13 nunc *om. P* 16 et ille *GRPE* ille *V* mecum ambul*** *G* mecum ambules *V* (συμπορεύῃ LXX) mecum ambulaturus es *RPE* (*P* mecum *supr. add.*) 17 **pellans *G* 18 multis *GRPE* multis enim *V* 20 aer a *om. P* 22 notis *G* totis *RPE* nos mortis nostrae *GRe* nostrae mortis *P* spiritalis *G* 26 sciens ergo dn̄s *GVR* si ergo dn̄s *P*.

nobis pugnam esse, sed aduersum mundi huius potentes et nequitias spiritales, ait euangelia consummans: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem sæculi. adest enim; et cum fideliter inuocatur, per naturam suam præsens est. spiritus namque est omnia penetrans et continens. non enim secundum nos corporalis est, ut, cum alicubi adsit, absit aliunde: sed uirtute præsenti et se, quacumque est aliquid, porrigenti. cum replente omnia eius spiritu in omnibus sit, tamen ei, qui in eum credat, adsistit. nam et tribus uel duobus in nomine suo congregatis erit præsens, et in circuitu omnis populi sui est ex hoc et usque in æternum.

7. Sed quid sibi uult, esse eum in circuitu populi sui ex hoc et usque in sæculum? quia non relinquet uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti in iniquitatem manus suas. in uirga potestatem intellegi conuenit; insigne enim potestatis est. uirgam accepit Moyses, qua posset omnia; fuit et uirga Aaron. sed fuit et uirga Pharao, fuit et uirga Nabuchodonosor. ergo in circuitu nos dominus custodit, ne super sortem nostram peccatorum uirga derelinquatur. ueniunt quidem tribulationes. sed non permanent; ueniunt persecutiones, sed non persistunt. multi redigere libertatem fidei nostræ in captiuitatem uolunt, sed confessionis nostræ, quam in Christo habemus, nemo dominatur.

2 Matth. XXVIII, 20. 10 cf. Matth. XVIII, 20.

1 sed aduersum *GRP* sed *(add. m. 2)* aduersus *V* potentes *GRP* potestatem *V* et nequitias spiritales *GRP om. V* 2 ait *GRP* ait enim *V* euangelia *GRP* euangelista *V* 7 ut cum *GR* cū *P* aliunde sed *GR* aliud esset *P* uirtute *GP* uirtutute *R* 8 porrigenti *ex* porrigendi *P* porrigen** *G* porrigendi *R* 11 omnis *R om. P* ex hoc *RPe* ex hoc nunc *b* 13 eum *om. P* 14 ex hoc et usque *P* ex hoc eius** *G* ex hoc nunc usque (ex hoc *dittogr. bis scriptum priore loco eras.*) *R* qui *V* relinquet *RP* (ἀφήσει) reliquit *V* 16 in iniquitatem *GRV* ad iniquitatem *PE (sed P* ad *supr. add.)* 17 *uerba* insigne — est, *quae extant in GRP, om. V* 18 possit omnia *G* posset faceret signa *V* 19 sed *GRP om. V* farao *GVR* farao *ex* faraon *P* Pharaonis *E* 20 dñ* *G* dominus *RP* ds̄ *V* custodit ne *PVR* custodien* (?) *G* 22 psistunt *V ex* psistent *P* persistent *R* 24 confessionis *G (cf. Lact. de ir. 15, 3)* confessioni *Re* confi — sioni *P*.

non enim super sortem nostram peccatoris uirga derelinquetur. dominus namque in circuitu populi sui est in æternum, ne uicti et fatigati uirgæ imperio in iniquitatem extendamus manus nostras. sed uirga cum inciderit, auferetur; et peccator cum incubuerit, non derelinquetur. breue est, quidquid patiemur ab aduersariis dei: et habet uictoriam et præmium, licet non habeat prœlii longi laborem. dominus adest. etiam si uis aliqua conpellet, abstineamus manus nostras ab iniquitatibus, non extendamus opera nostra in peccata, quia domino in circuitu nobis constituto uirga peccatoris non derelinquetur, ut maneat.

8. Post quæ conuersio fit prophetæ retributionem a domino ei, qui ab iniquitate manus abstinuerit, inprecantis: benefac, domine, bonis et rectis corde; probitatem et facti et uoluntatis in utroque significans. multis enim uel propter hominum fauorem, uel propter periculum et metum facti opus bonum est. uerum nisi ex uoluntate boni simus, etiamsi hominibus boni uidebimur, tamen deo boni non sumus, quia perfecta bonitas in recti cordis consistit adfectu.

9. Retributio autem ut bonis adest, ita et malis non abest. nam sequitur: declinantes autem ad obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem. et hic quoque duplicis significantiæ sermo est, declinantium ad obligationes et operantium iniquitates. qui declinant, ex alio in aliud declinant, id est ex bonis operibus recti cordis in obligationes. et quas esse obligationes existimabimus? eas

1 non e=== n *G* derelinquetur *GRP* derelinquitur *V* 2 populi *GRP* poli *V* 3 in iniquitatem *scripsi cf. p. 602, 16* iniquitatem *GP* ad iniquitatem *RE* 4 peccator *GP* peccato *R* 6 uictoriam et praemium *G* uictoriae praemium *RPE* 7 proelii *RPE* praemii *G* 8 conpellet *GR* conpellit *P* 12 pos(t)que *G* 13 ei qui ab *GR* et quia *P* inpraecantis *GR* 14 probitatem et *RP* probitatem ex *G* 18 uidebimur *ex* uidemur *P* 20 ut bonis adest ita et malis non abest *GRP* (*nisi quod in G ultima uox euanuit*) ut bonis ita et malis non deest *V* 21 nam sequitur *GRP* sicut subsequitur *ex* ita et sicut subsequitur *m. 2 V* 24 qui declinant ex alio *om. P* 26 et quas esse obligationes *om. P.*

nempe, quas solui propheta monuit dicens: non tale ieiunium elegi, dicit dominus; sed solue omne uinculum iniquitatis, dissolue obligationes uehementium commutationum. si quis ergo se a præceptis dei declinans his obligationibus conligauerit, adducetur cum operantibus iniquitatem, in eandem scilicet sententiæ pœnam transgressor et inicus futurus. qui enim operatur iniquitatem, legis alienus est: qui autem declinat ex lege, legem, in qua mansit ante, transgreditur.

10. Non declinandum igitur ad obligationes est; neque libertas nostra est nexibus sæculi et mundialium negotiorum uinculis inserenda. nouit Paulus beatus solutos ligari non oportere, cum dicit: solutus es ab uxore? noli quærere ligationem. et hoc non de criminoso uinculo necessariæ ligationis ita sensit. ceterum sunt alia uincula, quæ fidem nostram impediunt et obligant sibique conectunt: maxime augendæ pecuniæ labor et negotiandi insincerus profectus. hæc enim ita obligant peccatis, sacramentis, commerciis, ut sibi nos captos possessosque detineant. ab his ergo omnis mens, uoluntas, studium soluendum est, quia declinantes ad obligationes una adducentur cum operantibus iniquitatem.

11. Erit autem Israhel pacificus non derelicta super se uirga peccatoris; sed in fide perfecta ac spe æterna manens audiet pro portione sibi dici: pax super Israhel. ille est enim

1 Esai. LVIII, 6. 13 I Cor. 7, 27. 24 Ephes. II, 14.

2 elegi dicit dominus (*iuxta* LXX) *P* elegit dominus *Re* omne uinculum *P* omnem nodum tuum *R* 7 iniqus *R* iniquus *P* legis alienus est *VR* (*cf. interpret. ad Sall. Cat. 40, 5*) ab obseruatione legis alienus est *PE* 8 legem in qua mansit ante transgreditur *RPE* transgressor est legis *V* 11 mundialiū (aliū *in uers. exeunte add. m. 1*) *R* *post* mundialium *in uers. ineunte 4—6 litt. eras. R* 12 Paulus beatus *Ra* (*cf. supra 592, 6*) beatus Paulus *Pe* 14 ligationē *in ras. P* 16 conectunt *R* (*cf. Brambach p. 303*) connectunt *P* maximae *R* 19 omnis mens *R* mens *PE* 20 declinantes *PE* obligantes *R* 23 peccatori *R* ac *ex* hac *R*.

pax nostra, qui fecit utraque unum, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula. amen.

PSALMUS CXXV.

Canticum graduum.

In auertendo dominum captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati.

1. Nisi essent in psalmis quædam tales prophetiæ, ut in res atque homines eorum temporum, quibus scripta sunt, non conuenirent, profecto auderent multi nihil in psalmis spiritaliter dictum existimare putarentque nos quasdam commenticias assertiones et ementitas interpretationes inquirere, quibus uideremur altius nescio quid ac profundius ceterorum sensu intellexisse, proinde quasi nos sensui nostro ea, quæ scripta sunt, coaptemus et non magis ex his, quæ scripta sunt, sensum diligentis et sollicitæ intellegentiæ consequamur. scriptura enim legis manet atque est anterioribus quam adesset dominus, temporibus consummata a prophetis, edita a Iudæis, pertractata a regibus, suscepta a gentibus, sed intellecta et probata a Christianis.

2. Hoc forte insolens existimetur. plane insolens est, si nobis hanc gloriam præsumimus, si tantum infirmitati nostræ licere uolumus, ut tantis temporibus abstrusa, tantis humani generis obscura ætatibus, in quibus intellegendis frustra reges laborauerint, ipsi doctores et magistri legis errauerint, nos stulti sæculo et purgamenta mundi et deliramenta sapientibus eorum intellegentia gloriemur. sed tamen intellegimus, quia

2 in saecula amen *R* in saecula *V* in saecula saeculorum amen *P* Explic. psalmus CXXIIII incip. psalmus CXXV feliciter *V* Finit psāl. CXXIIII incipit CXXV *R* Finit psalmus CXXIIII inc̄p psalmus CXXV *P* 5 auertendo *V* conuertendo *R* dōm *V* dominus *R* (ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον LXX) *cf. infr. p. 606, 20* 6 consulati *V*[1] 11 ementitas *Re* em̄tias *P* ementitias *b* interpraetationes *R* 12 ac *ex* hac *R* 13 ͵pinde *R* ͵pinque *P* proinde *α* perinde *s* 14 sensum *RE* sensu *P* 16 adesset *RPE* ad eis et *G* 17 consummatu (?) *G* a profetis *GR* 18 sed intellecta *om. P* et probata *om. R* ex͵pbrata *P* 23 obscura aetatibus *GR* obscuritatib: *P* regis *G* 24 errauerint *GP* errauerunt *R* 25 delerumenta *G* deleramenta *P* 26 intellegentia *G* intellegentiam *PR*.

non mendax est, qui dixit: petite, et dabitur uobis; quærite, et inuenietis; pulsate, et aperietur uobis; et scriptum est, quia qui dixit: quoniam oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi et in prophetis et in psalmis de me, tunc aperuit sensum eorum, ut intellegerent scripturas, et dixit illis: quoniam sic scriptum est, Christum pati et resurgere ex mortuis tertia die et prædicari in nomine eius pænitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. non ergo ex nobis est, quod intellegimus, sed ex eo, qui, quæ ignorabilia erant, fecit intellegi. itaque ab eo speranda intellegentia est, qui et pulsantibus aperiet et quærentibus demonstrabit et petentibus non negabit.

3. Nam quomodo intellegi poterit hic psalmus, qui a rerum gestarum historia dissentit? nusquam enim captiuitas populi huius usque ad Dauid tempora scribitur: sed longe postea, quam Salomon filius eius regnum obtinuit, seruiuit captus Israhel Assyriis, dehinc Iuda Babyloniis. quomodo ergo Dauid in eodem psalmo tamquam captus orat? aut quomodo auersa a se captiuitate lætatur dicens: in auertendo dominum captiuitatem Sion facti sumus tamquam consolati. tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione. tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum illis? quamquam autem religiosum sit existimare, futuræ captiuitatis demutationem secundum prophetiæ scientiam prænuntiatam fuisse et ea, quæ

1 Matth. VII, 7. 3 Luc. XXIIII, 44 sq. 6 Ibid. 46.

1 dixit *GRP* dicit *E* 3 scribtum *G* 5 aperuit *GP* adaperuit *R* 6 scribturas *G* scribtum est *G* 7 a mortuis *R* 8 poenitentiam *ex* paenitentiam *m. 2 R* 11 erunt *G* 12 aperiet *R* aperuit *P* (*de G h. l. non constat*) demonstrabit *R* demonstraū *P* 13 petentibus *P* paetentibus *ex* paenitentibus *R* ****nitentibus *G cf. Acad. p. 83* negauit *GP* negabit *ex* negauit *m. 1 R* 15 dissentit *GR* descendit *P* 16 huius usque *GR* huius q̃ *P* 17 istrahel *G* 18 babyloniis *G* babiloniis *RP* 20 in auertendo *R* in auer**** *G* dum auertit *Pb* in conuertendo *e* dominum *R* dominus *PE* 22 gaudio *GP* gaudio *ex* gaudium *m. 3 R* 25 autem *GRP om. V* 26 profetae *V* praenuntiatam *GRP* pronuntiatā *V*.

indubitate essent gerenda, per fidem gerendorum commemorasse pro gestis, tamen dictorum uerborumque uirtus eius reditus gratulationem, qui post captiuitatem Babyloniæ indultus est, nunc nos intellegere non patitur: cum præsertim eundem reditum grauior postea sit consecuta captiuitas, et indignum propheta sit, tamquam ignorautia amoto omni captiuitatis obprobrio gratulari, cum indemutabili rursus obprobrio captiuitas iterata successerit. est autem nunc omnis in psalmo, sicuti singularum rerum expositione monstrabimus, ex captiuitate uitiorum in libertatem cognitionis dei redeuntis animæ gratulatio.

4. Et quidem grauis est captiuitas corporalis, quæ iure libertatis amisso uictorum dominatui subditur. et seruiunt tunc quidem corpora, sed nequaquam capitur fidelis animæ libertas. testes sunt mihi tres pueri inter flammas cantantes, testis Daniel in fame leonum prophetæ prandio satur, testis Eleazar inter iura dominorum patriis suis legibus liber, testes cum anu sua martyres septem deo gratias inter noua mortis tormenta referentes. at uero quanto infelicior est animæ captiuitas! si eam auaritia ceperit, per corpus latrocinatur ac grassatur; si libido uicerit, communicat cum corpore seruitutem; si luxus, ira, odium, temeritas, ebrietas, inuidia subegerit, his imperantibus sibi dominis et anima et corpus in commune famulantur: atque ita captiuitatem animæ et corporis sequitur captiuitas. ceterum condicionem corporis religiosæ animæ generositas despicit. officium quidem durum, tamen homini non omnino

1 indubietate *RP* 2 dictorum uerborumque *GRP* dictorū ratio uerborūque *V* 4 praesertim *ex* praesentit *corr. m. 2 V* 6 profetae *ex* profeta *RP* ignorantia *G* ignorantem *RVP* amoto eius captiuitatis *V* 7 cui indemutabilis *V* 9 sicut *V* monstrauimus *VP* 11 gratulatione *G* 12 iurae *VR* 13 libertatis *ex* libertiatis *corr. m. 2 V* tunc *G* tum *RP*, *om. V* 14 captiui *G* fidelis *om. V* 16 daniel *GV* danihel *RP* (*P* h *supr. add.*) in *om. P* satur *VR* saturatus *PE* 17 patris suis *V* patris sui *GP* *post* liber *3 litt. eras. R* anu sua *VRP* matre sua *E* 19 aduero *GV* siue auaritia *GP* 20 latrocinatur ac *om. GP* ac grassatur *om. VR* 21 cum *om. G* luxuria odiū *V* 23 famulatur *P* 24 atque — animae *om. P* sequitur *om. P* sequitur mentis (*in uers. exeunte m. 3*, me *i. ras.*) captiuitas (cap *in uers. ineunte add. m. 3*) *R* 26 quidem *RP* licet *V*.

miserabile, quia et seruiatur a seruis: at uero animæ captiuitas quam infelix est!

5. Auarus cariturus semetipso carere timet pecunia; negotiosus, tristis, anxius, sine requie ulla damni metu semper detinetur; honestatis inmemor est, amicitiarum inobseruans, humanitatis fugax, religionem nescit, bonitatem omnino odit. at uero cui libido domina est, in quo cæno dedecoris uolutatur! pendet ad occasiones adulteriorum; anxius circa lasciuiæ suæ furta oculis, mente, corpore totus in scortis est. uidens cotidie atque audiens humanas in adulteros leges adulterium in ipso foro cogitat; quod agit, timet; quod timet, non fugit. quid uero infelicius ebrietatis dominatu? uentri ultra capacitatem infundere, officium suum corpori inuidere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare et mortem quandam naturæ incolumi imperare? quam dedecorus autem est furentium motus, temeritatis impetus, odiorum stimulus, liuoris anxietas? quanta ergo perturbatio eorum est, quanta calamitas, qui supra memoratis malis seruiunt!

6. Verum si cognita sapientiæ doctrina et dei prædicatione et remissione uniuersorum peccatorum et resurrectione corporum et æternitatis consortio et regno cælesti a dominatibus superioribus de auaritia ad munificentiam transeamus, de libidinibus ad continentiam migremus, de ebrietate ad ieiunia reuertamur, de furore, temeritate, odio, liuore ad placabilitatem, rationem, misericordiam, benignitatem euolemus discentes hæc omnia a lege, prophetis, euangeliis, apostolis et cantantes ex

1 quia et *GV* quia ei (ei *i. ras. m. 3*) *R* quia *P* *cf. Acad. p. 67* aduero *GV* 5 inmemor est *GVR* immemor *P* 6 fuga/// *P* religionem *ex* regligionem *corr. m. 1 V* regionem *G* 7 aduero *VR* uolutatur *ex* uoluntatur *corr. m. 2 V* 10 adque *ex* adquae *m. 2 V* legis *V* 11 quod timet *VR* et quod timet *P* 13 officium — inuidere *om. RP (V ea praebet, de G h. l. non constat)* 14 et *om. P* 15 incolomi *RP* dedecorus V^1 dedecorosus V^2RPE 16 liboris *V* 18 seruiant VP^1 19 et depraedicatione *P* 20 uniuersorum peccatorum *scripsi*; uniuersorum orum peccatorum V^1 uniuersorum horum peccatorum V^2R peccatorum *P* 21 caelesti *ex* caelestium *corr. m. 2 V* dominatibus *Re (cf. Acad. p. 40)* dominātibus *VPb* 22 transeamus — continentiam *om. V* libidinibus *ex* libinibus *P* 26 profetis *V* et prophetis *RP* euuangeliis *V* apostolis *VRP* et apostolis *E.*

lege: dominus conterens bella, dominus nomen est ei, cognoscentes a propheta: ego sum, qui feci cælum et terram ex nihilo, credentes ab euangelio: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum, pronuntiantes ab apostolo: qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso constituta sunt omnia in cælis et in terra, et cum gentes conuersionem nostram ex uitiis in uirtutes, ex ignorantia dei in confessionem eius effectam admirabuntur, tunc psalmi prophetiam a nobis intellegi posse testabimur dicentes: in auertendo dominum captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati. tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione. tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum illis. auertit enim deus captiuitatem nostram per remissionem peccatorum. a dominatu enim uitiorum animam liberauit anteriora delicta non reputans et nos in uitam nouam renouans et in nouum hominem transformans, constituens nos in corpore carnis suæ. ipse est enim ecclesia, per sacramentum corporis sui in se uniuersam eam continens. non erat Sion ante, quam liberaretur; sed Sion est, quæ liberata est. nomen cum libertate conuenit. neque enim manentis, sed auersæ captiuitatis hoc nomen est.

7. Quod uero ait: facti sumus tamquam consolati, meminit et Paulus interim tamquam consolatum esse se dicens: miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? et qui nunc pro parte scit et pro parte prophetat et

1 Iudith. XVI, 3. 2 Esai. XLVIII, 13. 3 Ioh. I, 1. 5 Coloss. I, 15 sq. 26 Rom. VII, 24. 27 cf. I Cor. 13, 9.

2 ei *VRP* illi *E* 3 credentes *Re* reddentes *VPb* 4 aput *V* 8 eccum *R* 9 effectum *V* 10 a nobis *R* nobis *VP* intellegi posse *RP* intellegibilem *V* 11 in auertendo dom̄ *V* in auertendo dominus *R* dum auertit dominus *PE* 15 dš *VRP* dominus *E* 16 a dominatu *GRP* a dominatui *V* 18 transformans *VP* reformans *R* 20 uniuersam eam continens *VR* uniuersamēcontinens (: bra) *P* 21 liberaretur *R* liberatur *VP* liberata *VP* libera *R* 24 tamquam *GVRPe* sicut *b* 25 et Paulus *GVRP* (*in V* et *add. m. 2*) et Apostolus *E* interim tamquam, *quod extat in GVR, om. P* consulatum *GP*[1] se *om. G* 26 ego *ex* ergo *corr. m. 1 V* liberauit *VR.*

qui scit repositam nobis esse Hierusalem in cælo et cum dicit: dissolui me melius est et cum Christo manere. sumus quidem nunc consolati, quia dominus ait: mittet uobis et alium consolatorem. cum dicit: alium, superesse se docet. superest enim; expectat namque omnis creatura reuelationem filiorum dei. reuelatio illa consummata consolatio est. ceterum nunc tamquam consolatio est; ipsa interim non carentes, licet sit consummationis suæ nobis residua perfectio.

8. Repletur etiam gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione; non enim sufficientia sunt ad referendas deo laudes linguæ nostræ atque oris officia. mutauimus crimina in innocentiam, uitia in uirtutes, ignorantiam in cognitionem, interitum in inmortalitatem: et hoc deo faciente gratiam pænitendorum et nouorum bonorum initia reddente. quod enim optabilius nobis est tempus? quo adulterabamus aut quo maluissemus uirgines fuisse? quo ebrii eramus aut quo in ieiuniis lætamur? quo pecuniæ seruiebamus aut quo pecunia nostræ benignitatis est usus? quo dæmonia adorabamus aut quo dæmoniis imperamus? quo placere sæculo gestiebamus aut quo sæculum uincimus? quo deum nesciebamus aut quo heredes deo præparamur?

9. Hanc spei nostræ fidem gentes contemplantes dicunt: magnificauit dominus facere cum illis. hanc in

2 Phil. I, 23. 8 Ioh. XIV, 16.

2 me melius *GR* melius *VP* est *GRP* esse *V* 3 quidem nunc *GVRP* nunc quidem *E* 4 et *om.* *V* se docet *GV* se edocet *R* se dicit *P* 5 namque ex namquae *m. 2 V* reuelatio *ex* reuelata (?) *R* 8 carente *V* 11 lingue enim nr̃ae *P* adque *V* mutauimus *bis scrips.* *P* ***abimus *G* crimina innocentia *V* 12 interitum inmortalitatem *G* 13 et hoc dō faciente gratia *G* et hoc a dō gratiam faciente *VR* et hoc a deo gratia (gratiam *T*) referente *PT* *cf. Acad. p. 39* 14 noborum *V*[1] obtabilius *G* 15 a nobis *V* tempus est *PT* quod *G* quoḍ *P* aut quod *G* *(ita etiam in seqq.)* 16 in ieiuniis *RV(G?)* ieiuniis *PT* 17 *post* aut quo *uerba repetita* pecuniae seruiebamus aut quo *del. m. 2 V* nostrae *VR* nostra *PT* 18 benignitatis *GRPT* benignitatis *ex* benignitas *corr. m. 2 V* 19 imperabamus *R* 20 uincimus *TE* uicimus *GVRP* quo dm̃ *VRT* quod dñm *G* qđ deum *P* 23 dñs *GPT* ds̃ *VR* *cf. p. 609, 14.*

uirtutes uitiorum demutationem contuentes dei in nos magnificentiam admirantur. idipsum etiam ex sensu adeptæ huius beatitudinis nos quoque confitemur in oris gaudio et exultatione linguæ: magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes. lætamur enim de profundo ac miserabili cæno ablutos nos fuisse et nouos ex omnibus uitæ anterioris uitiis constitisse.

10. Et quia propheta futuræ spei gaudia loquebatur, licet secundum scripturæ consuetudinem tamquam de præteritis gratularetur, tamen per consequentem precem non sui temporis res has esse declarat dicens: conuerte, domine, captiuitatem nostram. si fuit tamquam consolatus, cum auersa est captiuitas, quomodo nunc ut a se auertatur orat? sed in superioribus propheticæ scientiæ fuit sermo futurorum gaudia tamquam de præterito nuntiantis; nunc autem de auertendis communis oratio est, cui se propheta, tamquam et ipse sit captus, admisceat, tamquam adhuc in isdem se esse cognoscat. scriptum est enim: iustus in principio sermonis sui ipse sibi accusator est et rursum: confitere primum peccata tua, ut iustificeris, et: beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. scit quidem propheta se liberum; sed tamquam captus deo subditus est siue per propriæ confessionis disciplinam, quia, ubi peccati confessio est, ibi et iustificatio a deo est, quod in publicano et pharisæo dominus testatus est, cum pharisæus iustum se gloriatus

18 Prov. XVIII, 17. 19 Esai. XLIII, 26. 20 Matth. V, 5.

3 in his oris *V* exultatione linguae *GVRPT* linguae exultatione *E* 5 laetabimur *G* ac *ex* hac *R* 6 ablutos *GR* absolutos *V* nunc ablutos *PTE* 9 scribturae *GV* 10 praecem *GV* 12 consulatus *V* 13 captiuitas *G om. VRPT* 15 id praeterito *G* nuntiantis *R*P^2*T(G?)* nuntiantes P^1 nuntians *V* de auertendis *VRT* nec auertendis (?) *G* ≡≡ auertendis *P* 16 oratio est *VR* oratio*** *G* oratio *PT* est oratio *E* tamquam et ipse sit captus *GVRe* tametsi ipse est captus *P* tametsi ipse non est captus *Tb* 17 admisceat *GVPTb* admiscet *Re* in isdem *GVRT* in hisdem *P* 18 scribtum *GV* 21 consolabunt^{u}r *G* consulabuntur *V* 22 liberum *G*V^2*RPT* liber V^1 25 fariseo *GV* farisaeo *R* phariseo *P*.

est, publicanus uero pro peccatis orasset; ait enim: amen dico uobis, quia magis iustificatus est publicanus quam pharisæus — siue ergo ob id propheta conuerti captiuitatem communem precatur, seu quod populum omnem a peccatis captum sciebat; et sicut cum apostolo membro uni corpus omne conpatitur, ita et populo captiuo a peccatis propheta concaptus est.

11. Sed tamen orare pro captiuitate sua bonum sibi esse demonstrat dicens: qui seminat in lacrimis, in gaudio metet. euntes ibant et flebant mittentes semina sua. uenientes autem uenient in exultatione, portantes manipulos suos. quis hic ad Iudæos sermo est, ut eorum in hoc psalmo uideatur prophetata captiuitas? quæ uero ad communem humani generis consuetudinem ratio? quis enim umquam serens fleuit? aut numquid huius lamentabilis sationis Iudæis usus ex lege est? nequaquam igitur istud scriptum usquam aut gestum est, sed est prophetia superioribus dictis conexa. duas autem esse sationes sanctus apostolus Paulus docuit, carnis et spiritus, demonstratis et enumeratis seminibus sationis utriusque, cum caro adulteria, ueneficia, comisationes, ebrietatem, auaritiam, idololatriam et cetera his similia sereret, spiritus uero pacem, gaudium, continentiam, caritatem, sobrietatem, mansuetudinem et quæ sunt his consequentia seminaret, et sata sua uno quoque messuro. cum igitur optimum deo sacrificium sit cor contribulatum et beati sint lugentes, quoniam ipsi consolabuntur et unusquisque, quæ seuerit, metet, operum suorum fructus in iudicium tamquam

1 Luc. XVIII, 14. 19 cf. Gal. VI, 8; V, 19 sq.

2 quia *V* quoniam *RPTE* 8 conuerti *GRPT* conuertit *V* 4 communem *GVRe* in commune *PTb* praeca^{u}tr *G* 5 et sicum apostolo *V* memor. uni (?) *G* 10 mittentes semina sua *VRPT* portantes semina sua *G* 12 hic *GRPT* hinc *V* ad *G*V^2*RPT* a V^1 13 captiuitatis V^1 14 ratio (*ex* ratione *V*) *VRT* ratio est *PE* 15 numquit *V* 16 istut *V* 17 usquam *RPTE* úmquam *V* 19 paulus *om. V* 20 utriusque *VRT* utrisque *P* 21 comisationes *V* comesationes *RP* comessationes *TE* idololatriam *VR* idolatriam *PT* 22 gaudia V^1 24 unoquoque messuro *RPTE* unum quemque messurum *V* 26 lugegẽtes V^1 27 seuerit *VPT* seruerit *R* metet *VRTE* metit *P*.

manipulum laturus, seminandum nobis est cum confessione peccatorum, cum luctu corporalis infirmitatis, cum lamentatione ac dolore conscientiæ nostræ, quod nequaquam possimus digne præcepta dei secundum propositum uoluntatis explere. tunc quæ in lacrimis seuerimus, metemus in gaudio: euntesque flentes cum exultatione ueniemus, repleti fructibus nostris et manipulis elaboratæ a nobis messis onerati, consolati per Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXVI.

Canticum graduum Salomonis.

Nisi dominus ædificauerit sibi domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam.

1. Ratio et temporum et prophetiæ intentam adhiberi ad præsentem psalmum cognitionis postulat diligentiam, ne forte nos ad inanem intellegentiam absoluta quædam uerborum species et ipse ille gestorum corporalium ordo sollicitet: maxime cum plures, interiores causas doctrinæ propheticæ nescientes, sensu Iudaico præteritorum temporum prophetiam contineri his graduum canticis opinentur, ut ea captiuitas Hierusalem prænuntiata sit, quæ sub Ieremiæ diebus acciderit, et eiusdem rursum depulsæ captiuitatis gratulatio prophetetur, sitque eorum temporum, quæ psalmis his enuntiantur, aut seruitutis dolor aut reditus lætitia. non inprobamus hunc sensum, neque eorum

1 manipulum *VR* manipulos *PTE* 3 ac *ex* hac *R* possimus *VR* possumus *PT* dignae *R* igne *V* 4 praecepta dei *VRT* dei praecepta *PE* praepositum *V* 7 honerati *T* 8 amen *om. V* Explic. psalmus CXX*V* incipit psalmus CXXVI *V* Finit psāl. CXX*U* incipit CXXVI *R* Finit psalmus CXXV iñc psālm CXXVI *P* Expl. de CXXV incip. de CXXVI *T* 10 gradum *V* Salomonis *h. l. om. V sed cf. p. 615, 16* 11 sibi *h. l. om. R sed cf. p. 615, 10* in uano *h. l. V* 14 cognitionis *RPT om. V* 17 plures *RPT ex* pules *corr. m. 1 V* 18 sensu *R*V^2*PT om.* V^1 his *VR* in his *PTE* 19 ut ea *R*V^2*PT* ut V^1 hierusalem *GVT* ierusalem *RP* 20 ieremiae *GVRP* hieremiae *T* 21 rursum *G* rursus *VRPT* gratulatio prophetetur *R* gratulatio profe**** *G* gratulatio profitetur *V* gratulationē profiteatur *P* gratulationē profiteant' eorum temporum *V* ***temporum *G* ex eorum temporum *R* eorum *PTE* 22 enuntiantur *RT* ****untur (?) *G* enuntiatur *VP*.

intellegentiam coarguimus. dignum est enim, ut miserabilem populi casum et inpietati eius debitam pœnam et post longæ seruitutis sufficientem peccatis grauibus satisfactionem et misericordem in eos dei indulto reditu uoluntatem secundum prouidentiæ scientiam prophetæ spiritus præloquatur.

2. Verum cum captiuitatis illius reditum grauior sit et inremissa consecuta captiuitas et ædificationem ciuitatis receptæ miserabilis maneat et non demutanda uastatio, sciantque et spiritalis reditus gloriam Israhel reliquo reseruari et cælestis ac sanctæ Hierusalem ædificationem usque ad beati et dominici regni tempora conparari, maximeque cum spes illorum dierum atque res omnium horum psalmorum uirtutes et genera testentur: non intellego, cur tantum de caducis ac demutabilibus malis ac non etiam de æternis esse uelint prophetiæ dolorem et temporalium magis gaudiorum et eorum, quæ grauissimæ postea demutaturæ essent calamitates, potius quam indemutabilium et æternorum intellegant demonstratam esse lætitiam, cum magnificentiæ propheticæ magis dignum sit beata et æterna et cælestia prædicasse. quamquam igitur psalmi superiores captiuitatem non corporalem tantum et terrenam, sicuti libertatem non caducam, non præsentem, non sæcularem in se demonstrati sint continere, tamen etiam hic quoque psalmus nihil in se terrenum, nihil humile, nihil præteritis temporibus conueniens intellegitur esse conplexus. sed

2 uoces impietati — poenam et, *quae in VPTE leguntur, om. R, fortasse etiam G, si ex litterarum ibi inter uoces* casum *et* longae *euanidarum haud ita magno spatio coniecturam facere licet* longae *GRPT* lōgam *corr. in* lōgae *man. 2 V* 3 sufficientem *om. G?* et misericordem *GVRPT*[1]*E* misericordem *T*[2] *fort. recte* 4 dī *GV* de = *P* uoluntatem *ex* uoluntatis *corr. m. 2 V* 5 prophetae *R* profetae *G* profetiae *V* prophetię *PT* 7 consecuta captiuitas *VRPT* captiuitas *G* captiuitas consecuta *E* 8 sc*ant quae *G* sciantquae (ae *in* e *corr. m. 2*) *V* sciamque *coni. Bened.* et *ante* spiritalis *om. G?* 9 istrahel *GV* reliquo *VRPT* dereliqu**G* 10 ac *ex* hac *R* usque ad *GRV*[2]*PT* usque et *V*[1] et dominici *VRT* et dn̄i *G* ac dominici *PE* 11 cum specie**********re somnium *G* 13 intellege *G* 14 profetiae *GVR* prophetae *E* 15 grauissime *GVP* 17 indemutabilem *V* 18 magnificentiae *ex* magnificentiam *m. 2 V* 20 superioris *GV*[1] (is *in* es *corr. m. 2 V*) 22 tamen *ex* tamenen *corr. m. 2 V* 24 intellegitur *GPTR* (*R* itur *ex* etur *corr.*) intellegetur *V*.

secundum propheticam et euangelicam et apostolicam auctoritatem eas spes omnes prænuntiare, in quas se patriarcharum desiderium, sanctorum expectatio, apostolorum fides, martyrum confessio et omnium credentium cursus extendit, id est in sancta tempora, in æternæ ciuitatis incolatum atque cœtum, in regni dominici beatitudinem, in spiritalis libertatis nouam gloriam, in consortium diuinæ æternitatis et regni. atque ut id absolutius intellegatur, ipsas illas uerborum uirtutes proprietatesque tractemus.

3. Nisi dominus ædificauerit sibi domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam. nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilauerunt, qui custodiunt eam. in uanum est uobis diluculo surgere. uolunt plures Salomonem ædificationi ciuitatis et templi studentem in eo ipso molitionis suæ tempore euersionem ciuitatis ac templi, quod conderet, prophetasse, quia et titulus antelatus auctorem eum psalmi huius esse demonstret. magnis enim uiribus et totis regni sui opibus magnificum aliquid et deo dignum efficere temptabat. nam ad centum quinquaginta milia uirorum, sicut scriptum est, in diuersos ædificationis usus ac ministeria occupabantur. et quamquam instituta a se consuetudine perfectis omnibus maxima custodiæ ciuitatis et templi sollicitudo esset adhibenda, tamen, cum non ignoraret inanem tanti laboris operationem futuram, ciuitatem eandem a Babyloniis ob peccata populi diruendam, ista dixisse: nisi dominus ædificauerit sibi domum, in cassum laborauerunt

2 pronuntiare *R* 4 extendet *G* 7 et aeternitatis *VR* etae*** *G* 8 id *GVPT om. R* 10 sibi *GVPT om. R* 11 lauorauerunt *V* 12 ciuitem *V* 13 custodiunt ianuam *G* dil**** *G* deluculo *V* ante lucem *R* 14 solomonem *G* sanctum salomonem (solomonem *V*) *VRPT* aedificationi *ex* aedificationis *m. 2 V* 17 esse *GVPT om. R* demonstraret *V* magis *V* 19 efficeret *V* 20 sicut *G* sicuti *RPT ex* scuti *corr. V*[2] scribtum *GV* 21 ac *ex* hac *R* quamquam *ex* quam *corr. m. 2 V* 22 custodiae *GVR* custodia *PTE* 24 ciuitatem eandem — diruendam *Re* ciuitatem eadem — diruenda *VP*[1] ciuitatẽ eandem — diruenda *P*[2] ciuitate eadem — diruenda *Tb (in G de his uocibus non constat)* ababy = loniis *P* ***llonis *G* 26 sibi *GVPT om. R.*

aedificantes eam. putant autem prophetiam hanc consummatam in ea tempora fuisse, quibus post captiuitatem populi Dario rege reditum inpertiente ædificata rursum per Zorobabel et Iosedec ciuitas fuit.

4. Quorum inopem sensum ipsa illa posset consummatio ædificationis arguere. nam per Aggæum prophetam ita ad hos eosdem restauratores Hierusalem dominus est locutus: *adhuc semel, ego moueo cælum et terram et mare et aridam; et subuertam sedes regum.* psalmi ergo uirtus non in tempora tantum Salomonis, sed etiam in Aggæi intellegenda est conuenire. ædificationis enim utriusque labor uanus est. ædificata namque per Zorobabel ciuitas solum hodie ex se conflagrationis suæ cinerem et deformium ruinarum præbet fœditatem. et has sedes regum, quas se ædificatores ad regni æterni gloriam restaurare arbitrabantur, uastatio iterata subuertit sede adhuc etiam ceterorum subuertenda regnorum.

5. Bene autem inania humani generis propheta esse opera prophetauit. scit inutiles esse humanarum custodiarum uigilias, scit in cassum esse consurgentium matutinas sollicitudines. ciuitas et a se instituta et ab aliis restaurata iam nulla est: non profecit ædificatio uel prima uel consequens. et recte ipse ille euertendæ ciuitatis propheta est, qui auctor fuerat extruendæ. a deo ergo domus est ædificanda, quæ maneat, quia nisi quæ a domino ædificata sit, non manebit. a deo ciuitas est custodienda, ne pereat, quia nisi a deo custodita sit ciuitas,

7 Agg. II, 7 sq.

1 ea *P* profetiam *GV* 3 aedificata *ex* aedifica *m. 2 V* aedificatu (?) *G* 4 iosedec *GVP* iosedech *RT* 5 ipsa illa *GVRT* illa ipsa *P* 6 aggeum *GVR* ita *GVPT om. R* 8 ego semel *R* moueo *VPT* mouebo *R* 10 non *GRPT add. m. 2 V* tempore *G* solomonis *V* aggei *GVR* 11 uanus est *GVR* unus ē *PT* 12 aedificatur *G* namquae *V* ex reconflagrationis *G* 13 cinere *G* 14 ad *GVRe, om. PTb* 15 arbitrantur *R* 16 sede adēhuc *V* sed ea adhuc *P* 17 generis *G* operis *VRPT* operis *etiam post* profeta *inseruit m. 1 V (del. m. 2 V)* esse opera *ex* esse operis *corr. m. 2 V cf. Acad. p. 37* 18 scit inutilis (is *in* es *corr. m. 2) V* sicut inuti*** *G cf. Acad. p. 29* 20 restaura*** *G* restituta *VRPT* 21 proficit *G* 22 ille ipse *E* 24 ciuitas est *GRT* ciuitas sed *P* 25 est custodienda — sit ciuitas *om. V m. 1, add. m. 2 in marg. sup.*

diruetur. et primum, quæ domus dei sit, intellegamus, ut per id cognosci possit, quatenus ab eo ædificanda mansura sit.

6. Domus est habitantis habitatio. sermo enim diuinus secundum intellegentiæ nostræ consuetudinem naturamque se temperat communibus rerum uocabulis ad significationem doctrinæ suæ et institutionis aptatis. nobis enim non sibi loquitur, atque ideo nostris utitur in loquendo. conuentus quidem ecclesiarum, siue tum templi, quos ad secretam sacramentorum religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra uel domum dei solita est nuncupare uel templum. scriptura quoque uel prophetica uel apostolica ad demonstrationem locorum his est usa nominibus. uerum non hanc, quæ a nobis ac nobiscum ita nuncupatur, domum dei esse ex ipsius dictis docemur. ait enim: cælum mihi sedes est, terra autem scamellum pedum meorum: quam domum ædificabitis mihi, aut quis locus erit requietionis meæ? nonne hæc omnia fecit manus mea? non concluditur ergo ædificiorum domibus infinitus deus, nec locis in aliquo continetur uirtus inmensa, quæ omnia est operata, apostolo idipsum ita testante: deus, qui fecit mundum et omnia, quæ in eo: hic cum sit cæli et terræ dominus, non in manu factis templis habitat.

7. Nulla ergo dei requies est, nulla habitatio? et forte nequaquam creditur esse, qui nusquam est. audiamus ergo

14 Esai. LXVI, 1 sq. 20 Act. ap. XVII, 24.

1 et *GVR om. PT* intellegimus *G* 2 cognoscir (ir *in* i *corr. m. 2) V* quatenus *GVR* quatinus *PT* 4 ****quae se *G* 6 suae *add. m. 2 V* institutiones *P* enim *ex* eam *corr. m. 2 V* 8 secretam *RV*[2] sacratam *P* secratam *T om. V*[1] 11 profetica *V* profetia *G* 13 ac *in ras. R* domum dm̄ dī *V* 14 docemur *GRPT* doceamur *V* 15 scamellum *V* scabellum *RPT* ****cub**tis (?) mihi *G* mihi aedificabitis *VRPT* 16 locus erit *G* locus *VRPT* requietionis *GRPT ex* retributionis *corr. m. 2 V* 17 fecit *GRPT* facit *V* 19 est operata *Zeno, cui lectioni fauere uidetur spatium litterarum euanidarum in G*, est *VRPT* fecit *E* 21 in eo *GVR* in eo sunt *PT* 22 in *GVPT om. R* habitat *GPT* inhabitat *VR* 23 dī *GPT* dō *VR* nulla *G* et nulla *VPT* 24 creditur *GPT* credetur *VR*.

ipsum de requie sua et habitatione testantem; ait enim: hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. elegit autem Sion; sed numquid eam, de qua præsens prophetiæ huius querella est: nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam? Sion, in qua templum fuerat, euersa est: et ubi sedes domini æterna? ubi requies sempiterna? quod habitabile ei templum? nempe illud, de quo dictum est: uos estis templum dei, et spiritus dei habitat in uobis. hæc domus et hoc dei templum est, doctrinis et uirtutibus dei plenum et sanctitate cordis diuini capax incolatus, de quo hic idem propheta ita testatus est: sanctum templum tuum, mirabile in æquitate. sanctitas, æquitas, continentia humana deo templum est.

8. Domus ergo ædificanda per deum est. humanis enim operibus structa non permanet, nec doctrinis sæculi instituta consistit, nec inani laboris et sollicitudinis nostræ cura custodietur. extruenda aliter est, custodienda aliter est: [non super terram] non super fluxam et dilabentem harenam initianda. sed fundamentum eius super prophetas et apostolos locandum est. lapidibus uiuis augenda est, angulari lapide continenda est et mutuæ conexionis augmentis in uirum consummatum et in mensuram Christi corporis extruenda, specie quoque ac

1 Ps. CXXXI, 14. 8 I Cor. 3, 16. 12 Ps. LXIV, 5.

1 testantem *PT* testante *G* testatum *VR* 2 in saeculum saeculi *G* (*ubi saltem* saeculi *etiam nunc legi potest*) *VRPT* in saecula saeculorum *E* 3 elegi *ex* elegit *V* praeelegi *R* 4 quaerella *VR* 6 *post* Sion *in R quaedam eras.* 8 ei templum *VRe* et templum *G* templum *PTb* uos estis *GRPT* uos etiam estis *V* 11 et sanctitate *GRPT* est sanctitate *V* hic idem *G* idem hic *VRPT* 12 profeta *GV* 13 continenda *G* 14 humana *ex* humano *corr. m. 1 V* 15 domus ergo *GVPT* domus ergo haec *RE* humanis enim operibus *VPT* humanis ergo operibus *G* humanis operibus *R* 16 structa *GRPT* exstructa *V* 17 consistit *GVPT* consistet *R* nec inani *V et G ut uidetur* nec inanis *RPT* 18 extruenda *GVPT* struenda *R* custodienda aliter est *om. PT* non super terram *om. VRT et G?* (*si quid ex litterarum h. l. euanidarum spatio conicere licet*) 20 apostolos *ex* apostolus *corr. m. 2 V* locandum est *VR* locandum *PT* 21 constinenda est *VR* continenda *PT* 22 et *post* est *add. m. 2 V* augmentum *V*[1] 23 extruenda *RPT* extruenda est *V*.

decore gratiarum spiritalium adornanda. hæc ita a deo, id est doctrinis eius ædificanda non concidet. huius domus ædificationem nunc Israhel captiuus post plenitudinem gentium consequetur. hæc domus in domos plures diuersis fidelium ædificationibus in unoquoque nostrum ad ornatum et amplitudinem beatæ illius ciuitatis excrescit.

9. Cuius ciuitatis iam diu dominus uigil custos est, cum Abraham peregrinum tuetur, cum immolandum Isaac reseruat, cum Iacob seruientem ditat, cum Aegypto Ioseph uenditum præficit. cum Moysen aduersus Pharao confirmat, cum ducem bellis Iesum deligit, cum Dauid omnibus periculis liberat, cum Salomonem dono sapientiæ muneratur, cum prophetis adest, cum Heliam rapit, cum Eliseum eligit, cum Danielum pascit, cum in camino pueros inrorat, cum tribus quartus adsistit, cum gignendo se ex uirgine Ioseph per angelum instruit, Mariam confirmat, Iohannem præmittit, apostolos eligit, patrem precatur dicens: pater sancte, serua eos; cum essem cum his, custodiebam eos in nomine tuo: cum denique ipse ille post passionem æternæ in nos custodiæ suæ uigilias pollicetur dicens: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem sæculi. hæc ciuitatis illius beatæ atque sanctæ æterna custodia est, quæ ex multis in unum conuenientibus et in unoquoque nostrum deo ciuitas est. est enim hæc sancti corporis et fidelis animæ ei placita possessio.

17 Ioh. XVII, 11 sq. 20 Matth. XXVIII, 20.

1 adhornanda *V* 2 aedificationis *V*¹ 4 in domus *V*¹*T* 5 amplitudinem *GVRT* plenitudinem *P* 6 excrescit *GV*² excrescet *RPT* excrescit — ciuitatis *add. m. 2 V* 8 isac *GV* 9 dicat *V*¹ praeficit *VRP*¹*T* praefecit *GP*² 10 farao *GPT* faraon *V* faraonem *R* 11 iesum *GVRE* hiesum *P* ihm *T* deligit *VPTE* delegit *G* elegit *R* solomonem *G* 13 heliam *GVRPT* eliseum *VT* elisseum *G* heliseū *PR* eligit *VPTE* elegit *GR* danielum *GV* danihelum *RT* danihelē *P* 14 camino pueros *VRPT* cum in opueros *G* inrorat *GRV*² (inrogat *V*¹) irrorat *PTE* 15 gignendo se ex *GPTE* gignendo sex *V* gignens se ex *R* iosep *G* 16 eligit *VPTE* elegit *GR* 17 cum essem — eos *om. R* (*extant in GVPT*) 20 diebus *GVPT om. R* 21 ciuitas *R* 22 adque *VG* *uoces* aeterna *et* quae ex multis — ciuitas est, *quae desunt in R, extant GVPT* 23 est *sec. l. RPT om. V* 24 ei *VPTE om. GR.*

10. Quam autem per dominum ædificanda sit, ipse in euangeliis testatur dicens: amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israhel, donec ueniat filius hominis. et huius quidem temporis et ædificationis beatus apostolus meminit dicens: cum autem intrauerit plenitudo gentium, tum quod relicum est Israhel saluabitur. hæ igitur ciuitates, id est sancti cuiusque corporis atque animæ deo placitus incolatus et cœtus hunc unum habent perfectæ huius habitationis artificem. ædificanda ergo per dominum hæc ciuitas est, ut in augmentum consummationis suæ crescat. non enim iam ædificatio cœpta perfectio est, sed per ædificationem perfectionis consummatio conparatur.

11. Ceterum in ædificandis his domibus corporum et animarum ciuitatibus humanæ artes uacant. inanes enim sunt omnes philosophorum uigiliæ et otiosæ sollicitudines, et frustratum in inuestigandis naturæ secretis et perscrutandis mundi laboribus studium. sed lapsuram cito domum operatio talis ædificat. inanis quoque erit matutina eorum resurrectio. quæ quamquam omnibus, quæ in lucem uenerint, sit constituta corporibus, tamen ea, quæ non fuerint ædificata per dominum, nequaquam eam, quæ in domino ex mortuis resurgente iam cœpta est, matutinæ resurrectionis gloriam consequentur.

12. Ac ne aliquam psalmus opinionem intellegentiæ in se terrenæ et corporalis admitteret, perfectionis istius tempus et ædificandorum significationem ipso dictorum suorum ordine

2 Matth. X, 23. 5 Rom. XI, 25 sq.

1 quam *VT* quā *P*[1] (*supr. scr.* τq͠ɴ *P*[2]) quae *GR* aedificanda *GRPT* aedificata *V* sit *VPT* est *G om. R* (*de* sit *et* est *saepe in his uet. cod. confusis cf. praef.*) euangeliis *GVR* euangelio *PTE* 2 consummabitis *GV*[2]*RPT* consummatib. *V*[1] 3 istrahel *GV* ueniat *VRPT* eueniat *G* 5 autem *GV*[2]*PRT om. V*[1] 6 tum *GVRT* tunc *P* relicum *GV* reliqum *R* reliquum *PT* 7 hae *VPT* h*c (?) *G* hic *R* ciuitates *VPT* ciuitate* *G* ciuitatis *R* cuiusque *GRPT* cuius *V* 8 habent *GVPT* habet *R* 9 habitationis *G* aedificationis *VPT* beatitudinis & aedificationis *Re* dōm̃ *V* dm̃ *G* 10 haec ciuitas est *GVRTe* est haec ciuitas *Pb* consummatione *V*[1] 11 per aedificationem *RPT* per******** *G om. V* 14 ua**cant *V* 16 in inuestigandis *VRPT* inuestigandis *G* 17 laboris *V*[1] 19 uenerit *G* sit — fuerint *in marg. add. R, in GVPT extant* 21 nequaquam *ex* nequam *corr. m. 2 V.*

docet. nam humanis ædificationibus et terrenis custodiis et matutinis eorum surrectionibus inprobatis ait: surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. cum dederit dilectis suis somnium, ecce hereditas domini fili, merces fructus uentris. nullus relictus est in his dictis ambigendi locus: intellegentiæ tantum fides necessaria est, rem enim uerba eloquuntur. nam prophetiæ ueritatem gesta deinceps consummant, cognitionem uero gestorum doctrina euangelica atque apostolica subministrat. ciuitas ergo a deo est ædificanda, quæ maneat; quia humana ædificatio infirma sit et caduca. ac ne lapides, cæmenta, ligna ciuitatem hanc esse existimaremus, quæ hæc esset et quando esset perfecta ciuitas, docet dicens: surgite, postquam sederitis. sessio quiescentium requies est: a qua surgere iubentur, qui ad perfectam hanc ciuitatem sint conparandi.

13. Et qui tandem sunt isti, qui surgere, postquam sederint, iubentur? nempe qui manducatis panem doloris. panem doloris manducat, quisque se hominem in uitiis natum ac uiuere meminit. cum enim uoluntas nostra per dei metum et spem æternorum ad perfecta innocentiæ opera contendat, et contra naturalis quædam consuetudo uitiorum in ipsis illis, ex quibus emergere nitimur, demoretur, uitæ dolorem per infirmitatem destitutæ uoluntatis accipimus secundum dictum prophetæ:

2 eorū *T* surrectionibus *GRPT* resurrectionibus *V* 4 dederitis *V* somnium *G* omnium *V* somnum *RPT cf. Sabatier II, 255* 5 domini *om. V* fili *GV* filii *RPT cf Georges Wortf. 278* merces *VPT* mercis *G?R* nullus *ex* nullum *m. 2 V* nullui *G?* relictus est *GVPT* est *R* 8 gesta *ex* gestam *m. 2 V* consummant *ex* consummat *corr. m. 2 V* consuīat *P* uero *om. V* 11 ac *ex* hac *R* ne *om. V* cementa *VT* cimenta *G* 12 et *GVRP om. T* 17 doloris *GVT* dolorū (u *in ras.*) *P* dolorum *R* 18 quisque *GVP* qsq: *T* quisq *R* quisquis *E* 19 metum *ex* meminit *corr. et postea uerba* cum enim — metum *repetita del. m. 2 V* 20 et spem *GVR* ad spem *PT* ad perfecta *GVR* ac perfectae *PT* 21 naturalis *GRPT ex* naturam *corr. m. 2 V* quaedam consuetudo *GPT* quaedam nos consuetudo *VR* inipillis *G* ex quibus *om. G* ex *om. PT* 22 mergere *GR* nititur *V* et infirmitatem *PT* 23 destituta *P* accepimus *PT*.

qui adponit scientiam, adponit dolorem. cum enim ueritatis cognitio uoluntatem nostram ad profectum consequendæ utilitatis instiget et naturæ consuetudo uoluntatem scientem se proficere oportere detineat, profectus scientiæ profectus doloris est: cum in tantum se per naturam doleat detineri, in quantum naturam sibi per cognitionem intellegat relinquendam. hinc ergo dolor uitæ est, hinc panis doloris est. cuius uitæ et doloris hic idem propheta meminit dicens: cibabis nos panem lacrimarum et potum dabis nobis lacrimarum in mensura. tendendum autem est semper, non etiam desinendum: neque idcirco ad perfectum non contendendum, quia doleamus id, quo tenditur, non posse contingi. sed in ipsa contendendi pertinacia dolendum est non contingere nos posse. quo tendimus. doloris huius dominus meminit dicens: beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur; beatitudinem consolationis ob luctum et dolorem non adeptæ consummationis inpertiens.

14. Propheticam autem uirtutem ipse ille dispositus in tempora uerborum ordo seruauit dicens: surgite, postquam sederitis. quorum alterum in præsens est, id est surgite. ne fides tamquam de incertis et dubiis ambigeret, cum ueluti præsentem efficientiam ueritas propheticæ admonitionis adferret et uiuis nobis fiduciam spei non cunctantis insereret. tempus autem huius, quod præsens est, mandati distulit in futurum in eo, quod ait: cum sederitis. in non ambigendis ergo mandatis præsentis est ueritas; in consequendis autem expectandi temporis dispensatio reseruatur.

1 Ecclesiastes I, 18. 8 Ps. LXXIX, 6. 14 Matth. V, 5.

4 doloris *GRPT ex* dolorem *m. 2 V* 5 in tantum *GRPT* tantū *V* se per *VPT* sem p *R* semper *G* 7 doloris hio idem *GRPT* (*in R* hic *ex* hinc), doloris est cum hoc idē (*uoces* est cum *del. m. 2) V* 8 profeta *GV* panem *VR*[1] *cf. Sabatier II, 164* panes *G* pane *PTR*[2] 9 nobis in lacrimarum *G* in mensura *GVRT* in mensurā *P* 10 tenendum *G* 11 neque — contendendum *om. R, in GVPT leguntur* 12 id *RPT* in *GV cf. praef. et p. 137, 25* 13 continendi *G* 14 *inter* dicens *et* beati *P inseruit* surgite postquā sederitis 15 beatitudinem *ex* beatitudinis *corr. m. 2 V* 19 seruabit *V* 20 in praesens id est *G* 23 cunctantes *P* 24 in eo quo *V* 25 ergo mandatis *ex* ergo mandatis ergo *corr. m. 2 V* ergo mandati *T* 27 dispensatio *V*[2]*RPT* dispositio *V*[1].

15. Ut autem, quando sibi surgendum esset, cum sederint, sciant, temporis ipsius demonstrata est plenitudo: cum dederit, inquit, dilectis suis somnium. mortem sanctorum deus somnum frequentissime nuncupat, ut ad hunc eundem Dauid: cum obdormieris et requieueris cum patribus tuis, tunc excitabo de semine tuo, qui mihi erit in filium et cui ero in patrem; et dominus de Lazaro: Lazarus dormit; et apostolus de resurrecturis ait: quoniam nos, qui uiuimus, non præueniemus eos, qui dormierunt. plenitudine itaque gentium in somnum mortis recepta et Israhel reliquo saluato tunc post hanc sessionem atque somnum resurrectionis est tempus. et quia dum temporum plenitudo concluditur, gentium quoque crediturarum secundum apostolum consummabitur plenitudo, idcirco ait: cum dederit dilectis suis somnium: hoc surgendi sedentium, quod et dandi dilectis somni tempus esse demonstrans, id est omni plenitudine iam recepta.

16. Quid autem sint dormientes dilecti et resurrecturi sedentes, continuo cum quadam significatione rei præsentis ostendit dicens: ecce hereditas domini. sancti scilicet dormientes et resurrecturi sedentes hereditas domini est: non ille carnalis Iacob neque terrenus Israhel factus ex diuisione gentium portio et funiculum hereditatis secundum Moysen dicentem: cum diuisisset excelsus gentes secundum numerum angelorum dei, et facta est portio domini Iacob, funiculum hereditatis Israhel. et quia

5 II Reg. 7, 12 sq. 8 Ioh. XI, 11. 9 I Thessal. 4, 14. 24 Deut. XXXII, 8 sq.

1 esset *PTE* esse *VR* 2 plenitudo *VR* ualitudo *PT* dederitis *V*[1] 3 inquit *VR om. PT* sui *V*[1] somnium *V* somnum *RPT* 4 somnum *VRPT* somnium *G* 5 obdormieris *VRe* dormieris *PTb* 6 tunc *VR om. PT* 7 cui ero in *VR* ego ero ei in *PTE* 9 uimus *V* 10 plenitudine *GRT ex* plenitudo *corr. m. 2 V* plenitudinẽ *P* in *VR* post *PTE* 11 recepta *VRT* recepte *P* istrahel *V* 15 som***m *G* somnum *VRPT* 16 sedentium *GVR* sedendū *P* a sedendo *T* 17 omni *RPT sup. lin. a m. 1 V* 18 quid *R* qui *PTE* dilecti — sedentes *om. PT* resurrecturi sedentes *Zeno b* sessuri resurgentes *Re* **ssurire *****gentes *V* 21 dormientes *(ex* dormientis *V) GVPT* & dormientes *R* 22 istrahel *V* 23 funiculum *VRP* funiculus *TE et sic infr.*

iam hic Israhel ob impietatem suam esse non meretur hereditas, quæ hereditas esset, ostendit dicens: ecce hereditas domini fili, merces fructus uentris. ea ergo in filiis hereditas domini est, quam ex mercede fructus uentris acceperit. non enim inanis hic fructus est, quo ex uirginali uentre manens antea deus nascitur. nam merces eius hereditas est et hereditas filii sunt. quotquot, inquit, eum receperunt, dedit his potestatem filios dei fieri, et rursum: filioli, adhuc pusillum uobiscum sum. hi ergo filii hereditas est et haec hereditas merces fructus est uentris. est ergo dominus fructus uentris, quem ex se in uitæ nostræ fructum pariens uirgo progenuit. et hæc eius merces est, qui ex uirgine nascendo fructum uentris esse se uoluit, ut ei gentes, quas in filios per fidem generaret, hereditas sit.

17. Quod autem, quia fructus uentris effectus sit, hanc mercedem hereditatis acceperit, psalmus alius testatur dicens: posce a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ; testatur et apostolus dicens: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed se exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu repertus ut homo:

7 Ioh. I, 12. 8 Ioh. XIII, 33. 17 Ps. II, 8. 19 Phil. II, 6.

2 quae hereditas *PT add. m. 2 V* et quae hereditas *R* 3 merces *VPT* mercis *R* 4 hereditas dñi *VR* domini hereditas *PT* 5 quo ex *VR* cum ex *PTb* quo cum ex *e* 6 merces (mercis *G*) eius *GVRT* merces ei ut *P* est et hereditas filii sunt *RPT* est hereditas fili sunt *G* est et haec hereditas filii sunt *V* 7 quodquod *GV* quotquot *ex* quodquod *corr. m. 3 R* inquid *GP* inquit *ex* inquid *R* 8 his *GVRPT* eis *E* 9 uobiscum sum *GTP* (*P haec uerba* filioli — sum *in marg. super. add.*) sū uobiscum *VR* hii *T* fili *V* filis *G* 10 mercis fructus est uentris *GR* merces fructus est uentris *V* merces (mercis *P*) fructus uentris *PT* 11 ex se in *GVPT* in se ex *R* 12 merces *GVRPT* 18 nascendi *G* fructū uentris esse se uoluit *VR* fructu uentris esse se uoluit *G* fructum uentris esse uoluit *P* fructus uentris esse uoluit *T* 14 in filios *VRPT* in filio *G* 15 cum autem *V* 17 a me *om. G* 18 possessionem tuam *RP* (*de GV h. l. non constat*) possessionem *T* 19 dicens *om. PT* esset *VR* esset constitutus *PT* 20 rapina *R* esse *om. R* sed sem&ipsum *R*.

humiliauit se factus obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod exaltauit illum deus et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectat cælestium et terrestrium et infernorum, et omnes linguæ confiteantur, quia dominus Iesus in gloria dei patris. hæc ergo merces fructus uentris est, quæ donatur in nomine, quæ defertur in honore, quæ præstatur in gloria. et hanc habet retributionem ab inmortali eius natura humanæ infirmitatis suscepta natiuitas, ut, quia fructus uentris factus ipse est, merces quoque eius gentium fiat hereditas, et hereditas ipsa sint filii.

18. Dehinc sequitur: sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum. sagittarum hic usus est, ut emissæ celeri uolatu ferantur et ad destinata quæque indeflexa linea dirigantur. esse autem sagittas, quibus dominus utatur, ita legimus, cum ait: misit sagittas suas et dissipauit eos. in Esaia quoque ita scriptum est, quod etiam de ipso domino dictum forte esse potest intellegi: et posuit me tamquam sagittam electam et pharetra sua abscondit me et ait mihi: magnum tibi est hoc uocari te puerum meum. sunt ergo istius modi dei sagittæ uolatu citæ, ictu fideles: quas, quantum spiritalis ratio demonstrat, significari doctrinas propheticas atque apostolicas, in

17 Ps. XVII, 15. 19 Esai. XLIX, 2 sq.

1 oboediens *VR* ob*diens *G* obaudiens *PT* 2 illum *ex* illud *m. 2 V* 3 et *om. G* et donauit — omne nomen *om. P* omne nomen *ex* omne nomine *corr. m. 2 V* 4 flectat *GVR* flectant[b] *P* flectatur *T* 5 omnis linguae confiteantur quia *G* omnis lingua confiteatur quoniam *VRPT* 6 in gloria (a *ex* am *m. 2 V*) dĩ *GV* in gloria est dei *RPT* 7 haec *ex* haerc *corr. m. 1 V* mercis *GR* 9 ab inmortali *GVRT* habet mortali = *P* 11 ipse *GRPT om. V* mercis *G* fiat hereditas et hereditas ipsa *GRTP* (*P* et hereditas *supr. add.*), fiat hereditatis ipsa *V* 13 dehinc sequitur (sequatur? *G*) *GVPT om. R* potentis *GVRT* potenti *P* 14 filii *GRPT* fili *V* 15 caeleri *VR* 19 ***tum forte *G* forte dictum *VR* dictum *PT* potest *G* possit *VRPT* 20 et faretra *GVPT* et in faretra *RE* 21 ait *GVRPT* dixit *E* hoc *GVR om. PT* 22 dei *om. VR* 23 iactu *R* spiritalis ratio *GVRPT* ratio spiritalis *E* 24 significari *GVRPe* significare *Tb cf. Acad. p. 17.*

quibus dei uerbum est, oportet intellegi, ubique missas, conpungentes, arguentes, uolantes.

19. Quamquam in plurimis locis meminerimus esse et mortiferas et letales sagittas, de quibus scribitur: sagittas suas arsuris operatus est, uerum hic non de ultricibus sagittis dici aliquid intellegi potest: quia nunc sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum. Pharao in mari rubro in interitum ob crimen impietatis excussus est. excussum quoque apostolicis pedibus puluerem scimus sententiam esse maledicti. et quia siue prophetæ ipsi, qui excussorum, id est peccatorum et maledictorum filii, tamquam uolantes et fideles sagittæ doctrinæ cælestis emissi sunt, uel apostoli ecclesiarumque doctores de excussis per impietatem suam in maledictum gentibus crediderunt, idcirco ait: tamquam sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum; orbem terræ uolatu peragrantes, infidelia corda doctrinæ telo uulnerantes et peccatorum omnium incentiua salutari iaculo pungentes.

20. Atque ut id ex his dictum intellegi posset, quos deus de excussorum filiis ad doctrinam salutis modo emitteret sagittarum, id consecutum in dictis est: beatus uir, qui inplebit desiderium suum ex ipsis; non confundentur, cum loquentur inimicis suis in porta. beatus ergo ille est, qui ex ipsis desiderium suum potuerit inplere, id est uel de sagittis uel de filiis excussorum, desiderabilibus se scilicet doctrinæ uerbis replere et de prædicatis fructibus futurorum bonorum expectatisque satiare. atque ut hos ex dei doctrina ædificatores esse illius, quam superius memorauit, ciuitatis

4 Ps. VII, 14.

1 mis*** *G* emissas *VR* 3 quam *G* in plurimis *GVR* plurimis *PT* et *om. PT* 4 laetales *VR* loetales *T* 5 hic non *GVR* hic *PT* 6 aliquit *VR* potest *GVRP* non potest *T* 7 filii *GR* et filii (fili *V*) *VPT* farao *GVR* 10 ipsi *GRPT* ipsius *V* 12 emissi *ex* emissa *corr. m. 2 V* emissae *PT* 13 in *om. R* 16 infidelia — uulnerantes *om. PT extant in GVR* 18 possit *VR* 20 inplebit *GV* impleuit *RPT* 24 se *om. VPT* 25 repleri *T* de praedicatis *ex Zenonis exemplar. l* de praecatis *V* deprecatis *PT* de desperatis *R cf. Acad. p. 82* futurorum *om. R* 26 que satiare *om. TP* adque *V*.

ostenderet, idcirco ita clausit: ex ipsis non confundentur, cum loquentur inimicis suis in porta. quod ex ipsis siue ad beatum uirum pertinet, qui desiderium suum inplebit ex ipsis, uel ipsis filiis excussorum erit proprium, qui ex ipsis non confundantur, cum in porta inimicis suis loquantur.

21. Neque ambiguum est, quid in porta loquentur ædificatæ per prædicationem suam a domino ciuitatis. meminimus autem in psalmo altero dictum: qui exaltas me de portis mortis, ut adnuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. et hic quidem plures portæ sunt, in quibus propheta a mortis portis exaltatus omnes laudes dei prædicat; sed scimus esse portam unam regiam, dominicam, cælestem, de qua dictum est: hæc est porta domini, iusti intrabunt in eam. et cum non confundentur hi excussorum filii in porta inimicis suis loquentes, necesse est, ut his inimicis suis loquentes non confundantur, qui cum iustis non merebuntur intrare; exprobrantes illis impietatem in deum, inobœdientiam in prædicantes, infidelitatem in æterna promissa, odia in innocentes et in ipsa ecclesiæ membra sæuitiam, ipsi confidentes et nulla fidei suæ ac religionis ambiguitate trepidantes, sed hos inimicos suos ab eius aditu ingressuque prohibentes, qui ait: nemo uadit ad

8 Ps. IX, 15. 13 Ps. CXVII, 20. 21 Ioh. XIV, 6.

1 ostenderet *GRPT ex* ostendit *corr. m. 2 V* confundentur *VRPTE* confundetur *G* 2 loquentur *RPT ex* loq̄.tur (u *superscr.*) *corr. m. 2 V* loqitur *G* quod *GVRT* quod ait *PE* 3 qui *GVPT ex* quid est (?) *corr. R* 4 inplebit *V* impleuit *GRPT* qui *GVRP* quia *TE* 6 quid in *scripsi* quin in *GPT* qui in *VRE cf. Addenda* 8 in psalmo *GVR* psalmo *PTE* 9 laudes *VPT* laudationes *R* 10 hic *GRPT ex* his *corr. m. 1 V* 11 a mortis portis *RPT* a portis mortis *E* laudes dei *VRT* dei laudes *PE* 12 esse portam unā *VRPT* unam esse portam *E* 13 haec est *VR* haec *PT* in eam *VR* in ** *G* per eam *PTE* 14 hi *VRP* hi* *G* hii *T* fili *V* 15 loq̄.tes *V* ut is *V* suis *VPT om. R(G?)* non confundantur *VRT* ═══ confundantur *P* 16 exprobrantes *GRT* ex‸pbantes (r *superscr.*) *P* exprobaren*** (r *superscr.*) *V* 17 illis *VRPT* illi (?) *G* inoboedientiam *G* inobedientiam *RPT* inpraedicantes *R* praedicantes *G* 18 in innocentes *RPT*V^{2} in nnocentes V^{1} in no*entes *G* 19 confidentes *VPT* confitentes *G* fidentes *R* 20 ab *VRPT* sub *G* 21 prohibentes *GRPT* prohibente *V*.

patrem nisi per me, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXVII.

Canticum graduum.

Beati omnes, qui timent dominum, qui ambulant in uiis eius.

1. Quotiensque de timore domini in scripturis est sermo, animaduertendum est numquam eum solitarium relinqui, tamquam sufficientem nobis ad consummationem fidei, sed subici multa aut anteferri, ex quibus timoris domini ratio et perfectio intellegatur; ut cognoscimus ex eo, quod per Salomonem in Parœmiis dictum est: si enim sapientiam inuoces et intellectui des uocem tuam et exquiras eam tamquam argentum et tamquam thensauros inuestiges eam, tunc intelleges timorem domini. uidemus enim, quantis usque ad timorem domini gradibus peruentum est. ante enim inuocanda sapientia est et omne legendi officium intellectui est deputandum et exquirenda ac peruestiganda est sapientia: et tunc timor domini intellegendus. et quantum ad communem humanæ opinionis pertinet sensum, non ita de timore sentitur. timor est enim humanæ inbecillitatis trepidatio metuentis id perpeti, quod sibi nolit accidere. existit autem et commouetur in nobis de reatus conscientia, de iure potioris, de impetu fortioris, de ægritudinis causa, de feræ occursu et de

12 Prov. II, 3 sq.

1 dñs ñ ıhs xp̄s *G* dm̄n ıhms (u *supra*) xp̄ı *V* Explicit psalm̄ CXXVI incipit psals CXXVII *G* Explicit psalmus CXXVI incipit psalmus CXXVII *V* Finit psāl CXXVI incipit CXXVII *R* Explicit trāct CXXVI incip̄t trāct CXXVII *P* Expl. de CXXVI incip. de CXXVII *T* 7 quotiensque *VPT* quotiensq *R*[1] quotiens *R*[2] quotienscumque *E cf. Acad. p. 29* in scribturis *V* 11 cognoscimus *GPT* cognoscamus *VR* ex *GVRP om. T* solomonem *GV* 12 paroemiis *G* p=remiis (*un. litt. eras.*) *R* proemiis *VP* prooemiis *Tb* prouerbiis *e* 16 est *G* sit *RPT* 18 et *ante* exquirenda *om. R* peruestiganda est *GRe* peruestiganda *PTb cf. Stud. 1889 p. 316* 19 timor *ex* timorem *R* et *GRPTe* sed *b fort. recte* 21 inbicillitatis *G* 24 causa *GR* casu *PTE cf. Acad. p. 68.*

omnis mali passione. hic ergo timor non docetur, sed ex natura infirmitatis occurrit. neque quid timendum sit discimus, sed terrorem suum ipsa illa nobis iniciunt, quæ timentur.

2. At uero de timore domini ita scriptum est: uenite, filii, audite me, timorem domini docebo uos. discendus ergo dei timor est, quia docetur. non enim in terrore, sed in ratione doctrinæ est; neque ex trepidatione naturæ est, sed præceptorum obseruantia et operibus uitæ innocentis et cognitione ueritatis ineundus est. nam si idcirco deus timendus est, quia plura fulminibus arserint, tonitru prostrata sint, terræ nunc motu conciderint, nunc hiatu recepta sint, nullus fidei timor est, qui ex timore accidentium commouetur. nobis autem timor dei omnis in amore est, metumque eius dilectio perfecta consummat. dilectionis autem nostræ in eum hoc proprium officium est, parere monitis, statutis obtemperare, pollicitis fidere. audiamus ergo scripturam dicentem: et nunc, Israhel, quid dominus deus tuus poscit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in omnibus uiis eius et diligas eum et custodias præcepta eius ex toto corde tuo et ex tota anima tua, ut bene sit tibi? quibus dictis conuenientia et congrua propheta in exordio psalmi locutus est dicens: beati omnes, qui timent dominum, qui ambulant in uiis eius: ostendens non ex trepidatione nostra, quia hæc timoris est auctor in ceteris, neque ex terrore eius, qui terribilis sit.

4 Ps. XXXIII, 12. 16 Deut. X, 12 sq.

2 occurrit *GR* recurrit *PT* 4 ad uero *G* scribtum *G* 7 naturae est *R* naturae er *G* naturae *PTE* 9 si *om.* *G* timendus *GPTE* aestimandus *R* 11 nullus fidei timor est *G* nullum fidei meritum in timore est *RPTE* 12 ex timore *G* ex terrore *RPTE* 13 metumque *GVR* metum *PT* 15 monitis *VRPT* monitionis *G*, *possis* monitionibus, *sed cf. Acad. p. 81* 16 fidere *G* confidere *VRPT* scributuram *GV* et nunc *GVPT* *ex* et quid nunc *corr.* *R* istrahel *GV* 17 poscit *scripsi* possit *G* postulat *VRPTE* *cf. Acad. p. 35* 18 amboles *G* 19 eum $GV^{2}RPT$ *om.* V^{1} 21 tibi sit *R* 25 in ceteris *GVR* in t̃ris *T* in terris *P* neque *GRPT* siquae *V*.

beatos esse, qui timeant, sed ex eo, quod in uiis domini incedant. timor enim, ut diximus, non in metu, sed in obœdientia est: et timoris testimonium est obsequella. ceterum, si quis timeat neque pareat, erit quidem timens ex trepidatione naturæ, sed non erit beatus ex timoris officiis.

3. Multæ autem sunt uiæ domini, cum ipse tamen uia sit. sed cum de se loquitur, uiam ipse se nuncupat et rationem, cur se uiam nuncupasset, ostendit dicens: n e m o e n i m p o t e s t a d p a t r e m u e n i r e n i s i p e r m e. uerum cum de prophetis ac scriptis eorum, quibus ad Christum pergitur, sermo est, tunc uiæ plures sunt in unam uiam undique congruentes; quod utrumque eodem per Hieremiam prophetam loco significatum est dicentem: s t a t e i n u i i s d o m i n i e t i n t e r r o g a t e s e m i t a s d e i æ t e r n a l e s e t u i d e t e, q u æ e s t u i a b o n a, e t a m b u l a t e i n e a. multæ itaque uiæ interrogandæ sunt et in multis insistendum est, ut unam, quæ bona est, inueniamus per multorum scilicet doctrinam unam uiam uitæ æternæ reperturi. uiæ enim in lege, uiæ in prophetis, uiæ in euangeliis, uiæ in apostolis sunt, uiæ quoque in diuersis præceptorum operibus sunt, in quibus per timorem dei ambulantes beati sunt, quibus dicitur:

4. L a b o r e s f r u c t u u m t u o r u m m a n d u c a b i s. sermo ad plures cœptus ad unum refertur, docens nos omnes, qui in Christo credidimus, unum esse apostolo ita confirmante: o m n e s e n i m u o s u n u m e s t i s i n C h r i s t o I e s u; siue ergo ad

8 Ioh. XIV, 6. 13 Hierem. VI, 16. 24 Gal. III, 28.

1 domini *G* dī *V* dei *RPT* 2 non in metu sed in oboedientia est et timoris *GVR* non in metu oboedientiae sed timoris *PT* 3 obsequella *GVP*[1] obsequaella *R* obsequela *T* 4 per ea (?) *G* timens *om. G?* 6 autem sunt *G* sunt autem *VRPT* 7 ipse se *GVPT* ipse *R* 10 scribtis *GV* 11 tunc uiae plures sunt in *GPT* tunc uiae plures sunt (sunt *a m. 2*) uiae in *V* tunc uiae (*eras.*) plures sunt uiae in *R* 12 utrumque *GR* utrūque *ex* utrūquod *corr. m. 2 V* utrūqu///e *P* utrunque *T* eodem *GVR om. PT* hieremiam *GVPT* ieremiam *R* loco *GVR om. PT* 13 dicente *R* 15 in eam *V* uiae *om. R* 17 multorum *ex* multarum *corr. m. 2 V* unam uiam *GVR* uiam unam *PT* 23 dicens *P* 24 credidimus *G* crediderimus *PTE* crediderint (int *ex* unt *corr. m. 2*) *V* crediderint *R* apostolo *ex* apostolum *m. 2 V.*

unum siue ad plures loquitur, in uno id erit significantiæ, quod in pluribus.

5. Est autem contuendum propheticum hunc sermonem ab usu communis opinionis discrepare. in hac enim uitæ conformatione, qui manducant, laborum suorum fructus manducant ex prouentibus elaborati operis sumentes. at uero propheta ait labores fructuum manducandos. non consequitur sensus humanus dicti huius intellegentiam. ex laboribus enim fructus est, non ex fructibus labor. deinde labor ministerium corporis est, fructus uero merces laboris. ministerium autem corporis incorporale est; nihil uero edere, nisi quod corporale est, possumus.

6. Sed propheta nihil de terrenis et præsentibus tractat: de beatitudine enim timentium dominum et in uia eius ambulantium ei sermo est. qui enim in uiis domini ambulant, illi labores fructuum suorum manducabunt. non enim hic manducatio corporis est, quia neque id, quod manducandum est, corporale est. sed habemus hic cibum spiritalem, animam nostram in uitam alentem, bona scilicet opera bonitatis, castitatis, misericordiæ, patientiæ, tranquillitatis, in quibus nobis contra corporum nostrorum uitia laborandum est. horum laborum fructus in æternitate est: sed labor hic æternorum fructuum

1 loquitur *GP* loquetur *VRT* 4 communis communis *G* uiae *P* conformatione *scripsi* confirma... *G* conuersatione *VRT* conuersationis (is *in ras.) P* 6 laborati *V* aduero *GV* 7 manducandos *GRT* manducabis *V* (*P totum hunc locum licentius corruptum ita praebet:* at uero profeta ut laboris fructuū manducando = pciperet [pciperet *supr. add. m. 1*] non consequitur *cet.)* 8 *inter* intellegentiā *et* ex laboribus *supra add.:* sed laboris *P* 9 corporis est *GVPTa* est corporis *R* 10 merces *VRPT* mercis *G* incorporale est *RE* corporale est *GPT* corporales *V*; *quae postea add. E:* licet corpore fit *desunt in GVRPT* 11 nihil uero *GR* nihil autem *V;PT pro uerbis* nihil uero — possumus *omissis haec habent:* quod (quo *T*) uti possumus 14 beatitudine *ex* beatitudinem *corr. m. 2 V* beatitudinem *G* uia *GVR* uias *P* uiis *TE* 15 ambulant *G* ambula.nt [bu] *T* ambulabunt *RP* (*de V h. l. non constat*) 16 suorum *supr. add. P post* non enim *uerba* manducabunt non enim *repetita del. m. 2 V* 17 corporis *GV¹* corporalis *V²RPT* 18 corporale est *G* corporale sit *VRPTE* 19 castitatis *om. PT extat in GVR.*

ante comedendus est eoque in uita hac corporali anima nostra alenda est, per cibum horum laborum obtinentes panem uiuum, panem cælestem ab eo, qui dixit: ego sum panis uiuus de cælo: quem qui indignus secundum mandatum apostoli acceperit, iudicium sibi adquirit. hi sunt ergo labores fructuum manducandi, eorum scilicet fructuum, qui in cælis metentur. nunc, dum in terra sumus, opera sumenda sunt. hæc enim nunc animam saturant, hæc in cælum suis fructibus prosequentur. denique sequenti uersu utriusque huius temporis beatitudinem propheta demonstrat dicens: beatus es, et bene tibi erit. quorum alterum in præsens obtinetur, quod beatus es; quod uero bene tibi erit, repositum est in futurum, quia interim labor futurorum fructuum manducetur.

7. Uxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ. fili tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ. ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum. multis forte sermo iste in præsentis benedictionis gaudium aptus uidebitur, ut ex misericordia dei suppetat pacificæ et utilis in domo coniugis salus, et dulcissimus circum conuiuium cœtus filiorum. sed si hæc perfecte bona fuissent, quæ, cum sint bona, non tamen cælestia bona sunt, tamen, si in his beatitudo timoris dei constitisset, obtinuisset utique princeps fidei et timoris dei Abraham, cui uxor diu sterilis bis abrepta est, filius ex promissione unus offerri in hostiam iussus et sacrificio admotus intulit orbitatis

3 Ioh. VI, 41. 4 I Cor. 11, 29.

1 eaque (?) *G* eoquo (o *ex corr.*) *P* hac *ex* haec *V* 2 est *om. PT* horum *GVPT* bonorum *R* 4 de caelo *GVPT* qui de caelo descendi *R* quem que *V* indignus *G* indignae *R* indigne *VPT* mandatum (u *ex* io) ap** *V* apti mandatum (u *ex corr.*) *R*, *de G h. l. non constat* 5 [fruc]tum manducandū scilicet fructuum manducandi eorum scilicet fructuum *V* 6 metentur *GVR* metuntur *PT* 8 nunc *GRPT add. m. 2 V* in *GRPT add. m. 2 V* 12 quod uero q (q *del. m. 1*) *V* 13 interim *VPTb* iterum *Re* 15 fili *V* filii *RPT* oliuarū *V* oliua *T* 18 aptus uidebitur aptus ut *V* 19 pacificae *VR* pacifica (ca *in ras. P*) *PTE* 21 perfectae bona *VR* perfecta et (& *supr. scr. T*) bona *PT* perfecta bona *a* 22 tum si *Erasm.* 23 obtenuisset *V* 24 bis *VPT om. R* 25 offerri *RPT ex* ferri *corr. m. 2 V* iussus *RPT* sus *V* sacrificio *ex* officio sacrificio *corr. m. 2 V* orbitates *V*[1].

dolorem. ipsi deinde Isaac filii duo dissidentes et usque ad odium mortis inimici. Iacob autem ignoratæ uxoris inopinatus maritus et ad nuptias alias falso coactus et uiuentis filii funus parricidali fratrum mendacio plangens caruit timentium deum benedictionibus? et apud quos et a quibus fides est, apud eos fidei sanctificatio non reperietur? quantos autem peccatorum uidemus florere domo, coniuge, liberis! iam uero benedictionibus dei priuabitur felix illa et beata uirginitas, causam sibi beatitudinis non relinquens, et ubi illud erit Pauli: uellem autem omnes homines esse sicuti et me? et nescio, quomodo propheta perfectam eam beatitudinem constituerit, quæ negata sanctis est, peccatoribus usitata est, non speranda uirginibus sit.

8. Ergo quia secundum humanam intellegentiam propriam et perfectam beatitudinem dicti huius sermo non explicat, erigendæ sunt ad spiritalem doctrinam mentes atque aures. lex enim omnis secundum apostolum spiritalis est, et ipse non humilem nec terrenam beatitudinis spem secutus est dicens: benedictus pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus. cum itaque in spiritalibus et cælestibus benedici se ostendat, perfecta illa sanctorum beatitudo non in his terrenis et corporeis esse speranda est; sed potius intellegendum est, per corporalium et terrenorum nuncupationem cælestium bonorum esse intellegentiam consequendam. numquid cum dominus secundum euangelia sponsus est et secundum Iohannem

9 I Cor. 7, 7. 16 Rom. VII, 14. 19 Ephes. I, 3.

1 isac *V* filii duo *R* duo filii (fili *V*) *VPT* et *ex* ei *corr. R* 3 uiuentis filii *scripsi* uiuentis *VRPTE* 5 aput *R* 6 repperietur *VR* 7 domo *V ex* domu *corr. R* domu *T* domus *P* 9 erit *RPT* erat *V* 11 propheta *PT* profeta *supr. scr. m. 1 R* pro**** *V* 12 usitata est *VR* usitata *PTE* 16 ad *R* in *VPT* 17 omnis *VRT om. P* 18 terrenam beatitudinis spem *RPT* terrenam beatitudinis sed spem *V* terrenam beatitudinem sed spiritalem *E* 19 i$\overset{u}{h}$s xp̄i *V* 20 benedictioni *V*^{1} 21 itaque in *RPT* itaquae *V*^{1} benedici se ostendat *RVTE* benedicis eos *P* 22 perfecta *RPT* perfeta *V* 23 corporeis *VRb* corporalib: *PTe* intelligendum est *R* intellegendum *P* intelligendum *T* intelle**** *V* 24 et terrenorum *RT* terrenorum *P* 26 euuangelia *V*.

habet sponsam, de sponsis terrenis et corporalibus significari existimandum est? non utique: sed per hanc sermonis consuetudinem docemur eum esse, qui promissus sit gentibus cuique a patre ecclesiæ hereditas per adoptionem corporis, quod ex uirgine præsumpturus esset, desponsa sit.

9. Ut autem nunc cognoscamus, quid sub uxoris nuncupatione intellegi oporteat, contuendum est, quid et alibi sub hoc eodem uxoris nomine tractetur. Salomon itaque ait: quæsiui sapientiam sponsam adducere mihi ipsi. et quia, qui sponsam requirit, diuitem quærit, huius sponsæ suæ opes memorat dicens: honestatem glorificat conuictum dei habens, et omnium dominus dilexit eam; — et si multam quis cognitionem desiderat, nouit et quæ a principio sint, et quæ futura sunt conspicit. et iterum: uxorem uirilem quis inueniet? pretiosior est autem lapidibus pretiosis istius modi. et hæc in Prouerbiis dicta sunt, quia prouerbia non hoc, quod uerbis sonat, explicant, sed dictorum uirtutem ex usu uerborum communium nuntiant. docet autem dominus in euangeliis, quid prouerbia intellegenda sint, dicens: ueniet hora, ut iam non in prouerbiis loquar uobis, sed palam de patre adnuntiem uobis. ergo secundum prouerbiorum rationem uxorem uirilem nosse debemus, eam nempe, quam sibi Salomon sponsam optauit adsumere, de qua et rursum ait: iudicaui

8 Sap. VIII, 2. 11 Ibid. 3. 12 Ibid. 8. 15 Prov. XXXI, 10. 20 Ioh. XVI, 25. 24 Sap. VIII, 9; 2.

2 existimandum *VPTE* existimandus *R* 4 a *RPT add. m. 2 V* 5 desponsa sit *VR* despon[ta]sa sit *P* desponsauit *T* 6 quid *RPT* qui *V* nuncupatione — eodem uxoris *om. V* 8 solomon *V* itaque ait *T* itaquia *RP* quia *V* 11 dicens *ex* decens *R* 14 sint *VRT* sunt *PE* 15 iterum *VRe* item *PTb* 16 pretiosis istius modi et haec *V cf. Sabat. II, 344* multi pretii istius modi et haec *PTb* multi praetii et haec istius modi *Re* (istius modi *refertur ad mulierem* = quae eius modi est *ap. Sabat.*, *ἡ τοιαύτη LXX)* 17 prouerbia *VR* prouerbium *PTE* uerbis *VRP* uerb̄ *T* 18 explicant *R ex* explicat *corr. m. 1 V* explicat *PTE* 19 nuntiant *R* nuntiat *VPTE* 20 sint *RP* sunt *T* 21 loquar uobis *VR* loquar *PT* 23 solomon *V* 24 optabit *R* et rursum *PTE* rursum *R* et rursus *V*.

igitur hanc adducere ad conuiuendum mecum et amator factus sum pulchritudinis eius. hæc igitur tamquam uxor adsumpta sapientia uirilis est, perficiens omnia et sibi subdens et in labore utilium operum ualida. ipsa deo placita et per doctrinam eius digna et præteritorum scientia et futurorum cognitione perfecta.

10. Hæc timentis deum uxor totis domus suæ lateribus diffusa fecundæ uitis modo se per omnia operum nostrorum latera extendit. domum autem non ambigitur hoc animæ nostræ esse domicilium, quod sibi unusquisque per timorem dei et uias eius ineundo ad habitationem sapientiæ emundat. ex hac igitur filii qui erunt, tamquam nouella oliuarum in circuitu mensæ nostræ erunt. non in conuiuii circuitu futuros ait esse, sed mensæ. mensa enim domini est, ex qua cibum sumimus, panis scilicet uiui, cuius hæc uirtus est, ut ipse uiuens eos quoque, qui se accipiant, uiuificet. est et mensa lectionum dominicarum, in qua spiritalis doctrinæ cibo alimur, sed de qua in psalmo alio scriptum est: fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in captionem et in retributionem et in scandalum; qui doctrinam dei consectantur, nisi in operum bonorum ministerio uersentur, mensæ illius cibo non proficient; in captionem enim illis et scandalum omnis intellectæ ipsius prophetiæ lectio proficit.

18 Ps. LXVIII, 23.

1 conuiuendum *T* conuiuē*** *V* conuiuandum *RP* (*sed in P* a *in ras.*) 2 sum *R supr. scr. P om. lacuna rel. T* haec igitur tamquam *RPTE* tamquam *V* 3 sapientia uirilis *RPTE* sapiētia haec igitur uirilis *V* 4 in laborem *R* 7 timentes *P* 8 foecundae *T* secundae *V* se per *VPT* semp *R* 10 et uias eius *VRP* et uitae ius *T* 11 ex hanc *P* 12 erant *P* 13 conuiuii circuitu *GVRPe* circuitu conuiuii *Tb* 14 mensae.mensa *GV²RPT* mensa *V¹* 16 uiuificat *G* est et *GRPT* sed est et *V* 17 in qua *ex* in quas *R* sed de qua *scripsi* de qua *G ? VR* sed qui doctrinam dei consectantur de qua *PTa* 20 *uerba* in captionem enim illis — proficit, *quae in libris* (*GVRPT*) *post* retributionem et in scandalum *leguntur*, *transposui post* non proficient *lin. 22* qui doctrinam dei consectantur *scripsi* sed qui doctrinam dei consectantur *GRa***** nam dī consectatur *V om. PT* 22 proficient *GRPT* proficiunt *V* 23 et scandalum *GRP* et in scandalum *T* ipsius *E* ipsis *RPT* *locus certe iam in ueteribus libris eo aberrationis genere, quod totiens in recentioribus occurrit, ualde corruptus.*

nam sicut ex coniuge liberi, ita ex sapientia bonæ uoluntatis opera procreantur. hæc igitur tamquam nouella oliuarum mensam nostram circumibunt, id est doctrinæ nostræ cognitionem optimorum quasi ramorum fructibus obumbrabunt. seruauit autem etiam hanc propheta rationem, ut neophytam oliuam diceret, id est nuper plantatam: quia per sapientiam, tamquam per coniugem adsumptam, cuius filii sunt opera fidelia, hæc eadem in hac terra nostri corporis plantantur. hæc igitur uxor est modo uitis abundantis in domus nostræ lateribus diffusa: hi filii, id est ex tali coniuge opera procreata, tamquam plantatæ oliuæ in mensæ nostræ circuitu adsistent. et quia hæc timentium deum beatitudo est, propheta subiecit: ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum.

11. Iungitur ad timentis meritum etiam uotum prophetæ dicentis: benedicat te dominus ex Sion; et uideas, quæ sunt bona Hierusalem. de Hierusalem et Sion iam in superioribus psalmis frequenter sumus locuti: ex quibus uel in quibus bonorum omnium consummatio speranda est. nunc enim quamuis bonis cælestibus perfruamur, tamen maiora nobis in Sion et Hierusales temporibus reseruantur. hoc enim sæculum promissorum bonorum capax non est. uæ enim nunc mundo a scandalis, in quo et zizaniam diabolus superserit, in quo regio est corruptionis et locus iniquitatis et conuallis plorationis, in quo mundipotentes sunt harum tenebrarum. sed habemus interim promissorum nobis bonorum lumen, in quo

1 sapientiae V^1 3 circumibunt *RPT* ***umibunt *G* circuibunt *V* nostrae *ex* nostrae circuibunt *corr. m. 2 V* 4 seruabit *V* 5 uti *R* neofytam *V* neofitam *RT* neofitum *P* oliue *R* 6 nuper plantatum *G* ne super plantatum *P* qia (u *superscr.*) per *G* qui per *P* tamquam *GVT* quā *P* per coniugē *G* coniugem *VPT* *haec uerba* quia per — adsumptam *om. R* 8 plantantur *GV* plantatur *RPT* 9 habundantis *R* 10 *pro* ex tali *in P legitur* centū uiginti tali 12 deum *om. VR* 13 dūm *G* dōm *V* dm̄ *R* 14 timentes *G* 15 dicentis *GVRT* dicens *P* 16 bona hierusalem *GVPT* bona in ierusalem *R* iam in *VR* iam *GPT* 17 *post* ex quibus *uerba* psalmis — ex quibus *repetita del. m. 2 V* 20 hierusales *G* hierusalem *uel* ierusalem *VRPT* reseruantur *GVR* spe seruantur *PT* spe reseruantur *E* 22 in quo et zizaniam *VRe* in quo zizania *T* in qua zizania *P* zabolus *ex* zabulus *m. 2 V* superserat *PT*.

tamquam per speculum et in ænigmate felicium rerum imaginem contuemur; tunc facie ad faciem uisuri, non interposita obscuritatis nube aut speculi æmulantis splendore, sed uera et conspicabili beatitudinis nostræ contemplatione lætabimur operum nostrorum fructus contuentes et mercedem uitæ innocentis uidentes. nam ut opera ex sapientia gignuntur, ita ex operibus retributio nascitur. est ergo sapientia innocentiæ mater, et rursum innocentia fructus retributionis parit. hos ergo consequemur diabolo contrito, aculeo mortis retuso et omni principe ac potestate huius sæculi exempto, cum iam pax in nobis sit hoste uicto et perempto; quod propheta psalmi ipsius conclusione testatur dicens: benedicat te dominus ex Sion; et uideas bona Hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ et uideas filios filiorum tuorum: pax super Israhel. speremus ergo hæc bona Hierusales cælestis et Sion montis et pacis Israhel, quia locus domini in pace est, in domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXVIII.

Canticum graduum.

Sæpe inpugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israhel.

1. Instituimur dictis propheticis ad tolerantiam præsentium passionum, et naturæ nostræ infirmitas aduersus sæculi iniurias

1 enigmate *GT* enigmatae *ex* enigmaetae *m. 1 V* enigmatae *R* 2 facie ad *RPT* faciam acos (?) ad *V* interposita *GRPT* terposita *V* 3 nubae *V* ****lantis *G* aemulante *VRPTE* conspicabili *GRPT* conspicuabili *V* 6 gignuntur *GVR* gignentur *PT* 7 nascitur *GVR* nascetur *PT* 8 consequemur *GVR* consequimur *PT* 9 retuso *GVR¹P¹T¹* retunso *R²T²* retruso *P²* 10 pax *GVR om. PT* 13 bona hierusalem *GP* bona in hierusalem *P²T* quae bona sunt ierusalem *R* 14 pax super istrahel *G* pax super israel *R* et uideas pacem super israel (istrahel *V*) *VPT* 15 ergo haec bona *GV* ergo bona *RE* itaque haec bona *PT* hierusales *G* hierusalis *V* hierusalem *RPT* 16 quia *GVR* qui *PT* 17 ihu *G* ih(u)s *V* 18 amen *GRPT om. V* Explicit psalm̄ CXXVII incipit psal. CXXVIII *G* ═══════ psalmus CXXVII incipit psalmus CXXVIII *V* Finit psāl. CXXVII incipit CXXVIII *R* Explicit trāct psalmi CXXVII inc̄p trāct psal. CXXVIII *P* Expl. de CXXVII incip. de CXXVIII *T* 21 expugnauerunt *h. l. R* 23 profeticis *V* 24 aduersū *R*·

semper inpatiens suscipit patientiæ doctrinam ab eo, qui in præsenti psalmo ait: *sæpe inpugnauerunt me a iuuentute mea.* non otiosa ætas religiosi uiri est neque quietam exigit uitam. inpugnatur iam ab ipsis iuuentutis suæ annis et inpugnatur *sæpe.* non nouella itaque neque rara inpugnantium odia sunt, sed ea sæpe etiam ab ipsis initiis ætatis infesta sunt. et idcirco hæc sunt, quæ fidem probant, quæ patientiam testantur, quæ inuictæ uirtutis coronam merentur. nouit beatus apostolus Paulus hanc longi prœlii coronam dicens: *nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit.* certamen tantum non sufficit ad coronam: legitime certandum est, id est omnia passionum bella peragenda sunt; non sufficit semel neque unius certaminis bello militasse. et audiamus hunc ipsum legitime certantem, cum dicit de se: *in laboribus copiosius, in plagis abundantius, in custodiis eminentius, in mortibus frequenter: a Iudæis quinquies quadraginta una minus accepi, ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragaui, noctem et diem in profundo feci.* merito iste tot et tantis prœliis perfunctus dicere ausus est: *de cetero iam superest mihi corona iustitiæ,* quia nemo, nisi qui legitime certauerit, coronatur.

2. Huc etiam uox hæc prophetica conuenit: *sæpe inpugnauerunt me a iuuentute mea.* fiduciæ maximæ gratulatio

10 II Tim. 2, 5. 14 II Cor. 11, 23 sq. 20 II Tim. 4, 8.

3 religioni *V* neque qui quietam *V* 5 saepe *G* 6 odia *ex* inodia *corr. m. 2 V* spe etiam *G* 7 infecta *V* 9 nouit *ex* nouerit *corr. m. 2 V* Paulus *GVR om. PT* 10 qui *GVPT om. R* 11 certandum est — ipsum legitime *om. G* 13 hunc ipsum legitime certantem *VRe* certantis *G* hoc ipsum legitimum certamen *PTb* 14 de *om. G* 17 una minus *V cf. Sabatier III, 754* minus una *G* minus unā *RTP* accepit *G* 18 semel lapidatus sum *GVR om. PT* ter naufragaui *GVPT* ter naufragium feci *R* 19 noctem et diem *VT* nocte et die = *P* nocte et die *GR* feci *VGPT om. R cf. Abh. IV, 81* 21 superest *VRPT* super *G* 22 certauerit *GVPT* pugnauerit *Re* 23 huc *G* huic *RPT (de V h. l. non constat)* conuenit *G* conpetit *RPT cf. Acad. p. 42* 24 fiduciae maxime *G* fiduciae maxime *R* confidentiae maxime *VPT.*

est tantorum et tam numerosorum bellorum recordari; sed nunc tacito inpugnantium nomine inpugnatio sola memoratur. et causa noscenda est, cur auctores inpugnationis silentur. omnes humanæ iniuriæ, quæ religiosis uiris inferuntur, non eosdem habent auctores, quos habent ministros. exsecutio quidem hominum est, sed diaboli instinctus est. et huius nobis intellegentiæ apostolus auctor est dicens: non enim nobis certamen est aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus potestates, mundi potentes harum tenebrarum, spiritales nequitias in cælestibus, et rursum: secundum principem æris huius, spiritus, qui nunc operatur in filiis inobœdientiæ. operantur ergo hæ spiritales nequitiæ in his, qui inobœdientes dei legi sunt, quos uoluntatis suæ tamquam operarios eligunt, in res suas alienæ intercessionis ministerio usuri.

3. Neque solum id ex apostolicis dictis intellegimus, sed etiam ex libro Iob docemur. cum enim diabolus potestatem temptandi Iob postulasset, per direptionem substantiæ eius primum desæuiturus homines ad pastorum cædem et ad direptionem pecudum excitauit eosque in hanc uoluntatem latrocinii accendit. egit ergo, quod uolebat, per humanæ operationis officium. Iudas quoque in passione domini ministerium diaboli fuit, et per eum effectum uoluntatis est propriæ exsecutus euangelista testante ita: intrauit, inquit, satanas in Iudam, qui cognominatur Scariotha.

4. In omni igitur, quam perpetimur, iniuria alterius opus,

7 Ephes. VI, 12. 11 Ibid. II, 2. 24 Luc. XXII, 3.

1 iam numerosorum *P* 3 qur *R* 4 q̄. *V* 9 mundi potentes *GVR* mundi huius potentes *PTb* mundi huius potestates *e* tenebrarum *VRPTE* tenebras*** *G* 10 spiritales nequitias *T²* *cf. Acad. p. 60 et Sabatier III, 808 adn.* spiritales nequitiae *V* spiritalis nequitiae *RPT¹E* 11 & spiritus *R* 12 haec *P* heae *T* 13 legis *R* 15 usuri *VRP* usuri (ae) *T* 16 apostolicis *RGe (in G ***cis d**** etiam nunc legi potest) cf. Acad. 69,* apostoli *VPTb* intellegimus *RPT* intellegemus *GV* 20 in hac uoluntatē *V* in hac uoluntate *P* 22 in passione *GV²RPT om. V¹* 23 uoluntatis est propriae *VRT* uoluntatis est proprie *P* *** est propter (?) *G* uoluntatis propriae est *E* 24 in iudam *VP* iudam *RT* 25 Scarioth *R*.

alterius instinctus est: et non sibi efficit, quisquis aliquid per turbulentæ uoluntatis impetum gerit. non ergo his irascendum est, a quibus aliqua perpetimur, sed quotiensque per contumelias ad iracundiam prouocamur, quotiensque per conuicia ad lites excitamur, quotiensque ad dolorem et impiam damni querellam per rapinas et furta conpellimur aut in corporis uoluptates blandæ adhortationis sollicitamur instinctu, agnoscendus est hostis ille, per quem hæc operum ac dictorum incentiua præbentur. neque irascendum est hominibus alienæ instigationis operariis, sed potius in his detestandi officii intercessio fœda miseranda est, quod sint uasa diaboli, satanæ ministerium et latrocinantium tela et alienæ militiæ ac nequitiæ paritores. ob hanc ergo cognitionem propheta sine distinctione nominis tantum inpugnantium meminit, de his atque illis indiscrete locutus, quia per homines in se id, quod spiritalium nequitiarum est, gerebatur.

5. Cœpit itaque tamquam ex persona sua propheta; sed quid a nobis dici oporteret, quodam ipse confessionis exemplo ante præloquitur. talis enim ordo dictorum est: s æ p e i n p u g n a u e r u n t m e a i u u e n t u t e m e a, d i c a t n u n c I s r a h e l. ante ergo docetur Israhel, quid dicere debeat; tum deinde tamquam doctus et exemplo propheticæ confessionis inbutus Israhel ipse iam loquitur: s æ p e i n p u g n a u e r u n t m e a i u u e n t u t e m e a: e t e n i m n o n p o t e r a n t m i h i. talis religiosorum debet esse confessio. et hæc uera fidei probatio est, ut, qui sæpe et a iuuentute inpugnent, numquam tamen

1 aliquit *V* aliquod *T* 2 turbulentiã *T* turbulentiam *P* uoluntatis *ex* uoluntatae uoluntatis *corr. m. 2 V* 3 perpetimus *V* quotiensq. *VT* quotiensqu≡e *P* quotiens *ex* quotiensq. *R* (*ita etiam in seq., G h. l. deest*) *cf. quae de hac re* (quotiensque = quotienscumque) *dixi Acad. p. 29* 5 & impiam *R* et impiam *T* ac impiam *PE* dampni *R* 7 uoluntatis *P* 8 ac *ex* hac *R* 10 operariis *VRT* operis *P* 12 tela *VR* telũ *Te* tellum *P* militiae *RPTb* malitiae *Ve* ac ex hac *R* 13 paritores *VRe* portitores *PTb cf. Acad. p. 58* distinctione *VR* dictione *PT* 15 per homines *RPT* per hominem *V* 20 istrahel *V* 21 quid *VRe* quod *PTb* 22 et exemplo *VRT*[2] exemplo *PT*[1] 24 potuerant *T* 26 inpugnent *VRP*[1]*T* impugnant *P*[2]*E*.

eorum, quos et sæpe et pridem inpugnauerint, præpotentes sint. aduersus autem ualidiores et longum et frequens est prœlium; idcirco inimicæ spiritalesque uirtutes firmos fide et timore dei uiros et diu et sæpe pertemptant, quia iterari necesse est, quod et diu geritur et numquam obtinetur. maneamus ergo, ut sæpe inpugnemur, et sæpe inpugnati habeamus hanc gloriam, ne aliquando cedamus; et hinc sit inpugnationis nostræ adsiduitas, quia non sit inpugnantium præpotens fortitudo.

6. Mos autem est eorum, qui nequaquam longis atque adsiduis prœliis præualent, ut uictorem exercitum et firmis agminibus incedentem a tergo adeant et dorso, sicubi iam prætereat, insidias machinentur, illic dolos fabricentur, illic omnia insidiarum artificia exerceant. ita et peccatores temptatos in cassum fideles uiros euntes iam in ueritatis uia dorso adeunt, dorso insidiantur, dorso dolos concinnant. et idcirco ait: supra dorsum meum fabricabant peccatores. currit apostolus ea, quæ retro sunt, obliuiscens seque in ea, quæ priora sunt, extendens. lex ad fideles ita locuta est: persequentur te inimici tui et non conprehendent. non conprehendisse autem eos docet, cum ait: fabricabant, indefiniti enim temporis significatio est. fabricabant enim semper, numquam fabricationis suæ effectum consequentes, indefesso fidei cursu eo, cui cotidie supra dorsum fabricabantur bella, currente.

7. Atque hanc pertinacem infestantium iniquitatem sequens uersus absoluit: prolongauerunt iniquitatem ipsorum.

15 Phil. III, 13. 18 cf. Deut. XXVIII, 7.

1 praepotentes *VPTE* potentes *R sed cf. lin. 8* 2 autem *VPTE om. R* ualidiores *RPTE* ualidiorem *V* longum *ex* longus *m. 2 V* est *RPTE add. m. 2 V* 3 idcirco *R* et idcirco *VPTE* 6 impugnati *RVT (in V* pugnemur et saepe inpugnati *add. m. 2)* expugnati *P* 9 qui *ex* quia *m. 2 V* 10 agminibus *ex* agmibus *m. 2 V* ac moenib: *P* 11 iam *VRPb* uiā *Te* 12 fabricentur *R¹PTb* fabricantur *R²Ve* 13 exerceant *VPTb* exercent *R* temptatos *RPTE* temptatio *V* 14 iam in *E* iam *R* in *VPT* 15 et *ex* ad *m. 2 V* 16 fabricabant *VTb* fabricauerunt *Pe* fabricantur *R* 18 locuta *ex* locutus *m. 2 V* 19 te *VPTE om. R* conpraehendent *VR* 20 docet *ex* decet *m. 2 V* fabricabant *VRT ex* fabricant *corr. P* 22 fabricationis *ex* fabricant enim *m. 2 V* fabricatioNis (Nis *ex corr.*) *R* 23 cui *RPT add. m. 2 V* 25 ipsorum *VPT* suam *RE*.

Esaiæ prophetia est dicentis: uæ qui trahunt peccata sua tamquam funem longum. non desinunt enim peccatis peccata conectere et tamquam funis modo in longum inplexa ea semper extendere. sancto namque currente et peccatoribus in dorsum fabricantibus, cum huic ad destinatum currendi, illis semper fabricandi modus nullus sit, fit peccatorum prolixa series et multiplex longitudo.

8. Sed quid tandem hanc iniquitatum longitudinem maneat, noscendum est. sequitur enim: dominus iustus concidet ceruices peccatorum. iustus dominus, patiens scilicet in ultionem, dissimulator ad pænitentiæ tempus, non inter exordia humanæ iniquitatis promptus ad pœnam, sed desinendi a criminibus seram licet uoluntatem peccatorum expectans, tum ceruices concidet, cum sine aliquo desinendi modo fabricatur, cum in longum peccata tenduntur, cum iam omne patientis misericordiæ tempus exclusum est. exprobrari autem semper contumacibus legis meminimus, quod dura ceruice sint: cum ceruicosum populum esse Moyses ad deum arguit, cum propheta filiabus Sion exprobrat, quod alta ceruice incedant, ceruice scilicet iugum dedignante, operibus fidei insolente, patientia dei ad producendam peccatorum longitudinem abutente. summittenda autem ceruix est iugo suaui, ad quod dominus inuitat dicens: tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. non concidenda ceruix est huic se iugo subdens. est enim hoc humilitatis et mansuetudinis iugum, non semper inpugnans, non in dorso fabricans,

1 Esai. V, 18. 17 Exod. XXXII, 9. 19 Esai. III, 16. 23 Matth. XI, 29.

1 eseiae *V* profetia *V* ꝓfetae *R* 3 conectere *VR* connectere *PTE* funis modo in longum inplexa ea *R* funis modo ĩ longum inplexa *V* funem longum implexa ea *Te* funem longum ea implexa *Pb* 4 nãq *R* nanque *e* enim *VPTb* 8 iniquitatem *V* 9 concidet *RTE cf. lin. 14* concidit *VP* 10 ceruices peccatorum *VRE* peccatorum ceruices *PT* in ultione *V* 12 desenendi *V* 13 peccatorum *Re* peccatoris *VPTb* tum ceruices *Rb* tunc ceruices *PTe* tuam ceruicem *V* 14 concidet *VPTE* concidit *R* 15 in longum *RPTE* in locum *V* misericordiae *ex* misericordiaet *m. 2 V* 17 cum *ex* cur *corr. m. 1 V* 19 *post* ceruice *un. litt. eras. R* 20 insolentem *P* patientiam *R* 21 abutente *GVRT* annuente *P* 22 est *GRPT* sit *V* 25 huic sed *G* 26 *inter* inpugnans *et* sed humilitate *G nonnullas uoces* (non in dorso — prolongans?) *omisisse uidetur.*

non peccata prolongans, sed humilitate et patientia ceruicem subditam fouens, superba illa insolentique ceruice iusti iudicii concidenda decreto.

9. Dehinc sequitur: confundantur et reuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. frequenter admonuimus Sion montem esse Hierusalem proximum. sed cum rex Sion, cum filia Sion, cum portæ Sion a prophetis nuncupantur, primum ipso nomine intellegi oportet aliud sub Sion significatione monstrari; Sion enim speculationis interpretatio est et, quod nobiscum speculatio, id hebraice Sion dicitur. tum deinde dicti apostolici meminisse nos conuenit, ad montem Sion et Hierusalem cælestem accessisse nos in dominum nostrum Iesum Christum credentes, in cuius glorifico corpore, quod in cælestem gloriam transformatum est, spei nostræ honorem speculamur, humilitatis nostræ corpore in gloriam corporis sui conformando. ecclesiam autem esse corpus Christi, cuius inuicem membra sumus, apostolus testis est, quæ ipsa sit Sion mons Domini, regis filia, ciuitas sancta uiuis lapidibus in fundamento prophetarum et apostolorum ædificata. hanc ergo Sion quisquis odit, odit eum, cuius et corpus est; est enim speciale aduersus fideles infidelium odium. confundendi ergo erunt, qui Sion oderunt, et retrorsum reuertentur, non in cælestia currentes neque ad futura tendentes, sed ad terrena sua et originalia reuertentes, pudorem iniquitatis et infidelitatis suæ iudicii tempore sentientes et in pœnalem corporum sensum amissa resurrectionis demutatione redeuntes.

11 Hebr. XII, 22. 16 Ephes. I, 23.

1 prolongians *R* humilitatē et patientiā *P* 2 fouens *GRPT* fauens *V* iusti *ex* isti *corr. P* 4 reuertantur *ex* conuertantur *corr. T* reuereantur *RPa (de GV h. l. non constat)* 5 admonuimus *ex* admonuimui *m. 2 V* 6 hierusale *GV* 7 a profetis *GV* nuncupatur *V* 8 aliut *V* 9 interpraetatio *R* 10 et quod *Re* quod enim *PTb (GV h. l. legi non possunt)* 12 et *RPTE* et ad *V* 13 glorifico *VRP^1 (litt. G h. l. euan.)* glorificato *P^2TE* 14 est *om. R* honorem — nostrae *in marg. infer. add. m. 2 V (in GRPT sunt in textu)* 15 corpore *postea eras. V* 17 est *ex* estis *corr. m. 2 V* quae *GRPT* quod *V* sit *GVPT* *om. R* 20 Sion *GVPT om. R* 21 specialem (?) *G* 22 et retrorsum *GR* retrorsum *PT* 23 et (sed?) ad *G* 24 iniquitatis infidelitatis (*om.* et) *G* 25 iudiciis tempore *G.*

10. Idipsum autem psalmi consequentia docent: fiant sicut fænum ædificiorum, quod, priusquam euellatur, aruit: de quo non inplebit manum suam, qui metet, et sinum suum, qui manipulos colliget. et non dixerunt, qui præteribant: benedictio domini super uos. nullum, ut arbitror, secundum corporalem intellegentiam ædificiorum fænum est: est agri eiusdemque fructuosissimi. ergo nihil hic secundum aurium sensum tractandum atque opinandum est. sunt autem secundum scripturæ auctoritatem ædificia firma, sunt et infirma. firma sunt, quæ fundamentis fidelibus supra petram iacta fluuiis, uentis, inundationibus non mouentur. sunt et infirma, quæ harenoso ædificata fundamine, cum tempestates ortæ erunt, efficiunt ingentem ruinam. sunt et sationes duæ secundum apostolum, spiritus atque carnis: et qui spiritalia seuerit, spiritalia metet; et qui carnalia seuerit, carnalia metet. ergo qui sæpe et pridem inpugnant, qui super dorsum fabricabantur, qui prolongauerunt iniquitates, quorum concidentur ceruices, qui oderunt Sion, hi sicut fænum ædificiorum erunt inutiles et corporeæ huius præsentisque uitæ fructum cassum inanemque referentes. ædificia enim atque tecta secundum euangelicam conparationem humana sunt corpora aut fide firma aut infidelitate ruitura. ab hoc etiam ædificii tecto instante persecutione dominus unumquemque uetuit descendere dicens: et qui super tectum est, non

10 cf. Matth. VII, 24 sqq. 15 Gal. VI, 8. 24 Matth. XXIV, 17.

1 adipsum *V* docet *PT* 4 et *pr. l. supr. add. P* colligit *V* 7 est agri *R* et agri *V* est autem agri *PT* 9 scribturae *G* 10 firma sunt, quae — sunt et infirma *in marg. super. add. m. 2 V*, *in R* firma *h. l. corr. m. 3 supr. 2 litt. eras.* 12 et *GVPT om. R* harenoso *GP*[1] arenoso *VRTP*[2] fondamine *G* fundaminae *R* 13 ingentem ruinam *GVR* ingentes ruinas *PT* 14 duae *om. G* adque *GV* 15 seuerit *V* seruerit *G* se == uerit (*eras. litt.* r *ut uidetur*) *R* serit *PT* inspiritalia metet *P* seuerit *V* seruerit *G* serit *PT* (*R om.* et qui carnalia — metet, *P add. in marg. super.*) 16 quia saepe *P* inpugnant *GVRPT* impugnabant *E* 17 fabricabantur *GP* fabricantur *R* fabricabant *VT* in iniquitates *V* 18 concidentur *ex* concidentes *corr. m. 2 V* hii *V* 19 inutilis *T* 20 fructuum *P* adque *V* 22 aut fide *RPT* fide *V* 23 aedificia (*sic*) *ex* aefidificia *V* 24 discedere *V*.

descendat tollere de domo aliquid. certe in persecutione fugiendum est: et quomodo de tecto inhibuit descendere, nisi quod cura corporis derelicta, quia super tectum insistens, id est super terrenam naturam manens, humilia repetere et descendere ad inferiora prohibetur? uerum impii ædificiorum fænum sunt — inania enim seuerunt — et fænum etiam, antequam euellatur, arescens, de quo neque manum suam messor inplebit neque sinum manipulos collecturus onerabit, non præteriens fructuum gratulatione benedixit. inanes sunt, uacui sunt, inutiles sunt; inania enim et inutilia seuerunt. o infelices labores et infructuosa carnis opera infructuoso ædificiorum fæno conparata et, antequam euellantur, arida, id est ante ipsum inutilis ipsius messis tempus emortua.

11. Sed quia horum ædificiorum fænum carnalium operum fructus esse tractauimus, considerandum est, quæ differentia sit in eo, qui implet manum et qui manipulos sinu colligit. non enim idem est neque scriptura res easdem iterare geminis elocutionibus solita est; plus est enim sinu colligere quam manum replere. et quidem qui manum replent, fructum recipere recte gestorum uidentur, quia in manibus sermo diuinus opera significat; in sinu uero conscientiæ et fidei et perfectæ uoluntatis monstratur adfectus. plus enim metit conscientia quam gesta; hæc namque manum replent, manipulos uero illa sinu colligit. duos denarios uiduæ inopis acceptiores dominus habet copiosis diuitum nummis. tanto præstat operibus uoluntas. et opera ob id manum inplent, sed sinus manipulis sunt

1 desdescendat *V* aliquid *GRPT om. V* 2 descendere *GRPT* discedere *V* 3 nisi quod *GVRPe* nisi *Tb* qui super *G* 4 si per *G* naturam *GVPT om. R* 5 prohibentur *T* 6 seruerunt *R* 7 inplebit *GPT* inpleuit *VR* 8 collecturos *V* onerabit *GPT* onerauit *VR* 9 fructuum *GVe* fructuum *R* fructum *PTb* 10 enim *om. PT* 11 infructuoso *GVPT* infructuosa *R* 12 euellatur *VR* ipsum *GPT* ipsũ *ex* ipsud *m. 2 R* ipsud *V* 16 qui *pr. l. VRPT* q^{u}o *G* 17 scribtura *V* 18 pluris *PT* 19 replet *R* 20 rectae *R* 22 monstratur *G* demonstratur *VRPT* metet *V* mente (e *in ras.*) *P* mĩtē^{iu} *T* 23 namque *om. PT* illa uero *G* 24 sinu colligit *GR* colligit *V? PT* 25 tanto *om. V* praestato *V* 26 et opera ob id manũ inplent *GR* (*in R post* manum *5—6 litt. eras.*) et opera quidem manu inplentur *VP* et ope quidem man' inplent^{r} *T cf. Acad. p. 70.*

capaces. ergo hoc ædificii fænum neque metentis manum neque manipulos colligentis sinum replebit.

12. Sed neque prætereuntes dicent: benedictio domini super uos. et qui sunt prætereuntes nisi qui tamquam peregrinantes corporalis uitæ sæculum transeunt, non manentes in his, quæ nulla sunt, sed ad æterna tendentes; neque his, quæ conspectui subiacent, inmorantes, sed ad inuisibilia pergentes? ut autem penitus, qui sint transeuntes, intellegamus, audiamus Moysen loquentem tum, cum in rubo ignem conspexit sine damno rubi, in quo conflagrabat, ardentem. ait enim: transibo et uidebo uisionem hanc. quid est istud: transibo? nulla eum locorum interualla discreuerant, eodem in loco et loquitur et uidet; quid ergo transit? transit plane carnales corporalesque curas: et soceri sui oues pascens in cælestem cognitionem relictis terrenis operibus excedit. uerum et ipse pertransit, qui in superiore psalmo ait: uidi inpium superexaltatum et eleuatum super cedros Libani: et transiui, et ecce non erat. quem admiratus in sæculi rebus est, quem in corporeis operibus manens excelsum elatumque conspexit, hunc transiens, id est peregrinus sæculo factus et in cælestem ac spiritalem cognitionem de terrenis et caducis rebus excedens, hunc in nihilum habuit et iam non esse dixit et mortuum deputauit. negant ergo ædificiorum fæno prætereuntes dei benedictionem, fructibus aridis et caducis scientes gratiam diuini muneris denegandam.

10 Exod. III, 3. 16 Ps. XXXVI, 35 sq.

1 metentes *P* 2 replebit *GVPT* repleuit *R* 4 tamquam *Re et G?* (*ut spatium uerborum, quae inter* praetereuntes *et* peregrinantes *legi iam non possunt, indicare uidetur*) *om. VPTb* 5 uitae *GVRP* uiae *T* transeunte *V* 7 ad *GRPT ex* ad huius *corr. m. 2 V* pergentes *GVPT* peregrinantes *R* 8 paenitus *VR* sint *VR* sunt *PT* 10 conflagrat *R* 12 discrepauerant *V* loco loquitur et uidet et *V* 13 transit *poster. l. om. V* planae *R* carnales corporalesque *G* corporales carnalesque *VRPT* 15 excaedit *R* qui in *RPT* quin *G om. V* 16 super altatū *PTV²* 17 super cedros *G* sicut cedros (caedros *VR*) *VRPT* 19 operibus *GVPT* rebus *R* excelsum [illegible]um elatumque *G* 20 transsiens *V* peregrinus peregrinus (*poster. loco eras.*) *R* 22 in nihilum *GRe* nihilum *VPTb* dixit *GRPT* duxit *V* 23 deputauit *GRPT* deputabit *V* 24 scientiā *P*.

13. Sed prophetæ uota dura atque aspera esse credentur; totus enim eius sermo tamquam optantis fuit, cum ait: fiant sicut fænum ædificiorum. sed absit istud, ut propheta precatus esse credatur. ex prophetali autem scientia hæc locutus est, et cognitionis fuit sermo iste, non uoti: simul ut peccatoribus terror ingrueret inanitatem fructuum suorum arescentium cognituris.

14. Porro autem uotorum suorum ostendit adfectum dicens: benedicamus uos in nomine domini. prompta benedictio est his, qui serebant ædificiorum fænum, si serere incipiant, quod messoris manum et colligentis manipulos sinum repleat. aridis ergo operibus emortuos fructus suos in fæno ædificiorum propheta monstrauit benedictiones negando: uota autem sua erga pænitentium salutem pro reditu bonæ operationis ostendit benedictiones rursum, quas negauit, optando. seramus ergo utiliter et labores nostros in replendis manibus ac sinibus præparemus, ut benedictionum dei participes simus in domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXIX.

De profundis clamaui ad te, domine: domine, exaudi uocem meam.

1. Inter multa præclara, quæ ad Romanos apostolus scribit, cum de fide gentium et infidelitate Iudæorum locutus esset et multa super iudiciis dei decretisque tractasset, ait: o profundum diuitiarum sapientiæ et scientiæ dei, quam

25 Rom. XI, 33 sq.

1 sed profetae uota dura atque (adque *GV*) aspera *GVPT* sed propheta dura atque aspera dicta *R* 2 eius *VRPT* omnis *G* optantis *GRPT* optādus *V* 4 precatus *VT* praecatus *RG(?)* imprecatus *P* ex prophetali *GR* prophetali *PT* 5 istae *R* uoti *GVRT* uti *P* 7 arescentium *GRPT* ariscentium *V* 9 benedicamus *GVR* benedicam *PT* 10 his qui *G* si hii qui *R* si iis qui *α* si hi qui *VPT* si serere *G* serere *VRE*·ferre *PT* 11 manipulis *G* 15 rursum *GRPT* rursus *V* 16 ac *ex* hac *R* 17 sumus *G* 19 amen *GRPT* *om.* *V* Explicit psalm. CXXVIII incipit psalm. CXXVIIII *GV* Finit psāl CXXVIII incipit CXXVIIII *R* Explīc psalm̄ CXXVIII incp̄t tract psālm CXXVIIII *P* Expl. de CXXVIII incip. de CXXVIIII *T* 21 de profundū *h. l. V sed cf. p. 649, 5* 25 multa super *GVR* multa de *PTE* 26 sapientiae *GVPT* & sapientiae *R*.

sunt inexcrutabilia iudicia eius et inuestigabiles uiæ eius! quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? aut quis ante dedit ei et retribuetur illi? quia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi claritas in sæcula sæculorum. humanæ infirmitatis religiosa confessio est, ex deo hoc solum nosse, quod deus est. ceterum secreta illa et profunda inperspicabilis iudicii decreta mens terrena non penetrat. inuestigare quidem ea perscrutarique pium est. sed inexcrutabilia ea esse et inuestigabilia confitenda sunt: quorum est alterum religiosæ uoluntatis, alterum inperspicabilis naturæ. quis enim causas naturasque cæli et huius et superioris et ceterorum sciet? quis angelorum et potestatum et dominatuum et thronorum et principatuum officia rationesque perceperit? quis Cherubim et Seraphim perpetuas uoces æternasque intelleget? quis laudantes deum super cælum aquas cognoscet? quis solis, lunæ et astrorum lumina conperta esse sibi gloriabitur? quis hanc inanis nobis, ut falso putamus, æris plenitudinem metietur? iam uero quis aut dispositionem orbis terrarum aut elementorum uirtutes aut temporum mutationes aut fluminum cursus aut maris fines aut oceani uicissitudines aut uentorum flatus aut naturas animalium aut iras bestiarum aut genera arborum aut uirtutes radicum et origines animarum et incrementa corporum et infantium mortes et senum uitas et labores sæculi et sanctorum gloriosas calamitates et inreligiosorum infelices beatitudines et legis et

1 inexcrutabilia *GVT* inexscrutabilia *R* inscrutabilia *PE* 3 consiliarius eius *GVR* ei consiliarius *PT* 5 in ipso *GRPT* ī ipso *ex* ī ipsum *corr. m. 2 V post* sunt *uoces* et in *iteratas del. m. 2 V* 9 quidem eam *V* inexcrutabilia *VT* in||scrutabilia *P* inscrutabilia *R* (*G h. l. et in seq. deest*) 13 sciet *RPTE* scilicet *V* 14 et thronorum *PT* et honorum *R* et thronuum *V* principatum *VR* 15 percaeperit *R* percipiet *T* pcipit *P* Cerubin *V* serafim *R* serafin *V* 16 deum *om. V* dñm *T* 17 solis *om. V* esse sibi *VR* sibi esse *PT* 18 ut falso putamus *Re* ut putamus *VPT* 19 plenitudine *ex* plenitudo *m. 2 V* quis *om. VRP supr. add. T* 20 aelementorum *R* 21 aut maris finis *V* aut oceani *PTE* & oceani *R* aut maris fi oceani *V* uicissitudinis *V* 22 aut iras *Re* aut rabies *PTb* 23 genera ∸ (*eras.* s) *V* 25 uitas *R* uitam *VPTE* 26 beatitudinem *V*[1].

prophetarum et euangeliorum et apostolorum arcano cælesti libros consecratos plenæ cognitionis scientia consequetur?

2. In his igitur omnibus hærens ac detentus propheta ex interno cordis sui secreto secundum apostoli uocem et ipse proclamat dicens: de profundis clamaui ad te, domine. pone illum secundum apostolum in profundo diuitiarum dei inperscrutabilium et inuestigabilium demorantem, statue illum de profundo humanarum calamitatum æstu precantem secundum eam domini, quæ in anteriore psalmo est, uocem: ueni in profundum maris, et tempestas demersit me, existima illum non labiis, sed secreto, ut iussum est, cordis orare: apta aut ignorationi aut passioni aut orationi uox ista dicentis est: de profundis clamaui ad te, domine, dum aut nescit aut patitur aut precatur. et quia de profundis clamat, confidenter ait: domine exaudi uocem meam, fiant aures tuæ intendentes in uocem orationis meæ.

3. Sed quærendum est, an idipsum sit exaudi uocem meam et fiant aures tuæ intendentes in uocem orationis meæ. de profundis enim orat et profundum est, quidquid orat. ac primum intellegendum est deum incorporalem esse neque ex partibus quibusdam atque officiis membrorum, ex quibus unum corpus efficitur, consistere. legimus enim in euangelio: quoniam deus spiritus est, inuisibilis scilicet et inmensa atque intra se manens et æterna natura. scriptum quoque est: quoniam spiritus carnem et ossa non habet. ex his enim corporis membra consistunt, quibus substantia dei non eget. deus autem, qui et ubique et in omnibus est, totus audit, totus uidet, totus efficit, totus incedit. et hoc ex scripturis docemur, cum dicitur: ego sum deus adpropians,

9 Ps. LXVIII, 3. 23 Ioh. IV, 24. 25 Luc. XXIV, 39. 30 Hierem. XXIII, 23.

1 archano *RPT* 3 ac *ex* hac *R* 4 et *VPT om. R* 5 proclamat *VR* clamat *PTE* 8 calamitatem *V*¹ aestu praecantem *R* aestum praecantem *V* 9 anteriori *V* 10 profundū *ex* fundū *V* profundo *R* 14 clamat *ex* clamaaut *V* 16 indentes *V*¹ in uocem *VRE (et T in marg.)* in precem (praecem *P*¹) *PT* 20 est *ex* oest *m. 1 V om. R* 25 scribtum *V* 26 his *ex* is *P* 28 et *ante* ubique *supr. scr. T.*

et non de longe, et rursum: quoniam in ipso et uiuimus et mouemur et sumus. uirtus ergo dei, quæ æqualis et indiscreta est, officiorum ac membrorum habet nomina, ut uirtus, qua uidet, oculi sint; uirtus, qua audit, aures sint; uirtus, qua efficit, manus sint; uirtus, qua adest, pedes sint, officiorum diuersitates uirtutis huius potestate peragente. deus ergo ubique est et ubicumque adest, audit, uidet, efficit; sed orandus a nobis est, ut secundum precem nostram adsit, audiat, uideat, efficiat. naturæ suæ est, ut audiat; sed fidei nostræ est, ut precemur audiri. audit conuiciantes, audit maledicentes, audit etiam intra secreta cordis loquentes; sed fides officium suum exsequitur, ut dei auditionem roget, ut, qui per naturam suam audit, per orantis precem dignetur audire.

4. Quod si qui forte corporeum deum et conformabilem et membris diuersum, quia non idem oculus quod et manus est, ob id esse existimabit, quod dictum est: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, primum meminisse debet hominum institutionem naturis duabus contineri, animæ scilicet et corporis, quarum alia spiritalis, alia terrena est, et inferiorem hanc materiam ad efficientiam atque operationem naturæ illius fuisse potioris aptatam. ergo quisquis ita uolet credere, ut corporalis deus sit, quia ad imaginem eius homo factus est, conpositum esse deum statuet, ex potiore scilicet inferioreque natura, quia de talibus homo constat. quidquid autem conpositum est, necesse est non fuerit æternum; quia conpositio habet initium, quo conparatur, ut maneat. sed

1 Act. ap. XVII, 28. 16 Gen. I, 26.

1 et uiuimus *VRe* uiuimus *PTb* 2 aequalis *RPTE* aequabilis *V* 4 audit *ex* audet *m. 2 V* 6 uirtus huius *V* 7 ubique est et ubicumque adest *R cf. p. 651, 4* ubique est et ubique adest *PTE* ubique adest *V* 10 praecemur *V* praecaemur *R* cōuiciantis *V*[1] maledicentis *V*[1] 11 fides *add. m. 2 V* 12 exsequitur *RPT* exsequetur *V* 18 institutionem *RPT* institutiones *V* 19 quarum *R* qrū (a *supra*) *T* quorum *P* 20 materiam *VRP* materiam (e *supra*) *T* ad *R* in *PTE* 21 aptatam *ex* aptalam *R* 22 ut corporis *V* 24 inferioreque *VRTe* inferiorique *Pb* 26 quo conparatur (c̄ paratur *P*) ut *RP* quo corporatur (c***oratur *V*) ut *Vrb* quo cōponatur ut *e* cōparatorū (o *supra*) q *T* quo corporatum *coni. Bened. in adn.*

hæc infidelitatis deliramenta sunt, dum per cælestis naturæ ignorationem intra has opinionis angustias uitio ingenii degeneris coartatur.

5. Deus autem, qui semper et in omnibus manens ubicumque idem et nusquam ipse non totus est, cum pulcherrimum opus perfecto iam mundo inchoaret, hominem scilicet ad imaginem sui faciens, eum ex humili natura cælestique conposuit, anima uidelicet et corpore. et prius quidem animam diuino illo et inconprehensibili nobis uirtutis suæ opere constituit. non enim, cum ad imaginem dei hominem fecit, tunc et corpus effecit. Genesis docet longe postea, quam ad imaginem dei homo erat factus, puluerem sumptum formatumque corpus, dehinc rursum in animam uiuentem per inspirationem dei factum, naturam hanc scilicet terrenam atque cælestem quodam inspirationis fœdere copulatam.

6. Scit se beatus apostolus Paulus per interiorem et exteriorem hominem dissidere. per interiorem quidem hominem delectatur lege, per exteriorem uero hoc, quod non uult, agit: cum interior homo spiritus opera desiderat, exterior uoluptates corporis concupiscit. ergo ad imaginem dei homo interior effectus est rationabilis, mobilis, mouens, citus, incorporeus subtilis, æternus. quantum in se est, speciem naturæ principalis imitatur, dum transcurrit, dum circumuolat et dicto citius nunc ultra oceanum est, nunc in cælos euolat, nunc in abyssis est, nunc orientem occidentemque perlustrat, dum numquam,

11 Gen. II, 7. 16 cf. Rom. VII, 22.

1 deleramenta *VP* 3 cohartatur *V* 4 qui *addidi cf. p. 649, 28* deus autem, qui *cet.* ubicumque *RPTb* ubique *Ve* 5 nusquam ipse non totus est *VR* ipse nusquam non totus ē *T* nusquam ipse non totus *e* ipse nusquam non totus *Pb* cum *VRPTb* cumq; *e* 6 inchoaret *VPTE* inchoaretet *R* 7 conposuit *RPTE* corpusposuit *V* 8 diuino *VRT* deu≡no *P* 9 incōpraehensibili *VR* 12 sumptum *RPT* sump**s *V* rursum *ꝜP* rursus *VT* 13 inspirationem *VRP²* spirationem *P¹T* factum *VRT* factus (s *in ras.*) *P* 15 foede *V¹* copulatam *RV¹P* copulatum *V²* copulatam fuisse *T* 16 scit se *VRP om. T* per interiorem — dissidere *om. PT* 18 lege *VPT* legi *ex* lege *m. 3 R* 19 uoluptates *VRT* uoluntatis *P* 21 mouens *om. R* 22 suptilis *VR* 24 ultra *RPT ex* contra *corr. m. 2 V* est *RPT add. m. 2 V.*

ut non sit, aboletur — natura quidem dei in his omnibus est — neque, ut alibi adsit, decedit aliunde. sed anima humana in hac sensus sui mobilitate ad imaginem dei opificis sui facta est, dum naturam dei mobilitas animæ perennis imitatur, nihil in se habens corporale, nihil terrenum, nihil graue, nihil caducum. et audiamus adhuc Paulum ita docentem: expoliantes ueterem hominem cum gestis eius et induentes nouum, qui renouatur in cognitionem secundum imaginem creatoris. numquid aliquid corporale induimus, cum in agnitionem renouamur? nihil, ut opinor. induimus autem agnitionem dei, fidem æternitatis, innocentiæ sinceritatem, bonitatis mores. hæc enim animæ magis sunt indumenta quam corporis, quæ omnia deo propria sunt. hæc in agnitionem noui induimus, ut in omni ministerio animæ nostræ simus secundum imaginem creatoris bonitatis et sanctitatis et caritatis agnitione perfecti. hæc propter aures dei, ne corporalis existimaretur, tractata breuibus sunt.

7. Et quamquam hæc ita se, ut dicta sunt, habeant, tamen meminimus esse plures spiritales uirtutes, quibus angelorum est nomen, uel ecclesiis præsidentes. sunt enim secundum Iohannem Asianis ecclesiis angeli. sunt et Moyse testante secundum numerum angelorum fines gentium Adæ filiis constituti. sunt et domino docente pusillorum angeli cotidie deum uidentes. sunt secundum Raphael ad Tobiam loquentem angeli

6 Coloss. III, 9 sq. 21 Apoc. I, 20. 22 Deut. XXXII, 8. 23 Matth. XVIII, 10. 24 Tob. XII, 15.

1 sint *V* in his omnibus *VR* in his omnibus *T* in ≡≡≡ omnib: *P* 2 decaedit *R*[1] decidit *ex* deciicidit *m. 2 V* anima humana *VR* animus humanus *PTe* 3 in hanc *V* mobilitate — opificis sui *om. V* dī opificis *R* opificis *PTE* facta *VR* factus *PTe* 4 perhennis *Ra* 5 habens *Te ex usu Hilar.* habet *VRP* terrenum nihil *om. V* 6 ita docentem *VR* hoc ita docentem *E* docentem *PT* 9 corporalem *V*[1] 10 in agnitione *R* renouamus *V*[1] 11 fidem *VPT om. R* 12 bonitatis *RPT* et bonitatis *E* 14 noui *VPTb* (noui = renouati *cf. adn. Bened.*) noui hominis *Re* (hominis *fort. ex sequenti* omni *ortum*) 15 sanctitatis et *VPT om. R* 16 perfecto *V*[1] 17 tracta *R* 19 uirtutes *RPT ex* uirtutes sint *m. 2 V* 20 uel *VRP in marg. add. T* eclesiis *V* aeclesiis *in ras. R* 21 eclaesiis *R* 23 sunt et domino *VPT* et domino *R* angelos *V* 24 rafael *V* rafahel *R* raphahel *T.*

adsistentes ante claritatem dei et orationes deprecantium ad dominum deferentes. hoc ideo commemoratum a nobis est, ut, si forte hos esse oculos uel aures uel manus uel pedes dei intellegere uoluerimus, habeamus non inprobabilis intellegentiæ auctoritatem, maxime cum scriptum sit: sunt enim efficientes spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditabunt salutem. intercessione itaque horum non natura dei eget, sed infirmitas nostra. missi enim sunt propter eos, qui hereditabunt salutem: deo nihil ex his, quæ agimus, ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum et promerendum spiritalis intercessionis ministerio indigente.

8. Dehinc sequitur: si iniquitates obseruabis, domine, quis sustinebit? non neglegenter dicti huius ratio tractanda est. non enim ait: si peccata obseruabis, sed: si iniquitates obseruabis. differt enim iniquitas a peccato. numquid deus peccata non obseruabit, et criminum memoria non erit? erit certe: quin etiam de otioso uerbo rationem unusquisque præstabit et omnis in carcerem missus reddet nouissimum quadrantem. differre autem iniquitatem et peccatum docemur, cum dicitur: beati, quorum remissæ sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata, et rursum: iniquitatem meam ego agnoui et peccatum meum non abscondi. iniquitas enim omnis transgressio dei legis est, quæ est grauior peccato. quod idipsum apostolus absolutissime distinxit dicens: qui enim inique peccauerunt, inique peribunt: qui autem per legem

5 Hebr. I, 14. 20 Ps. XXXI, 1. 22 Ibid. 5. 25 Rom. II, 12.

2 dñm *VRT* deum *PE* deferentes *VPTE* conferentes *R* a nobis est *R* est *e* sit *VPTb* 6 spiritus *R* sp̄s *V om. PT* 8 aeget *V* 9 hereditabunt *VR* inhereditabunt *PT* 11 intercessiones *P* indegente *P* 12 obseruabis *VPT* obseruaberis *R* domine *VRT* domine domine *PE* 14 si peccata obseruabis *VR* peccata obseruabis *PT* sed si iniquitates obseruabis *RE om. VPT* 17 quin *Rb* quia *PTe* 22 agnoui *PTE* ag**** (noui — absolutis *lin. 25 euan.*) *V* cognosco *R* 23 iniquitas enim — peccato *om. PT* 24 dei legis *R* legis dei *E* 25 inique *PTb* ini**e *V* sine lege *Re* 26 inique *VRb* sine lege *Re*.

peccauerunt, per legem iudicabuntur. ergo peccatum iniquitatis iam perit, ceterum peccatum legis iudicabitur. peccatum autem iniquitatis est, quidquid extra legem delinquitur. ut gentilium crimina sunt, quæ iam cum ipsa legis ignoratione damnata sunt. peccata autem in lege non pereunt, sed iudicanda sunt; quia, licet peccata sint, tamen in lege peccata sunt. ergo si deus iniquitatum recordetur, quis sustinebit furta, falsa testimonia, cædes, stupra, periuria? hæc enim crimina sunt, quæ inique, id est extra legem dei, geruntur quæque nouæ generationis sacramento abluuntur.

9. Sed horum plane iam deus non recordatur: et cur non recordetur, in sequenti uersu propheta demonstrat dicens: quia apud te propitiatio est. est enim unigenitus dei filius, deus uerbum, redemptio nostra, pax nostra, in cuius sanguine reconciliati deo sumus. hic est, qui uenit tollere peccata mundi, qui cruci suæ chirographum legis adfigens edictum damnationis ueteris deleuit. siue igitur ad patrem, siue ad filium oratio prophetæ esse existimabitur — unum enim ambo sunt, et qui uidit filium, uidit et patrem, quia pater in filio et filius in patre est; ex similitudine gloriæ alter in altero gloriosus est: gloriosus filius, quia dignus consortio patris sit, gloriosus pater.

16 cf. Coloss. II, 14.

2 perit *VR* periit *PTE* legis iudicabitur peccatum *om. V* 3 autem *VPT om. R* 4 gentilium *VRE* gentiū *PT* iam *ex* cam *m. 1 R* 5 peccata autem in lege non pereunt sed iudicanda sunt *Re* legis autem peccata iudicanda sunt *VPTb* 6 sint *ex* sunt *R* sint *T* sunt *VPE* tamen in lege peccata sunt *RPTE om. V* 7 ergo si *RPTE om. V* iniquitatum *VR* iniquitatem *P* iniquitates *T* furta falsa testimonia caedes *T* furta falsa caedes *RP* furta = = = = = caedes *V* furta caedes falsa testimonia *E* 8 peiuria *PT* 9 quaeque *R* quae *VPT* 11 iam deus non recordatur et cur non recordetur (recordatur *V*) *VPTE* iam quod deus non recordetur *R* 13 aput *V* 14 deus uerbum *RT* dm̄ uerbū *P* pax nostra *PTE om. R* 16 cruci suae *VRe* cruci *PTb* chirografum *V* cirografum *R* cyrographum *T* adfigens *VRP* affiges *T* 19 quia pater in filio et filius in patre est *PTE*, *in V quoque uerba* in patre est *etiam nunc legi possunt*, *om. R* 20 in altero gloriosus est, gloriosus filius *E* in altero gloriosus, gloriosus filius *PT* in altero est gloriosus filius *R* **altero gloriosus filius *V*.

digni consortio suo filii pater — recte, ad quem uoles, propheta dixisse credetur: quoniam apud te propitiatio est: quia in patre secundum similitudinem gloriæ filius est, et filius ipse pro peccatis nostris et propitiatio et redemptio et deprecatio est, iniquitatum nostrarum, quia ipse earum propitiatio sit, non recordans.

10. Scit autem propheta ingentis periculi rem esse, inique, id est sine lege peccare, quia peccati sine lege perditio est, peccati autem in lege iudicium est. et idcirco ait: propter legem tuam sustinui te, domine. lex autem sancta et spiritalis est, et in ea uerba uitæ sunt, et legis finis Christus est; et hoc sequenti uersu ostenditur. ait enim: sustinuit anima mea in uerbum tuum. corporalia quidem legis officia propheta exsequitur, scilicet sacrificiorum et holocaustomatum et neomeniarum et sabbatorum, quæ omnia umbra sunt futurorum: sed anima eius sustinuit in uerbum dei. propter legem ipse sustinet, id est, ut dixi, corporaliter officia legis gerit. in uerbum autem dei anima sua sustinet: scilicet filii dei aduentum, qui et uerbum dei et deus uerbum est, spiritali fide expectat. qualiter autem expectet, demonstrat dicens: sperauit anima mea in domino a custodia matutina usque in noctem. recordemur euangelicæ conparationis tenorem et meminerimus quosdam operarios uineæ omnem

1 digni consortio (suo) filio (i) pater recte adque uolens profeta *V* digni consortio sui (i *in ras.*) filii pater recte ad quem uolens propheta *R* digno consortio suo filio ad quē (ad quē *in ras. P*) pater recte uolens per prophetam *PT* 2 credetur *VR*[1] creditur *R*[2]*PT* quoniam *Ve* q̃m *R* quia *PTb* aput *V* 3 quia in patre (patrem *P*) *RPT om. V* 5 eorum *VRP cf. praef.* 7 autem *RPT add. m. 2 V* 8 peccare quia peccati sine lege *om. V* peccati *Rα* peccato *PTε* 9 peccati *R* peccato *PTE* per peccatori peccato *V* 12 hoc *ex* oc *P* 14 profeta *GV* holocautomatum *V* holochaustomatum *T* 15 neomeniarum *T* numeniarum *V* neomeniarum *ex* neomeniorum *R* neomeniorū (eo *in ras.*) *P* 16 in uerbis *R* 18 in uerbo *R* *uerba* anima sua — qui et uerbum dei, *quae in VT extant, om. G?R, in ras. add. m. 1 P* 19 et deus uerbum est *VT et P in ras.* quia et deus uerbum est *G?R* spiritalis *V* 21 in domino *R* in dō(m) *V* in dominum *PTE* 23 tenorem *GRPT ex* timorem *corr. m. 2 V* meminerim *V*.

diem in labore transigere. a custodia matutina usque in noctem propheta sperat: nullum·tempus habet uacuum, totius diei indefessus operarius est.

11. Sed quid tandem erit spei? non omnium uita diem suam in spe domini exigit; sunt enim operarii horæ tertiæ, sunt sextæ, sunt nonæ, sunt et undecimæ: et uidetur propheta, qui a custodia matutina usque in noctem sperauit, spem nobis euangelicæ mercedis abscindere. non abscindit plane. ait enim: speret Israhel in domino. sine præfinitione temporis spei adhortatio est. ille quidem, ut perfectus operarius, a custodia matutina usque in noctem sperauit. sed ad spem omne tempus est liberum: et mercedem non operis, sed misericordiæ undecimæ horæ operarii consequentur. ita enim ait: speret Israhel in domino: quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. et ipse redimet Israhel ex omnibus iniquitatibus eorum. bonus est, in quem speratur; et sperandum in eo est, quia misericordia est, quia copiosa apud eum redemptio est, quia redimet ab iniquitatibus suis uniuersos. hora undecima est, conclusa sunt diei tempora: curramus omnes, festinemus, ne nox adsit, ne hora prætereat. senes sumus, nox mortis insistit: ne ad undecimam saltem uitæ nostræ horam

1 in labore *RPT* in laborem *V* labore *G cf. lin. 5 (ubi etiam G* in spe) 4 erit spei *GVPT* spei erit *R* omnium uita *GVR* omni uita *P* omnis ita *E* ei qui ñ om̄i uita (ei qui *supr. scr.*) *T* 5 suam *GVR* suum *PTE* exigit *GTb* exi = git *P*[1] exi = get *P*[2] exegit *VR* 8 abscindere *GPE* abscidere *RT* abscindit *GE* abscidit *VRPT lectionem G hoc quoque loco seruaui, sed probabiliter* abscidere ... abscidit *praeferendum est, cf. Acad. p. 40* 9 israhel *G* istrahel *V* israel *RPT* praefi(ni)tione *G* 10 est *GRPT om. V* 11 ad *GVRT om. P* 12 operis *GRPT* opere *V* 13 enim *GVPT om. R* 14 aput *G* 15 misericordia et *GRPT* misericordia est et *V* apud eum *RPT* apud dm̄ *GV sed cf. Acad. p. 31* 18 misericordia e*t *G* misericors est *VRPT* aput eū *V* apud eum *RPT* apud dm̄ *G* 19 redimet *GVRe* redimit *T* redemit *Pb* ab iniquitatibus *GVPTe* ab omnibus iniquitatibus *Rb* 21 ne hora praetereat *GR* ne opa praeřeat *T* ne opera praetereant (ant *in ras.*) *P* 22 ne *Ge* nec *RPTab* saltem *VPTE* psaltim *R om. G?? de* ne — saltem = ne — quidem *cf. Draeger Synt. II, 77 et quae dixi Stud. 1889 p. 323.*

procedimus? beatus quidem, qui a mane usque in noctem laborans pactum denarium tamquam debitum postulat; sed, quia bonus est dominus, quia misericors est, speremus in eum, ut, undecimæ licet horæ operarii, diurni laboris denarium consequamur per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXX.

Domine, non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei.

1. Breuis psalmus est et distinctione magis quam tractatu explicandus, ad humilitatem nos et mansuetudinem docens. et quia plurimis aliis locis nonnulla de humilitate tractauimus, otiosum est eadem repetere. certe meminisse debemus maximum fidei nostræ opus esse humilitatem, cum hanc pro optimi operis conscientia propheta commemoret dicens: domine, non est exaltatum cor meum. optimum enim sacrificium deo cor contribulatum. non ergo cor secundis rebus efferendum est, sed dei metu intra mansuetudinis fines humilitate cohibendum.

2. Neque elati sunt oculi mei. alia istud proprietate græcitas elocuta est dicens: *οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου*, id est non ex alio in aliud elati sunt. eleuandi autem oculi secundum dicta prophetæ sunt: eleuate oculos uestros et uidete, quis ostendit hæc omnia. et dominus

16 cf. Ps. L, 19. 20 Esai. XL, 26.

1 procedimus *GRPTb* praecedimus *V* procederemus *e* quidem *GRPTE om. V* usque in *GVe* usque ad *RPTb* 2 postulat *GVRT* postulans *P* 3 misericor[s] *G* misaericos *(sic) R* Explicit psals CXXVIIII incipit psals CXXX *G* Explic** ≡≡≡ CXXVIIII incipit psalmus CXXX *V* Finit psāl. CXXVIIII incipit CXXX *R* Exp' psalmus CXXC,III *(sic)* incipit psalmus CXXX *P* Expl. de CXXIX incip de CXXX *T* 14 pro *om. V* 15 commemoret *VT* cūmemoret *P* commemorat *R* 18 humilitate *GVRT* utilitate *P* 19 istut *V* 20 ΟΥΔΕΕΜΕΤΕѠΡΙϹΘΗϹΑΝΟΙΟΦΘΑΑΜΟΙΜΟΥ *V* ΟΤΑΕ ΕΜΕΤΕѠΡΙϹΟ ΗϹΑΝ ΟΙΟ ΦΟΑΜΟΙΟ ΜΟΥ *R* ΟΤΑΕΕΜΤΕѠΡΙGΕΗϹΑΙΟ ΦΘΑ ΛΛΛΟΤ ΜΟΤ *P (in T cetera recte praeter* ЄЭЄЄΤЄѠΡΗϹΘΗϹΛΝ, *supr. scr.* emerete oristisan i opt[h]almi — *in G h. l. nihil legi potest, nisi* hesan*** ptal, *quae syllabae in ipso textu litt. latin. exaratae sunt)* 21 aliut *V* delati *G* 22 oculi *GVPT om. R* dicta *GPE* dictum *VRT*.

in euangelio ait: eleuate oculos uestros et conspicite regiones, quia albæ sunt ad messem. eleuandi ergo sunt oculi; sed non rursum in aliud eleuandi, ut semel in id quod elati sunt perseuerent.

3. Dehinc sequitur: neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me. magni periculi res est si in modicis ambulamus et si non in mirabilibus demoramur. magna eloquia dei sunt, ipse mirabilis in excelsis est: et quomodo tamquam bonum opus de se propheta præfert, quod in magnis et mirabilibus non ambulet? sed cum addidit: super me, in his non ambulat, quæ in hominibus mirabilia et magna creduntur. Dauid enim, et propheta et rex, erat humilis antea et abiectus neque conuiuio patris sui dignus; sed deo conplacuit, unctus in regem est, adspiratus est in prophetam. non insolescit in regno, non odiis commouetur: persequentes se amat, inimicorum mortes honorat, incestuosis et parricidalibus filiis parcit. imperator contemnitur, pater læditur, propheta uexatur: ultionem non ut propheta orat, uindictam non ut pater sumit, contumeliam non ut imperator exsequitur. in his ergo, quæ super se magna et mirabilia sunt, non ambulat.

4. Sed uideamus, quæ secuntur. si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. quæ prophetæ ista diuersitas est? non exaltat cor: exaltat animam. non in magnis et mirabilibus super se ambulat: sed non humiliter sentit. excelsus animo est: et corde summissus est. humilis in suis est: sed non humilis in sensu est. sensus enim eius in cælum est, anima eius est in excelsis. cor autem, ex quo

1 Ioh. IV, 35. 27 Matth. XV, 19.

3 *fort.* ut semel in quod *cf. Addenda* 4 perseuerent *VRPT om. G?* 6 in mirabilibus *GVP* (*P* in *supr. add.*), mirabilibus *RT* 7 demoramur *VR* demoremur *G* demorabimur *T* demorabit' *P* 11 his *ex* is *P* in hominibus *G* homini *e* hominum *VRPTb* mirabilia et magna *GVPTb* magna et mirabilia *Re* 12 erat *VR* est *PT* 14 adspiratus est in *GVR* aspiratus in *T* adspiratu in *P* 15 persequentes se *Ge* perseq.tes *ex* perseq.tis *V* persequentem se *RPTb* 16 onorat *P*[1] 18 ut propheta orat uindictam non *om. V* 21 secuntur *R* sequuntur *VPT* 23 non in magnis *VPT* sed non in magnis *R* 25 summissus est *V?R* submissus *PTE* 26 enim *RE om. VPT* 27 in caelum est *RP* in caelum est est *V* in caelo est *TE* cor *VRPe* corde *Tb*.

secundum euangelium exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, humile est, suaui illo mansuetudinis iugo subditum est. tenendus ergo humilitatis et altitudinis modus est, ut corde humiles, sensu uero et anima simus excelsi.

5. Dehinc sequitur: sicut ablactatum super matrem suam, ita retribues in animam meam. ablactato Isaac accepimus Abraham fecisse cenam, quod ablactatus iam puerili ætati proximus cibum lactis excederet. apostolus omnes rudes fidei et infantilis adhuc in dei rebus scientiæ lacte potat. ergo profectus maximus est, iam lacte non indigere. ad fortiorem enim cibum transisse filium suum Abraham etiam conuiuii lætitia testatus est, et apostolus carnalibus et paruulis in Christo panem negat. propheta itaque orat, quia non exaltauerit cor suum, quia non in magnis et mirabilibus suis ambulauerit, quia non humilia senserit, sed exaltauerit animam suam, uti tamquam ablactato super matrem suam retribuatur animæ eius: scilicet ut perfecti et cælestis et uiuentis panis retributione sit dignus, quia per superiora, quæ commemorauit, opera cibum iam lactis excesserit.

6. Sed neque sibi tantum hunc uiuum e cælis panem precatur, uniuersos autem ad huius spem adhortatur dicens: speret Israhel in domino ex hoc et usque in sæculum sæculi. spem nostram nullo fine temporum claudit, in inmensum expectationis nostræ fidem tendit. in sæculum sæculi

1 malae *RPT* multae *V* ōmicidia *V* 3 blasfemiae *VR* humile *VRe* humilis *PTab* illo *VRPe (cf. Neue Formenl. II, 210, Georges Wortf. 334)* illi *Tb* 4 subditū *Re* subditus *PT V²b (in V* subditus — ergo *add. m. 2)* 6 ablactatum *RPE* ablactatūs *T* ablatum *V* super *om. V* 7 ita *VPT* sic *RE* isac *V* 8 cenam *V* caenam *R* puerili aetati *RTe* puerili aetate *VPa* 9 proximus *VRT ex* proximū *corr. P* apostolus *VRe* et apostolus *PTb* rudes *RPe* rudis *VTb* 10 infantilis *VRPTb* infantiles *e* lactae *R* 14 panē *in marg. add. P* 17 animae *VPTE* anima *R* 18 scilicet ut *Re* scilicet *VPTb* 20 lactis excesserint *V* lactis ex lactis excesserit *P* 21 *post* praecatur *(sic) in V uerba* panem ui$\overset{u}{\text{n}}$um *(corr. m. 1) sunt repetita* 22 autem *RE om. VPT fort. recte* huius *VRPT* eius *E* 23 istrahel *V* dño *add. m. 2 V* ex hoc et *VRPT (sed in R post* hoc *spat. 3—4 litt. uacuum)* ex hoc nunc et *E* 24 saeculi *om. R* 24 in *ante* inmensum *supr. scr. P* in sclm̄ saeculū sc̄li *P.*

sperandum est: per spem præsentis sæculi spem futuri sæculi consequentes in domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXI.

Memento, domine, Dauid et omnis mansuetudinis eius. sicut iurauit domino, uotum uouit deo Iacob.

1. Omnes quidem anteriores psalmi graduum in profectum nos spei celsioris extollunt et per doctrinam fidei, spei, confessionis, humilitatis, orationis in sublime gradibus suis prouehunt. sed hic præcipue psalmus nos ad cognitionem filii dei edocet et sacramento adsumptæ ab eo carnis instituit. cœpit enim ita: memento, domine, Dauid et omnis mansuetudinis eius. audent Iudæi aduentum domini nostri, quo in corpore salutem humano generi reddidit, abnegantes hunc psalmum ad Dauid referre, ut in passione domini impii, ita et in prophetiæ scientia inperiti; legentes et non intellegentes, habentes et nescientes, uenerantes et non obœdientes. qua enim religionis simulatione prophetarum libros uenerentur, multis cognitum est. contrectare legentes manu non audent, linteo substernunt, ad fidem sacramenti testes eos adhibent: et hoc eo proficit, ut maiore inreligiositatis crimine eorum, quibus tantus honos debetur, dicta aut contemnant aut dissimulent aut nesciant. hoc eo dictum est, quia, cum in prophetis longe postea, quam Dauid corpore excesserat, scriptum habeant in Hieremia ita: in illa die, dicit dominus, contribulabo

25 Hierem. XXX, 8 sq.

1 per spem *VRPT* quia per spem *E* spem futuri saeculi *VR* futuri saeculi spem *PT* 2 consequentes *RPT* consequentis *V* consequemur *E* ihm xp̄o *V* Explicit psalmus CXXX incipit psalmus CXXI (*sic*) *V* Finit psalmus CXXX incipit CXXXI *R* Explicit tract̄ psalmi CXXX incipit tract̄ psalmi CXXXI *P* Expl. de CXXX incip. de CXXXI *T* 9 humilitatis orationis *R* humilitatis operationis *PTE om. V* in sublimae *R* in sublimen *V* 10 praecipuae *R* fili dei̅ (*sic*) docet *V* 13 nr̄i *in ras. R* 14 reddit *P* 16 sciētiam periti *V* 17 habentes — oboedientes *om. PT* uenerantes — oboedientes *om. V* 19 cōtractare *V* aud = ent *P* 20 lintea *T* substnunt (bs *in ras.*) *P* eos *om. VPT* 21 ꝓfecit *T* 22 onos *ex* onus *R* autem cōtemnat *V*[1] 24 excesserat *ex* excesserit *T* 25 hieremia *VT* ieremia *RP*.

iugum a ceruice eorum et uincula eorum disrumpam, et non operabuntur ipsi adhuc aliis, operabuntur domino deo suo, et Dauid regem ipsorum suscitabo illis; et rursum: suscitabo illis Dauid regem, orientem, iustum, et regnabit rex et intelleget et faciet iustitiam et iudicium super terram: in diebus eius saluabitur Iudas, et Israhel commorabitur fidens; item in Esaia: et excitabo super eos pastorem unum altum, pascet eos seruus meus Dauid: et erit his pastor, et ego ero illis in deum, et Dauid princeps in medio eorum; ego dominus locutus sum et disponam ad Dauid testamentum pacis, nolunt credere, quod docentur, neque his fidem habent, quibus deberi uenerationem confitentur. et religiosi quomodo erunt auctoritatem abnegantes religioni?

2. Dauid cum patribus quiescebat, ipse testamentum datæ per Moysen legis cognouerat; tanto postea deus per prophetas locutus est Dauid excitandum, pastorem, regem, orientem, iustum, in cuius diebus salus Israhel sit, ad quem deus testamentum pacis disponet. ergo est Dauid non hic Iessæ filius, psalmorum ex parte conscriptor, sed Dauid ob custodiam gregis sui pastor: pastor enim bonus pro ouibus suis animam ponit, ob æterni regni gloriam rex, cui dictum est: Rabbi, tu es rex Israhel, ob iudicium iustus: pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ob lumen mundi oriens: est enim lux uera, quæ

4 Hierem. XXIII, 5 sq. 8 Ezech. XXXIV, 23 sq., cf. Esai. XL, 11. 22 Ioh. X, 11. 24 Ioh. I, 49. Ibid. V, 22. 26 Ibid. I, 9.

2 ipsi *in ras. P* aliis, operabuntur *V* (*cf. Sabatier II, 696 adn.*) aliis diis et operabuntur *RPTE* 5 regim *V*[1] regnabit *ex* regnauit *P* et *ante* intelleget *om. V* 7 istrahel *V* 8 isaia *T de Esaia h. l. cum Ezechiele confuso cf. adn. Bened.* 9 altum et pascet *RP* 11 dominus & locutus sum *R* 14 deberi uenerationē *VR* debi uenerationē *T* debreui ueneratione *P* 16 datae *om. V* 17 postea *ex* posea *m. 2 V* dš *supr. scr. P* per profetas *ex* profetas *m. 2 V* p. profetas *P* 19 istrael *V* 20 disponet *R* disponit *VPT* iessae *V cf. Abh. IV, 80* iesse *RPT* 24 ob iudicium dei iustus *e* 26 o lumen *P* est enim *V cf. Sabatier III, 387 adn.* erat enim *RPTE*.

lucificat omnem hominem uenientem in hunc mundum, ob filii dignitatem testamenti pacis heres: omnia enim mihi data sunt in cælo et in terra et: pacem meam relinquo uobis. confiteantur ergo necesse est Iudæi, longe post Dauid tempora esse hæc prædicata. est autem Dauid iste, qui nomen parentis secundum originem carnis accepit: nomen sumens eius, cuius ex genere sumebat et corpus. omnia autem, quæ psalmo continentur, et a gestis prophetæ Dauid et a natura humanæ infirmitatis et ab ætatis temporibus diuersa sunt. et quia ei non res, non condicio, non tempus aptatur, et in eum Dauid, quem postea deus per prophetas pollicitus est, conueniunt, non est ambiguum, quin etiam hic, qui propheta egregius et magnus est, de eo Dauid, qui postea extitit, dei spiritu, prophetæ officio sit locutus.

3. Ait enim: memento, domine, Dauid et omnis mansuetudinis eius. non ait: memento mei, sed: memento, domine, Dauid, ut alterum, qui loqueretur, ostenderet. orationem autem omnem hanc esse unigeniti dei filii per prophetam loquentis existimari necesse est, memoriam dei patris erga eum, sibi quem adsumpturus erat, hominem deprecantis. est enim nunc Iesus secundum apostolum in gloria dei patris, et ei omne cælestium et terrestrium et infernorum genu flectit. ergo se primogenitus dei filius, deus uerbum, iam Dauid nuncupat per prophetæ orationem eius sibi hominis nomen adsumens, qui secundum diuinitatis suæ priuilegium una secum esset in patris gloria collocandus. memento, domine,

2 Matth. XXVIII, 18. 3 Ioh. XIV, 27. 21 Phil. II, 10 sq.

1 lucificat *VPT* inluminat *RE cf. Abh. IV, 93 et infr. Ps. CXXXVIII cap. 37* ueniem *V* 2 o fili dignitate testamti pacis eris *P* omnieni eni mihi *V* 4 est *add. m. 2 V* 5 dauid tempora *VRPT* tempora Dauid *E* esse haec *VRe* haec esse *PTb* 9 ab aetatis *Rb* beat** *V* a beatis *P* a transactis (*sed in marg.* habeatis) *T* ab eius *e* 11 *fort.* sed in 12 hic qui propheta (profeta *V*) *VRe* hic propheta *PTb* 13 magnus est *VRe* magnus *PTb* eo *ex* eodem *m. 2 V* 17 domine *om. R* ut *ex* & ut *R* 19 per profetas *PT* 20 ergo *V*[1] eum *ex* enim *m. 2 V* 21 in gloriam *V* 22 genum *V* 23 flectit *VR* flectent *P* flectitur *TE* deus *ante* uerbum *om. V* 24 per profetae orationem *R* per profetiae rationem *V* per prophetam *PTE* 25 unam *V* 26 in paris *V*.

Dauid et omnis mansuetudinis eius; ait enim ipse: quia mansuetus et humilis corde sum. et testimonium de eo patris est: ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo conplacuit anima mea: ponam spiritum meum super eum, et iudicium gentibus nuntiabit. non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius. ut omnis ergo huius mansuetudinis pater meminerit deprecatur, per cuius mansuetudinis modestiam deo patri officium humilitatis suæ uouerit.

4. Sicut, inquit, iurauit domino, uotum uouit deo Iacob. sacramenti mentio ad professionem uoluntatis adsumitur. et nescio, an unigenitus iurauerit. certe ita et gessit et locutus est omnia, ut sacramenti religioni satisfacere uideretur. namque cum quædam de passione sua locutus ad discipulos suos fuisset et Petrus tamquam indignum hoc dei filio detestatus esset, Petrum, cui superius claues regni cælorum dederat, super quem ecclesiam ædificaturus erat, aduersus quam portæ inferi nihil præualerent, qui quæ in terris soluisset uel ligasset, ea in cælis uel soluta persisterent uel ligata, hunc itaque tali conuicio detestantem hoc sacramentum passionis excepit: uade retro post me, satanas, scandalum mihi es. tanta ei religio fuit pro humani generis salute patiendi, ut Petrum, primum filii dei confessorem, ecclesiæ fundamentum, cælestis regni ianitorem et in terreno iudicio iudicem cæli, satanæ conuicio nuncuparet. quin etiam in

2 Matth. XI, 29. 3 Matth. XII, 18 sq. 22 Matth. XVI, 23.

3 de eo *Rb* dĩ *PTe* 4 anima mea *VRP¹Tb* animae meae *P²e* 5 iudicium gentibus (gentib. *V*) *VPTb* iudicium meum gentibus *R* gentibus iudicium *e* 6 clamauit *V* 7 ut ergo omnis *V* 8 huius *VRTe* eius *Pb* 11 inquid *R* dño *supr. scr. m. 1 R* uotum *om. R* 14 sacramenti religioni *VRb* sacramento religionis *Pe* sacramento religioni *T* 16 indignus *V¹* 17 petrũ *ex* petro *T* petro *RPα* 19 inferi *VRe* inferni (*in ras. P*) *PTb* praeualerent *R* ualerent *VTe* ualerent *ex* ualent *P* qui quae (*in ras. P*) *VPTE* qui quae (q; *supr.*) *R* soluisset *R* uel soluisset *VPTe fort. recte* 22 uade retro post me *VR* uade post me *PTE cf. Sabatier III, 98* satanas *VR* sathanas *T* satana *PE* 23 tanta ei *RVPT* tanta enim ei *E* 25 iudicio *supr. scr. T.*

tumultu eo, quo se dedendum passioni præbuerat, cum idem Petrus seruo sacerdotis gladio aurem abscidisset, ait: reconde gladium tuum in theca: calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? impium et profanum docens esse, si non omnia, quæ erga humanam salutem patri uouisset, expleret. absolute autem in eo ostendit deuotam passionis suæ religionem, cum post aceti poculum esset spiritum traditurus; perfectis enim omnibus ait: consummatum est, et inclinans caput tradidit spiritum. percucurrerat enim omnia sacramenti officia: et ubi consummatione gaudetur, ibi in suscepti operis perfectione lætitia est. ergo quia secundum hanc gestorum deuotionem ita omnia acta sunt, ut uideantur studiose pro religione, qua iurata sunt, esse perfecta, sequens est, ut uideatur, quid sit, quod Dauid iste et iurauit et uouit.

5. Si intrabo in tabernaculum domus meæ et si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. humanæ naturæ uota hæc esse non possunt, et condicio sacramenti infirmitatem terrenæ necessitatis excedit. adeundum tabernaculum domus non est, strato lecti abstinendum est, somnus oculis et palpebris dormitatio et requies temporibus non danda est, donec cum inueniatur domino locus et tabernaculum deo Iacob.

2 Ioh. XVIII, 11. 8 Ioh. XIX, 30.

1 eo quo *RTE* meo quo *V* cũ eo quo (cũ *in ras.*) *P* dedendum *VRE* dandũ *PT* 2 ait *om. P* 3 in theca *VT* in teca *R supr. scr. P* in thecam *E* 5 patri uouisset *RPTE* pati (*add. m. 2*) uoluisset *V* 6 ostendet *V* deuotam *VRE* deditã *P* debitã *T* 8 et *supr. scr. P om. T* 9 capud *R* 13 qua iurata sunt esse *VRPT* quia iurata sunt haec esse *E* seques est *P* 14 ut *add. m. 2 V* 15 et si ascendero *V* si ascendero *RPTE* 18 donec inueniam *VRPTe* donec cum inueniam *b* 20 haec esse *Re* ista (*add. m. 2*) esse *V* esse ista *PTb* 21 excaedit *R* 22 strato lecti abstinendum est *om. R* 23 donec cum *RPb* donec cũ *T* donec *e cf. Arch. II, 604* 24 domino locus *RT* don̄ locus *V* dn̄o locutus *P*.

standum ergo erit nocte dieque sub cælo, et numquam in requiem corpus iacebit; oculi autem semper uigiles laborabunt, et ne ipsis quidem palpebris coniuendi in dormitationem permittetur obductio. tempora uero, quæ maxime in toto capite et corpore iniuriis uigiliæ et stationis obnoxia sunt, requiem non habebunt. homo istud de se iurare non sinitur; etiamsi maxime nolit, condicionem tamen uoti huius pro ipsa naturæ suæ necessitate uiolabit. uigilet licet animus et corpus in statione contineat, tamen necesse est infirmitatis dominante natura et procidat et dormiat et requiescat inuitus. dehinc quem locum homo deo inueniet et inconprehensibilem infinitamque naturam quali tabernaculo continebit? cum de se ipse per prophetam deus locutus sit dicens: c æ l u m m i h i t h r o n u s e s t, t e r r a a u t e m s c a m e l l u m p e d u m m e o r u m: q u a m d o m u m æ d i f i c a b i t i s m i h i a u t q u i s l o c u s r e q u i e t i o n i s m e æ? o m n i a e n i m h æ c f e c i t m a n u s m e a, e t m e a s u n t o m n i a h æ c. non ignarus autem huius diuinæ uocis propheta est et scit humanæ et terrenæ operationis domum deo esse non posse, idipsum psalmo anteriore contestans, cum ait: n i s i d o m i n u s æ d i f i c a u e r i t d o m u m, i n u a n u m l a b o r a u e r u n t, q u i æ d i f i c a n t e a m. ergo si neque natura hominis condicionem uoti istius recipit, neque locum et tabernaculum deo humana requirit operatio, cognoscendum est per scripturarum cælestium auctoritatem. quod sit

18 Esai. LXVI, 1 sq. 20 Ps. CXXVI, 1.

1 nocte dieque *RTE* noctu dieque *P* noctu diuquae *V* et numquam *ex* sub numquam *m. 2 V* in requiem *VRP* in requie *TE* 3 ipsis *RPTE* ipsū *V* palfebris *V* coniuendi *V* conibendi *R* conniuendi *e* conuiuando (a *in ras.*) *P* coniuendo *T(b)* in dormitationem *VR* in dormitatione *e* dorminationi *PTb* 4 in toto *R* toto in *VPTE* 5 uigiliae *RPT* uigiliarum *E* 6 istud *VR e* ista *PTb* iurare *VRE* orare *PT* 7 nolit *VRT* nollet *P* 8 necessitate *ex* necessitatem *m. 2 V* 9 dominantem *V* 10 ꝓcedat *PT*[1] 11 homo deo *R* deo homo *PTE* & inconpraehensibilem *Re* incomprehensibilem *PTb* 12 ipse *add. m. 2 V* 13 sit *R* est *VPTE* thronus *VPTE* thronum *R* 14 scamellum *V* scabellum *RPTE cf. Abh. IV, 94* 18 humanae terrenā (ā *in ras.*) *P* 22 recipit *VR* recipiat *P* recipiet *TE* 23 humane *P* requirit *R* requiret *VPTE* reperiet *coni. Bened.* 24 scripturarum caelestium *RPT* caelestium scripturarum *E.*

hoc uotum, per cuius satisfactionem locus domino, et deo Iacob tabernaculum sit repertum.

6. Domino nostro Iesu Christo unigenito dei filio, qui omnia humanæ salutis sacramenta tamquam iuratus expleuit et quem a prophetis Dauid significatum docuimus, hoc opus maximum fuit, ut hominem ad scientiam diuinam eruditum dignum habitaculo dei redderet. et esse hominem sedem atque habitationem deo ita docemur, deo ipso per prophetam loquente: quia inhabitabo in his et in illis ambulabo et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi populus, et rursum: in æternum exultabunt, et inhabitabo in illis. dominus autem ipse in euangelio ait: si quis diligit me, et uerbum meum seruabit, et pater meus diliget eum, et ueniemus et mansionem apud eum faciemus. apostolus quoque ait: uos estis templum dei, et spiritus dei habitat in uobis. habitat autem deus religiosorum mentes non corporali habitu neque naturæ grauioris ingressu, ut alibi non degens illic tantum, quo se intulerit, insistat: sed spiritali uirtute in uacua se a terrenis labibus corda permittit seseque luminis modo in patentes innocentiæ foribus mentes inluminaturus infundit. adsumpto igitur corpore unigenitus deus neque ante se cum homine suo ingressurum tabernaculum domus suæ

8 Lev. XXVI, 11; 12. 10 Ps. V, 12. 12 Ioh. XIV, 23. 15 I Cor. 3, 16.

1 deo iacob tabernaculum *VRPe* tabernaculum deo iacob *Tb* 3 ıho xp̄o *G* ıh̄m xp̄o *V* qui omnia *GVPTE* quia omnia *R* 5 docuim(u)s *G* 7 dı̄ *GPTb* deo *Re* redderedderet *G* 8 dō *pr. l. GRe* dei *PTb* loq(u)ētem *G* inhabitabo *GVR* habitabo *PTE* 9 in his *GRT ex* in is *corr. P* in is *V* in illis *GRP ex* in his et in illis *corr. m. 2 V* int illos *T* 11 in illis *V cf. Sabatier II, 16* in his (*ex* in is *P*) *GRPT* 12 et uerbum *VRPa* uerbum *s* (et seruabit uerbum *T*) 13 et pater *GRE* pater *PT* diliget *VRT* diligit *GP* et ueniemus *RPT* et ad eum ueniemus *E* 16 habitat *GRPT* habitabit *V* habitat autem *GVPT* habitat *R* 17 habitu *G* aditu *VRPTE* ingressu *supr. scr. P* alibi non degens *Re* ***non degens *G* aliunde decedens *VPT* 18 intulerit *GRT* intulerint *VP* 19 in uacua se a terrenis *e* in uacuas et terrenis *GV* in uacua se terrenis *PTb* in uacuis terrenis *R* labibus *GT* ****bus *V* laboribus *R* labi ≡≡≡ *P* 21 deus (dš) *RPTE* dı̄ *V*.

iurat, id est in cælestem habitationem suam esse rediturum, quam hæc religiosi pectoris loca domino inueniat.

7. Sed neque stratum lecti sui ascensurum se esse uouit. stratum requies humanorum laborum est et fessorum corporum refectio. sed in cælo semper quiescitur et, quia indefessa illa natura laborem nescit, semper in strato, id est semper est in quiete. dominus noster in forma dei manens formam serui accepit et obœdiens usque ad mortem fuit, et mortem crucis, ut plus nescio quid morte pateretur. ob id autem tantum obœdiens usque ad crucis mortem est, ut nos habitatione dei dignos esse præstaret. mori igitur uoluit, qui uita est, et effici se indefessa uirtus ad habitationem corporis non recusauit infirmam, ut in forma dei manens formam serui acciperet. excessit ergo ex illo æternæ beatitudinis suæ strato. et testis nobis quadragensimus psalmus est, qui ex persona domini omne sacramentum passionis eloquitur dicens: uniuersum stratum suum uersasti in infirmitate eius. cum per obœdientiam uoluntatis paternæ ex deo homo, ex potente infirmus, ex uiuificante mortuus, ex æterno sæculorum iudice crucis reus dicitur, tum stratum eius in infirmitate conuertitur. in illud igitur æternæ et beatæ quietis stratum uouit, nisi reperto dei tabernaculo, non redire, sed nec ante somnum oculis suis dare.

8. Quis iste est somnus? nempe ille, de quo ait: ego dormiui et somnum cepi et surrexi, quoniam dominus suscipiet me. mortis hic somnus est, quem non

16 Ps. XL, 4. 23 Ps. III, 6.

2 pectoris *GVRP*^{2}*T* peccatoris *P*^{1} dōn̄ *V* 3 se esse *GPT ex* se *corr. m. 2 V* esse se *R* 5 sed in caelo *GRPT* sed quia in caelo *E* illa natura — semper *in marg. infer. add. m. 2 V* 7 in *supr. scr. P* 8 obaudiens *VPT et sic in seq.* 9 quid mortem *V*^{1} 11 praestaret *GVRT* praestiterit *P (et T in marg.)* 12 recusauit *GRPT* recusabit *V* 14 aeternae *GPT supr. scr. m. 1 R om. V* 15 nobis *GVPT* nobis est *R* quadragensimus *G*^{1}*V* quadragesimus *G*^{2}*RPT* psalmus est *GVPT* psalmus *R* 19 aeterno *R* aeternorum *VPTe* 20 dicitur *VRP* dicetur *T* in infirmitate *PT* in infirmitatem *VRe sed cf. lin. 17 et adn. Bened.* in illud igitur *supr. scr. m. 1 P* illut *V* 22 sed nec ante *V ex* sed neq. ante *corr. R* se nec ante *T* se negante *P* 23 *post* quis *5—6 litt. euan. V* iste est *VRe* iste *P* iste *T*.

ante oculis suis dabit, quam locum habitationis inueniat. huius etiam somni beatus patriarcha Iacob in benedictione Iudæ, qui princeps gentis istius extitit, meminit dicens: catulus leonis Iuda, ex frutice filius meus, procidens dormisti ut leo et sicut catulus leonis. quis suscitabit eum? et superior et consequens benedictio nec ætati Iudæ nec gestis conuenit, sed ei, qui ex Iudæ frutice sicuti ex radice Iessæ est, qui et catulus leonis est et Iacob erit filius. ex hac enim Iudæ tribu Maria est, quæ domini nostri secundum carnem mater fuit. hic ergo procidens dormiuit ut leo. leo terror est feris omnibus et ueluti dominans est ceterarum bestiarum: et hic solus per confidentiam et securitatem dormit intrepidus. terror omnium uigilans est, ipse autem securus in somno est. et idcirco addidit: quis suscitabit eum, quia intrepidæ et præpotentis naturæ securitatem nulla externi terroris timiditas inquietet. ne ergo quicquam humile atque passibile inpassibilem unigeniti dei substantiam perpessam existimaremus in ea morte, quam subiit, feræ huius intrepide dormientis exemplum ad securæ mortis intellegentiam est relatum: ut extra humani timoris esse in somno illo inquietudinem doceretur, qui per generis sui naturæque uirtutem, dormiens licet, timere non posset. seruata autem diligentissime ea ratio est, ut in unigenito deo æterni et gignentis eum dei gloria nosceretur, cum dicitur: sicut leo et sicut catulus leonis. ad id enim, quod ex deo ipse subsistit, catulus est leonis: ad id uero, quod leo est, paternæ in eo maiestatis

3 Gen. XLIX, 9.

2 patriarca *V* in benedictionem *V* 4 ꝑcedens *PR*[s] 5 suscitauit *V* 8 iessae *V* *cf. Abh. IV, 80* iesse *RPT* 9 domini nostri *R* dmi ñ *V* domini *e* domino nostro *PTb* 10 mater *add. m. 2 V* procedens *ex* procidens *m. 3 R* 11 terror *R* terrori *VT* terrori == *P* terroris *b* dominari est *V* 14 addidit *RP ex* addit *corr. T* addit *V* qui suscitauit *V* 15 externi terroris *R* exťni terroris *T* exťreni terroris *P* externi tamẽ terroris *V* 17 unigeniti *ex* inigeniti *m. 2 V* 18 in ea morte *R* in morte *V* a morte *PT* facere huius *V* intrepide *P* intrepidae *R* 19 mortis *om. V* 20 timoris *VRe* terroris *PTb* 22 licet *om. V* 24 nasceretur *P* 25 substitit *R* 26 ad uero *P* id uero *R*.

indifferens generositas prædicatur. ut unum ambo sint, leo est: ne unus atque ipse sit, catulus leonis est.

9. Id ipsum autem etiam psalmi consequentia demonstrant. ne enim indefessa illa uirtus et inpassibilis unigeniti dei natura mortis somno dormitatura existimaretur, rem omnem ad officium corporis, cui discessio inmortalis animæ mors est, rettulit dicens: si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. „temporibus“ secundum translationis fidem non ætatis spatiis, sed capitis partibus requiem negat. et hæ adfectiones sunt corporales, quas labor longus et uitæ anxietas exagitant. quieuit autem ille, cui mors somnus est: et id, quod nobis pœnalis demutatio est, unigenito et in corpore manenti deo requies fuit.

10. Sed ante hanc requiem et apostoli eliguntur et soluendi ac ligandi et in cælo et in terra ius sortiuntur et potestatem aduersus uirtutem omnem aduersariam sumunt et templum dei sunt et ipsi ex lege uenientes dignum deo Iacob tabernaculum sunt reperti. ac ne forte nos per multiplicem humani ingenii intellegentiam uim ueritati adferre quidam arbitrentur, ut, quod ex Dauid persona dictum sit, id ad dominum saluatoremque nostrum multimodis translationum subtilitatibus transferamus, contuenda sunt, quæ secuntur, ut ex his ueritatem inuitis licet et renitentibus ingeramus. ait enim: ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ; introibimus in tabernacula eius, adorabimus,

1 in deferens (i supr. scr.) *R* 2 est leonis *VPT* 3 ipsū == (*eras.* d) *R* demonstrat (n supr. scr.) *corr. m. 1 R* demonstrat *VPT* docent *E* 5 dormitatura *TE* dormientisnatura *R* dormitura *P* 6 discescessio (cessio supr. scr., ... sub.) *corr. m. 2 V* dis== == == *P* rettulit *V* retulit *RPTE* 7 palfebris *V* (et palpebris meis *om. R*) 9 locum *add. m. 2 V* tabernaculum *ex* tabernaculo *m. 2 V* 11 requiem *supr. scr. T* 16 ac *ex* hac *R* et in caelo et in terra *VRPT* et in terra et in coelo *E* 20 arbitrentur ex quo ex dauid *V* 21 id *supr. scr. m. 1 R* 22 suptilitatibus *V* 23 ut *om. V* ex *supr. scr. P* 24 eam *VTE* ea *RP* 25 efratha *VR*[2]*α* ėfrata *R*[1] effrata *T* 26 introibimus *VRE* intrabimus *PT* adorabimus *TE ex* adorauimus *corr. P* adorauimus *V* adorabimus — pedes eius *om. R.*

ubi steterunt pedes eius. superius, ubi iuratur ac uouetur, uoti sacramentum non conuenire naturæ humanæ docuimus, quia tanti temporis uigilias labor terreni corporis recusaret. et nunc, ubi loca ipsa eorumque nomina commemorantur, ne quid in Dauid referri possit, ueritas ipsa et extantis hodie regionis fides contradicit. Dauid enim dispersum populum in regno suo habens, cui nulla religionis sedes esset, aream in Hierusalem coemit ad locum templi, ut illuc ad explenda legis sollemnia conueniretur. sed templum hoc filius eius Salomon ædificauit, ornauit et religionibus initiauit.

11. Volunt ergo Iudæi Dauid, areæ huius coemptorem, peregrinationem a domo et uigiliarum iniuriam et laborem corporis, donec cum hunc locum et hoc tabernaculum deo Iacob posset inuenire, uouisse. sed hoc neque historia Regnorum aut Præteritorum, in quibus Dauid gesta continentur, loquitur, neque psalmus admittit. et cur non admittat, in absoluto est. Dauid aream coemit; locus templi locus areæ fuit, ubi fruges congestæ, ubi tritæ, ubi paleæ tritico separandæ sunt. requies autem domini in Ephrata est; et prius audita in Ephrata est et postea in campis siluæ reperta. et quid commune Hierusalem et Ephrata? et quid areæ ad siluæ campos? nihil hic conueniens est, nihil non dissonans. aream, in qua requieuisse deus Iacob existimatur, nouissimis temporibus uentilabro dominus emundat: triticum eius horreis condit, paleas autem inextinguibili igne urit. probatos legis uiros apothecis dignos habet, inutiles et infructuosos igni iudicii deputat. templum

1 ubi steterunt *V cf. Sabatier II, 259 adn.* in looo ubi steterunt *PTE* mouetur *V* 2 naturae humanae *VRe* humanae naturae *PTb* 4 ubi *om. V* 5 et *om. V* odie (h *superscr.*) regiones *P* 8 illuc *VR ex* illic *corr. T* illic *P* 9 solomon *V* 10 religionis *V*[1] 11 peregrinatione *P* 15 cōtineantur *V* 16 qur *R* 18 ubi *sec. l. GPT;* ubi et *ex* ubi *corr R ex* et *m. 2 V* paleae tritico *RPT* palea tritico *G* palusea (usea *a m. 2*) tritico *V* paleae a tritico *E* separandae *GRVP (et T in marg.)* separatae *T* 19 efratha *Vα* eufratha *R* eprhata *P* 20 siluae *VRPT* syluae *e* hierusale *V* 21 et eprhata *P* et efratha *Vα* et eufratha *R* ad ephrata *Tb* et quid *R* quid *VPTE* 24 condit *RT* condet *P* 26 inutiles *ex* inutilis *R* infructuosos *in ras. P ex* infructuosus *corr. R.*

illud hodie iam nullum est, incensum est, dirutum est, informe ruinis est: et ubi ergo dei requies est? mentitus propheta est, et inritum sacramenti ipsius uotum est? deus etenim requiem, quam ei se iuratus reperturum uouerat, amisit? itaque quia neque dei dignitati neque naturæ hominis neque locorum ueritati neque temporum demutationi hæc inreligiosarum opinionum figmenta conueniunt, ex istis nunc scripturarum cælestium auctoritatibus demonstrandum est ad personam domini Iesu Christi et ad ecclesiæ sanctificationem psalmum esse referendum.

12. Diximus superius, etiam hunc prophetam de Dauid illo iusto, pastore, rege, oriente, in psalmo isto prophetasse et ex persona eius locutum esse, cum dixit: si intrabo in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. nunc uero ut se uoti eius non ignarum neque inperitum esse propheta ostenderet, ex persona sua loquitur dicens: ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ. superius, ubi sacramenti religio commemoratur, unus iurauit ac uouit. unus enim in forma dei manens formam serui accepit; et unus dominus Iesus Christus est, per quem omnia, uno deo patre, ex quo omnia. nunc autem ubi scientiæ propheticæ cognitio ostenditur, ex persona plurium dicitur: audiuimus eam in Ephrata, inuenimus

23 I Cor. 8, 6.

1 illut *V* 2 ergo dei *GR* dĩ ergo *PT* propheta (profeta *G*) est *GPT* est ꝓfeta *R* 3 dĩ etenim *G* 5 quia *GRE om. P supr. add. T* 7 ficmenta *G* ex istis nunc *G* ex ipsis nunc *R* ex ipsis *VPT* scribturarum *GV* 9 dñĩ *G* domini *R* dm̃ĩ ñ *V* domini nostri *PT cf. infr.* 13 ait *(del. m. 2)* dixit *V* 14 inlecto *P* strati *ex* stratu *m. 2 V* stratu *G* (stratum*** *legi potest*) 15 et palpebris meis *RPT* aut palpebris meis *G* et palfebris *V cf. p. 664, 17* 18 eius *RPT* huius *V* 20 efrata *G* efratha *R* eam in campis *RT* ea^{m} in campis *G* ea in campis *P* 23 dominus Iesus Christus *RE* dñs ıħs *VPT* 24 uno deo patre *VRPT* unus deus pater *e* 26 plurium *Re* plurum *V* plurimorum *PTb* eam in *ex* ea *m. 2 V* efr^{h}ata *R* ephratha *P* efratham *V*.

eam in campis siluæ, quia a pluribus requies domini prophetabatur.

13. Auditur itaque in Ephrata. Ephrata eadem est, quæ Bethlem, in qua dominus natus ex Maria est. testis nobis est propheta dicens: et tu Bethlem, domus Ephrata, non minima es ut sis in milibus Iuda; ex te enim exiet, qui erit rex in Israhel; et rursum: et tu Bethlem Iudæ non es minima inter principes Iuda; ex te enim exiet, qui regat populum meum Israhel. illic enim primum dei requies auditur, ubi primum unigenitus deus corpus humanæ carnis habitauit; et quod in Ephrata auditur, in campis siluæ inuenitur. initium itaque ecclesiæ in Bethlem auditur; esse enim cœpit a Christo; sed in gentibus reperitur. quæ sunt ex siluis campi, ex horrentibus nitidæ, ex sterilibus fructuosæ, ex ignis pabulo uitalis cibi regio, ex ferarum cubilibus dei requies, domus, templum atque possessio. quod autem gentes tamquam siluæ cubile diaboli fuerint, psalmus nobis septuagesimus nonus erit testis dicens: deuastauit eam aper de silua, et singularis ferus depastus est eam. illic enim de uinea sermo est, id est de dei, ut tunc putabatur, populo, quem infidelem et impium diabolus gentes inhabitans uastauerat. in his ergo campis siluæ dei requies, quæ in Ephrata audita est, inuenitur.

14. Seruata autem temporum ratio est, ut, quod audiuimus et inuenimus, præteritam significet ætatem, id autem, quod deinceps consequitur, spem futuri temporis doceat, cum ait:

5 Mich. V, 2. 7 Matth. II, 6. 18 Ps. LXXIX, 14.

1 a *supr. scr. R om. VPT* 4 bethlem *VRT* bethlehem *in ras. P* 5 bethlem *RT* bethlehem *VP* domus *add m. 2 V* non minima es *R* minima es *ex* minima est *m. 2 V* non es minima *PTE* 6 et sis *V* 7 erit rex — exiet qui *om. R* in istrahel *V* israel *PT* bethlē *T* bethle *V* bethlehem *P* 9 regat *VRPT* reget *E* 10 primum *ex* primom *m. 1 R* 11 efratha *VR* 12 bethlem *RT* bethle *V* bethlehem *P* 13 repperitur *VR* 14 ex siluis campi *PT* ex siluis campis *V* ex siluae campis *Re* 16 requies *ex* quies *m. 2 V* templa possessio *V* 18 septuagēsimus *V* 20 diuinus sermo ē *P* 23 efratha *VR* inuenitur *in ras. R* 24 quod audiuimus *VR* quod et audiuimus *PTE*.

intrabimus in tabernacula eius, adorabimus, ubi steterunt pedes eius. corporali istud uitæ præsentis officio propheta desperans fide et spiritu præsumit, ut in tabernacula requiei dei, quia ea et uidit et audiuit, introeat. sed superius super uno tantum tabernaculo iuratum est; nunc autem multa tabernacula introibunt. sunt enim ex una apostolorum ecclesia, de qua superius uotum est, plures ecclesiæ et multa tabernacula: sed eadem dei requies in pluribus est. hæc ergo requiei dei tabernacula introibunt; neque solum introibunt, sed etiam adorabunt, ubi steterunt pedes eius. cum statur in uno loco, ex quo decedi non oporteat, consistitur; ubi uero pedibus statur, illic toto corporis officio insistitur. lex præteriit, prophetia clausa est, finis eorum Christus est, demutationis alterius locus nullus est: in hoc in æternum standum est, ubi iam decursu legis et prophetarum dominus insistit. discurrit quidem per apostolos prædicatio. quos frequenter pedes significatos meminimus, sed in euangeliis consistitur. illic ergo adorabitur, ubi pedes domini, id est prædicationis nouissima sine demutationis alicuius transgressione constiterint.

15. Et quia in euangeliis legimus dictum: multi prophetæ et iusti cupierunt uidere, quæ uos uidetis, et audire, quæ auditis, sanctus propheta desiderii huius inpatiens est. postquam enim requiem dei audiuit et repperit, postquam introiturum se adoraturumque credidit, spei tantæ fieri iam particeps deprecatur dicens: exsurge, domine, in requiem tuam, quam reperturum se Dauid tuus uouit, quam nos in Ephrata audiuimus, quam in campis siluæ inuenimus, in cuius tabernacula introibimus adoraturi illic, ubi pedes tui steterunt.

20 Matth. XIII, 17.

1 intrabimus *VPT ex* intrauimus *corr. R* adorabimus *RT ex* adorauimus *corr. P* adorauimus *V* ubi *VPTe* in loco ubi *Rb cf. p. 670, 1* 2 istut *V* 3 ut in *R* ut *VPTE* 4 requies dī *P* ĩtroeam *V* 6 enim *add. m. 2 V* 9 requies dī *P* 10 in uno *R* uno in *VPTE* 11 decidi *R* non oporteat *VR* non poterat *PT* 13 earum *ex* eorum *T* sp̄s est *P* 18 pedes domini *VRPT* domini pedes *E* demutionis *V*[1] mutationis *R* 19 transgressione *R* trans***** *V* transcensione *PTe* 20 et *om. PT* 23 repperit *VRT* reperit *PE* 25 depraecatur *VR*[1] 27 siluae *ex* siluis *T* 28 introiuimus *PT* adoratur *R* pedis *V*.

exsurge igitur in eam requiem, quæ uoti sacramento quæsita est, quæ prophetiæ scientia in loco audita est, quæ gentium cultu frugifero reperta est, quæ introeuntibus frequentabilis est, quæ loco indemutabilis est, quæ adorantium religione uenerabilis est.

16. Sed non solum tu, domine, exsurge in requiem tuam, sed et tu et arca sanctificationis tuæ. non arca testamenti, non arca legis, sed arca sanctificationis tuæ. et quidem esse arcam testamenti meminimus intus ac foris auream, ubi tabulæ lapidum, ubi sanctæ litteræ, ubi liber testamenti, ubi gomor mannæ. sed hæc omnia eius, quod dominus adsumpsit, corporis species est, omne in se sacramentum continens legis. nunc et deitatis spiritu et origine carnis unitum intus scilicet et foris aureum est — est enim dominus Iesus in gloria dei patris — mannam in se æternam continens — ipse enim est panis uiuus — testamenti intra se tabulas et legis librum conseruans — sunt enim in eo uerba uitæ. ut igitur cum domino etiam hæc sanctificationis arca — hunc enim deus secundum euangelia signauit pater — in requiem exsurgat, propheta orat. ceterum arca illa terrena et frequenter et ab allophylis capta est et polluta a regibus: et hodie templo atque urbe subuersa iam nulla est. et uideamus. quid sequatur.

19 Ioh. VI, 27.

3 cultu *VPT* fructu *Re* frugifero *ex* frutifero *m. 2 V* frugifera *ex* frugifero *T* reperta *ex* repertu *m. 2 V* introeuntibus *RPT* ineuntib. *V* 6 tu *ante* domine *om. R* 7 archa *RP* 9 ac *ex* hac *R* 12 adsumpsit *VPT* assumit *R* corporis *om. V* 13 nunc *VRP* nã hoc *T* deitate sp̃s *V* 14 unitum *VR* muni = tum *P* munitum *Te* et foris *VR* ac foris *PTE* est, est enim *VPTE* est enim *R* 15 dominus ihs *VR* dominus noster Iesus Christus *PTE* in gloriam *V* mannam *ex* mannas mannam *m. 2 V* mannam *T* mannã *RP* manna *E* aeternam continens *RPT* aeternum (*sed in dittogr.* aeternã) continens *V* continens aeternum *E* 16 est panis *R* panis est *VPTE* 19 hunc enim d̃s *in marg. super. add. m. 2 V* nunc (*in ras. 3*) enim ut deus *R* hunc enim dñs *Pa* hunc enim dominum *Tb* hanc enim *Erasm.* significa****ater *V om. R* et sanctificauit et signauit pater *PTE* (*Joh. l. c.* τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός) 21 et ab allophylis *PTE* et ab allofilis *R* ab allofylis *V* 22 iam *supr. scr. m. 1 R add. m. 2 V* 23 sequatur *VR* sequitur *PTE*.

17. Ait enim: sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui lætentur. induuntur, deo et arca sanctificationis eius in requiem resurgente, iustitia sacerdotes, ualidissimo, ut apostolus ait, thorace, induentes thoracem iustitiæ, quo inimici iacula excipiant, quo internum hominem communiant; sancti autem lætentur. et uideamus causam, cur et sacerdotes iustitiam induant et sancti lætentur. ait enim: propter Dauid seruum tuum ne auertas faciem Christi tui. Christum ad deitatis spiritum rettulit, Dauid ad corporis carnem. formam enim serui, qui in forma dei manebat, accepit. ne igitur auertat a sacerdotibus atque sanctis Christi faciem, rogat: ut eos diuinitatis suæ gloria, qui propter Dauid, id est propter adsumpti ab eo corporis sacramentum lætantur, inluminet.

18. Et cur propter Dauid seruum suum ne faciem Christi sui auertat, ostendit dicens: iurauit dominus Dauid ueritatem et non frustrabitur eum. dominus iurat et iurat ueritatem; dicti sui fidem etiam sacramento, ne ambigamus, adfirmat. non fraudabit igitur Dauid suum ueritate iurata. et quid ei iurauerit, dignum est contueri. de fructu uentris tui ponam super sedem meam. si custodierint fili tui testamentum meum et testimonia mea hæc, quæ docebo eos, et filii eorum usque in sæculum sedebunt super sedem tuam. quoniam elegit dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi. hæc requies mea in sæcula sæculorum: hic habitabo, quoniam præelegi eam. quid hic, quod Dauid sit proprium, continetur? urbs illa, quæ generi eius fuit regia,

2 laetentur *VRT* exultent *P* 3 iustitias sacerdotes *V* 4 torace *T* thoracae *R* thoracem *P* 5 quo *RPTE* qui *V* excipiant *PTE* excipiat *VR* quo *RPTE* qui (?) *V* in==ternum (*eras.* ae) *R* interrenum *V* in aeternum *e* terrenum *PTb* (*fort.* infirmum?) communiant *PTE* communiat *VR* 6 qur *R* 7 laetētur *V* 8 tuū *supr. scr. P* 9 ad *ex* a *m. 2 V* 10 in forma dei *VRT* in dei forma *PE* 17 frustrabitur *RE* frustrabit *PT* 18 dicti sui *VRPT* et dicti sui *E* etiam *om. V* sacramentū *V* 19 fraudauit *P* 21 custodierint *ex* custodierit *m. 2 V* fili *V* filii *RPT* 22 testimonia mea haec *RPT*¹*E* testimonia haec *VT*² 26 mea *om. V* in saecula saeculi *R* 28 generi *Re* generis *PTb*.

capta a Babyloniis et euersa regni dignitatem sub dominantium iure non tenuit: post etiam a Romanis capta et incensa iam nulla est. et ubi dei requies in æternum est? ubi ex fructu uentris eius in sede dei reges sunt? seruiunt enim hodie exules, patria carentes, toto in orbe dispersi. et ubi illa, quæ iurata est, ueritas? ubi illud, quod non frustrandus est ueritate? et ubi filiis Dauid regni æterni sedes sempiterna? quæ electa Sion dicitur, horret ruinis, uacua incolis est: et quomodo dei requies est in sæcula sæculorum? currunt tempora, et hoc uitæ nostræ sæculum manet: deus ergo sine requie est?

19. Sed qui hæc infelicis erroris opinione sic credunt, audiant, cui Dauid iuratum sit. illi nempe, de quo dictum est: posui adiutorium super potentem, exaltaui de plebe mea electum. inueni Dauid seruum meum et in oleo sancto liniui eum. manus enim mea auxiliabitur illi, et brachium meum confortabit eum. nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non adiciet nocere eum. et concidam inimicos eius a facie ipsius et odientes eum in fugam conuertam. et ueritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornum eius. et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dexteram eius. ipse inuocabit me: pater meus es tu, deus meus, et susceptor salutis meæ. et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ reges

13 Ps. LXXXVIII, 20 sqq.

1 dignitatem *RPTE* dignitati *V* sub *RPTE* sibi in *V* 3 in aeterno est *P* 4 seruiunt *GRPT* seruiant *V* 5 orbe *ex* ore *m. 2 V* urbe *G* illa *GVPT om. R* 6 frustandus *VP* ueritatem *P* 10 ñ manet *r?* manat *Lips. sed cf. Bened.* 11 opinionem *P* 13 adiutorium *GPT* adiutorium meum *VR cf. Abh. IV, 84* et exaltaui *RE* de plebe mea electum *GV* electum de plebe mea *RPTE* 15 et in oleo *G* in oleo *VR* oleo *PTE* sancto *GVRPT* sancto meo *E* linui (?) *G* lini = i *P* 16 praecium *G* braccium *V* confortabit *GVT* confortauit *PR* (*sed in R b ex* u *corr. m. 1*) 17 in inimicos *G* eū *ex* eo *m. 3 R* 20 et misericordia mea *GR* et misericordia *PT* miseiicordia *V* 21 cornum *GR* (*cf. p. 682, 20 et Georges Wortf. p. 174*) cornu *VPT* 22 manum *GVPT* manus *R* 23 dextera^m *G* dextram *V* inuocauit *G* 25 excelsum prae *VPT* et excelsum prae *G* excelsum super *RE*.

terræ. in æternum seruabo illi misericordiam meam et testamentum meum fidele ipsi. et ponam in sæculum sæculi semen eius et sedem eius sicut dies cæli. si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniustitias eorum et in uerberibus peccata eorum. misericordiam uero meam non dispargam ab eo, neque decipiam in ueritate mea, neque profanabo testamentum meum et, quæ procedunt de labiis meis, non faciam inrita. semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit; et sedis eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in æternum. promissiones istæ Dauid eius sunt, qui aduersus potentem adiutor electus est, cuius in mari manus est, cuius in fluminibus dextera est, qui nuncupare patrem deum audet, quia est; qui ipse primogenitus est, qui excelsus super reges terræ, cuius semen in sæculum sæculi est, cui, quæ dicta sunt, non inrita sunt, cui semel sine mendacio iuratur in sancto, cuius sedis sicut sol in conspectu dei est et permanet ut luna perfecta in æternum. ex huius igitur uentris fructu super dei sedem conlocabuntur.

20. Quomodo autem ex fructu simus uentris eius, audiamus

1 seruibo *G* 3 in saecula (*om.* saeculi) *R* semen *PTE* se*** *V* sedem *R* sedē *R* *ede* *V* thronum *PTE* 5 si iustificationes — custodierint *om. R* iustificationes *VPb* iustitias *Te* 9 dispargam *V* dispergam *RPT* 11 mei* *G* meis *supr. scr. P* 12 inrita *GV* irrita *RPT* 13 ***dis *G* sedes *VRPTE* 14 perfecta in aeternum *GPe* perfecta manet in aeternum *VRTb cf. Sabatier II, 179* 15 *uerba* et testis in caelo fidelis, *quae postea leguntur in E, desunt in GVRPT* promissiones *GPT* promissionis *VR* eius *om. G* 17 patrem dm̄ *G* deum patrem *VRPT* 19 terrae ē *T* 20 dicta sunt *G* erunt dicta *T* sunt dicta *RP; V haec ita praebet:* in saeculum saeculi est, cuius sedes sicut dies caeli est, cui quae sunt dicta, non inrita sunt cui semel sine mendacio iuratur in sancto, cuius sedes sicut sol in conspectu dī est *cet.* 21 sedis *G* 23 fructu *GPTR²* fructus *VR¹* dī sedem *G* sedem (sede *V*) dei *VRPT*.

Hieremiam prophetam docentem: si, inquit, audistis huiusmodi, si peperit masculus. partum sexus iste non recipit; sed generatio, quæ a deo est, partus instar obtinuit. audiamus et Paulum parturientem in filiis procreandis, cum dicit: filii mei, quos iterum parturio. esse autem omnes nos sibi filios ipse dominus in euangelio testatur dicens: fili, remissa sunt tibi peccata, et iterum: filioli, adhuc uobiscum sum. filii itaque ipsius sunt in sede domini conlocandi.

21. Et spei condicio præponitur: si, inquit, custodierint fili tui testamentum meum et testimonia mea, quæ docebo eos. Moyses legem scripsit, in qua testimonia dei continentur, propheta hic idem totus deuersatur in lege: et quomodo adhuc filii illius Dauid in testimoniis sunt docendi? non præsentis ætatis est sermo, sed his proprius, de quibus dictum est: confitebor tibi, domine deus, pater cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. sed docti et manentes in his, quæ docebuntur, quid consequentur? usque in sæculum, inquit, sedebunt super sedem tuam. et qui isti sunt, qui sedebunt? nempe de quibus dictum est: et uos sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israhel.

1 Hierem. XXX, 6. 5 Gal. IV, 19. 7 Matth. IX, 2. Ioh. XIII, 33. 16 Matth. XI, 25. 21 Matth. XIX, 28.

1 ieremiā ꝓf&ā *R* profetam hieremiam *VPT* decentem (*sic*) *ex* dicentem *R* inquid *G* itaquae *V*¹ itaque *V*²*RPT* 2 partum *ex* partus in *V* istae *R* ista *PT* 3 a deo *PTb* ab eo *GVR sed cf. Acad. p. 31* 7 fili — iterum *add. m. 2 in marg. infer. V* filioli *GVR* filii *PT* 8 filii *GRPT* fili *V* 10 praeponitur *GVRP* ꝓponitur *T* inquit *VR* inquid *G om. PT* 11 fili *GV* mea quae *GVPT* mea haec quae *R* 12 scribsit *GV* testimonia *GRPT* in testimonia *V* 13 deuersatur *GT* diuersatur *VRPE* 16 confitebor *GP* confiteor *VRT* dñe dš pater *GV* domine pater *PT* pater domine *R* 17 et terrae *om. R* quia *GVP* qui *T* qm̄ *R* et prudentibus *GRT* et prudendētibus *V om. P* 18 ea *GVPT* illa *R* paruolis *V cf. Abh. IV, 82* 19 consequitur *P* usquae *V* 20 inquid *V* super terram sedem *V* super — sedebunt *om. PT* 23 istrahel *V*.

22. Non neglegendum est autem id, quod superius et inferius dicitur. superius enim dictum est: ponam super sedem meam; nunc autem dicitur: sedebunt super sedem tuam. et hoc quid erit? nempe id, quod dicitur: omnia, quæ patris sunt, mea sunt. sedis patris sedis et filii est, quia: ego et pater unum sumus. aut quomodo intellegetur: ponam super sedem meam et: sedebunt super sedem tuam, nisi quod per concordem et non dissimilem a se innascibilis unigenitique naturam et pater in filio et filius in patre est deitatis in utroque nec genere nec uoluntate dissidente substantia, cum paternæ maiestatis gloria unigenito congenita sit? atque ob id sedem filii sedem suam pater nuncupat, quia et ex se et in gloria indemutabilis diuinitatis suæ unigenitus et uerus deus natus sit, nec contumeliam communicatarum cum eo sedium sentiat, cui ex se genito in naturæ similitudine nulla diuersitas est.

23. Dignitas deinde eorum, qui in sæculum super sedem sessuri sunt, ostenditur ita: quoniam elegit dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi. hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam præelegi eam. non montem scilicet Sion desertum et inutilem legit, neque ciuitatem dirutam et euersam. locis enim deus non continetur, neque omnipotens et æterna substantia aut in desertis montium solitudinibus aut in nominibus urbium ruinis iam deformium conquiescit. sed elegit eorum requiem, de quibus dominus in euangelio ait: nemo uenit ad me,

4 Ioh. XVI, 15. 6 Ioh. X, 30. 26 Ioh. VI, 44.

1 et superius *R* 2 est *om. R* 5 sunt mea sunt *om. P* sedis patris *GR^1* sedes patris *VR^2* sed ipsa patris *P* & ipsa patris *T* sedis et filii est *GR^1* sedes et filii est *VR^2* et filii sedes est *PT cf. Acad. p. 69* 6 aut *GVPTe* at *Rb* intellegetur *GVR* intelligitur *PTE* 8 quod *GVPT om. R* 10 et filius in patre *GPT* et in patre filius *VR* 11 substantia cum paterna et (cũ substantia paterna & *T*) maiestatis gloria unigenito cognita sit *PT* 12 congenita *ex* congenito *m. 1 R* id *om. V* fili *V* 13 pater *ex* paternam *m. 2 V* nuncupat *PTE* nuncupet *VR* 14 contumelia *P* 15 communicatarum *Ts* communicaturũ *VRPα* 18 ostenditur ita *RPT* ita ostenditur *E* 22 legit *RPT* elegit *E* dirutam *Rb* erutam *PTe* 23 dñs *P* 24 desertis *VRTE* discretis *P* nominibus *VRb om. PTe.*

nisi pater, qui me misit, adducat illum. illam Sion sanctam et cælestem Hierusalem elegit, concordem scilicet fidelium cœtum et sanctificatas sacramentis ecclesiæ animas, in quibus tamquam rationabili et intellegenti et emundata et æterna per resurrectionis gloriam domo rationabilis et intellegens et inpolluta et æterna inenarrabilis diuinitatis natura requiescat. non quod ex ea, in qua est, infinitatis suæ inmensitate desistat, ut humanarum mentium angustiis coartetur; sed quia per digni se habitaculi sedem, qui ubique et idem et totus et semper est, in sanctis probabilibusque requiescat. ubi nulla offensio, non demutatio, sed in sæculum sæculi, id est in æterna tempora digna et placens habitatio sit electa.

24. Dehinc sequitur: uiduam eius benedicens benedicam. quidam translatorum interpretatus esse ita repertus est: captionem eius benedicens benedicam: tamquam uenatoribus et piscatoribus hominum effectis apostolis hæc eorum benedicta sit captio, maxime quod Bethsaida, ex qua apostoli sunt, per interpretationem linguæ hebraicæ domus uenantium nuncupetur. sed nobis sequenda est prima illa et sub Iudæorum temporibus ante domini aduentum ad ecclesiæ doctrinam consignata translationis auctoritas: uiduam eius benedicens benedicam. quanta uiduarum dignitas est et honesta unius tori conscientia et felicis continentiæ indemutata constantia! hæc enim benedicitur et benedicendo benedicitur: ex iudicio scilicet benedicentis benedictione fit digna. sed apostolus gentium doctor hortatur nos et aliud de uidua, quæ benedicenda est, sentire. lege enim non per uirtutem spiritalis

1 misit me *R* 5 per *VPTE* p *supr. scr. R* domo *VPTE* domū *R* et intellegens — inenarrabilis *in marg. super. add. P* 7 ex ea *VPTE* ex eo *R* in ≡ qua (n *ex* m?) *R* infinitatis suae *VRe* infinitas sua *PTb* 11 offensio, non demutatio *VRP* offensio, nulla demutatio *e* offensionum demutatio *Tb* 12 sit et electa *V* 14 quidam translatorum — benedicam *om. PT* interpraetatus *VR* 17 maxime quo *V* bethaida *T* betsaidam *V* 18 hebreicae *V* haebraicae *R* 19 uaenantium *P* nuncupetur *VRP* nuncupatur *T* 20 temporibus — eccle *in ras. m. 1 R* 21 auctoritas *RPT* auctoritatem *V* 23 et felicis — constantia *om. R* continentiae *ex* continentiam *m. 2 V* 24 et benedicendo benedicitur *VR om. PT* 25 benedictione *RPT* benedictio *V*.

efficientiæ, sed per finem obseruantiæ eius emortua uiduam eam esse, quæ ex synagoga effecta ecclesia sit, docet dicens: an ignoratis, fratres — scientibus enim legem loquor —, quoniam lex dominatur homini, in quantum temporis uiuit? quæ enim sub marito est mulier, uiuo marito uincta est legi. si autem mortuus fuerit maritus, euacuata est a lege mariti. ergo uiuente marito adultera uocabitur, si iungatur alii uiro. si autem moriatur maritus eius, liberata est a lege, ne adultera teneatur coniuncta alii uiro. itaque, mi fratres, et uos mortificati estis legi per corpus Christi: ut et ipsi sitis alterius, eius, qui a mortuis resurrexit. conparatione uiduæ, quæ mortuo marito libera, quibus uolet, nuptiis sit, desinente iam lege uiduam legis ecclesiam esse demonstrat Christo legitime copulandam. hanc ergo legis uiduam benedicendo benedicet.

25. Deinde ait: pauperes eius saturabo panibus. bonum est in ecclesia pauperes non esurire: quia, cum inops pascitur aut sitiens potatur aut nudus uestitur aut infirmus uisitatur aut carcere clausus requiritur, et hæc officiorum obsequia ei deferuntur, qui in singulis nobis esurit et sitit et alget et infirmatur et clauditur quique ait: amen, dico uobis, quia, quæ fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis. per hanc ergo dictorum eius fidelem professionem pauperes panibus saturat. saturat autem et eos panibus, qui per humilitatem cordis contemptumque sæculi se ipsos in paupertate

3 Rom. VII, 1 sq. 23 Matth. XXV, 40.

4 quonia *V* homini ex homi *m. 2 V* hominis *R* 6 uincta *VRPT* iuncta *e* 7 fuerit maritus *V* fuerit uir eius *PT* fuerit *R* euacuata est *supr. scr. P* 9 si autem *R (ἐὰν δὲ cf. Sabatier III, 616)* si ante *V* si uero *e* si autem — coniuncta alii uiro *om. PT* 11 alii *VE* alio *R* mi fratres *VRP cf. Neue Formenl. II, 188* mei fratres *T* fratres mei *E* 12 legi *VPT ex* lege *corr. m. 1 R* 13 eius *VRT om. P* 14 nuptiis sit *VRe* nuptiis iungitur *PTb* 19 esurire *RPT ex* esuriri *m. 2 V* 21 et haec officiorum obsequia ei *R* ei haec officiorum obsequia *PTE* 23 amen *VR* amen amen *PTE* 25 dictorum eius *RPTE* dictorum *V* professionem *VRPTb* promissionem *e* pauperes *R* pauperes eius *VPTE*.

constituunt, quos cibo uitæ perennis explebit, sicut loco alio dictum est: diuites eguerunt et esurierunt; inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

26. Deinde sequitur: sacerdotes eius induam salutare, et sancti eius exultatione exultabunt. sacerdotes superius iustitiam induuntur; sed profectum honoris sui sumunt: salutare scilicet induuntur conformes effecti gloriæ salutaris, quia secundum apostolum de cælis saluificatorem nostrum expectamus, qui potens est secundum operationem efficientiæ suæ corpus humilitatis nostræ conformare corpori gloriæ suæ. hoc ergo salutari sacerdotes induuntur; sed et sancti exultatione exultabunt. superius exultabunt tantum, adhuc in humilitatis corpore positi et spe tantummodo æternitatis læti: ceterum nunc perfecta exultatione exultantes, non spe, sed ueritate, non imagine, sed corpore. est enim plerumque exultatio, quæ demutari solet uel casu uel infirmitate uel tempore; at uero hæc sanctorum exultatio ea est, ut exultatione consummatæ in se exultationis exultent.

27. Causa autem exultationis ostenditur: illic producam cornu Dauid. cornum regni insignium est: per hoc enim unguentum regium regnaturis infundebatur. illic cum dicitur, requies significatur, de qua dictum est: hæc requies mea

2 Ps. XXXIII, 11. 8 Phil. III, 20.

1 perhennis *R* 4 deinde *Re* dehinc *VPTb* salutare *V cf. Sabatier II, 260 et infr.* salutari *RPTE* 5 et sancti eius exultatione eius exultabunt *V* 6 superius *VPTE* super *R* iustitiam *R cf. p. 675, 1* iustitia *VPTE* 7 salutare *GVR* salutari *PTE* induantur *G* 8 de caelis *GVR om. PT* 10 confirmare *G cf. Acad. p. 47* 11 salutari *RPTE* salutaris *V* induuntur *RPTE* induantur (?) *G (cf. Acad. p. 14)* induentur *V* sed sed et sancti ex*ltabunt exultabunt superius exultabunt *G* 12 superius exultabunt *add. m. 2 V* humilitatis corpore *VPTE* humilitate corpore *G* humilitate corporis *R* 14 perfecta exultatione *VRPTE* per profetā exultatione *G* 15 imagine *G VR^1Te* in imagine *R^2Pb* 16 demutari *VRPT* de**turi (?) *G* ad uero *V* 17 ea est *Re* est *VPTb* 19 illic *V^2PTE* illuc *V^1R cf. Sabatier, II, 260, infr. lin. 21* 20 o*r**m *G* cornu *ex* cornū *R* cornu *VPT cf. p. 676, 21; 683, 1 et Acad. p. 41* insignium *VRPT et G ut uidetur (ubi, quamquam h. l. multa euanuerunt, litterae* insigni*** *etiam nunc legi possunt)* insigne *E.*

in sæculum sæculi. in hac igitur requie cornum Dauid, id est regnum illius, de quo prophetatur, Dauid deus producit: non illud humanum neque corruptibile nec caducum, sed illud, quod secundum requiem dei in sæculum sæculi est. et quorum erit regnum cælorum? nempe de quibus dictum est: beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum, id est, in quo æternus rex et cuius secundum Danielem regni finis nullus est, regnabit.

28. Non occultus igitur hic rex est: hunc lex prædicat, hunc prophetæ pollicentur, hunc Iohannis pænitentiæ prædicator ostendit. ille est enim secundum domini in euangelio dictum lucerna ardens, Christum tenebris mundi huius ostendens. omnis igitur de eo prophetia lucerna eius est, ignorantiæ nostræ nocti scientiæ lumen ostendens, infideles atque inpios ueritatis luce confundens et in unigenito paternæ maiestatis gloriam docens. et hoc illud est, quod sequitur: paraui lucernam Christo meo. inimicos eius induam confusionem: super ipsum autem floriet sanctificatio mea. parata lucerna est, ne ad cognoscendum eum nox ignorationis obsisteret. inimici eius confusione induentur; uidebunt enim filium hominis in maiestate patris sui: et non salute, sed confusione induentur, terreni scilicet et in dedecoris corpore resurgentes: super ipsum autem floriet sanctificatio mea. exaltauit, inquit, eum deus et donauit illi nomen,

5 Matth. V, 3. 24 Phil. II, 9.

1 cornum *GV* cornu *RPT* 2 profetatur *V* profetat *Ge* prophetatur *RPTb* producit *GRPT* producet *V* 3 illut *V* neque corruptibile *G* nec corruptibile *VRPT* 7 in quo *GPT* in quos *VRE* 8 danielem *GP* danielum *V* danihelum *T* danihaelũ *R* 10 iohannis *GRP* iohannes *V* iohs *T* 13 omnis igitur — ostendens *om. PT* eius est *VR* est eius *E* (*de G h. l. non constat, quia post litteras* lucernae, *quae etiam nunc legi possunt, quaedam euanuerunt*) nostrae *ex* nos *corr. m. 2 V* 14 noctis *V* infide infideles *V* adque *V* 15 in *om. PT* unguento *V* 16 illut *V* quod *GRPT add. m. 2 V* 17 confusionem *GV* confusionẽ *R* confusione *PTE cf. Sabatier l. c.* 18 floriet *GVRPT* florebit *e* 20 induentur *VPTE* induuntur *GR* 21 sed *VRPT* se *G* 22 terreni *GVRPTb* terreno *e* et in dedecoris corpore *Gb* et in dedecori (ori *in ras.*) corpore *R* dedecoris corpore (*om.* et in) *PT* et indecoro corpore *e* 24 inquid *G*.

quod est super omne nomen: ut in nomini Iesu Christi omne genu flectat cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria dei patris, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXII.

Ecce, quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.

1. Per omnem doctrinæ ordinem gradibus scanditur; nam per gradus ad superiora prouehimur. in eo enim,* quod ita cœpit propheta: ecce, quam bonum et quam iucundum. docemur, quid bonum atque iucundum sit, ut per cognitionem eorum in bonis iucundisque maneamus. seruata autem scienter ea ratio prophetæ est, quod bonum iucundumque sociaret: quia non omne, quod bonum est, iucundum est, neque omne, quod iucundum est, bonum est. iucundus est luxus, sed bonus non est; est enim in ipsa illa corporalis lasciuiæ amœnitate detrimentum et salutis et famæ. bona est tolerantia iniuriæ, cum ad inreligiositatem conpellimur pœnis famis, sitis, frigoris, uigiliarum, contumeliarum, dolorum, sed iucunda non est; illic enim iniuriosum perfectæ uirtutis officium est. atque ita per hæc nonnumquam et bonum iucunditate indiget et iucunditas solet eo carere, quod bonum est.

1 ıħu xp̃ĩ *G* iesu *V?RPT* 2 flectat *GR* flectatur *PTE* 4 in gloria dei *GRP* in gloria est dei *T* Explicit psals CXXX incipit psals CXXXI *(sic) G* ///// psalmus ///// incipit psalmus CXXXII *V* Finit psal̃ CXXXI incipit CXXXU alleluia *R* Ex̃p: tractatus psalmi CXXXI inc̃p tractatus psalmi CXXXII *P* Expl de CXXXI incip de CXXXII *T* — *in R ea, quae secuntur, usque ad psalm. CXXXV desunt.* 7 bonũ est et iucundum *V h. l., infra deest, sed G* bonum et qũã iucundum 11 profeta *G* iocundum *PT (ita etiam in seq.)* 12 quod *G ut uidetur* adque *G* 14 ea ratio profetae est *G* ea ratio a propheta est *PT* quod *G* ut *PT* 18 et famae *GT* famae *P* cum *G* maxime cum *PT* 21 adque ita *G* adita *P* et q͵ *T* et ita *E* 22 *sic scripsi Acad. 38;* et bono iucunditas indiget et iucũditas solet eo carere *G* et bono iocunditas solet eo carere *P* et bonum iocunditate et iocunditas solet eo carere *Tb* et bonum iocundo et iocunditas solet eo carere *e.*

2. Videamus, quid illud sit, quod bonum et iucundum esse propheta demonstrat, scilicet habitare fratres in unum. non humanas cohabitationes nec terrenarum domorum communionem propheta laudauit. nam fratres ob hæc ipsa tectorum consortia dissidentes uidemus, et inimicos sæpe eiusdem domicilii habitatio continet: et nonnumquam incrementum odiis ipsa illa cohabitandi indignatio subministrat. sed nouit esse apostolus communem et religiosam domum dicens: ut scias, quemadmodum oporteat te in domo dei deuersari, quæ est ecclesia dei uiui, columna et firmamentum ueritatis. itaque bonum et iucundum est in unum habitare fratres. cum in unum habitant, conuentu ecclesiæ congregantur: cum fratres nuncupantur, unicæ uoluntatis caritate concordes sunt.

3. Ad primam enim apostolorum prædicationem hoc præcipuum fuisse credentium præconium legimus, quod dicitur: erat enim omnium credentium cor et anima una, adsensu eadem, uoluntate non dissonans, fide socia, amoris ac sententiæ unanimitate perfecta. et hoc testatur ille gentium doctor dicens: ut sitis omnes perfecti, eodem sensu, eadem sententia. et rursum: inplete gaudium meum, ut idipsum sapiatis eandem caritatem habentes, unanimes, unum sentientes, nihil per æmulationem siue per inanem gloriam agentes, sed in humilitate inuicem arbitrantes præcellere super inuicem, non sua, sed aliorum unusquisque uestrum contemplantes. hoc apostoli

8 I Tim. 3, 15. 17 Act. ap. IV, 32. 20 I Cor. 1, 10. 22 Phil. II, 2.

1 illud sit *GPT* sit illud *E* 4 propheta laudauit *scripsi* profeta laud*** *G* propheta Dauid dicit *PTE* | ob *Pe* sub *Tb* (*de G h. l. non constat cf. Acad. p. 25*) 9 oporteat te *G* te oporteat *PT* deuersari *PT* diuersari *G* *sed cf. p. 237, 14* 11 habitare fratres *GPT* fratres habitare *V* 12 cum (*supr. scr. P*) in unum *PTE* quia cum in uno *V* conuentu ecclesiae (eclesiae *V*) congregantur (congraegantur *V*) *VPT* conuentum ecclesiae congregant *e* 15 hoc praecipuum *PTE* hoc magnum praeceptum *V* 16 credentium praeconium *om. V* 18 assensu eodem (*in ras.*) *P* 22 eadem *P* 23 abentes *P*.

gaudium est, idipsum nos sapere, amore eodem contineri, per unius sensus sententiam unanimes permanere, non per æmulationem separari, neque per inanis gloriæ studium dissidere, non sua, sed aliorum unumquemque cogitare oportere, ut ea, quibus alienæ uoluntates in concordia detinendæ sint, cogitemus. quod alio in loco admonet dicens: si possibile est, ex uobis ad omnes pacem habentes. ex nobis uult esse, ut, si possibile est, pax ad omnes sit. uoluntas nostra omnium amicitiis dedita sit, si et ceterorum natura habeat pacis adfectum; dummodo non ex nobis causa aut interruptæ aut non conseruatæ pacis existat. hoc itaque populo dei congruit, sub uno patre fratres esse, sub uno spiritu unum esse, sub una domo unianimes incedere, sub uno capite unius corporis membra esse. non enim oculus aurem odit, nec nares os exsecrantur, nec manus pedem spernit. hæc enim ut officiis mutuis sibi, ita et amore destricta sunt. hoc iucundum et bonum est, habitare fratres in unum, in eodem esse, idem esse, nec congregatione fieri nec amore diuersos.

4. Conparationem uero huius boni iucundique propheta constituit dicens: sicut unguentum de capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Aaron unguento, cuius compositio et confusio ex odoribus continetur, unctus est in sacerdotem. hanc consecrationem primi sacerdotis sui deo esse conplacuit. dominum quoque nostrum inuisibiliter et incorporaliter unctum esse cognouimus, cum dicitur: unxit te

6 Rom. XII, 18. 26 Ps. XLIV, 8.

5 in concordia *ex* incordia *m. 1 P* 6 quo alio *P* ex uobis ad omnes — si possibile est *in marg. super. add. P* 9 si et *P* etsi *Te* natura habeat *PT* natura non habeat *e* 12 *inter* uno *et* patre *lacuna 4—5 litt. T* fratres esse sub *V ex usu Hilar.* fratres et sub *PTE* 13 unianimes *V* unanimes *PTE* sub uno capite T^1E sub uno corpore *V*, T^2 *in marg.*, sub uno corpor = e *P* 16 destricta *ex* districta *T* 17 c̄gregatione *ex* gregatione *P* 20 de capite *VT* in capite *Prb cf. p. 687, 30* 21 in barbam aron (a *superscr.*) *P(r)* in barba aron *V* in barbam barbam Aaron *Tb* 24 primi sacerdotis sui *PTE* primum sacerdoti suo *V* 25 et incorporaliter *TE* et corporaliter *P om. V*.

deus tuus oleo exsultationis. unctio ista terrena non est, incorporea est, inuisibilis est: non de oleo ut sacerdos et propheta, non cornu ut rex, sed oleo exsultationis ungitur. opus istud lætitiæ spiritalis est et ad sacramentum cælestis unctionis exsultationis fructus adhibetur; non materies creaturæ est. quia corporalia corporalibus indigebant, Aaron myro confusionis ungitur; sed id, quod corporale est, per efficientiam uirtutis spiritalis imbutum speciem olei cælestis imitatur. denique post hanc unctionem Aaron secundum legem Christus est nuncupatus, postquam unctionis confusio per id, quod a deo confundi demonstrata est, in speciem unctionis inuisibilis consecratur. ut igitur hoc myrum omnes fœtentes odores et inmundos cordium spiritus. quocumque infusum fuerit, extinguit seque in omnia, in quæ infertur, odor hic suauitatis infundit, ita per hoc sacramentum unctionis infusæ et per eam omni terrenorum ac sordentium uitiorum nostrorum fœtore deterso deo iam quod est suaue spiramus. nouit hunc suaueolentiæ spiritum beatus apostolus Paulus dicens ita: *Christi bonus odor sumus deo in omni loco, in his, qui saluantur, et in his, qui pereunt; et in istis quidem odor ex morte in mortem, istis autem odor ex uita in uitam:* ut odorem uitæ nos esse uiuentibus, ita odorem esse mortis his, qui in peccatis suis morerentur, ostendens. ipse autem Christi odor ex nobis bonus deo est. ut igitur placitum hoc in primo, id est Aaron, sacerdote unguentum deo extitit, quo in exemplum olei exsultationis perungebatur gratum deo ex se fidei et innocentiæ odorem præbens, ita bonum et iucundum est habitare fratres in unum, per quod unanimitas uoluntatis eiusdem primis et maximis sacramentis bonorum cælestium conparatur.

5. Descendit autem unguentum a capite in barbam. barba uirilis ætatis ornatus est. neque enim nos paruulos esse in

18 II Cor. 2, 15 sq.

1 deus tuus *Pe* *cf. Sabatier II, 92* deus deus tuus *Tb* 2 de *om. T* 3 ut reges ungebantur *Vr* oleo laetitiae *Vr* ungitur *E* unguitur *T* ungetur *P* unctus est *Vr* 6 myrro *Tα* 7 unguitur *T* ung&ʹ *P* 9 aro *V* *hic desin. cod. V* 12 mirum *P* myrrum *Tα* unguentum *r* 17 speram' *P* 20 et ≡ ≡ istis *P* 26 gratum *PT* et gratum *e* 27 praebens *T* praeb& *P* praebet *e.*

Christo oportet nisi ad id tantum, quod dictum est: paruuli malitia, non sensu. infideles autem omnes idem apostolus paruulos esse, quia infirmes ad cibum firmum manentes adhuc lactis egeant, obiurgat dicens: lacte uos potaui, non cibo: non enim poteratis, sed neque adhuc potestis. de se autem ita: cum factus sum uir, dereliqui ea, quæ sunt paruuli. occurrere uero in id festinat, in uirum consummatum, in mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi. unguentum hoc ergo in Aaron barbam. id est in consummatæ fidei uirum descendit a capite. caput secundum apostolum uiri Christus est. Moyses unguentum hoc composuit et confudit; sed componendum et confundendum deus docuit, et deus mediator in lege. de capite ergo, id est de Christo descendit in barbam: et ab eo descendit, cui dictum est: unguentum exinanitum nomen tuum. descendit autem in eum, qui per ætatis firmitatem indemutabilis esset fidei firmitate mansurus. descendit autem etiam in ora uestimenti. ora uestimenti ea sunt, quæ usque ad pedes defluunt, per quod ad omne corpus hic unguenti odor a capite in barbam et deinde ad uestimenti ora descendit. in his autem mulieribus, quæ ungentes dominum typum ecclesiæ in euangelio prætulerunt, ita docemur, quod una caput, alia pedes unxerit; per quod unaquæque earum significatur in parte corporis omne corpus unxisse. media itaque corporis prætermissa sunt. nam dum ora uestimenti et barba memorantur, omne in his corpus ostenditur.

1 I Cor. 14, 20. 4 I Cor. 3, 2. 6 I Cor. 13, 11. 7 cf. Ephes. IV, 13. 14 Cant. I, 2.

3 infirmes ad cibum *T* infirm*s ad cibum *G* infirmis ad cibum *P* infirmi sint ad cibum *r* infirmi sumere cibum *e* manentes *PT* minime ualentes *e*, *om. r* 5 non enī *PT* nondum enim *rE* 6 dereliqui ea (ea *om. r*) quae sunt paruuli *Gr* ea quae sunt paruuli dereliqui *PTE* 8 plenitudinis *om. PT (de G h. l. nihil constat), sed cf. Sabatier III, 799* 9 in aaron barbam *PT* in barbam Aaron *rE* 11 capud *G* 13 in lege *GT supr. scr. P* 17 fidei *supr. scr. T* 18 in ora *PTr (cf. Sabatier II, 261 et infr.)* in oram *E* 19 defluant (?) *G* 21 ora *GPTr* oram *E* 22 unguentes *T* 24 unaquaeque *G* quaeque *PTE* 26 memorātur *a* memoratur *GPTr*.

6. Additur etiam et alterius conparationis exæquatio, cum dicitur: sicut ros Hermon, qui descendit in monte Sion. ros ab Hermon in Sion non descendet; multo enim a se interuallo hi montes diuersi sunt. neque sane natura fert, ut ros a loco in locum descendere posse uideatur. Sion autem est secundum doctrinam cælestem ecclesia, uel quæ nunc est, uel quæ erit sanctorum, quæ per resurrectionem glorificatorum et lætantium angelorum cœtu frequentatur. Hermon autem mons est in Phœnice, cuius interpretatio anathema est; quod enim nobiscum anathema nuncupatur, id hebreice Hermon dicitur. fertur autem id, de quo etiam nescio cuius liber extat, quod angeli concupiscentes filias hominum, cum de cælo descenderent, in hunc montem maxime excelsum conuenerint. sed hæc prætermittamus. quæ enim libro legis non continentur, ea nec nosse debemus: commemorata autem ob id tantum sunt, quia nos de hoc monte dei per prophetam professio commouebat. certe hodie gentes montem hunc profana religione uenerantur et interpretationem nominis sui, quod est anathema, ipsa illa impiæ superstitionis sede testantur.

7. Ros uero de cælis est, et inter benedictionum munera optari eum meminimus, cum Isaac ad Iacob ait: et det tibi deus a rore cæli et ab ubertate terræ multitudinem. ergo quia munera et benedictiones dei, quibus primum omnia, cum creata et facta sunt, benedixit, postea uero ex peccato Adæ in anathemate constiterunt, gratum deo est, ea rursum in sanctificationis sedem redire atque descendere. benedictus

21 Gen. XXVII, 28.

1 addetur *G* 2 in monte *G* (*cf. Sabatier l. c.*) in montem *PTE* 3 descendet *G* descendit *PTE* 4 diuersi *P* diūsi *T* diuisi *rE* fert ut *rE* fertur (?) *G* ferret ut *PT* ros *PTrE* nos (?) *G* 5 descendere posse uideatur *r* ********re posse ******** *G* descendat *PTE postea in G legi potest:* ——— et quod est potius - - - cundum doctrinam. *quaedam in cet. libr. excidisse uidentur.* 9 nobiscum (cum *in ras. P*) *GPTab* nobis *s* 10 hebreice *G* hebraice *cet., cf. Georg. Lex. I, 2795* 13 ***tem ——— et illic ——— po ——— quae *G fort. post* conuenerint *similia iis praebuerat, quae sunt in r:* et illic de concupiscentiae suae desideriis disposuerunt. 15 de *Gs, om. PTa* 16 com*** *G* commouebat *PT* commonebat *ed. Basil. 1550, Par. 1572 fort. recte* 18 interpraetatione *G* 19 supstitionis *ex* supstionis *P* testantur *PTE* certatur (?) *G* 25 anathemate *ex* athemate *G*.

enim homo fuit; sed post benedictionem, statim ut peccauit. statim impius fuit. sed qui mauult peccatoris pænitentiam quam mortem, uult benedictionis suæ rorem ab Hermon in Sion descendere, id est ex impietatis sede in sanctificationis locum transire. rore enim omnia uirescunt, aluntur, augentur: ita principali illa dei benedictione homo gignitur, spirat, excrescit. est ergo bonum atque iucundum, ut a gentili errore, id est a profana Hermon ueneratione descendens ad Sion, id est ad æternæ beatitudinis domum transeat et eum, qui salute omnium lætatur, oblectet ob id: quoniam illic mandauit dominus benedictionem et uitam usque in sæcula, in Sion scilicet uel etiam in unanimitate cohabitantium fratrum. benedictiones enim ecclesia sola largitur, uitam æternam unanimitas promeretur. qui dixit enim æternæ uitæ uiam pandens: diligite inuicem, sicut ego dilexi uos, non mendax est. est enim ipse ueritas, uia, uita, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXIII.

Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini: qui statis in domo domini, in atriis domus domini.

1. Finem sumunt cantica graduum, sed ascensionibus suis dignum. cum enim per ea ad cognitionem sacramenti cælestis scandatur, necesse est, ut postea benedictio ei, ad quem conscensum sit, debeatur. uocat igitur omnes propheta, ad benedicendum dominum et tamquam consummatis omnibus uniuersos ad contestationem honoris debiti congregat dicens: ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini. in eo autem, quod ait: ecce nunc, elaboratæ ascensionis perfectum opus esse significat, ut iam nunc benedicant, quia proficientes

15 Ioh. XIII, 34. 16 Ioh. XIV, 6.

1 statim ut peccauit statim impius *G* peccauit et statim impius *PTE* 2 sed quia *G* 3 qã (u) *G* 5 reuirescunt *r* 6 sperat *P* 11 dñs *om.* *PT* 15 sicuti *P* ñ m̃dax ẽ enĩ ipse *P* Explicit psalmus CXXXII inč psalmus CXXXIII *P* Expl. de CXXXII incip. de CXXXIII *T* 24 quẽ *ex* q. *P* 25 prophetia *Pα* 28 serui dñi *PTα* serui eius *ε*.

ascenderint. benedicendus est, quia nos in excelsum prouexerit. quia fidei gradibus in sublime domus suæ eleuauerit. benedictione autem dei os peccatoris indignum est; et idcirco ait: omnes serui eius. non omnium est deo accepta benedictio, neque se promiscuus putet placere posse. soli istud conpetit dei seruo, non peccati seruo nec sæculi seruo. omnis enim, inquit, qui facit peccatum, seruus est peccati. seruo igitur dei conpetit, ut dominum suum religioso ore benedicat.

2. Ac ne ipsi quidem seruo hoc erit proprium, qui se seruum nomine solo profiteatur, qui etiam nunc cunctabundus et fluctuans incerto fidei uento circumferatur, cuius cogitatio et uoluntas in recordationem peccaminum et in curas uoluptatum euagetur. et idcirco cum dixisset: ecce nunc benedicite dominum omnes serui eius, adiecit: qui statis in domo domini, in atriis domus domini. qui stat, loco non mouetur. iam cucurrit, iam ascendit, iam immobilis manet, iam auide bibit beatam illam prophetæ uocem: statuit super petram pedes meos; et rursum: in petra exaltasti me; et audiet tamquam Moysi sibi dici: tu autem sta hic mecum. de peccatoribus autem ita legimus: dilexerunt mouere pedes suos. standum ergo est in domo domini, quia benedictio stantium placeat et stantium in domo illa sancta et cælesti Hierusalem et angelorum frequentium, ad quam per hanc ecclesiæ et conuentus nostri domum scanditur.

3. Et quia plures apud patrem mansiones sunt, benedicunt dominum non solum in domo stantes, sed etiam in atriis eius. non omnis domus atrium est. domus est etiam, quidquid extra

6 Ioh. VIII, 34. 17 Ps. XXXIX, 3. 18 Ps. XXVI, 6. 19 Exod. XXXIV, 2. 20 Hierem. XIV, 10. 25 cf. Ioh. XIV, 2.

4 benedictione quae se *P* 9 seruo *supr. scr. m. 1 P* 10 cunctabunt[b] *P* 11 fidei uento *PTb* fidei uoto *e* in recordationē *Te* in recordatione *Pb* 15 domus dñi *PT cf. p. 692, 11* domus dei nostri *E* 16 iā audebit beata illa prophetae uoce *dein spatio unius uerbi sine scriptura relicto in marg. adscriptum* dicere *T* 19 dič aut̃ sta *P* 21 q(a)≡ benedictio: (ne circū) stantiū *P* 23 frequentia *T*.

atrium est: interior autem et familiarior atrii sedes est. interiores stabunt ergo, qui in atrio sunt, quia, sit licet dignitas in domo stare, præuenit tamen ille, qui in atrio steterit. diuersos uero esse eos, qui in domo, et eos, qui in atrio sint, alibi propheta demonstrat dicens: plantati in domo domini in atriis dei nostri florient. maior fructus est effloruisse. et licet plantatio habeat dignitatem, præcellit tamen efflorescentium honor, quia, ut initium in plantatione est, ita gaudium boni operis in flore est.

4. Repperi autem quosdam ambiguos circa hoc: in atriis domus domini fuisse dicentes, idcirco hoc a translatoribus primis adiectum esse, quia sub iisdem uersibus sequenti psalmo continetur, opinantibus ipsis scriptorum uitio in libris hebraicis fuisse præteritum. sed noui interpretes, quæ uolunt, tractent: nobis uero obsequendum est et auctoritati translationum et uetustati.

5. In hanc autem spem standi in domo et in atriis domini propheta nos hortatur dicens: in noctibus extollite manus uestras in sancta et benedicite dominum. agimus enim secundum apostolum sub principibus harum tenebrarum, et nox nos sæculi detinet, quæ per euangelicam prædicationem iam proficit in lucem. nox enim iam proficit, sicut in die decenter ambulate. in hac igitur nocte ignorantiæ, insidiarum, infirmitatum, concupiscentiarum, uitiorum eleuandæ manus sunt in sancta, non ad precandum et orandum tantum, sed et ad operandum. preces enim nudæ non proficiunt. eleuanda autem opera nostra sunt in dei sancta, id est in nudis uestiendis, in esurientibus cibandis, in sitientibus potandis, in adflictis consolandis, in oppressis adiuuandis, in omnibus diligendis. hæc enim nos in hac corporis nostri infirmitate sanctificant, hæc deo placita et sancta sunt. et hoc non ignorat

5 Ps. XCI, 14. 20 Ephes. VI, 12, 22 Rom. XIII, 12 sq.

1 interiores stabunt g̊ *T* interior stab͂t ergo *P* interius ergo stabunt *E* 3 diũsos *T* 6 florient *PT* florent *e* 7 effloriscentium *P* 12 sub isdem uerbis (*sed in marg.* uersibus) *T* salmo *P* 22 proficit *P* ꝓfecit *T* prodiit *E* (προέκοψεν) proficit *P*[1] profecit *P*[2]*T* proficiscitur *E cf. Addenda* 29 om̃ibus *T* hominibus *ex* omnibus *m. 2 P.*

propheta dicens: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. nunc enim in consummationem sæculi, quod est uespertinum, non in tauris et in hircis, sed in operibus bonis deo hostia est. Moyses nos docuit exemplo, qui, cum eleuatis constitisset manibus, uincebat, summissis uero in terram uincendum populum ab hoste præbebat, ostendens per hanc formam, hostem nostrum, si terrena opera nostra sint, uincere, si excelsa uero sint, esse uincendum. eleuandæ igitur manus nostræ sunt in noctibus, ut plantemur in domo, ut in atriis floreamus. et benedicendus est dominus, id est cum dei benedictione semper operandum est, ne, cum panem inopi præbeas, metu famis tristis sis; ne, cum sumptum indigenti offeras, damnum putes; ne, cum nudum ueste induas, exui te existimes. hilarem enim datorem amat deus

6. Quid autem læta et benedicentia eleuatarum manuum opera mereantur, ostendit dicens: benedicat te dominus ex Sion, dominus scilicet ecclesiæ et sanctæ Hierusales et ciuitatis uiuis lapidibus gemmarum extructæ. et ut in deo uero et æterno spem omnem nostram positam cognosceremus, adiecit: qui fecit cælum et terram, eum scilicet ecclesiarum deum esse demonstrans, qui cælum fecisset et terram: per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXIV.

Alleluia.

Laudate nomen domini, laudate serui dominum: qui statis in domo domini, in atriis domini dei nostri.

1. Psalmus secundum simplicitatem audientium absolutus uidetur. ea enim ex maiore parte in eo continentur, quæ libro

1 Ps. CXL, 2. 14 II Cor. 9, 7.

3 tauris *ex* auris *P* 9 domo *ex* domu *P* 11 operandum *GTb* orandum *Pe* 12 sumptum *Ge* sumptu *P* sūpt' *Tb* 13 induis *PT* 17 eclesiae *G* hierusales *G* hierusalem *PT cf. Acad. p. 28 et praef.* 18 lapidibus gemmarum *G* gemmarum lapidibus *PTE* erit in deo uero aeterno ut spem *P* Explicit psals CXXXIII incipit psals CXXXIIII *G*. Explicit psalmus CXXXIII inc̄ itē CXXXIIII *P* Expl. de CXXXIII incip. de CXXXIIII *T*.

Exodi inscripta sunt, Aegypti plagæ, Pharaonis pœna, regum mortes et hostilis terræ obtenta hereditas. sed si secundum apostolum, quæ in lege sunt, umbra est futurorum, quæ in ea gesta fuerunt, allegorumena sunt, non neglegenter audienda sunt, quia sub corporalium gestorum fide in exemplo sint spiritalium operum constituta. magnæ autem diligentiæ res est, uirtutem uerborum conlocatorum expendere et scire, quid cuique rei sub eorum, quæ dicta sunt, significatione sit proprium. ut enim non omnium est herbarum genera uirtutesque nosse, et si qui inperitus ac nescius in agrum his salubribus herbis diuitem uenerit, omnia inutilia et promiscue genita existimans præteribit, at uero si peritus et doctus hunc pretiosissimum in his germinibus agrum fuerit ingressus, omnia, quæ ab aliis præterita erunt, demetet et ea, quæ ab ignaris erunt neglecta, mirabitur sciens, quando utile metendorum eorum tempus sit et in quæ genera sanitatum his utendum sit et quantum ex his aut quo usque moderandum sit, sic et in diuinis scripturis esse intellegendum est, ut, si eas inperitæ aures et mens rustica audiat, tamquam otiosas et non necessarias neglegat; at uero si calens ad cognitionem dei auditor ac lector adstiterit et cui frequens lectio et spiritalis gratiæ donum scientiam diiudicandi singula intellegendique præstiterit, mirabitur omnia atque his secundum naturales eorum uirtutes et efficientias utetur non ignarus, quando quid præsumendum sit et in quam curationem

1 inscribta *G* faraonis *G* 2 hostili^s *G* sed si *G* sed *PTE* 4 allegorumena *Ge* allegorum̄ra (rica di *superscr.*) *P* allegorim̄ra *Tα* 5 gestorum gestorum *G* in exemplo *G* in exemplum *PTE* 9 nosse *om.* *G* 10 si qui inperitus ac nescius *GPT* si quis imperitus ac nescius *α* si quis imperitus aut nescius *e* 11 promiscua egeneta (i *superscr.*) *P* 12 ad uero *G* praetiosissimum *G* pretiosum *PTE* 13 germinibus *GPe* graminibus *Tb* 14 praeterita eunt *P* neglecta *ex* neclecta *P* 16 in quo genere (o *et* e *in ras.*) *P* 17 sic et in *TE* (*sed T in marg. add.* et qđ) sit et qđ in *P* 18 et sic eas (?) *G* inperitae aures *G* impiatae aures *T* impiae (ae *in ras.*) aures *P* impia auris *E* 20 si calens *GT* si ≡ cales (a *superscr.*) *P* ac lector *GPTα* aut lector *e* stiterit (ad *superscr.*) *G* 22 adque *G* 23 eorum — utetur non *h. l. omisisse et postea inseruisse uidetur G.*

eligendum, quando ex eo corpori sanatio, quando animæ medella tribuenda sit, ne quid præproperum, ne quid inportunum ac tardum sit, sed conlatis et uirtutibus et temporibus et rebus non inperite his, quæ sibi conperta fuerint, utatur; quod quidem maxime in hoc psalmo ita esse intellegitur. incredibilem enim in modum ea rebus gestis uerba subiecta sunt, ut, cum fideliter illa, quæ gesta sunt, enuntiarent, maiorem tamen internæ et spiritalis intellegentiæ profectum ex se ita conlocata præstarent. neque tantum hæc ratio seruata est, ut res ipsæ, quæ corporaliter gestæ sunt, ad ostendendam dei magnificentiam commemorarentur, uerum etiam ut per condiciones gestorum et uirtutes nominum exemplum de se gerendis in his, quæ sunt gesta, præberent. itaque necessarium est hæc singula personis, temporibus, uirtutibus discernere, ut ea, quæ incuriosæ aures tamquam non necessaria forte perdiderint, ipsa illa ad humanæ infidelitatis medellam sanationemque referantur. et hoc ipsis rebus in psalmo docebimur, qui ita cœptus est:

2. Laudate nomen domini, laudate serui dominum: qui statis in domo domini, in atriis domini dei nostri. laudate dominum, quia benignus est dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue est. et contuendum in exordio psalmi est, quod ad laudem nos dei aduocat, cum in superiore psalmo ad solam benedictionem hortatus sit. præstare autem laudi benedictionem non ambiguum est. primus enim honor in benedictione positus est, sed

1 el*gendum *G* eligendǒm *P* quando ex eo *GT* quando ═ ex eo *P* medella *G cf. Lachmann Lucr. p. 204* medela *PTE et sic infr.* 4 utat[u]r *G* 5 incredibile enim mo*** (?) *G* (*fort.* incredibili enim modo) 7 illa *supr. scr. P* illa *ex* ea *T* 8 prestare *P* 9 seruata *PTe* obseruata *b* ipsae *GT* ipsa *P* 10 gesta *P* 11 condiciones *G* cognitiones *PTE* 12 exemplı* *G* 14 uirtutibus[q;] *P* 16 infedelitati (?) *G* sanationem (?) *G* 17 docebimur *G* docebimus *PTE* 19 in atriis dñi dī *G cf. p. 696, 18* in atriis domus dei *PTrE* 21 [p]sallite *P* 24 laudi benedictionem *PTa et G, ut uidetur* (*ubi* benedictionem *etiam nunc legi potest;* praestare *h. l.* = antecedere) laudem benedictioni *s* 25 honor *r* odor *GPe* ordo *Tb* (*de litt.* n *et* d *in nostr. cod. saepe confusis cf. praef.*).

consummatur in laude. et laus non incipienda confuse est, sed ordine ac modo confitenda est. hoc enim primum est: laudate nomen domini. nomen ergo domini primum laudare admonemur, quia deus cæli sit, quia deus terræ sit, quia deus mundi sit, quia deus, quod fidei nostræ et spei proprium est, Abrahæ et Isaac et Iacob sit. in his enim primum deo laus est.

3. Sequens uero præceptum est: laudate serui dominum. per cognitionem nominis dei ad scientiam eius proficimus. iam enim non nomen domini, sed dominum laudamus cognoscentes, cur deus cæli sit, cur deus terræ sit, cur deus mundi sit, cur deus Abrahæ et Isaac et Iacob sit. hæc enim primum puerilis doctrinæ rudimenta transgressi deum non iam per obœdientiam subditorum, sed per inmensæ uirtutis suæ magnificentiam laudamus et laudamus serui eius; neque solum serui eius nudo tantum professionis nostræ uocabulo nuncupati, sed stantes in domo eius, iam non uagi neque erratici, sed stantium firmitate stabiliti; neque tantummodo stantes, sed etiam in atrio domini dei nostri, internæ potius et mediæ domus sede suscepti. per hunc igitur ordinem a seruis et a stantibus in domo atque in atrio laus inchoatur.

4. Laudandus deus ob id est, quia benignus est. nam ut omnipotens sit, naturæ suæ uirtus est; ut uero benignus sit, nobis necessarium est, quos corporis infirmitas et condicio originis in peccatis detinet. et quid spei est humanis delictis, si benignitas deo absit? sed dictorum ratio consideranda est: namque qui laudandus est, quia benignus est, psallendum nomini eius est, quia suaue est. psallite nomini eius, quoniam suaue est. psallite ubi dicitur, ad corporis

1 confusae (a *in ras.*) *P* 6 habrahae *P* abraae *T* abraham *r* eni *P* *supr. scr. T* ergo *r* 10 laudemus *P* 11 sit *post* mundi *om. P* 13 dñi *ex* dñm *corr. T* 17 erratici *PTE* errantes *r* 18 tantummodo *PTab* tantum in domo *re* sed etiam *PTE* sed et *r* 22 quia benignus — uirtus est *om. P* (*uoces* nam ut — uirtus est *in marg. infer. additae postea erasae sunt*) 25 delictis *ex* dilectis *P* 26 deo *P*[1]*Tb* di *P*[2] dei *e*.

opera refertur, ut per organi nostri, id est corporis multimoda opera consonans deo fiat et apta laudatio. psallere ergo nomini eius iubemur, quia suaue est. suaue enim est deo corpora nostra conplacito ministerio probabilique famulari: uel ipsum illud potius nomen domini suaue est.

5. Et quid suauitatis in se habeat uel nomen eius uel ei psallere, continuo subiecit dicens: quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israhel in possessionem sibi. initium originis Iudæorum secundum sanctificationem generis Abraham est, ad hunc enim primum dei fuit sermo; et cur potius Iacob quam Abraham dominus elegit? dehinc cum idem secundum nuncupationis allocutionem sit Israhel qui et Iacob, cur iterum additur: Israhel in possessionem sibi? ordo exigebat principem electionis Abraham, non eum, qui iam tertius in electione est, Iacob commemorari. ratio quoque admonebat, ut significatus Israhel in Iacob intellegeretur. quin etiam illud accedit, quod, qui Iacob est, eligitur, qui Israhel, possidetur.

6. Sed iam in exordio sermonis monuimus, illa ex rebus corporaliter gestis commemorata in psalmo esse, in quibus futuri species tamquam in speculo reluceret; ea quoque gestis rebus coaptata uerba esse, quæ, cum ea, quæ gesta sunt, enuntiarent, tamen intellegentiam nobis absolutiorem eorum, quæ spiritaliter in gestis rebus præfigurabantur, adferrent. dei nomen suaue est, non uni tantum genti atque ipsi inreligiosæ, sed omnibus iam gentibus atque linguis. Iacob enim sibi elegit maiorem natu supplantantem, ementem primitias cibo et desperatione uenalis, abripientem benedictionem, inpænitentem post seruitutem, deinde post luctam deum uidentem et Israhel nuncupatum. ante enim Iacob est et sic Israhel. circumspiciamus ecclesiæ corpus, quæ se per differentiam fidei et Iacob et Israhel habet. et hic cœtus populum legis fide supplantat, primitias eius accipit, benedictionem eius diripit secundum

1 multimodo opere (e *in ras.*) *P* 9 abraam *T* habrahae *ex* habraam *m. 2 P* 10 primum *PTb om. e* 11 abraam *T* 18 in *supr. scr. P* 26 maioris (is *in ras.*) *P* supplantãtẽ *α* supplantẽ *T* supplantatio (tio *in ras.*) *P* em̃do (o *in ras.*) *P* 27 uenalis *PTαb* uenales *e* 30 se *om. e,*

domini dictum dicentis: *a diebus autem Iohannis regnum cælorum uim patitur, et uim facientes diripiunt illud.* Iacob est ergo, qui eligitur domino dicente: *ego uos elegi, non uos me.* Israhel est, qui possidetur, in præteritis primogenitis et benedictionibus cognitus, in seruitute multi temporis fidelis, in sacramento luctæ potens, in promerendis rursum benedictionibus pertinax, in dei cognitione et conspectu Israhel.

7. Nouit autem spiritus prophetiæ præpotentem hanc nominis dei in congregandis gentibus et possidendis fidelibus suauitatem dicens: *quia ego cognoui, quam magnus est dominus.* officio quidem oris sui propheta loquitur, sed cognitione non sua. uox ista eius est, qui ait: *nemo nouit patrem, nisi filius et cui uoluerit filius reuelare;* et filius quidem patrem, si cui uoluerit, reuelabit, sed magnitudinem eius nemo cognoscit propheta dicente: *cuius magnificentiæ non est finis.* cognitio ergo infinitatis huius ei soli erit propria, qui secundum perfectam originis suæ plenitudinem ipse imago est infiniti.

8. *Quia ego cognoui, quam magnus est dominus: et deus noster præ omnibus diis.* non præ diis omnibus illis est, de quibus infra ait: *simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum: os habent et non loquentur;* nihil enim magnum, si metallis et saxis et lignis conparatus præfertur. et quia isti dii non sunt, quærendum est, quos deos dixerit. non enim deorum multitudinem ecclesia cognoscit. error hic gentium est, ut coitus et conceptus et procreationes et successiones deorum aut fingat aut credat. *nobis autem* secundum apostolum *unus deus, ex*

1 Matth. XI, 12. 3 Ioh. XV, 16. 13 Matth. XI, 27. 16 Ps. CXLIV, 3. 22 Ps. CXXXIV, 15 sq., cf. CXIII, 4. 29 I Cor. 8, 6.

5 primogenitis *PTb* primogenitus *e* 9 p̃^{u}potentẽ *T* hanc *ex* hunc *T* hunc *P* 10 suauitate *P* 11 cognoui *P cf. Sabatier II, 261* noui *TE* 12 non sua *PTb* sua *e* 16 cognoscet *T* 25 di (?) *G* 27 coetus *PTa cf. Acad. p. 19* 28 et procreationes *GTE* = = procreationis *P* et successionis *P* fi^{n}gat *T* 29 creda^{n}t *T*.

quo omnia, et nos in ipso; et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. unus ex uno, deus ex deo est. non recipit alterum innascibilis, ut duo sint; nec admittit, quod est unus unigenitus, ne deus sit. non sunt duo innascibiles, non sunt duo unigeniti: in eo unusquisque quod est, unus est; dum parem nec unigenitus habet, nec innascibilis admittit, neque unigenitus deus ex alio quam innascibili deo subsistit.

9. Videndum autem est, præ quibus omnibus diis deus noster sit. inuenio deos dici per prophetam ita: deus stetit in congregatione deorum, in medio autem deos discernit. et hoc quidem uidetur ambiguum nec satis absolute enuntiare, quos deos significet. sed dominus in euangeliis errore nos nuncupationis huius liberauit dicens: ego dixi, dii estis et filii excelsi omnes. et adiecit: si ergo illos dixit deos, ad quos uerba dei facta sunt, et non potest solui scriptura. indissolubilis dei sermo est, homines deos nuncupatos. inuenio et Moysen deum nuncupari, cum ei dicitur: deum te posui Pharaoni. sed et apostolus docuit dici alios deos, cum ait: namque etsi sunt, qui dicuntur dii siue in cælo siue in terra, sicut sunt dii multi et domini multi: sed nobis unus deus pater est, ex quo omnia, et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia. unus quidem deus nobis est et unus dominus: sed multi dii sunt, qui uocantur in cælo et in terra. et quidem, si hoc deorum nomen hominibus secundum sententiam dei conpetit, multo magis angelis, archangelis, thronis et dominationibus, potestatibus, principatibus dignum, quos apostolus in cælo deos nuncupari monstrat.

10 Ps. LXXXI, 1. 14 Ioh. X, 34 sq. 19 Exod. VII, 1. 20 I Cor. 8, 5 sq.

12 nec satis absolute enuntiare *Tb* necessitatis absolutae nuntiare *Pe* 13 deos *ex* ds̄ *P* 16 deos *ex* ds̄ *P* dei *om. P* 17 scrib^u^tra *G* 18 nuncupatos *G* nuncupantes P^1 nuncupantis (nūcupātis *a*) P^2TE 19 fara^s^oni *P* 28 et dominationibus *G* dominationibus *PTE* potestatibus principatibus *GPT* principatibus potestatibus *E* 29 ***** deos nuncupari monstrat *G* deos in caelo nuncupari demonstrat *PTE*.

10. Hi ergo sunt, qui uocantur, sed præ omnes deus noster est: non conparatione, qui inconparabilis præcellit, sed potestate præ ceteros est; et quomodo præ ceteros, mox ostendit dicens: omnia, quæ uoluit, fecit in cælo et in terra, in mari et in abyssis. soli deo congruit omnia facere, quæ uelit. sola enim perfecta uirtus in nullo inpeditur, quominus, quod uelit, et faciat; et ei, ex quo omnia sunt, nihil difficultatis occurrit. inferioris ab eo naturæ est, ne totum, quod uelit, efficiat. dum enim alii debet, quod est, caret omnipotentiæ uirtute, quia in id ipsum, quod subsistit, habet alium auctorem. et qui non se sibi debet, non omnia potest, dum a potiore subsistit. sed uideamus, quid sit illud, quod omnipotentia dei secundum uoluntatem suam fecerit in cælo et in terra, in mari et in abyssis.

11. Et quidem magnum est, si contueamur indemutabilem cæli firmitatem, solem annuis cursibus indefessisque moderatum uicesque anni definitis limitibus temperantem, perennes quoque lunæ uicissitudines et inperturbatos ortus, lapsus, conuersiones signorum, iam uero terræ opes et fecundos eius fructus in uitam hominum, pecudum, uolucrum, bestiarum, plena deinde incolis suis maria et spirantium intra fluctus piscium uitam, tum porro, quia plurali genere maria græcitas elocuta est, oceani inæstimabiles uices et capacis abyssi inperspicabilem naturam, qua refusus in terram æstus resorbetur. sed cum hæc secundum humanam opinionem plena miraculis sint ac de ipsis dici merito debeat: omnia, quæ uoluit, fecit in cælo et in terra, in mari et in abyssis, uideamus, quæ ea omnia sint, quæ uoluit et fecit.

1 hi *scripsi* h* *G* dii *PTE* omnes *G* oms̄ *T* om(nib:) ‒ ‒ ‒ *P* omnibus *E* 2 praecellet *G* 3 ceteros *GP*[1]*T* ceteris *P*[2]*E* ceteros *G* ceteros sit *P*[1]*T* ceteris sit *P*[2]*E* 7 sint *PT* 8 quo(d) *G* 9 efficiat *G* et faciat *PTE* debet quod est *G* debet *PT* se debet *E* 10 habeat *PT* 16 annos *ex* annus *P* moderat** *G* moderatū̄ (n) *P* 18 conuersiones *G* conuersionesque *PTE* 19 in uita *G* 20 pecudum uolucrum *G* uolucrum pecudum (pecodū *P*[1]) *PTE* 22 grecitas *G* 23 (ca)paces *P* inp(bi)spicalem *P* 25 miraculis s̄ *P* 26 dici *supr. scr. G* 27 in mari *Gε om. PTα.*

12. Educens nubes ab extremo terræ fulgora in pluuiam fecit, qui producit uentos de thensauris suis. præterito thronorum, dominationum, principatuum et potestatum, Cherubim et Seraphim, angelorum et archangelorum, cæli, terræ, maris, abyssi miraculo in his omnia deus, quæ uoluit, fecit in cælo et in terra, in mari et abysso: educens nubes ab extremo terræ fulgura in pluuiam fecit, qui producit uentos de thensauris suis? an hæc tantum perfectæ in deo uoluntatis omnipotentia est, terras exhalare nubes, coruscare pluuiis inminentibus fulgura, alternantes spiratibus flare uentos? sed arguunt hanc opinionem nostram uirtutes uerborum et naturæ generum. educens, inquit, nubes ab extremo terræ; quid enim sibi uult, quod nubes educuntur et educuntur ab extremo terræ? exhalant quidem ualles uuidæ nebulas; sed neque ualles extrema terræ sunt, neque quisquam nebulam id ipsum existimauit esse, quod nubem. dehinc fulgura in pluuiam fecit. quæ hic humani sensus intellegentia est? fulgura nonnumquam sine pluuiis uidemus et pluuias sæpe esse sine fulgure. non pluuiæ fulgura adferunt, neque rursum fulgura pluuias deferunt. sequitur quoque: qui producit uentos de thensauris suis. quæ hic humani sensus intellegentia est? anne in concauo aliquo et communito thensaurorum loco conditos esse uentos existimabimus, ex quibus uenti soleant tamquam pretiosissima thensauri portio produci? et cum solent mutationes uentorum frequentes et incertæ sæpe et contrariæ

1 fulgora *GP cf. Neue Formenl. I, 175* fulgura *TE* 2 thensauris *G* thesauris *PTE* 3 thronuum *P* 4 cherubin et seraphin *T* 5 miraculo *GP*[1]*T* miracula *P*[2] 6 habysso *P* 10 exalare *P* choruscare *GP*[1] 11 alternantis spiratibus *G cf. Acad. p. 41* alternatis spiritibus *PTE* 13 inquid *G* 14 educuntur et educuntur *GTa (in G hic quoque litt.* u *similis litterae* a; *Sedlm. notauit:* educantur et educantur) = educuntur et educuntur *P* deducuntur et educuntur *e* 15 exultant (?) *G* humidae *T* 16 existimauit *GP* existimabit *T* 20 rursū *GP supr. add. T* 21 deferunt *G* defundunt *PTE* 22 tēsauris *G* quae — sensus *om. G* 23 unn* *G* ? at⏟ne *P* 25 praetiosissima *G* 26 et incertae a se (?) *G*.

commoueri, totiens negotiosus ad hæc deus ipsos istos, ut demutentur, ut dissideant, ex secreto diuitiarum suarum producit?

13. Sed hæc a me uolenti uirtutem et rationem dictorum ostendere ita commemorata sint, ut nihilominus inuisibilis et omnipotentis uirtutis esse intellegatur, a mari, quod est ab extremo terræ, nubes educi et inter pluuias fulgura coruscare et uentos ex occultis spiratuum suorum sedibus flare. uerum quia non in his tantum omnipotentia dei est, neque in his solum, quæ uoluit, fecit in cælo et in terra, in mari et in abyssis, et in his, quæ corporaliter gesta esse memorantur, spiritalia significari meminimus: demonstrandum est nunc, quid sub his dictis per uirtutem prophetiæ intellegere debeamus.

14. In eo, quod omnia, quæ uoluit, fecit in cælo et in terra, in mari et in abyssis, quantum cognitioni nostræ permissum est, nihil amabilius deo homine est. et subest causa, ut peculiare hoc ei animal sit. mundus uerbo constitit, homo autem cum consilio efficitur, non uerbo, sed opere cogitato. fit quoque ad imaginem dei; per inspirationem etiam dei uiuens anima perficitur. legem accipit, uoluntati suæ permittitur, liber ab omnibus mundi dominus constituitur, paradisi incola est, inuidia diaboli dignus est, post peccatum misericordiæ reseruatur, omni sæculi huius ætate ad cognitionem dei eruditur, iudex angelis præparatur. reuelationem eius creatura expectat uanitati in spem et ipsa subiecta; ob pænitentiam eius ex peccato angelorum in cælis maximum gaudium est. hic ipse per sacramentum natiuitatis secundum hominem Iesum Christum adsumptus in eum est. iam ubique inreligiosum ante os eius religionem docet, iam pollutum stupris corpus continentia purum est, iam cæca quondam a cognitione dei mens Israhel facta est. iam inuidia in imitationem boni profecit, iam ebrietas in

1 commouerit *G* 3 uolente *Te* 4 ***stae (?) commemora*** *G* 7 ***ratuum *G* spirituum *PT* 10 his***** qualiter (?) gesta *G* 12 quod *G* 16 et subē *supr. add. P* 17 constitit *PTα* consistit *ε* 20 accipit *GT* accepit *P* uoluntatis *GP*[1] 28 in dm (?) *st *G* ante uos (?) *G* 30 caeca *GT ex* caecam *P* istrahel *G* 31 iam *pr. l. supr. add. P* in imitationem boni proficit *P* imitatione boni profecit *T* in inmu (?) ******* *G*.

ieiunia exarsit, iam odium in amorem demutatum est, iam uitia in uirtutum uita perempta sunt.

15. Fecit ergo dominus omnia, quæ uoluit, in cælo et in terra, in mari et in abyssis. nihil enim in his omnibus prius homine suo habuit, ob quem etiam unigenitus eius deus homo extitit; et fecit ista educens nubes ab extremo terræ. nubibus dominus præcepit, ne super spinosam et infecundam uineam pluerent: mandabo, inquit, nubibus, ne pluant super eam. cognoui et nubem, in qua locutus est deus: in columna, inquit, nubis loquebatur ad eos. et testatur mihi Paulus in hac nube non hoc solum, quod legitur, intellegendum dicens: an nescitis, quia patres nostri sub nube fuerunt et in Moysen baptizati sunt? nubes hæc itaque significat doctrinam apostolicam, quæ inumbrans et a calore defendens æstum omnem futuri iudicii excludit. quod autem a nouissimis terræ sint, audiamus apostolum dicentem: puto autem deus nos apostolos extremos ostendit sicut abortiuos. dominus ipse, cum de loco et dignitate inter discipulos sermo esset, ait: qui uoluerit in uobis esse primus, sit omnium nouissimus. has ergo nubes deus omnia, quæ uult, faciens a nouissimis terræ educit, et hanc inumbrantem doctrinam terræ humilia exhalant.

16. Fulgura in pluuias fecit. fulgur est uirtutis cælestis agnitio, et hoc ipse dominus testatur dicens: sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque ad occidentem, ita erit aduentus filii hominis. et hoc quidem ita in domino, qui non in locis, ut corporalia, sed

8 Esai. V, 6. 10 Ps. XCVIII, 7. 12 I Cor. 10, 1 sq. 17 I Cor. 4, 9 20 Marc. X, 44. 25 Matth. XXIV, 27.

2 uita *Ge* uitam *PTb* 5 prius *G* (prius = potius *uel* carius *cf. Acad. p. 35*) carius *PTE* 6 ista *G* ita *PTE* 7 praecipit *G* 8 infoecundam *T* inquid *G* nubibus *GP* nubibus meis *T* 13 in moysi = *P* in moyse *T* in mose *a cf. Sabatier III, 691* 14 nubē hanc *P* doctrina apostolica *ex* doctrinā apostolicā *P* 18 sič auortiuos *P* 21 uoluit *T* 28 ut corporalia *coni. Bened. in adn.* ut corporali *G* ut corporalis *PT* corporalibus *e.*

ubique adueniens cernetur. ceterum in singulis hodie, quicumque uirtutem dei adnuntiabunt, qui cognitionem eius per doctrinam præstabunt, fulgura in pluuias facti sunt: fulgure primum ipsi scientiæ coruscantes, tum deinde uerborum imbrem profundentes. et huius pluuiæ ex se profundendæ Moyses non iam spiritaliter per doctrinam, sed corporaliter per gloriam fulgens ita meminit: attende cælum, et loquar: et audiat terra uerba ex ore meo. expectetur sicut pluuia dictum meum, et descendant sicut ros uerba mea et sicut pluuia super gramen et ut niues super fænum. illa fulgura in has pluuias facta sunt, uerba scilicet uiuificantia et potantes inrigantia et peccaminum hieme arefacta excitantia.

17. Seruatus autem ordo est, ut post congregatas ex nouissimis terræ nubes, post fulgura in pluuias constituta producat uentos de thensauris suis. et quos de thensauris suis uentos producat, non ambiguum est, eos nempe, de quibus ait: faciens angelos suos spiritus. sunt enim angeli paruulorum cotidie deum uidentes. hi igitur spiritus ad salutem humani generis emissi sunt; neque enim infirmitas nostra nisi datis ad custodiam angelis tot tantisque spiritalium cælestium nequitiis obsisteret. opus ad id fuit naturæ potioris auxilio; et hoc ita esse ex his dictis docemur, quibus trepidum ac pauentem Moysen dominus confirmat dicens: ecce angelus meus antecedet te. hos igitur de thensauris suis uentos producit [tribuens in his auxilium humanæ infirmitati], ut hæc nos diuina præsidia

7 Deut. XXXII, 1 sq. 16 Ps. CIII, 4. 23 Exod. XXIII, 23.

1 cernetur (cernet^{u}r *G*) *GT* cernitur (i *in ras. P*) *Pe* 3 in pluuias *GPT* inter pluuias *e* fulgure *GT* fulgora *P* fulgura *e* ipsis *GP* 5 profundenda* *G* profunde^{de}N *P* 6 per doctrinam — corporaliter *om. G cf. Acad. p. 32* 7 audiet *G* 8 expect^{u}etr *G* dictum *PT cf. Ps. CXLII cap. 7 et Sabatier I, 385 adn.* eloquium *E* 10 niuis *P* 11 potent˜ *T* 12 et peccaminum hieme arefacta *****tia (excitantia *temptaui*) *G om. PTE* 14 in pluuias *GPTb om. e* 15 thensauris *G* thesauris *PTE* et quos de thensauris suis *scripsi* et quo* de********** *G* quos *T* quos autem *E om. P* 21 obsistere *G* 24 tensu*ris ? *G* tribuens — infirmitati *om. G uncinis inclusi, quia haec praetermissio non iis causis, de quibus Acad. p. 32 dixi, explicari potest.*

aduersus mundipotentes harum tenebrarum in hereditanda nobis salute tueantur.

18. Sequitur deinde hic ordo dictorum: qui percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus et misit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, in Pharaonem et in omnes seruos eius. qui percussit gentes multas et occidit reges fortes: Seon, regem Amorræorum, et Og, regem Basan, et omnia regna Chanaan occidit: et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israhel populo suo. frequenter sermo diuinus eum intellegendum esse deum cæli atque terræ et uniuersitatis creatorem docet, qui Aegyptum percusserit, mare diuiserit, Aegyptios demerserit, populum suum magnis et mirabilibus uirtutibus eduxerit, in eremo manna aluerit, eiectis gentibus in terram repromissionis induxerit. et quidem omnia hæc magnifica et præclara opera deum esse testantur; neque enim mediocris et moderatæ uirtutis est tanta gessisse: admirandus in his intellegendus est. sed docet nos apostolus cum ueneratione gestorum præformationem in his doctrinæ atque operis spiritalis agnoscere, cum lex spiritalis est, cum gesta eius allegorumena sunt, cum sub nube patres fuerunt, cum in Moysen baptizati sunt, cum de spiritali petra biberunt, cum petra Christus est, cum postremo secundum exaltati in deserto serpentis formam exaltandus est dominus. ergo, licet illa in Aegypto corporaliter gesta sint, spiritaliter tamen nunc geruntur in nobis.

19. Aegyptus, in quo sæculi forma est, uirtutibus et plagis dei percutitur, signis portentisque terretur. plagis dei percutitur, cum iudicium suum audit, cum damnationem suam cognoscit, cum in ipso conscientiæ suæ reatu cotidie iudicatur, cum principales suas originariasque uirtutes cruci suæ dominus confixit.

1 hereditantia *G*   8 amorreorum *GP*   9 hereditatem hereditam[te] *G*   10 istrahel *G*   11 dñm *G*   adque terre[a] *G*   12 qia[u] *G* quia *P*   14 heremo *GPT*   manna *GP* magna *T*   19 adque *G*   21 allegorumina *PT*   in moyse *T*   24 in *om.* *T*   31 originariasque *GPE* originalesq[rias]; *T*   crucis *P*.

locutus quoque est tamquam ad uiuentem animalemque Aegyptum, ut non hebetem terram inanimamque regionem, sed incolas eius. quos rationales animalesque constituerat, alloqui existimaretur: misit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, in Pharaonem et in omnes seruos eius. in medio tui quid est? cognoscimus ex eo, quod dictum est: dominus deus autem, rex noster, rex ante sæcula, operatus est salutem in medio orbis terræ. in medio itaque orbis terræ loco, in quo dominus salutem nobis operans passus est, signa et prodigia misit, dum crucis suæ horis sol effugit, tremit terra, saxa rumpuntur, sepulcra panduntur, mortui exurgunt. hæc in medio tui, Aegypte, signa facta sunt. Pharao tuus, id est diabolus aquis necatur baptizato populo, ipse cum exercitu suo obrutus; percussæ deinde gentes multæ, extincti scilicet innumerabiles in nobis uitiorum incolatus. reges quoque fortes perempti, fortes plane.

20. Seon, regem Amorræorum, et Og, regem Basan, et omnia regna Chanaan occidit. et quid istud est? tot regna euersa sunt, tot reges extincti sunt: et horum tantum fit memoria? fit quidem secundum gestorum fidem paucorum memoria ex plurium; sed hi tantum memorantur, in quibus, quamuis quidem res gesta cognosceretur, tamen per condiciones uirtutesque nominum spiritalis in his esset condicio subtexta. nam Seon infructuosæ arboris interpretatio est — quod enim nobiscum arbor infructuosa, id hebraice Seon nuncupatur — Amorræus uero exacerbantis. has ergo sub horum nominum significatione infructuosas in nobis exacerbantibus uirtutes deleuit, infructuosos scilicet principes, qui nos, qui exacerbabamus in dominum, obtinebant, et ob id secundum dictum euangelicum exemplo infructuosæ arboris excisos. Og uero

6 Ps. LXXIII, 12.

1 animalem quae *G* 2 hebetem *P* hebentem *T* habentem *GE* *cf. Acad. p. 41* inanimamque *GPT* inanimemque *E* 12 in medio aegypto *P* 13 id ē = zabŏlus *P* 21 pluriū *PT* (*subaudi* memoria) pluribus *E* sed hii *T* s' in *P* 25 nuncoupatur *P* 26 amorreos uero exacerbantes *PT* Amorreus uero exacerbans *e*; *corr. Bened.* 28 qui *sec. l. E* qb (i above) *T* quibus *P fort.* quia (q⟨) exacerbabamus *E* exacerbamus *PT* 29 in dominum *PTb* dominum *e.*

rex interpretationem habet maceriæ siue ualli. Basan uero confusionis siue pudoris. regem hunc ergo confusionis pudorisque nostri extinxit, soluens secundum apostolum maceriam uel uallum, id est, quo a cognitione dei prohibebamur, obstaculum diruens. occidit deinde omnia regna Chanaan. Chanaan maledictum esse Genesis docet et esse seruum fratrum suorum ob contumeliosam eius in patrem iniuriam. interpretatio autem nominis Chanaan motio est. quæ igitur nos in uitia et in maledictam impietatem commouebant atque in nos ui sua ac potestate regnabant, dominus extinxit. quod autem per uarias uirtutes, quæ in filiis obœdientiæ operantur, non regnent peccata in nobis, apostolum audiamus dicentem: non regnet amplius in mortali corpore uestro peccatum. regna ergo hæc occisa sunt; iam enim non dominantur in nobis.

21. Sed occisis his quid consequitur? dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israhel populo suo. data quidem terra est regum et gentium superius memoratarum, sed amissa rursum est. hodie a gentibus incolitur, Israhel ubique exul est; et quomodo terra, quæ data est, hereditas est? manet ergo idem ordo, ut sub his, quæ corporaliter gesta sunt, ea, quæ spiritaliter essent gerenda, præscripta sint. data igitur corporum nostrorum terra in hereditatem est, quæ antea erat in Chanaan maledicta, in uitia mobilis, in Basan confusionis pudorisque plena, in Amorræo exacerbans et inritans, quam possidebat in Og infidelitatis maceria, quam occupauerat in Seon arbor infructuosa. hæc igitur terra soluto infidelitatis uallo et excisa ex ea arbore infructuosa data est hereditas et data Israhel populo suo. quæ autem hæc hereditatis terra sit et qui sit hic Israhel,

3 Ephes. II, 14. 6 Gen. IX, 25. 12 Rom. VI, 12.

1 uallis ≡ *P* 3 uel uel ualli.id ē *P* uel ualli *α* 4 a cognitione *Tb* ad cognitionē *Pe* 5 chanaan chanaan maledictum *P* (*ubi alterum* chanaan *supr. scr.*) *T* Chanaan.maledictum Chanaan *E* 8 in maledicta impietatē *P* in maledicta impietate *T* 9 in nos *PE* in nobis *T* sua (a *eras.*) ac *P* 10 extincxit *P* 11 non *Tb* ne *ex* nec *P* hęc *e* 18 hodie *P*[1]*TE* quae hodie *P*[2] 23 in uitia *Pe* et in uitia *Tb* 29 hęc israel *P*.

audiamus apostolum Paulum dicentem: sicut portauimus imaginem terrestris, portemus imaginem cælestis. hic est Israhel, cui terræ beatæ huius continget hereditas, cui conglorificati in domino terreni corporis sui erit æterna possessio. hoc Christianis est proprium, qui hoc in se nomen incolume per cælestis imaginem usque ad finem retinuerint.

22. Atque ita ait: domine, nomen tuum in sæculum. numquid a nobis optandum hoc deo est, aut æterna uirtus eget uoto nostro, ut maneat in æternum? ut in nobis potius maneat, optandum est; sicuti cum dicimus: sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua in cælo et in terra, non utique, ut hæc deo prouenian, optamus, ut sanctificetur, qui sanctus est, ut uoluntas sua fiat, cuius factum in uoluntate est: nostræ hæc potius rei uota sunt, ut per egregia fidei nostræ opera nomen eius sanctificetur in nobis — ait enim: estote sancti, quoniam ego sanctus sum —, ut in nos regnum eius adueniat, et digni æterno regno per indultam nobis æternitatis substantiam simus — quia spes uitæ est confiteri regnum eius, et dicenti sibi latroni: domine, memento mei, cum ueneris in regnum tuum, respondit: amen, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso —, ut, sicut uoluntati eius in cælis ab indefessis et cælestibus uirtutibus paretur, ita et a nobis in terra pareatur, ne corporalis nos infirmitas ab exequenda eius uoluntate deflectat — in cælis enim indefessis cotidie uocibus dicitur: sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth, pleni sunt cæli et terra gloria tua, ut nobis quoque nihil aliud in opere sit, per quod sanctificatur nomen eius, nihil aliud in spe, per quod et in nos regnum eius speramus, nihil aliud in uoluntate, per quod ei æternæ a nobis laudes sunt deferendæ. profectus hic uoti nostri indigentiæ res est, ut nobiscum nomen eius maneat in æternum.

1 I Cor. 15, 49. 10 Matth. VI, 9. 16 Levit. XI, 44. 19 Luc. XXIII, 42 sq. 25 Esai. VI, 3.

6 incolome *P* 12 in caelo *P cf. Sabatier III, 33* sicut in caelo *TE* utique ut haec *PTe* utique haec *b* 18 quia ≡ *P* 19 uita.ē *P* 21 paradyso *P* 22 sicut *PT* sicuti *E* 28 per quod *hic et in seq. PTb; in e hic et infra praemittitur* nisi *ante* per quod, *sed cf. adn. Bened.*

23. Dehinc sequitur: et memoriale tuum in generatione et generationem. non, sicut sæpe, a sæculo in sæculum neque a generationibus in generationes, sed in generatione et generationem. et hoc non de nomine, sed de memoriali. memoriale enim est memoria operum dei, quæ libro legis continentur. et quia lex et memoriale dei in generatione prima, Iudæorum scilicet, usque in plenitudinem temporum mansit, sicuti plebi Sodomæ et Gomorræ usque ad plenitudinem peccati pœna dilata est, ita mensuram omnium impietatum cum prima generatio explesset, memoriale dei et omnium operum suorum memoria in generationem alteram transiit, in Christianos namque, cum quibus hodie legis ueneratio est et prophetiæ et nomen domini.

24. Tenuit autem hunc eundem in consequentibus ordinem dicens: quia iudicabit dominus populum suum et in seruis suis consolabitur. differt iudicari et consolari et differt populus et seruus. in seruis autem consolatio, in populo uero iudicium est. populum dei Israhel secundum carnem nuncupatum esse, quis nescit? dictum autem ab apostolo est: qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. iudicabit ergo deus populum suum; sed in seruis suis consolabitur, nempe illis, de quibus dominus ait: qui credit in me, non iudicabitur, sed transiet de morte in uitam: qui autem non credit, iam iudicatus est. consolabitur autem dominus iudicato Israhel in seruis suis. in omnibus enim fidelibus terræ solatium habebit ex damno.

25. Voluisset enim populum suum, quem in patribus eorum Abraham et Isaac et Iacob elegerat, non iudicari: ob quem post diuersas plagas Aegyptum adflixerat, ob quem in columna ignis et nubis adstiterat, ob quem mare diuiserat, aquam e

20 Rom. II, 12. 23 Ioh. V, 24; cf. III, 18.

1 in generatione et generationē *Pb* in generatione et generatione *T* in generationem et generationem *e et sic infr.*, *cf. explicationem Bened.* 13 et profetię *PT* et prophetia *E* et nomen domini *E* nom̄ dn̄ī *P om. T* 22 illi *P* 23 de *P ex* a *corr. T* 25 israhel *supr. scr. P* 26 terrae *Tb* terra *Pe* 31 adstiterit *P*.

petra eiecerat, manna e cælo miserat, legem posuerat, ueniam tantis sacrilegiis indulserat, tot inreligiosorum regna deiecerat, prophetas miserat, unigenitum suum nasci hominem uoluerat; sed tot tantisque beneficiis populus ingratus et colonus uineæ primus electus in ipsum dominum uineæ parricidales manus intulit, deum, quantum in se est, crucifixum in homine mortificans. sed electi sunt serui, quibus uinea fructum eius reddentibus traderetur, in quibus dominus iudicato populo suo pietatis suæ damnum consolaretur. itaque consolantur eum gentes in martyribus et confessoribus et fidelibus suis fructus ex se commissæ sibi gratiæ rependentes. non noua autem, nec huius tantum prophetæ uox ista est. Moyses in præclaro illo Deuteronomii cantico, cum peccata populi huius et impietates nouissimas et fidem generationis alterius prædicaret, ait: quoniam iudicabit dominus populum suum et in seruis suis consolabitur. sanctus etiam Eleazar, cum a principibus populi sui degustare ementitum sacrificatum cogeretur, gloriam martyrii sub hac eadem uoce consummat, sciens dominum in seruis suis uoluntatem eius operantibus iudicato populo consolandum.

26. Conuertitur deinde ad depellendum errorem gentilium prophetico sermone, ut stultas atque inreligiosas superstitiones ex ipsis superstitionum causis coarguat dicens: simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. os habent et non loquentur; oculos habent et non uidebunt; aures habent et non audient; nares habent et non odorabunt; manus habent et non palpabunt; pedes habent et non ambulabunt; non clamabunt in gutture suo neque est spiritus in ore eorum. similes illis fiant, qui faciunt ea et

14 Deut. XXXII, 36. 17 cf. Mach. II, 6, 21. 18 Ibid. II, 7, 6.

3 homiminẽ *T* 13 exodi cantico *P* 17 degustare (re *in ras.*) *P* ementitũ sacrificatũ *PT* emẽtiũ sacrificatũ *α*; e gentium sacrificatu *e coniect. Erasm. ed. Basil. 1550, Par. 1572, sed cf. adn. Bened.* 18 *scriptura l. supr. c. septem fratres hac uoce usos esse narrat.* 22 prophetico sermone *PE* propheticus sermo *T* 25 oculos — uidebunt *om. P* 29 *uoces* non clamabunt in gutture suo *in Pe infr. post* in ore eorum *leguntur.*

omnes, qui sperant in his. frequenter et in aliis psalmis id ipsum de simulacris gentium dictum est; et prophetia omnis hoc laborat, ut humanum errorem a stultissimis his inreligiositatum studiis auertat. addunt enim plerique his impietatibus suis auctoritatem, ut pretiis metallorum honorem diis, quos sibi fecerint, quærant, auro eos argentoque formando; sed hoc tantum, quod possunt, largiuntur, imaginem scilicet oris, oculorum, aurium, narium, manuum et pedum, deos suos in forma mortui corporis adorantes, cui spiritu auolante os mutum est, oculi hebetes, aures surdæ, nares inanimæ sunt, manus dissolutæ, pedes rigentes, omne corpus immobile est. sed errori eorum id, quod nec sperare audent, deputatur: ut eorum sint similes, quos adorant, uenerantes sint in consortio ueneratorum, ipsi simulacrorum modo emortua corpora sine uitæ spiritu relinquendi.

27. Demonstrato autem errore gentili ad doctrinæ ordinem propheticus sermo se rettulit dicens: domus Israhel, benedicite dominum; domus Aaron, benedicite dominum; domus Leui, benedicite dominum; qui timetis dominum, benedicite eum. in his nominum atque officiorum distinctionibus omnem ecclesiæ populum conplexus est, sed per nuncupationum et proprietatum significationem ipsa illa officiorum merita diuisit. in eo enim, quod dicitur domus Israhel et domus Aaron et domus Leui et qui timetis dominum, aliud ab alio esse discernitur, ut secundum apostolum ad Corinthios scribentem quædam fit in nominibus distinctio, cum ait: uocatis, sanctis cum

27 I Cor. 1, 2.

1 sperant in his *PT cf. Sabatier II, 263* confidunt in eis *E* 2 simulachris *Pa* 3 labor et *P* 6 formandos *P* 8 aurium *om. P* in formam *P* 9 cui spiritu auolante *T* (auolare = „ausgehen“, „fehlen“) cui spiritu euolante *b* cui. spūs (s s *a m. 2*) a uoluntate *P* cui spūs ē sine uoluntate *a* cui species est sine uoluntate *ed. Basil. 1550, Par. 1572* 10 inanimae *PTb* inanes *e* 11 rigentes *ex* regentes *P* 14 emortua *Tb* et mortua *P* ī emortuo *e* corpora *PTb* corpore *e* 21 distinctionib: *ex* distionib: *P* 24 et *ante* domus Aaron *om. T* 25 esse *om. T* 26 chorinthios *P* fit in nominibus *Tb* fit in omnibus *P* sit in hominibus *e*.

omnibus, qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, ut aliud uocatos, aliud sanctos, aliud inuocantes nomen domini esse significet. nunc autem primum Israhel nuncupari uidemus, secundo Aaron, tertio Leui, quarto timentes dominum. et in Aaron sacerdotes significari non ambiguum est: sacerdos enim in lege Aaron primus fuit et exinde in successione eius sacerdotum honor mansit. in Leui autem ministros ostendi absolutum est: hæc enim tribus in ministerium electa est. reliquus autem populus, cui non sacerdotii neque ministerii, sed timoris officium est, in his, qui timent dominum, nuncupatur. docet autem nos apostolus, præ omnes hos esse Israhel, cum ait: et quotquot regulæ huic obsecundabunt, pax super eos et misericordia, et super Israhel. sacerdotes et ministros officii sui regula in eo, quod agunt, continet; sed præstat longe uoluntate magis aliquid agere quam lege. et optimum est per ministerii ordinem non solum satisfacere ministerio, sed per doctrinæ scientiam et fidei calorem ad cognitionem dei contemplationemque contendere. eum ergo, qui deum intellegens et uidens esset, quod est proprium Israhel, in primo benedicentium ordine conlocauit, qui officium, in quo esset, atque honorem sacerdotis hac ipsa cogniti per fidem et contemplati dei uirtute præcelleret: quia, cum plures sint Aaron, id est sacerdotes, pauci tamen Israhel, id est qui cognitione mentis deum contemplaturi sint, reperientur. hi ergo primum ad benedicendum aduocantur, ceteris aliis post eos in eo, quo et ipsi essent, officio benedicturis. sed benedicunt deum et domus Israhel et domus Aaron et domus Leui et omnes, qui timent dominum, eum scilicet, qui est benedictus deus ex Sion, qui habitat Hierusalem, sanctum montem Sion et ciuitatem cælestem, ecclesiam primitiuorum, manentium et scriptorum in cælis, in

12 Gal. VI, 16.

4 secundo (scđo *T*) *TE* scđm *P* 9 sacerdoti *P* 11 prae *T* p̃ *P* super. (sup̄ *a*) *E* omnes hos *TE* om̃ib (ib *m. 2 in ras.*) hos (i *sup.*) *P* 12 quodquod *P*[1] 14 ministros *PTe* ministri *b* 21 hac *Te* ac *Pa* 22 cogniti *PE*, *om.* (*sed in marg. addidisse uidetur*) *T*.

domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXV.

Alleluia.

Confitemini domino: quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius et reliqua.

1. Non est otiosus propheticus sermo neque ex inanibus ac superfluis causis spiritalis loquela est. si enim in uiris prudentibus expectari id maxime solet, ut ea, quæ loquuntur, grauitate eorum doctrinaque digna sint omnisque sermo non sit fortuitus et uagus, sed ex rationabilibus causis profectus et expectationi audientium utilis et auctoritati congruus disserentium, quanto magis id in cælestibus eloquiis opinandum est, ut quidquid in his est, excelsum, diuinum, rationabile et perfectum esse existimetur. sed plerumque, immo semper, uitio nostro accidit, ut, quæ legi in ecclesia audiamus, auribus atque animis nostris longe ab his peregrinantibus neglegamus, ut per audiendi incuriam uilescat apud nos dictorum cælestium dignitas. cum in lectionis tempore rationes supputamus, iras concipimus, iniurias cogitamus, luxus recolimus, stupra meditamur, tunc ad hæc occupatis nobis surdæ aures sunt et hebes mens est; et si quid forte in aures nostras eorum, quæ leguntur, inciderit, uirtutem tamen dictorum obrutus sæculi curis animus non sentit; et quorum intellegentiam non consequitur, leuem existimabit auctoritatem.

2. Omnia autem, quæ in libris propheticis sunt, maximum humanitati et salutis et doctrinæ profectum in se habent,

2 Finit psam̃ (*sic*) CXXXIIII incp̃t ĩt psal. CXXXV *P* Expl. CXXXIIII inc. CXXXV *T* 5 in saeculum *R* in saecula *E cf. Sabatier II, 263* 7 profeticus *G* 10 doctrinaquae *P* 12 expetitioni *PT* 13 id in *PTe* id *b* 16 eclesia *G* audiamus *G* audimus *PTE* adque *G* 19 rationes *GPT* rationẽ *e* iras concipimus *GT in marg. inf. add. P* 20 stupra meditamur *G om. PTE cf. Acad. p. 36* 22 si *om. P* leguntur *ex* legentur *P* 24 leuem *GRT ex* legem *corr. P* 27 humanitati et *G* humanae et *RTE* humane == (et *eras.*) *P.*

nostrique causa uniuersa scripta sunt, ut nunc nobis institutionem uitæ innocentis adferrent, nunc scientiam dei intimarent, nunc originis naturæque nostræ cognitionem tribuerent, nunc futurorum intellegentiam non spe tantum, sed ratione præstarent, nunc causas uniuersitatis huius ortusque proferrent et humanum sensum tantarum rerum intellegentiæ incapacem ad capiendam horum cognitionem uariis doctrinæ generibus distenderent. partibus enim quibusdam et diuisionibus opus fuit, per quas sensim sub usu exercitationis adsiduo opinio saltem inconprehensibilis nobis huius intellegentiæ posset inrepere. plures prophetæ sunt, et ingentia eorum copiosaque dicta sunt. plures etiam psalmi sunt, et singulis multa et uaria congesta sunt. et quamquam omnes unam atque eandem in se doctrinæ formam conplectantur, diuersis tamen institutis in eandem nos scientiæ uiam dirigunt, non omnia in unum congerentes — incapaces enim omnium sumus —, sed partes partibus explicantes, ut per id, quod singula cognoscuntur, proficiatur ad multa. in hoc autem psalmo, quia singulis eiusdem rei argumenta diuersa sunt, id continetur, ut causam uniuersitatis huius, id est, cur cælum, cur terra, cur homines, cur cetera sint, ex bonitate ac misericordia dei profectam intellegamus per id, quod dicitur: confitemini domino: quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

3. Ac primum in eo, quod ita cœptum est: confitemini domino, duplicis intellegentiæ significatio adfertur: ut aut deum in confessione laudemus, quia bonus, quia misericordia

1 uniuersa ea *R* scribta *G* 2 *in P quae post* adferrent *secuntur, ita leguntur:* nunc scientiam dī intimarent nunc futurorum intellegentiam dī intimarent nunc originis naturaeque nr̄ae cognitionem tribuerent nunc futurorum intellegentiā non spe *cet.* 5 hortusque *R* ꝓferrent *ex* ꝓferent *P* 6 tantū *P* intellegentia *P* 8 per quas *GR* in quas *PT* 9 saltem *GPT* saltim *R* inconpraehensibilis *GR* 10 possit *G* inripere *P* 11 ingentia *GRE* intellegentia *PT* copiosaque dicta sunt *GR* copiosaquae dicta sunt *P* copiosa q(ae) dicta s̄ *T* copiosaque dicta (*om.* sunt) *E* 12 et singulis *GT* et singulis *ex* et singulas *P* et in singulis *Re* 13 adque *G* 19 qur *R* 20 ac *ex* hac *R* 21 profecta *R* 22 in saeculum *Ge* in saecula *RPT* 24 ac *ex* hac *R* confitemur *G* 25 duplicis *GPT ex* duplices *corr. m. 3 R.*

eius in sæcula sit, aut peccata nostra confiteamur ei ab eo indulgenda, quia bonus et cuius indeficiens misericordia sit. utrumque naturæ nostræ conueniens, ut et eum, ad cuius cognitionem nascimur, laudemus, et ei, qui bonus et misericors in sæcula sit, confiteamur peccata sub agnitione peccati. non enim confessio est, deo, qui nihil ignoret, ea, quæ gesseris, confiteri, quia professione ista deus non eget, cuius cognitioni nihil occultum est, cuius aditui nihil inuium est, cuius uirtuti nihil relicum est, extra quem locus nullus est; sed confessio est rei scilicet eius, quæ ignorabatur, professa cognitio, ex alterius iudicii opinione in alterius intellegentiæ proficiens sententiam. utile enim sibi ac iucundum quisquam esse antea existimauerat rapere, cædere, furari, superbire, potare, scortari; sed ubi hæc omnia æternæ damnationi obnoxia esse cognouit, cognitis his confitetur errorem. confessio autem erroris professio est desinendi. desinendum ergo a peccato est, ob quod peccati cœpta confessio est. ceterum extra ueniam est, qui peccatum cognouit nec cognitum confitetur.

4. Confitendum autem semper est, non quod peccandum semper sit, ut semper sit confitendum, sed quia peccati ueteris et antiqui utilis sit indefessa confessio. docet autem spiritus sanctus semper confitendum, cum ait per prophetam: i u s t u s i p s e s i b i a c c u s a t o r e s t i n p r i m o s e r m o n e s u o. iustus non se ex præsentibus, sed ex præteritis accusat; cui enim adest præsentium accusatio, iusti nomen aufertur. et audiamus se apostolum Paulum ex præteritis arguentem, cum

22 Prov. XVIII, 17.

1 ab eo indulgenda *GRE om. PT*   2 quia bonus *G* quia bonus est *RPTE*   et in cuius *G*   3 utrumque *GR* utrumque enim *PTe*   conueniens *GR* conueniens est *PT*   eum *om. G*   4 cognitione *G*   et si qui *G*   5 peccata confiteamur *R*   6 a deo *P*   ignoret *RP* ignorat *T*   *inter* ignoret *et* ea *PT add.:* sed proprie hominis est   gesseris *ex* gesserit *T*   7 prof**** *G* ꝓfessione *R* confessione *PTE*   8 aditu *P* aditu *R*   9 relicum *G* reliqum *R* inreliquū *P*   locum *R*   10 ei scilicet *P*   ignoratur *RPT*   11 iudicio *P*   12 sententia *G*   iocundum *R*   quisquam *GR* quisque *PTE*   13 potare *ex* putare *m. 1 R*   scortari *ex* sortari *R*   15 confitetur *GPT* confessione confitetur *R*   21 utilis sit *R* utilis sit et *G*   tuta sibi sit *P* tuta tibi sit *T*   22 confitendum *GRT* confitendo *P*.

ait: quia non sum dignus uocari apostolus, propter quod persecutus sum ecclesiam dei. gratia autem dei sum, quod sum. hæc est illa iusti uiri uera confessio, quæ iustitiam præsentem ex præteritorum conscientia et confessione commendat. ad quam et alibi per prophetam monemur: confitere, inquit, peccata prior, ut iustificeris. ad hanc ergo confessionem in psalmo uocamur: quoniam deus bonus est, quoniam in sæcula misericordia eius, confessionis nostræ hinc inpensiore maxime fide, quia, cui confitemur, et bonus est et nescit misericors esse desinere.

5. Confitemini deo deorum; quoniam in sæcula misericordia eius. ut in euangeliis responsione domini ad Sadducæos docemur, non est deus mortuorum, sed uiuorum, per quem et dictum est: ego dixi. dii estis et filii excelsi omnes. non dignatur deus corruptibilium et mortuorum deus esse, sed eorum, qui in cælestem gloriam transformandi, exuti uetere homine terreno nouum eum, qui in cælis est, induerunt, qui conformes erunt corpori gloriæ dei. et deos hos effici, licet et fidei eorum meritum exigat, tamen ea maxima causa est, quoniam in sæcula misericordia eius. non ille eguit deorum deus nuncupari, sed bonitatis et misericordiæ suæ est, ut deos faciat honorem nominis sui ex adfectu misericordiæ et bonitatis inpertiens.

6. Confitemini domino dominorum: quoniam in sæcula misericordia eius. deos plures nuncupari siue in cælo, siue in terra apostolus docuit. ut non solum humanæ

1 I Cor. 15, 9. 6 Esai. XLIII, 26. 13 Matth. XXII, 32. 14 Ps LXXXI, 6.

1 qui *ex* quia *R* 2 dei *post* ecclesiam *om. PT* 3 quod *GPTe* id quod *Rb* ueri uera *PT* 6 inquid *G* peccata *G* peccata tua *RPTE* 7 quoniam dš bonus est *GRe* quoniam bonus est *P* quoniam bonus *Tb* 8 saecula *Ge* saeculum *RPT* 9 *sic R*, hinc inpensiorem maxime fidem quia cui *G* hunc inpensiore maxime fide inuocantes quia cui *P*, *T inter* eius — confitemur *habet lacunam*, *sed in marg. add.*: confessionis nostrae hunc impensiore maxime fide inuocantes *cf. Acad. p. 43* 13 saduceos *P* sed uiuorum *in marg. habuisse uidetur T* 17 nouum qui *PTb* 18 est *om. Rb* erunt *om. R* 19 et deos hos effici *RPE* et ut deos hos efficiat *T* licet et *scripsi* licet et ut *Pb* licet *RTe* 20 maxima *RPb* maxime *Te* in saeculum *PTE* 24 quoniam — eius *om. PT.*

naturæ istud, sed spiritali conpetere uideretur, cum ait: sed etsi sunt dii, qui nominantur, in cælo et in terra, per cæli et terræ significationem utrique naturæ nomen hoc conpetens esse demonstrans. idem quoque apostolus deum dominum dominorum significat, cum ait: rex regum et dominus dominantium; dominatus in uiles et in degeneres indignus deo est. rex ille regum est et dominus dominorum, ut est deus deorum. et deos quidem quos significet, non ambiguum est; de quibus dixit: deus stetit in synagoga deorum. reges autem idem apostolus absolute ostendit dicens: iam sine nobis regnatis, et utinam regnaretis. reges sunt, in quos non regnat peccatum, qui dominantur corporis sui, quibus est iam huius subditæ et subiectæ sibi carnis imperium. hi ergo reges sunt, et horum deus rex est. hi etiam domini sunt, qui non erunt serui peccati: quia qui facit peccatum, seruus est peccati. dominandum ergo peccato est, non seruiendum. domini autem sunt, qui hæc peccati corpora dominationi suæ per subiectionem uitiorum suorum peccatorumque subdunt. nouit se esse apostolus corporis sui dominum, cum ait: subicio enim mihi corpus meum et in seruitutem redigo. qui in seruitutem redigit, domini necesse est iure in seruitutem eum, qui seruiturus est, redigit. horum ergo talium dominorum deus dominus est, uocans eos per spem æternitatis, ut domini sint, ut his dominis deus dominus sit: et hoc non ob aliam causam nisi

1 I Cor. 8, 5. 5 I Tim. 6, 15. 9 Ps. LXXXI, 1. 11 I Cor. 4, 8. 15 Ioh. VIII, 34. 20 I Cor. 9, 27.

4 dm̄ dominum dominorum significat cum *R* deum dominum dominorum esse significat cum *e* dominum dominorum esse significat cum *Tb* dño dñorum esse significatum *P* 6 dominantium *PTE* dominorum *R* *cf. Sabatier III, 879* in uiles et in degeneres *Rb* in uiles et degeneres *e* in illis et indegeneris *P* in uilib: et in degenerib: *T* 8 et — deos = quidem *R* 10 absolutae *R* 12 in quos *RPE* in qb: *T* 13 corporis sui *R* corporibus suis *PTE cf. p. 258, 2 et Draeger Synt. I, 494* iam huius *scripsi* in huius *Ra* huius *Erasm., ed. Basil. 1550*, in us *P* in ius *Tb* 19 nouit *RE* nouit autem *PT* 20 dominū *ex* dum *P* 23 redigit *R cf. Arch. 1885 p. 318 et Stud. 1889 p. 322* redigat *PTE* 24 ut his *R* ut ī his *PTE.*

ob id, quia in sæcula misericordia eius: donans nobis per æternæ misericordiæ suæ benignitatem, ut, effectis nobis dominis, digni simus, quorum ipse sit dominus.

7. Qui fecit mirabilia magna solus. in plurimis quidem humanorum operum gestis multa magna et mirabilia extiterunt, sed quidquid in his gestum est, ad eum refertur, cuius uirtus illa gessit. multa mirabilia Moyses in Aegypto egit; sed testimonium magi incantatoresque perhibent, quia in operibus illis digitus dei est, sicut scriptum est: dixerunt ergo incantatores Pharaoni: digitus dei est hoc. ex quo ostenditur uirtutem dei per Moysen operatam fuisse, cuius tum illa ministerio gerebantur. magni quoque miraculi illud fuit tum, cum dicente Iesu Naue sol stetit contra Gabaon, et luna contra uallem Elom. nescio, quid hoc mirabilius effici possit, cum in uerbo hominis sol et luna in diei unius moram ex cursus sui lege detenti sunt. sed uirtutis huius auctorem scriptura mox addidit dicens: non fuit dies talis neque prius neque postea, ut sic exaudiret deus hominem: quia dominus expugnauit in Israhel. in eo enim, quod Iesus exauditus est et pugnabat deus in Israhel, uirtus eius in gestis, qui et pugnabat et exaudiuit, ostenditur.

8. Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in sæcula misericordia eius. faciendorum cælorum sola misericordiæ suæ causa est; neque enim eguit, ut fierent. sed qui bonus est, in id uniuersa fecit, ut plures bonitatis suæ copiis uterentur. fecit autem cælos in intellectu, non inrationabiles, neque informes, neque confusos et inordinatos. sed cum

9 Exod. VIII, 19. 14 Ios. X, 12. 17 Ibid. 14.

1 donans *PTE* dominans *R* 2 per aeternae *RE* per aeternitatem *PT* nobis dominis *RTE* nobis dñi *P* 3 ipse *RE* spei *PT* 6 quicquit *R* 7 in egypto *R* 10 farahoni *R* farao (pharao *T*) *PT* 13 nauae *R* st& == == (it *eras.*) *P* 14 elom *PT* hellom *R* Haylon *E cf. Sabatier I, 413 adn.* 15 moram *RTE* mora *P* 17 addidit dicens *RE* addit dicens *T* addens & dicens (& *supr. scr. m. 2*) *P* 18 dš *Re* (θεὸν LXX) dominus *PTb* 19 expugnauit in hisrahel *R cf. Sabatier I, 413 adn.* pugnauit pro israel *PTE* 20 exauditus *RE* auditus *PT* et pugnabat *RTE* et expugnabat *P* 22 in saeculum *PTE* 23 caelorum *Re om. PTb.*

regionem cognitionis suæ qui infinitus est collocaret, cælo superiore atque primo eadem cum ratione collocato terminum quendam uirtutibus, quæ primæ ad cognoscendum se gignerentur, inclusit. neque enim gignendæ creationes uirtutem inconspicabilis dei ferre potuissent, nisi naturæ temperatioris obiectu sedem hanc moderatæ ad infirmitatem habitationis incolerent. aquis etenim eleuatis ipsam illam primi cæli naturam temperauit, quæ superni dei accensa uirtute nequaquam ab inferioribus esset patienda naturis.

9. Cælum uero inferius non uniforme, sed multiplex tetendit; quod totum firmamentum nuncupans ualida ad sustentationem aquarum superiorum temperationemque æris nostri' firmitate solidauit. et idcirco plures cælos doctrina prophetica prodidit, quia necessarium naturæ nostræ fuit, per momenta quædam et profectus rationabilium moderationum regionem hanc indulti nobis ad præsens habitaculi temperari.

10. De numero uero cælorum nihil sibi humanæ doctrinæ temeritas præsumat. apostolus usque ad tertium tantum cælum sese raptum intellegit. plures quidem thronos, dominatus, potestates, principatus connumerat, quibus necesse est proprias sedes habitationis congruæ deputari. sed et alia, quorum cognitionem futuris temporibus promittit, esse significat, cum ait: e t   s u p e r   o m n e   n o m e n,   q u o d   n o m i n a t u r,   n o n   s o l u m   i n   h o c   s æ c u l o,   s e d   e t i a m   i n   f u t u r o. sed de numero apostolus nihil docuit; et nescio an tacuerit, an

23 Ephes. I, 21.

1 cognitionis suae *RTe* cognitioni suae *bP* 2 eadem cum ratione *temptaui (cf. p. 718, 26 et ibi adn. Bened.* „ratione moderante ordinatos") eademque ratione *R* eodemque in orbem *PTE* collocato *PTE* collecta *R* 3 primae *Rb* primū *PTe* 7 ipsam illam *RTE* ipsū illū *P* 8 supni *Re* circumfusi *PTb* ab inferioris *P* 10 uniformae *R* 13 solidauid *R* 21 sedes habitationis congruae deputari *RTE* sedes habitationes congrue demutari *P* *sic RPb*; sed et aliqrū cognitionem futuris temporibus[o] promittit[et] esse significat cum ait *T* sed· et aliquorum cognitionem futuris temporibus ꝓmittit esse, qđ significat, cum ait *e* 23 nomen *RE om. PT* 24 sed de *RTE* sed etiam de *P*.

ignorauerit. nunc enim et professus est se ex parte cognoscere, et tamen, cum raptus ad cælos est, audisse se, quæ non sint loquenda, testatur. nobis sufficit plures cælos scire esse, quippe cum et cæli cælorum et aquæ, quæ super cælos sunt, laudent dominum.

11. Sub inferiore autem superioris circuli cælo, quod firmamentum nuncupauit, terram inferius collocauit; quam mediam suspendens et confirmans ita manendi sede moderatus est, ut paribus undique mensuris ponderibusque librata et substrata consisteret, ut is, qui infinitus est deus, primo illi superioris cæli circulo supereminens æqualibus ex omni transfusione sua spatiis omnia, uirtutis suæ spiritu in usum ac naturam animantium temperato ea, quæ crearentur, attingeret. apostolus enim ait: quia in ipso enim uiuimus et mouemur et sumus; per quod ostenditur, terram in spiritu eius, tamquam in transfusi spiritus ambitu, constitisse, cum in deo omnes et uiuamus et moueamur et simus. quod autem in omnia temperationis spiritu transfusus et penetrans sit, docet propheta dicens: spiritus dei repleuit orbem terrarum; itaque intus atque extra, ambitu atque aditu et circumfusus et transfusus ostenditur.

12. Quod autem terra non sit in unam demersa regionem, consequenter spiritus sanctus ostendit dicens: qui firmauit

4 Ps. CXLVIII, 4. 14 Act. ap. XVII, 28. 19 Sap. I, 7.

1 cognoscere *Rb* cognosse *T* cognouis[se] (uis *in ras.*, se *supr. scr.*) *P* cognouisse *e* 6 firmamentō *P* 7 mediam *RT* media *P* 8 sede *Re* sedem *PTb* *sic Re* (*nisi quod in R* ut paribus [i *in ras.*] — lib≡rata — ut is *ex* ut his —; *in e* circulo circumfuse supereminens), *in PTb haec ita leguntur:* ut paribus undique mensuris medietatem circuli, quo conclusa est, obtineret, ut is, qui infinitus est, primo illi superioris caeli circulo circumfusus (circumfusōs *P*) aequalibus ex omni circumfusione sua lineis omnia *cet.* 14 quia in ipso enim *R* quia in ipso *PTE* 15 in sp̄u eius *Re* in medio eius *PTb* tamquam in transfusi *RE* tā in circū̃fuso *P* tamen circumfuso *T* 17 in omnia *RE* omnia *PT* temperationis *Re* temperationis suae *PTb* 18 spiritu *RTE* sp̄s *P* penitrans *T* 19 spiritus dī *RTE* sp̄s autem dī *P* reple≡≡t *P* itaque *Re* per quod *PTb* 22 demersa *ex* demersam *R*.

terram super aquam: quoniam in sæculum misericordia eius. altius nos quærere ratio tractatus præsentis et loci non sinit. satis sit terram super aquas pendula firmitate consistere, ex prophetica auctoritate didicisse, inumbratam cæli temperatioris obtentu, hoc firmamento, quod extensum tamquam pellis et solidatum tamquam fumus aquas supernas infernasque discernat. certe aquis pendulam contineri et in hoc, sicut in omnibus, ea causa est, quoniam in sæcula misericordia eius.

13. In eo autem, quod sequitur: qui fecit luminaria magna solus: quoniam in sæcula misericordia eius, non id intellegendum est, ut extra sapientiam et uerbum et uirtutem, id est unigenitum deum dominum nostrum Iesum Christum ea fecisse credatur, quippe qui ex persona sapientiæ dixerit: ego eram apud eum disponens. sed qui disponebat, ab eo, cum quo disponebat, et genitus et natus est. cum autem opera filii opera patris sint, et pater operetur in filio et per id enim, quod ait: pater, qui in me est, ipse opera sua facit et rursum: ego opera patris facio, solus operatur in eo et per eum operando, quem genuit.

14. In ceteris uero absoluta ostendendæ misericordiæ dei doctrina est, ut sciamus omnia non ob aliam causam, nisi quia semper deus misericors sit, esse perfecta. de his autem, quæ de Aegypti negotiis intellegi spiritaliter oportent, tractatus psalmi anterioris, in quantum exsequi ualuimus, conplexus est; ad quorum confirmationem etiam hoc, quod in psalmo hoc dictum est, accedit: qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quoniam in sæcula misericordia eius. unam diuisionem rubri maris liber Exodi docet dicens: et fecit mare

14 Prov. VIII, 30. 17 Ioh. XIV, 10. 18 Ioh. X, 37. 28 Exod. XIV, 21

1 aquam *RP* aquas *TE* 4 inumbratam *RPTab* inumbratum *Lips.* 5 tẽpationis *α* firmam̃ento *P^1Tb* firmamentũ *P^2Re* 7 sicut *R* sicuti *PTE* 8 saecula *Re* saeculum *PTb* 10 qm in *R* saecula *R* saeculum *PTE* 11 non ad id *R* 16 operetur *RTE* operatur *P* 17 & per id enim quod *R* (*de* enim = scilicet *cf. Hartel Lucif. p. 361 et infr. Ps. XXXIX cap. 11*) per id enim quod *e* per id quod *PTb* 22 semper deus *Re* deus semper *PTb* esse *Re* fuisse *PTb* 23 oportent *R cf. Georg. Lex. II, 1214* oportet *PTE* 26 accidit *P* 27 in saecula *R* in saeculum *PTE* 28 docet docens *R*.

siccum, et diuisa est aqua; et quomodo nunc rubrum mare in diuisiones diuiditur? nisi quia existimo sub relatione gestorum spiritalis doctrinæ ordinem contineri. euadentes enim Aegyptum, quæ sæculi forma est, et ad terram repromissionis, quam secundum euangelium beati hereditabunt, euntes per rubrum mare, id est per eiusdem huius sæculi turbidos æstus et fluctuantes motus transibimus, in quo plures ad iter diuisiones sunt. aliis enim per ieiunia iter est, aliis per pudicitiam, aliis per eleemosynam, per fidem, per spem, per caritatem. et hæc omnia diuersas necesse est habeant diuisiones huius maris transeundi, omnibus tamen per has uiarum diuisiones iter sæculi transituris.

15. Conclusio autem psalmi, ut hæc omnia de futuris intellegantur, maiore fide firmat, cum ait: in humilitate nostra memor fuit nostri dominus: quoniam in sæcula misericordia eius. et redemit nos de manu inimicorum nostrorum: quoniam in sæcula misericordia eius. qui dat escam omni carni: quoniam in sæcula misericordia eius. confitemini deo cæli: quoniam in sæcula misericordia eius. non enim tantum memor fuit humilitatis humanæ deus, cum ad liberandum populum ex Aegypto Moysen ducem legit, sed perfectius memor fuit humilitatis nostræ, cum ipsam humilitatem nostram corporeus natus adsumpsit, cum hoc humile terrenumque corpus gloria in se naturæ cælestis absorpsit. neque tunc redemit de manu inimicorum, cum eos a dominatu Aegyptiorum exemit — nam postea inimicis subditi sunt et hodie iure alieni imperii cohercentur — sed redemit nos, cum se pro peccatis nostris

2 relatione *ex* reuelatione *T* 3 gestorum *ex* gistorum *R* 4 q[1] sæculi *T* 5 per rubrum mare *RPT* per mare rubrum *E* 7 transibimus *Rb* transiuimus *P* transimus *Te* 9 elemosynam *Ra* elemosinam *T* aelemosinā *P* 14 maiore fide firmat *RE* maiorē firmat fidē *PT* humilitate *ex* umilitate *m. 1 R* 15 in saecula *R* in saeculum *PTE* 16 et redemit — omni carni, quoniam in saecula misericordia eius *om. R* de ma[nu] *P* 19 confitemini — misericordia eius *om. PT (hic uersiculus extat in R)* 21 tantum *RPe* tunc tantum *Tb* 22 legit *RPT* elegit *E* 25 absorpsit *RE* absorbsit *T in marg.* absorbuit *P* assūpsit *T in text.* 28 cohercentur *RPT* nos *RTE om. P.*

dedit, redemit nos per sanguinem suum, per passionem suam, per mortem suam, per resurrectionem suam. hæc magna uitæ nostræ pretia sunt. magno enim, ait apostolus, redempti estis, et redempti ab inimicis, a diabolo, ab angelis eius, a filio perditionis, a principibus æris, a mundi potentibus, ab inimica morte. et redemit dando escam omni carni: qui dat escam omni carni. omni carni, id est quæ redempta est, dat escam incorruptam, æternam, panis uiui, panis cælestis. et in his singulis, quod humilitatis nostræ memor est, quod redempti sumus, quod omnis redemptorum caro escam accipit, ea causa est: quoniam in sæculum est misericordia eius; ob quod ei confitendum: confitemini deo cæli, quoniam in sæculum misericordia eius. quod cælum, quod terra, quod cetera sunt, et ipsum illud, quod sumus, qui non fuimus, quod erimus, quod non sumus, causam aliam non habet nisi misericordiæ dei: quia ad consortium bonorum suorum nasci nos uoluit ille, qui bonus est. unus enim bonus est, ait dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXVI.

Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, cum recordaremur Sion et reliqua.

1. Captos secundum Hieremiæ prophetiam Iudæos in Babyloniam deductos fuisse, non obscura cognitio est. neque dubium

3 I Cor. 6, 20. 17 Matth. XIX, 17.

2 per mortem suam *Rb* per mortem *e*, *om*. *PT* 3 redempti estis *RP cf. Sabatier III, 676 adn.* pretio redempti estis *TE* 4 diabulo *P* 6 dando escam *RPT* escam dando *E* 7 *inter* omni carni *et* omni carni *supr. scr. R* q͠m et c͠r: 9 quod humilitatis nostrae memor est *RE om. PT* 11 in saeculum est *G* in saeculum *PT* in saecula *R* 12 *uerba* ob quod ei — misericordia eius, *quae sic leguntur in GR, om. PT* 13 quod caelum *G? RTE* et quod caelum *P* 15 causam aliam *RPTE* cuius familiam (?) *G* 16 ***ericordia *G* quia *RP¹Tab* qui *G? P²e* 17 unus enim bonus est ait *GR* unus enim bonus est *e*, *om. PT* 19 in saecula saeculorum amen *GPTE* in saecula amen *R* Explicit psalmus CXXXV incipit psalmus CXXXVI *G* Finit psāl CXXXV incipit CXXXVI *R* Ex̄p trāct psalmi CXXXV in̄c trāct psalmi CXXXVI *P* Expl. de CXXXV inc. de CXXXVI *T* 22 sion *R cf. p. 726, 2* tui Sion *E* 23 ieremiae *Rb* Iudaeos in *GRP²* Iudaeos et in *P¹TE* 24 cognitio est *GRE* cognitio *PT*.

est, per hunc eundem psalmorum librum potuisse captiuitatem populi prophetari. nam et in alio psalmo manifestum est absolute euersionem gentis huius atque urbis prophetatam fuisse, cum dicitur: deus, uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem uelut pomorum custodiarium. et in hoc quoque præsenti psalmo idipsum significari uidetur, maxime cum quibusdam placuerit eum tamquam Hieremiæ titulo inscribi, quia ab ipso sit, antequam accidit, denuntiata captiuitas. certe cum Hebræis senioribus secundum cognitionem, quam ab his adepti sumus, psalmus hic sine inscriptionis istius titulo est.

2. Non dubium autem est omnia, quæ in patres aut per patres nostros gesta sunt, formam futuri in his, quæ gesta sunt, prætulisse. et idipsum ita esse, hic quoque psalmorum liber testis est. namque cum in septuagesimo et septimo psalmo omnia, quæ in Aegypto atque in deserto et in ceteris deinceps locis gesta essent, recenserentur, ea ipsa parabolica esse ita demonstrata sunt: adtende, populus meus, in legem meam; inclinate aurem uestram in uerba oris mei. aperiam in parabolam os meum, loquar propositiones ab initio. per id enim, quod et parabolæ et propositiones sunt, rerum futurarum effectibus conparantur. apostolus quoque docet ea ipsa, quæ gesta sunt, in præfigurationem gesta esse, dicens: quia lex umbram habet futurorum bonorum et: omnia in præformationem acciderunt his: scripta sunt autem propter nos, in quos fines

4 Ps. LXXVIII, 1. 19 Ps. LXXVII, 1 sq. 25 Hebr. X, 1. 26 I Cor. 10, 11.

2 populi *GRT* populo *P* 3 absolutae *R* gentis huius *G* gentis istius *RPTE* adque *GR* orbis *G* 6 uelud *R* custodiarium *GRT* custodiarum *P* custodiam *E cf. Abh. IV, 78* 7 et *GR om. PT* 10 hebreis *G* haebraeis *R* senioribus *om. PT* 11 inscribtio*** *G* 13 in patris[bu] *T* 14 formam — gesta sunt *om. G?PT (in T lacuna relicta est)* formam futuri *R* futuri formam *E* 17 omnia *G* omnia ea *RPT* egypto *G* 18 esse *GRT* esset *P* 19 adtende *GRPe* attendite *Tb* 20 inclinatae *R* 21 in parabolam *G* in parabola *R* in parabolis *PTE* propositione *G* 22 quod *GRT om. P* 24 in praefigurationem *GRP* in praefiguratione *T*.

sæculorum deuenerunt. gesta igitur ipsa illa in exemplum et scripta in doctrinam sunt.

3. Itaque et hanc corporalem populi captiuitatem referri in exemplum spiritalis captiuitatis oportet. captæ enim mentes nostræ sunt corporum sæculique dominatu, captæ a dæmonibus sunt iure uitiorum, quæ imperium in nos suum per diuersa ministeriorum genera exercent, dum nos ebrietas possidet, dum luxus subigit, dum auaritia deuincit, dum ambitio occupat, dum maliuolentia obtinet, dum ira usurpat, dum omnia in nobis regnant hæc incentiua uitiorum. uenit enim dominus secundum prophetam captiuitatem auertere, cum dicitur: prædicare captiuis remissiones. uenit ligatos soluere, cum ait: hanc filiam Abrahæ, quam ligauerat satanas decem et octo annis, nonne oportuit solui in die sabbati? uenit seruientes in libertatem reducere dicens: amen dico uobis, quoniam omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. capimur ergo et ligamur et seruimus, non tam corpore, quam et mente. et mihi in præsenti psalmo omnis uirtus et ratio uerborum non tam corporalem captiuitatem tractare, quam spiritalem uidetur. ea enim et in querellis et in locis et in rebus et in nominibus momenta sunt, ut spiritalem potius captiuitatem hæc lamentabilis prophetæ querella significet.

11 Esai. LXI, 1. 13 Luc. XIII, 16. 15 Ioh. VIII, 34 sq.

1 ipsa illa *Re* ipsa *PTb* 2 in doctrina *P* 6 uitiorum quae *Tb* potiorum quae *Re* potiorūque *P* 7 ministeriorum *ex* misteriorum *P* 9 maliuolentia *RPTa* maleuolentia *s* ira *ex* ara *m. 1 R* 11 auertere *GPT* euertere *R* 12 remissionis *G* remissionem *RPT* legat*s *G* 13 hanc fi**** *G* hanc enim filiam *RPT* ligauerat *GRP²T* legauerat *P¹* 15 reducere *Re* deducere *PTb* 17 in domo *GPTE om. R* 18 filius autem ***** *G* filius manet *PTE* filius — in aeternum *om. R* si ergo uos filius *R* si ergo filius uos *PT* si uero filius uos *E* 23 quaerellis *R* in locis *Re* in incolis *PTb* et in nominibus *TE* et in omnibus *R* ═══ omnibus *P* 24 lamentabilis *RE om. PT* 25 quael═ella *R (sic)*.

4. **Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur Sion. in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.** affectus humani sensus iste est, ut inter iniurias præsentium calamitatum ad præteritorum bonorum recordationem ingemescat. contemplemur enim animo captam Hierusalem, seruientes dominis uictoribus reges, subditos antistitibus gentilium impietatum sacerdotes, ereptum omnibus ius matrimonii, substratum libidini Babyloniorum captæ uirginitatis pudorem, et ex gemitu eorum, qui perpessuri ista erant, proclamasse digne prophetam existimabimus: **super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur Sion.**

5. Sed quia Sion illa æternæ beatitudinis sedis est, et mater cælestis nobis Hierusalem est, frequentium angelorum et primitiuorum in cælis conscriptorum ciuitas sancta, et illa Babylon ciuitas confusionis et inrationabili motu turbulenta, quæ, ut Genesis docet, a confusarum linguarum hominibus nuncupata Babylon est — illic enim loqui uniuersarum gentium linguis, cum unus omnium esset sermo, cœperunt, et ipsum illud Babylonis uocabulum interpretationem habet confusionis — quisquis ergo in crimine primi parentis Adæ exulem se factum illius Sion recordabitur, in qua sine cupiditate, sine dolore, sine metu, sine crimine uita est, et traditum se sæculo confusionis huius tamquam Babyloni, traditum corpori, quod uitiorum et adpetitionum et cupiditatum perturbatione confusum est, recte et ipse spiritaliter captiuus proclamabit: **super flumina**

1 fleuimus *ex* flebimus *P* 2 dum *Re cf. Sabatier II, 265 adn. et lin. 12* cum *PTb* 5 recordatione *G* ingemescat *GRP*[1] ingemiscat *P*[2]*TE* 6 captam *GPe* capta *RTb* seruientis (?) *G* 7 antistitibus *GPT* antistibus *R* 8 sacerdotes, ereptum *GRTE om. P* substratum *RP*[1]*TE* substratas (?) *P*[2] 9 babylloniorū *P* 10 dignae *R* 11 babyllonis *G* babilonis *T* sedim^u^s *G* 12 dum *G* cum *RTPE* 13 sedis *R*[1] sedes *R*[2]*PT* 14 hierusalem (ierusalem *R*) est (ē *P*) *RP* hierusalem et *e* ierusalem *Tb* 15 ciuitas sancta et illa *R* ciuitas sancta est et illa *PTE* 16 ciuitas confusionis et *e* ciuitas ciuitas confusionis et *R* ciuitas est *PTb* 19 esset sermo *RE* sermo esset *PT* ipsum ≡ (*eras.* d ?) *R* 21 fa ≡ tum (*eras.* c) *R* 24 babyloni *Rb* babylon *PT* babylonico *e*.

Babylonis illic sedimus et fleuimus, cum recordaremur Sion. in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.

6. Eos, qui secundum litteram intellegenda omnia existimant, interrogare uellem, quæ flumina Babyloniam prætermeant, ut illic captus populus consederit et non potius aut in plateis aut in portis aut in turribus aut in domibus captiuitatem suam fleuerit? deinde cum quibus tympanis aut citharis aut organis captus sit, quæ historia istud locuta sit, cum omni musico apparatu Israhelem uictoribus seruisse? postremo quæ umquam salices in media urbe fronduerint, ut illic tamquam in publica musicorum apotheca organa suspensa penderent? quæ si omnia gestis negotiorum corporalium inania sunt, sequenda ea ratio est, quæ ex propheticis auctoritatibus ad spiritalem nos scientiam cohortatur. flent omnes, qui se captos in Babylonia sentiunt, et sedent super flumina. omnia enim sæculi et corporum opera modo fluminum sine aliqua cursus sui statione præterfluunt; currunt namque et elabuntur et transeunt. quæ enim corporalis uoluptas non præterita iam nulla est? quod terrenum gaudium non cum ipso fugitiuo sensu præsentis fructus sui transit? super hæc igitur sæcularium captiuitatum flumina sedentes et flentes ad recordationem Sion amissorum desiderio et præsentium calamitate ingemescunt.

7. Neque solum sedent atque flent, sed etiam in medio eius organa sua in salicibus suspendunt. lignorum salicum natura ea est, ut arefacta licet, si modo aquis adluantur, uirescant, deinde excisa atque in humido fixa radicibus sese ipsa demergant. et sub huius arboris natura sanctos et fideles significari prophetica auctoritas est Esaia dicente: exorientur, inquit,

29 Esai. XLIV, 4.

1 illic *RE* ibi *PT* fleuimus *ex* flebimus *P* 6 consederit *RE* c̄stiterit *PT* 8 fleuerint *P* cytharis *R* 9 istud *R* ista *PTb* ista illud *e* 10 apparatus *P* 12 penderent *RTP²E* penderint *P¹* 15 cohortant' *P* in babyloniam *T* 19 uoluptas *RTE* uoluntas *P* praeterit aut iam *coni. Bened.* 20 fugitiuo *PTE* furtiuo *R* 21 igitur *om.* *R* 23 ingemescunt *R* ingemiscunt *PTE* 26 ea *om.* *R* adluantur *Rb* abluantur *PT* (*cf. Drakenborch ad Liu. XXVI, 44, 11*) alluēdo alantur *e* 27 umido *R* 29 eseia *G* isaia *T* exorient *R*.

tamquam in medio aquæ fænum et tamquam salix super defluentem aquam. oritur enim ex mortuo, quisquis antea peccatis aridus et ab anterioris uitæ radice decisus nunc eloquio dei et sacramento baptismi aquis uitalibus reuiuescit. sed et cum festiuitas scenopegiorum Iudæis corporaliter traderetur, quod tabernaculum frondeum cum ad futuræ lætitiæ et tabernaculi exemplum ex electarum arborum ramis pararetur, etiam ex ramis fluuialis salicis effici iussum est, quia ex conuentu sanctorum uirorum cælestis tabernaculi futura esset lætitia perfecta. organa autem scriptura humana corpora, quorum honestis motibus et concinentibus operationibus, quæ deo placita sunt, psallimus, esse significat. in media igitur harum sæcularium confusionum captiuitate hi, qui amissam Sion recordantur, qui in Adam extorres se factos esse cælestis Hierusales meminerunt, qui et captos se esse in Babylonia sentiunt, hi sedentes et flentes corpora sua in formam sanctorum uirorum habitumque suspendunt ab terrenis se desideriis erigentes.

8. Sed licet per continentiæ studium in salices illas suspensa nostra sint corpora, tamen ea, quæ captiuos nos efficiunt, non quiescunt. sequitur enim: quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum: et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis Sion. si quis humanæ naturæ consuetudinem recolit, sensum omnem absolutum habebit. namque qui laborant a uitiis desinere et eorum, quæ impie gesserint, obliuisci uolunt,

1 aquae *om.* *R* 2 quisquis *GR* quisque *PTE* 4 nunc aeloquio *R* *oncelo quia *G* reuiuescit *RP*[1] reuiuiscit *P*[2]*TE* (*cf. Neue Formenl. II, 505, Orelli ad Cic. Fam. VI, 10, 5*) 5 scaenophegiorum *RP* scenophegiorum *T* iudeis *G* 6 frondium *ex* frondeum *P* frondium *T* 10 scribtura *G* *om.* *T* 11 concinentibus *R* continentibus *G* čsentientibus *PT* 12 psalmus *PTe* 13 captiuitatem *R* (e *in ras.*) 14 caelestis — captos se esse *om.* *R* 15 hierusales *G* hierusalem *PT* *cf. Acad. p. 28* babyllonia *G* 16 et flentes *om.* *R* 17 ab *scripsi* ut (?) *G* a *RPTE* 19 in salices illas *GR* in salices *T* in salicibus *PE* 23 ymnum *GT* 24 canticis sion *GPT* canticision *R* 25 recolit *G* recolat *R* (at *i. ras. 3?*) *PT* 26 impiae *R* gesserunt *ex* gesserint *m. 3* *R*.

incentiuo tamen consuetudinis ægre desinentis agitantur; et ea, quæ occulta sunt uitia in nobis, admiscere se fidei sacramentis et inserere pertemptant, ut inter diuinos hymnos et sacras lectiones harum inimicarum captiuantium nos cupiditatum cogitatio subrepat. nec sane deest hoc absolutum in plurimis exemplum. multos enim, quos uidemus legere atque disserere, hos rursum accidit deuersatos esse semper in stupris et in impietatibus deprehendi. sanctus uero quisque est, qui organum suum in salice suspenderit, istis, qui se captiuos duxerant, consortium Sion cantici negat neque inimicis sibi uirtutibus sanctarum cantionum uerba communicat.

9. Quæ autem sint, quæ captiuos ducant, nos apostolus docet dicens: uideo aliam legem in membris meis militantem aduersus legem mentis meæ et captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. cum igitur inter concupiscentiam carnis et spiritus pugna est, tum ea, quæ captiuos nos conantur sibi subdere, pertemptant occupare corpus eiusque dominari seseque doctrinis spiritalibus, ut per consuetudinem his auctoritatem adimant, inserere. sed resistendum est et prophetæ uoce respondendum: quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? terra nostra retinenda est et in libertatem tuenda. polluta enim terræ corpora audire de Sion canticis nihil possunt, et aliena a deo, licet nostra sint, erunt, si a lege peccati cœperint esse captiua.

10. Sed memoria semper cælestis illius Hierusalem et sanctæ

18 Rom. VII, 23.

1 tamen *eras.* *R* aegrae *R* **gre *G* *om.* *PT* desinentes *G* 5 subrepat *R* subripat *P* *obrepat (?) *G* surrepat *T* inplurimos *P* 6 enim quos *R* enim qu** *G* enim iniquos *PTE* hos *RPTb* (*G* *euan.*) et hos *e* 7 accidit *Ge* audiri *R* *om.* *PTb* deuersatos *GPT* diuersatos *RE* et in impietatibus *GPTb* et impietatibus *Re* 8 depraehendi *G* quisque est *GP* quisquis est *R* quisque et *Tb* quisque *e* qui organum *ex* quo organum *m. 1* *R* in salice *RTe* in salicibus *Pb* 9 captiuos *GRPE* captiuos (ũ *suprascr.*) *T* dixerant (?) *G* 15 in lege *Rb* *cf.* *Sabatier III, 612* in legē *PTe* 16 spiritus *RTE* sp̄m *P* 18 seseque *R* seque *PTb* et sese *e* 23 pulluta *P* sion canticis *RP* canticis sion *TE* 24 veeř si *P*.

Sion continenda est, uel dum redhiberi optatur, uel dum fletur amissa. id enim sequitur: si oblitus fuero tui, Hierusalem, obliuiscatur me dextera mea. adhæreat lingua mea gutturi meo, si non meminero tui, si non præposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ. cum obliuionis pœna recordationis memoria spondetur. sed id, quod ait: obliuiscatur dextera mea, obscurum est per condicionem latinitatis. nam secundum græcitatis proprietatem, qua ita dictum est: ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου, non ut ipsa obliuiscatur, sed ne obliuio eius fiat, ostenditur. et magni periculi res est, si dexteræ nostræ fiat obliuio. omnes enim, qui spei bonæ pleni sunt, dexteræ deputantur, peccatoribus in sinistra collocandis. condicionem ergo obliuiscendæ dexteræ suæ, quam sibi fide et expectatione præsumit, sub pœna non recordatæ Hierusalem ipse proposuit, ut a memoria dexteræ suæ, id est qua in dextera locaretur, si ipse memoriam Hierusalem non retinuisset, excideret.

11. Addit et aliam pœnam obliuionis dicens: adhæreat lingua mea gutturi meo, si non meminero tui. scit infelix os dei laudibus mutum. scit beatas illas æternasque uirtutes throno dei adsistentes continuata uoce in dei laudibus permanere dicentes: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth, pleni sunt cæli et terræ gloriæ tuæ.

22 Esai. VI, 3.

1 rediberi *P* 3 me *RE om. PT* 5 praeposuero *RPTb* proposuero *e* 7 dextera *R* me dextera *PT* 9 ЄΤ ΤΙΑΗϹΟЄΙΝ Η ΛЄΞΙΑ ΜΟΫ *R* ei Τ·ΛΗϹΟЄΙΗ ΗΑЄΖΙΑ ΜΟΫ *P, in T h. l. pleraque euan. sed legi potest* ЄΠΙΛΗϹΘЄΙΗ epilisthii 10 fiat *ante* ostenditur *om. P* 13 collligandis *R* 14 expectatine (o *supra*) *P* praesumit *R* p̄sumit (?) *T* p̄sumi *P* 15 hierusalem (s *supra*) ipsae *P* ꝓposuit *R* ꝓpos*** *T* proposuit *e* p̄posuit *P* praeposuit *b* a *RTE om. P* 16 qua *E* quia *RP* q(*T* locaretur *Re* collocaretur *Pb* hierusalē (s *supra*) *P* 17 retinuisset *ex* retenuisset *P* 18 addit *R* addidit *PE* et aliam *Rb* aliam *e* &lā *P* 20 infelix os (*ex* hoc) dei *R* infelix esse fieri dī *P* infelix os suum esse a dei *E (T hic ubique oblitteratus)* mutum *RE* motus *P* 23 pleni sunt caeli et terrae gloriae tuae *R om. Pe.*

scit et de his, qui mortuorum modo taciti in dei laudibus uiuerent, dictum esse: sepulcrum patens est guttur eorum, quia in gutture eorum, tamquam in sepulcro patente, in laudes dei emortua uox sileret. huic igitur sese silentii pœnæ sub obliuionis condicione subiecit, si memor Hierusalem non fuisset, sed etiam per id, quod sequitur: si non præposuero Hierusalem in principio iucunditatis meæ. unicuique nostrum secundum uoluntatis suæ sententiam lætitiæ causa subiecta est et ex affectu animi sui initium gaudii sumit, ut potator ex ebrietate, ut gulo ex cibis, ut auarus ex pecunia, ut ambitiosus ex honoribus, ut seditiosus ex turbis, ut libidinosus ex stupris. hæc ergo unicuique, prout his delectatur, lætitiæ adferunt causam. sed propheta Hierusalem sibi initium lætitiæ præponit, hinc exordium gaudii sumens, quod in Hierusalem receptus immortalis ex mortali erit, quod angelorum frequentium cœtu admiscebitur, quod in regno domini recipietur, quod conformis gloriæ ipsius fiet. nescit ergo alia gaudia neque aliud habet, unde lætetur, solam sibi Hierusalem gaudii initium præponens.

12. Et quia meminit per multas sibi corporis infirmitates, per multas spiritus angustias, per multa subrepentium uitiorum incentiua eo esse ueniendum, ueretur, ne quid sibi per naturam corporis ex uitiis adhærescat. post hoc enim ad deum precatur dicens: memento, domine, filiorum Edom in

2 Ps. V, 11.

2 sepulchrum *h. l. R* 3 gutturae *R* 4 in laudes *RPE* laudes (?) *T* sileret *ex* seleret *P* 6 per *om. R* praeposuero *Pb* ,pposuero *Re sed cf. p. 730, 5* 7 iucunditatis *R cf. Sabatier II, 266 adn.* laetitiae *PE* 9 est et ex *RE* ē ex *P* 10 potor[ta] *corr. m. 1 R* gulo *R* gulo[sus] *P* gulosus *E* 13 causam *RE om. P* 14 ꝑponit *R* proponit *PE* sumes[n] *P* 15 mortale *R* 16 coetu *RP cf. de hoc datiuo Bücheler — Windekilde Decl. p. 110* coetui *E* in regno dn̄i *RP* in regno dei *T* in regnum dei *E* 17 ipsius *RE* suae *PT* 18 ierusa = lem *R* 20 et quia *RTE* quia *P* sibi *Re om. PTb* 21 subrepentium *RPE* surripientiū *T* 23 hoc *R* haec *PTE* dm̄ *Re* dominum *PTb* 24 in diem *RPE* in die *T*.

diem Hierusalem, qui dicunt: *exinanite, exinanite quoad usque fundamentum in ea.* Edom interpretatur terrenum: uitia itaque terreni corporis nostri, quæ, quia ex natura corporis exeunt, Edom filii nuncupantur, his Babyloniis, id est confusionibus et perturbationibus sensus nostri imperant, ut nos ex ea plenitudine, qua repleti sumus, euacuent. scriptum est enim: *quoniam de plenitudine eius omnes accepimus.* quisque enim capax est domini, ipse et de plenitudine eius inpletus est. est autem hæc natura turbidi confusique per uitia corporis sensus, ut, si semel nos in omnem peccati uoluntatem et consuetudinem traxerit, omnibus nos bonarum uirtutum studiis exinaniat. hæc ergo uitia his sensus nostri turbidis confusionibus imperant, uti nos fundamento ipso exinaniant. quisque enim sanctus est, pro parte Hierusalem ipse est; quia ex conuentu beatorum uirorum et cælesti consortio dignorum Hierusalem uiuorum et pretiosorum lapidum ciuitas erit, quam hæc terrena uitia usque ad fundamentum exinanire nituntur. et quod fundamentum in nobis sit, apostolus docet dicens: *fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter illud, quod est Christus.* omne igitur religionis initium, omne fundamentum spei nostræ euacuare temptant, ne qua in nobis memoria et recordatio dei resideat, ne qua spes boni alicuius relinquatur. fundamento enim fidei, quod est Christus, eruto et euerso ne ipsius quidem ædificandæ nobis per pænitentiam ueniæ consolatio relinquetur.

7 Ioh. I, 16. 19 I Cor. 3, 11.

1 *alterum* exinanite *in ras.* *P* 2 quod ad usque *R* quousque *PT* 3 terrenum *RPE* tren̄' *T* quae quia R^1*PTab* quia R^2*e* 4 his *RE* hi = *P* [haec] hii *T* baby = loniis *P* 6 ex ea *Re* ea *Pb* ex *T* 7 accepimus *PE* acc[e]ipimus *T* accipiemus *R* 8 quisque *P* quisq: *T* quisq *R* (*cf. Acad. p. 29*) quisquis *E* enim *supr. scr.* *P* capax *PTE* pax *R* domini *RTE* dño *P* de *supr. scr.* *P* 11 uoluntatem RPT^1E uoluptatē T^2 12 bonorum *RP* haec ergo *RE* ergo haec *PT* 13 uti nos *PTb* ut in nos *R* ut nos *e* 14 quisque *P* quisq: *Ta* quisq *R* quisquis *e* 16 uirorum et praetiosorum *P* 20 *sic RPT*, praeter illud (id *a*) quod positum est quod est Christus *E* 25 per *om.* *P* ueniae *om.* *R* relinqueretur P^2.

13. Commemorata autem Hierusalem captiuitate et filiorum Edom in exinaniendis nobis usque ad fundamentum adhortatione consequens est, ut, quatenus aduersus hæc nobis prouidendum sit, propheta demonstret. et demonstrat plane, non inopes nos neque inperitos relinquens, cum ait: filia Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. beatus, qui tenebit et allidet paruulos tuos ad petram. uellem percontari eos, qui otiosas esse spiritales psalmorum intellegentias existimant, quam hic a propheta Babylonis filiam dictam esse intellegant, et, cum superius super Babylonis flumina sessum atque ploratum sit, cur nunc Babylonis filia misera sit? sed quia sensus legentis corporali intellegentia caret, spiritalis ratio tractanda est. ad infelicem enim illam confusionis et perturbationis nostræ carnem sermo omnis reuertitur, quæ secundum historiæ fidem ex confusionis patribus genita est, quia omnis caro superioris carnis est filia. ex his enim, qui primum confusis linguis confusionis urbem, quæ Babylonia est, condiderunt, uniuersarum gentium initia dispersa sunt. hæc ergo misera Babylonis est filia, id est caro omnium. cui qui retribuet retributiones suas, beatus est, scilicet qui carnem suam dominatui animæ subiecerit, et quisque eam spiritui subdiderit. illa enim omnes eos, qui inperiti de deo et ignari erant, omnibus uoluptatibus et desideriis suis subegerat et captiuæ menti dominans imperabat. sed cum per cognitionem dei uitia eius, non dico abolitione, sed morte perimuntur, cum religio, pudicitia, largitio, sobrietas et caritas impietatem, libidinem, auaritiam, ebrietatem, simultatem, odia

1 commemoratautē *P* captiuitatem *P* 2 adhortationē *P* 8 percunctari *Pa* 10 *sic Re* (*nisi quod in R* qur *pro* cur), et cū superius sup^{ba} babyllonis filia misera sit sed quia *cet. P* et quomodo cum superius superba filia babylonis nunc misera sit sed quia *cet. Tb cf. Addenda* 15 confusionis (s *in ras. 2—3 litt.*) *R* 20 cui qui retribuet *RE* cui q^{i} retri^{m}buerit *T* cuique retribuere *P* 21 scilicet qui *RTb* scilicet quia *P* si quis *e* et quisq *R* quique *PTb* quisquis *e* 23 erant *PTb* sunt *Re* uoluptatibus ^{et} desideriis *P* 25 dei *R* deitatis *PTE* uitia eius *RE om. PT* 27 simultatem *om. R.*

consumpsit et omnibus operibus spiritus caro uicta famulatur, tunc beatus est, qui retributionem suam ei retribuet, id est qui dominatum in eam spiritus, quo uti ipsa in spiritum erat solita, demutat.

14. Neque solum retributor retributionis beatus, sed etiam ille beatus, qui tenebit et allidet paruulos tuos ad petram. uitia corporis non sunt sinenda coalescere, sed in exordiis statim enecanda sunt. periculosæ enim sunt iam robustæ cupiditates, et difficulter adulta quæque perimuntur. leuius autem est prorumpentes auellere, teneras excidere, flexibiles retorquere. beatus itaque est, quisquis in exordio inhonestas quasque omnium cupiditatum adpetitiones, quæ ex uoluntate carnis oriuntur, primum intra ius patientiæ suæ uirtutisque cohibebit, deinde eas ad fidem atque ad metum dei elisas enecabit. omnis enim, qui ex peccatis ad religionem transferetur, peccata omnia in eam, ad quam decedet, religionem elisa comminuet. in eo autem, quod paruulos miseræ filiæ Babylonis tenet et allidit, et uirtus, qua nascentes cohibet, et fides, qua, ne adolescant, allidit, ostenditur. et allidit ad petram: petra autem secundum apostolum Christus est. in quem beatus est, qui filiæ Babylonis paruulos, id est tenera adhuc corporis uitia allidet et conteret. ipsi unigenito deo ac domino nostro gloria et laus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXVII.

Psalmus Dauid.

Confitebor tibi, domine, in toto corde meo: quoniam audisti uerba oris mei et reliqua.

1. Duplicem in confessione significationem esse, in plurimis locis demonstrauimus: aut peccati nostri, aut laudationis dei.

1 et *ante* omnib. *om. P* 2 retribuet *R cf. p. 733, 6* retribuit *PTE* id est *RE om. PT* 5 etiam *RPT* et *E* 6 tuos *RPb* suos *Te* 8 enecandae *R* 9 quaequae *R* 10 *inter* est *et* prorumpentes *spatium 4—5 litt. uac. R* 11 retorquaere *R* 12 uoluntate *PTE* uoluptate *R* 15 transferetur *Re* transfertur *PTb* 16 decedet *R* decesserit *PTE* 17 comminuit *P*[2] 18 et allidit *R* et allidit (allid& *P*) ad petram *PTE* et uirtus, qua — allidit ad petram *om. PT* uirtus *R* (iustus?) 21 treni (tenera) *T* 22 ac *ex* hac *R* Finit psāl. CXXXVI incipit CXXXVII *R* Explicit psalm CXXXVI incipit psalm̄ CXXXVII *P* Expl. de CXXXVI incip. de CXXXVII *T*.

et hoc ita esse, ex euangelicis dictis promptum est noscere. nam cum ait dominus: confiteor tibi, pater, domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus sæculi et reuelasti ea paruulis, laudem dei patris ob reuelata paruulis, quæ ignorata essent prudentibus, confitetur, docens ideo absconsa ea esse his, qui prudentes uiderentur, quia non secundum innocentiam paruulorum præceptis euangelicis credidissent. at uero, ubi in isdem euangeliis dicitur: et baptizabantur omnes in Iordane confitentes peccata sua, illic confessio peccatorum sine ambiguitate significationis alterius continetur.

2. Maxima autem et utilissima est letalium uitiorum morbis in eorum confessione medicina. sed confessio peccati non est tamquam rerum aliis ignoratarum professio, ut si fur de furto, aut homicida de cæde interrogatus confitetur; neque tamquam ignorans, qui scrutans corda et renes deus est, ad scientiam sui confessione tua indiget, cui promptum est non cogitata, sed cogitanda perspicere. confessio autem peccati ea est, ut id, quod a te gestum est, per cognitionem peccati confitearis esse peccatum. nemo enim, quod agit, ad id agendum non aut ex fructu oblectationis alicuius aut iudicio bonæ in eo opinionis adgreditur, dum aut rectum id putat aut eo gaudet. sed cum per doctrinam dei uerique rationem ea, quæ sub specie aut utilitatis aut uoluptatis egit, intellegit esse peccatum, per peccati intellegentiam peccatum id esse, quod a se gestum est, confitetur.

3. Nullus autem. quod peccatum esse confessus est, deinceps cum uenia admittet, quia peccati confessio professio est desinendi. ceterum in intellectis et confessis manere, hæc peccati

2 Matth. XI, 25. 9 Matth. III, 6.

2 domine pater *PTE cf. Abh. IV, 82* 5 esse *R* 6 docens *ex* dicens *P* 8 hisdem *RP cf. Neue Formenl. II, 201* 15 caedae *R* 17 suam *e* non cogitare *G* non solum cogitata *E* 20 ad id *GRP* id ad *T* aut ex fructu *G* audax fructu *Pa* ex fructu *R* aut fructu *Ts* 21 eo *om. G* 22 rectum id *GR* rectum *PTE* 23 dei *om. R* 24 uoluntatis *RP* egit *R* elegit *PTE* 27 quod *G ex usu Hilar. cf. Addenda* id quod *RPTE* 28 cum uenia admittet *GR* debet admittere *PTE* 28 peccati confessio *GR* confessio peccati *PTE* 29 haec *RPT* ex *Bened. in adn. fort. recte.*

iam pridem scientia ueniam confessionis amittit. confiteri enim id tamquam recens cognitum non potest, quod a se cum peccati cognitione sit gestum. desinendum ergo a peccatis est, postquam in confessione est cognitio peccati; et confitendum est, ut propheta docuit, corde toto, non ex parte, neque aliqua adhuc nobiscum cognitorum peccatorum operatione residente. quid enim, si quis de furto pænitens iniquis et turpibus lucris pecuniam suam auxerit? non erit quidem fur, sed erit auarus et raptor. aut si quis ex fornicatione desinens uino se nimio corrumpet? corpus quidem suum non polluet, sed animam contaminabit. et si quis a cædibus temperans maledicus esse persistet? manum quidem homicidam non habebit, sed linguam habebit. et quomodo quis ex toto corde poterit confiteri non exigua secum peccati parte residente? detersis itaque omnibus uitiis confessione opus est desinendi et orandum semper ad deum est, ut in cohibendis peccatis extinguendisque incentiuis eorum pendula uoluntatis nostræ studia confirmet.

4. Ob quod iam confidens propheta per confessionem ac precem suam in portu se innocentiæ conlocatum ait: confitebor tibi, domine, in toto corde meo: quoniam audisti uerba oris mei. duplex intellegentiæ huius, ut superius iam diximus, sensus est. nam siue laudem deo confitetur, quia uerba oris eius audita sunt, siue per misericordiam dei, cum diu orasset, adiutus iam omnibus peccatis desinentibus confitetur. fidei nostræ utrumque conueniens, ut et dominum laudemus et confiteamur intellecta peccata.

5. Dehinc sequitur: et in conspectu angelorum psallam tibi. parum sibi existimat propheta esse, ut hominibus tantum præsentibus psallat, quia homines corporalium tantum negotiorum officia inspiciant. in eo enim, quod psallit, motum conplacitæ deo operationis ostendit. non ergo ea, quæ uidentur in corpore, cerni desiderat, sed ea, quæ spiritaliter naturæ

5 profeta *G* nequa aliqua *G* 6 operatione *GRT ex* oratione *P* 10 animum *R* contaminauit *ex* contamiuit *P* 11 *fort.* aut si a criminibus *G?* ex caedibus *PTa* 16 extinguendisq. incentiuis (xtinguendisq. in *in ras. m. 3*) *R* 18 confitens *PT* ac *ex* hac *R* 19 collocat cū ait *T* 24 audit' *T* 30 inspiciunt *TE* 31 ea *om. PTE* 32 ea *supr. add. P.*

spiritales contuentur, gerere festinat. scit enim se sub specula angelorum uitam omnem moresque agere, et ubique hæc diuinorum ministeriorum auxilia fidelibus cunctis adsistere, ut scriptum est: angelus domini in circuitu timentium eum. legem etiam Moysi in manu mediatoris per angelos fuisse dispositam, apostolus docet. nec non et Heliseus absolutissime docuit humanas infirmitates angelorum auxiliis defendi et in omnibus periculis, si fides maneat in nobis, adesse spiritalium uirtutum defensionem. namque cum rex Syriæ capere Geth urbem, in qua idem Heliseus propheta esset, pararet et nocturnis itineribus exercitum suum, qui antelucanus urbem obsideret, destinasset, puer Helisei conspecta obsidione dixit: o domine, quid faciemus? et dixit Heliseus: noli timere: quia plures sunt nobiscum quam cum illis. et orauit Heliseus ad dominum et dixit: adaperi oculos, domine, pueri huius, et uideat. et adaperuit dominus oculos pueri, et uidit; et ecce mons erat plenus equis et curribus in gyro Helisei, et descenderunt ad eos. tantus et tam nobilis propheta solus contemplatione auxiliorum spiritalium dignus est; sed oratio eius ad deum uisum incorporalium etiam puero suo meruit. in horum igitur adsistentium humanis auxiliis angelorum conspectu psallit propheta spiritalibus spiritalium operum contemplatione placiturus.

6. Sed non solum coram angelis psallit, sed etiam id, quod sequitur, efficiet. adorabo ad templum sanctum tuum: non in templo, ne quid secundum consuetudinem Iudæorum corporaliter loqui uideretur, si adoraret in templo; sed ad templum, id est apud templum spiritu et corpore adoraturus.

4 Ps. XXXIII, 8. 6 Gal. III, 19. 13 IV Reg. 6, 15 sq.

3 misterioru͞ *P* mysteriorum *Re cf. Acad. p. 32* 5 eum *om. R* mosy *R* 10 helisaeus *R* *post* esset *supr. scr.* & *P* pararet *ex* parerei *corr. m. 1 R* et *om. P* 11 antelucanus *Re (G h. l. deest)* ante lucem *PT* 12 obsidere = *P* 15 haelisaeus *R* 16 huius pueri *PT* 18 aequis *P* 21 dm͞ *R* dominum *PT* 23 psallat *Ra* spiritalibus *RE om. PT* 25 psallet *ex* psallit *T* id *om. P* 28 uidetur *R* 29 spu͞ *ex* spm͞ *m. 1 R.*

templum autem deo esse sanctum quemque apostolus docet dicens: uos estis templum dei, et spiritus dei habitat in uobis. habitatio ergo, quæ ex nobis deo digna erit. deo templum est.

7. Apud hoc ergo templum deo sanctum adorabit, non sine perfecta ratione doctrinæ, ne qua hæreticis de incompositæ orationis confusione ad studia sua pateret inreligiositatis occasio. ait enim: et confitebor nomini tuo super misericordiam tuam et ueritatem tuam. cum dei nomini confitetur, tenet euangeliorum et legis congruam fidem. quod enim sibi nomen esset, sciri deus uoluit: eodem dicto euangelico et legis dominus Sadducæis resurrectionem corporum abnegantibus respondens ostendit: de resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est uobis a deo dicente: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob? non est deus mortuorum, sed uiuentium. in absoluto ergo hæreticorum error est, qui alium atque alium euangeliorum et legis deum asserunt, cum dominus id, quod principale in lege est, ad confirmationem spei euangelicæ commemoret. est autem et nomen aliud deo, quod in euangeliis cognoscimus domino dicente: pater, uenit hora, honorifica filium tuum, ut filius honorificet te. et post multa alia sequitur: manifestaui nomen tuum hominibus. et quod nomen esset, superius ostendit dicens: pater, uenit hora, honorifica filium tuum. huius ergo nomen adorat, qui et secundum

2 I Cor. 3, 16. 13 Matth. XXII, 31 sq. 15 Exod. III, 6. 21 Ioh. XVII, 1 sq.

1 sanctum quemque *R* sanctos quosque *PTE* 3 habitatio *ex* habitio *P* ex nobis *R* a nobis *P* in nobis *T* 5 dō *GRP* dī *T* 6 neque *G* hereticis *G* 7 pateret (et *i. ras. m. 3*) *R* 9 et ueritate tua *T* 11 esset *G* esse *RPTE* 12 sadducaeis *ex* sadducaeos *m. 1 R* 13 *post* ostendit *E add.* ait enim, *quae uerba desunt in GRPT* 14 quod *GRT* quid *P* a dño *PT* 15 et dē isac *G* deus isaac (*om.* et) *R* 17 qui alium adque alium euangeliorum *R* qu^{i} aliū absque euuangeliorū *P* qui alium absq: euangeliorum *T* 21 pater uenit honora honorifica *G* pater ueniet honorifica *R* 22 filius *GRPT* filius tuus *E* 24 *GR eadem praebent, quae supr. lin. 21* 25 nomen *GP*[a] nomini *RP*[1]*T*.

legem deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob sit, et secundum euangelia unigeniti dei pater est.

8. Extinguit quoque insolentem eorum professionem, qui humanæ naturæ et infirmitatis inmemores et inmisericordem deum prædicantes peccatis pænitentium ueniam et solacium non relinquunt: cum ad pænitentiam, per quam a peccatis desistitur, doctrina legis, prophetarum, euangeliorum, apostolorum eos, qui peccauerint, adhortetur, ut desperatæ iam spei aliquantulum per eam solacii conparetur, ut amissis licet beatis et maximis et deo proximis ne his saltem, quæ talibus sunt secunda, careamus.

9. Tollit etiam stultissimam eorum temeritatem, qui frustrato falsoque corpore dominum in carne uisum esse contendunt, ut eum pater ementita ueritate in habitu falsæ carnis ostenderit, non recordantes post resurrectionem corporis spiritum se uidere credentibus apostolis dictum esse: quid conturbati estis. et quæ cogitationes ascenderunt in corde uestro? uidete manus meas et pedes meos, quoniam ipse ego sum: palpate et uidete, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habentem. ab horum igitur confessione confessionem suam propheta discernit perfectæ fidei ordinem tenens, cum in nomine deum Abrahæ et deum Isaac et deum Iacob, cum in misericordia pænitentium misericordem, cum in ueritate uerbum, quod caro factum sit, confitetur.

10. Causa etiam confessionis hinc sumitur: quoniam magnificasti super omnia nomen sanctum tuum. non uni

16 Luc. XXIV, 38 sq.

1 abraham *G* abrahae *RP* abraae *T* et d̄s isaac (isac *G*) et d̄s iacob *GPT* deus isaac deus iacob *R* 6 relinq.nt *G* relinqunt *R* 8 disperatae *P* 9 per ea *P* 10 et deo proximis *om.* *PT* saltem *Te* statim *RPa* (statim *ex* saltim *ortum uidetur, cf. Acad. p. 19*) 14 ostenderet *P* 17 in corde uestro *R* (*cf. text. graec.* ἐν τῇ καρδίᾳ) in corda uestra *PTE* 18 manus meas et pedes meos *Re* et manus meas et pedes *PT* 20 habentem *PT* habere *R* 24 uerbum quod caro factum sit confitetur *GR* quod uerbum caro factum sit confitetur *T* uerbum caro factum sit confitetur quod *P* 27 non uni tantum genti *ex* non uni tantum unigeniti *R* non tantum unigeniti *TP*[1] (non tantum unigenito *P*[2]).

tantum genti dei nomen est cognitum: super omnia magnificatum est et in omnes se magnitudo sanctitatis extendit. non barbarus, non Scytha, non seruus, non liber, non mulier, non uir, non ætas ulla secernitur: super omnia enim magnificatum dei nomen est. templa conlapsa sunt, simulacra muta sunt, haruspices interuentu sanctorum silent, augurium fides fallit: unum dei nomen in omnibus gentibus sanctum est. adest enim semper in se sperantibus sanctis suis et, ubicumque inuocatum fuerit, præsentem opem tribuit.

11. Ait enim: in quacumque die inuocauero te, exaudi me. nullum diem iustus quisque sine metu transigit, neque anxia semper erga se fides securi temporis otium recipit. scit omnes dies plenos insidiarum sibi esse, diabolo atque eius angelis excidium sibi semper mouente. scit diem illam domini occultam, insperatam, modo nocturni furis repentinam futuram. ut igitur se in quacumque die inuocantem exaudiat, deprecatur. nec diffidit, quid in quacumque die exauditus obtineat. sequitur enim: multiplicabis me in anima mea in uirtute tua. per multam scilicet dei curam multiplicabitur ipse in animæ uirtute, ne quid in se tribulationibus, ne quid terroribus pateat, sed, cum temptationes ingruent, cum metus incidet, omnia multiplicata animæ uirtute tolerentur.

12. Et quia certa spes ista est, ut animæ uirtus diuinæ misericordiæ multiplicetur auxilio, debitam ob id ab omnibus deo confessionem fatetur dicens: confiteantur tibi.

1 super omnia *R*¹*PT* super omnia enī *R*²? sed super omnia *E* 2 mansuetudo *P* 3 scyta *R* 5 muta s̄ (*in marg. add.:* ta ł minutata) *T* mutata sunt *RPE cf. quae dixi Acad. p. 102* 6 aruspices *RT* *post* silent *R* *ad sequentia aberrans add.* gentibus sc̄m̄ est augurium *PT* auguria (*quod certe ex* auguriū *ortum est*) *R cf. Neue Formenl. 1, 103, Georges Wortf. 82* augurum *E* 7 in omnibus gentibus *GPT* in omnibus *R* 12 saecuri *R* 13 dies *ex* dees *corr. m. 1 P* 14 atque eius angelis *scripsi*, adque euangeli* *G* atque angelis eius *RPT* (*sed in P litter.* tq: *in ras. et uox* angelis *in marg.*) mouente *GR* mouentib: *T* mouentibus *Pα* molientibus *ε* diem illam diem *R* 15 dño *G* inseparatam *G* modo *G* et modo *RPT* 17 nec diffidit *G* nec diffidit propheta *RPTE* quod *G* 21 ne quid terroribus *om. R* pareat *P* ingruunt *PT* 22 incidit *ex* incidet *P* 25 dō *GPT*, *supr. scr. m. 3 R* confessione *P*.

domine, omnes reges terræ: quia audierunt omnia uerba oris tui. et cantent in uiis domini, quoniam magna est gloria domini; quoniam excelsus dominus et humilia respicit et alta de longe agnoscit. et quos reges terræ propheta significet, iam in plurimis psalmis ostensum est. reges non gentium, sed terræ, id est sui uniuscuiusque corporis regem desinente a se regno peccati. uocati enim sumus in regnum cælorum ex regno mortis euerso: mors enim regnauit ab Adam usque ad Moysen: et iam unusquisque rex suus est secundum apostolum: iam sine nobis regnatis. horum igitur confessio deo digna est. audierunt enim omnia uerba oris dei et in reges se constitutos sciunt.

13. Neque solum confiteantur, sed et cantent in uiis domini, non transgredientes uias dei, sed in his euntes. uiæ autem dei sunt prophetæ omnes et apostoli, in unam uiam unumquemque uia sua dirigentes. et quod ex omnibus in unam uiam concurratur, propheta demonstrat dicens: state in uiis domini et interrogate semitas dei æternales et uidete, quæ est uia bona, et ambulate in ea. uiæ enim domini æternæ. in his itaque uiis domini cantandum est et hymnis prophetalibus concinendum, quia magna dei gloria est; magnificentiæ enim eius non est finis. nam magnitudinem gloriæ suæ opera testantur, cælum, terra, maria, æther, homo ipse, qui rationis particeps ad horum cognitionem perfectus est, ut per hæc uisibilia inuisibilem dei gloriam contueretur.

9 Rom. V, 14. 10 I Cor. 4, 8. 18 Hierem. VI, 16.

1 omnia uerba *GT* uerba *RPe* 2 *antem *G* 3 magna est *GR* magna *PT* 4 agnoscit *G* cognoscit *RPET cf. p. 742, 8* 5 profeta *G* profetia *R* 7 rege** *G* regem *R* reges *PT* 8 enim *GR om. P* ex regno *R* et regno *G* & regno *P* 11 regnatis *GP* regnastis *R* 14 cantent (t *in ras. 3*) *R* 16 et apostoli *GT* apostoli *RP* 17 sunt dirigentes *G* in unam uiam *G* in unam *RPTE* 22 ymni* *G* 23 gloria dī est *P* magnificentia ei' enim *P* 24 nam *om. R* 25 ad horum cognitionem *RT* in horum cognitione *P* horum cognitione *e*.

14. Neque solum magna est dei gloria, sed etiam excelsus est et humilia respicit. hinc eminentis celsitudinis suæ admiratio maxima est, quod humilia respicit, qui excelsus est. sed quæ humilia respicit? nempe ista: cor contribulatum et humiliatum deus non spernit; et rursum: et super quem respiciam, nisi super humilem et trementem uerba mea? sed qui excelsus humilia respicit, habet in se aliam quoque admirationem, quod et alta de longe agnoscit. superbæ et insolentes cogitationes deum non fallunt: agnoscit omnia, et nihil scientiæ eius inpenetrabile est. deus, ut scriptum est, prope est his, qui tribulato sunt corde; non admiscetur autem adrogantibus, neque insolentibus prope est. unicuique nostrum pro fidei diuersitate aut proximus est aut remotus, spiritali uirtute, ubi se dignum est, adquiescens. et ideo alta a longe cognoscit, quia et per indignitatem abest ab insolente et per uirtutem, longe licet, quæ sunt superba, cognoscit.

15. Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me. non abnuit iustus iste, ne in mediis tribulationibus ambulet. scit enim, quia tribulatio secundum apostolum patientiam operatur. scit inprobabile aurum non placere, scit uictorem militem nisi bello non futurum, scit intemptatam fidem languere, scit in tribulationibus secundum apostolum gloriandum. scit inparem se tribulationibus sine auxilio dei esse; et idcirco per deum salutis suæ certus est et, cum in mediis tribulationibus ambulet, per eundem se uiuificandum esse confidit. ait enim: super iram inimicorum meorum extendisti manus tuas: et saluum me fecit dextera tua. dominus

4 Ps. L, 19. 5 Esai. LXVI, 2. 11 Ps. XXXIII, 19. 20 Rom. V, 3.

5 spernit *GR* spernet *PTE* 6 trementem *ex* trementan *corr. m. 1 R* 7 sed qui *R* sed qui = *P* sed $\overset{i}{\text{q}}$ (?) *T* sed quia *E* 8 agnoscit *RT* agnoscit *ex* acnoscit *P* cognoscit *E* 12 adrogantibus *G* arrogantibus *RPT* 13 unicuique nostrum *G* unicuique enim nostrum *RPT* 15 alta a longe *scripsi* alta longe *R* a longe alta *PT* quia et *R* qui et *PT* 19 abnuit *ex* abuit *P* istae *R* 21 inprobabile aurum *R* improbabilem uirum *PTE* 23 languaere *R* 24 sine *Re* nisi *PT* 26 per eundem *R* per easdem *PT* confidit *supr. scr. P* 27 meorum *om. PT.*

retribuet pro me. irascentibus inimicis nos extensa manus dei protegit. tribulationes enim inimici adferunt irascentes fidei et spei nostræ: quia aduersarius noster secundum apostolum diabolus tamquam leo rugiens ambulat, quærens nos deuorare. sed super iram inimicorum, per quos diabolus semper operatur, manus domini extenditur, et sperantes in se saluos facit dextera eius. uirtus significatur in dextera; et ideo dominus, qui dei uirtus et dei sapientia est, nonnunquam dei dextera nuncupatur et cognominatur, per quem aduersus omnes inimicos in omni tribulationum bello protegemur.

16. Seruauit autem euangelicæ mansuetudinis propheta rationem, qua iniuriam reddere his, qui nos persecuntur, inhibemur, dicens: dominus retribuet pro me. illi enim uindicta seruanda est, qui in calumnia uestis dimitti et pallium iussit, qui post iniuriam alapæ unius præberi et maxillam alteram uoluit, qui uetuit malum pro malo reddi: plus uindictæ adepturis his, qui æterno iudici ultionem præsentis iniuriæ reseruassent.

17. Concludit deinde fidelissimæ spei uoce: domine, misericordia tua in sæculum. opera manuum tuarum non omittas: ut, quia dei misericordia in sæculum est extendens super iram inimicorum manum suam et fideles suos protegens dextera sua et pro his retribuens, opera manuum suarum non omittat, hominem scilicet, qui ait: manus tuæ fecerunt me et cetera. nonnunquam manu dei facta commemorari solent: homo uero semper manibus effectus,

3 I Pet. 5, 8. 13 Matth. V, 40. 24 Ps. CXVIII, 73.

1 nos extensa *(transpositionis signa eras.)* *R* extensa nos *PT* 5 irā *supr. add. m. 2 P* inimcorum *R* 9 nuncupatur & cognominatur *R* cognominatur *PT* 10 in omni *R* in omnium *PT* bella *P* protegemur *R* protegimur *PT* 12 persecuntur *R* persequuntur *PT* 14 uestis *R*[1]*PT* uestes *R*[2] (?) *e* pallium *ex* palleum *P* 17 adepturis his *R* adepturis *PT* 19 fidelissime dī uoce *PT* *(T haec uerba in marg. add. et adiunxit aliam lectionem:* fidei suae uoce) 20 in saeculum *PT* *(εἰς τὸν αἰῶνα LXX)* in saecula *R* 21 omittas (mit *in ras. 3*) *R* 25 nonnunquam *RP* nonnunquam *ex* nunquam *T* 26 manibus *RPT* manibus dei *E*.

nobiliore in eum opere ex manuum connumeratione monstrato. ut igitur hunc non omittat precatur et sit ei auxiliator assiduus per eum et in eo, qui ait: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem sæculi, dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXVIII.

In finem psalmus Dauid.

Domine, probasti me et cognouisti me et reliqua.

1. Omnis quidem propheticus sermo ex diuini spiritus instinctu profectus est. et hoc non in obscuro est, cum legimus: hæc dicit dominus; et iterum: audite uerba domini; et rursum: quoniam dominus locutus est; et in eodem: os enim domini locutum est ista. de psalmis autem ipse dominus in euangeliis confirmat, cum ait de se: si, inquit, Dauid in spiritu uocat eum dominum, quomodo dicitis, quod filius eius est? docens omnia Dauid spiritu prophetico elocutum. locutum autem de se licet in hoc loco eodem ostenderit, cum ait ab eo dominum se esse in spiritu nuncupatum, absolutius tamen ostendit, in psalmis sacramentum omne corporei aduentus sui contineri, dicens: hæc sunt uerba mea, quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam oportebat omnia

3 Matth. XXVIII, 20. 12 Hierem. XXXI, 2; 10. 13 Esai. XXIIII, 3. 14 Esai. LVIII, 14. 15 Matth. XXII, 45. 21 Luc. XXIIII, 44.

1 in eum *RE* in eo *PT* connumeratione monstrata *(sic) RP* commemoratione monstrato *TE* 2 ut igitur hunc *R* ut hunc igitur *PT* 3 et in eo *RT* et in eū *P* sum uobiscum *R* 4 usque in *R* usquae *P* usque ad *TE* 5 *sic Re*; dominus noster Iesus Christus *PTb* Finit psal̄. CXXXVII incipit CXXXVIII *R* Exp̄ trāct psalmi CXXXVII inc̄ trāct psalmi CXXXVIII *P* Expl. de CXXXVII incip. de CXXXVIII *T* 10 sq. *sic Re*; omnem propheticum sermonem ex diuini (diuini *ex* diui *P)* spiritus instinctu profectum non in (in *supr. scr. P)* obscuro est, cum legimus *PTb* 15 cum ait si inquid dauid *R* cum ait de se si inquit dauid *PT* cum de se loquens ait: si Dauid *E* 18 in hoc loco eodem *R* in hoc eodem loco *PTE* 19 ait ab eo *R* ab eo ait *PTE*.

inpleri, quæ scripta sunt in lege, Moysi et in prophetis et psalmis de me. non est ergo ambiguum, quod in psalmis de eo scriptum sit. nam tametsi pleraque in his talia sint, ut ad personam patriarcharum, prophetarum, martyrum, apostolorum generationis quoque primæ et generationis sequentis referri oporteant, tamen, quia omnia in Christo et per Christum sunt, quidquid · illud in psalmis est sub diuersorum personis prophetatum, omne de ipso est: quia doctrina omnis, diuersis licet præceptorum generibus multiformis, hoc per diuersos præstat, ut ipse noscatur. hæc nobis propter præsentem psalmum commemoranda necessario fuerunt, ne forte sine probabili auctoritate præsumpsisse existimaremur, ut ad personam Christi omnem hanc eius prophetiam referremus.

2. Diligenter autem ea obseruanda est ratio, ut, quæcumque homini illi, quem ex utero sanctæ uirginis adsumpsit et in quo se nasci hominem, qui deus erat, uoluit, apta esse et congrua uidebuntur, cum debita cælesti naturæ suæ dignitate tractentur neque sacramentum salutis nostræ, quo in forma dei manens formam serui accepit, ad contumeliam indemutabilis suæ et inuisibilis et incorporeæ et inpassibilis substantiæ coaptemus. quod enim homo fuit, nobis profecit, sibi nihil dempsit. exinaniuit enim se in forma dei manens, ut et forma hominis

1 in lege Moysi *Rb* in libro moysi *PTe* *(in P ex parte in ras.)* et in prophetis et psalmis *R* et in prophetis et in psalmis *P*¹*T* et prophetis et psalmis *P*²*b* 2 quod *R* quin *PTE* 3 pleraque *Re* plerumque *Pb* plerunque *T* 4 patriarcharum prophetarum martyrum apostolorum *Re* *recte, quia martyres etiam in prima generatione i. e. apud Iudaeos erant, apostoli autem in secunda tantum,* prophetarum patriarcharum apostolorum martyrum *PT* 5 generationis quoque primae *RTE* generationes quoque primae *P* et generationis sequentis *TE* et generationes sequentes *RP* 7 in *supr. scr. P* 10 praestat *RPTa* praestet *ε* 11 sine probabili *Re* improbabili *PTb* 12 ad personam Christi omnem *ε* ad personam omnem *Ra* ad personam eius (ei' *T*) omnem *PT* 13 hanc eius prophetiam *Re* hanc prophetiam eius *PTb* 14 est ratio *R* ratio est *PTE* 15 assumpsit *RE* p̄sumpsit *P* p̄sumpsit *T* 18 $\overset{o}{q}$ *T* qua *RPE* 19 formam serui *GRT* forma serui *P* 22 enī *supr. scr. m. 1 R* ut & forma hominis esset non ut forma dei esse desineret *R* non ut forma serui esset et forma dei esse desineret *PT*.

esset, non ut forma dei esse desineret. ait enim ipse: quæcumque pater facit, eadem et filius facit similiter. numquid in forma serui manens uirtutem et diuinitatem, qua in forma dei manebat, amisit? cum enim in corpore humilitatis nostræ, quæcumque pater facit, eadem et ipse facit similiter, nihil per consortium carnis a paternæ diuinitatis potestate degenerat; neque id corpus, quod adsumptum est, uirtutem naturæ antea manentis aboleuit, cum in eo corpore, quod adsumptum est, uirtus naturæ antea manentis operetur.

3. Itaque si quid infirmum ex persona eius dictum reperietur, ad hominem referri oportet, per quem habitauit in nobis. uerbum enim caro factum est et habitauit in nobis. referendum autem ob id est, quia non alienæ aut simulatæ naturæ hominem adsumpsit. uerbum namque caro factum habitauit in nobis: non in uitia infirmitatesque carnis ex uerbi uirtute deficiens, sed naturæ nostræ infirmitates homo natus adsumens. adsumptio autem infirmitatis non fecit infirmum, quia aliud est naturam esse, aliud adsumpsisse naturam. et extra generis necessitatem uoluntatis accessio est. non enim peccator fuit, sed peccata suscepit; neque infirmus extitit, sed portauit infirmitates. ipse enim secundum prophetam peccata nostra suscepit et infirmitates nostras portauit. et ne quid in inpassibilem atque indemutabilem diuinitatem infirmitatis incidere existimaretur, adiecit: et nos putabamus eum in doloribus esse. suscepit ergo infirmitates, quia homo nascitur; et putatur dolere, quia patitur: caret uero doloribus ipse, quia deus est. et cum habitat in nobis cumque infirmitates nostras

1 Ioh. V, 19. 12 Ioh. I, 14. 21 Esai. LIII, 4. 24 Ibid.

3 in forma serui manens *Ge* in forma manens serui *R* in forma dei manens *PTb* 7 uirtue^{tm}naturae *G* 8 aboleuit *GRE* absoluit *PT* 10 repperietur *GR* 11 oportet *GT* oportebit *RPE* habitabit *G* 12 et *om.* *G* habitauit *GRT ex* habitabit *P* 13 aut simulut** *G* 16 homo natur. (?) *G* 23 adque *G* 24 adiecit *GR* dicit *P* putabamus *GR* putamus *P* 25 iniquitates *G* 26 dolore *G* 27 habitat *GRP* inhabitauit *e*.

suscipit et cum susceptis infirmitatibus non dolet, non potest non esse, qui habitat, nec a se defecisse, qui suscipit, nec abolitus deus esse, qui non dolet. et hæc quidem propter præsentem psalmum commemorata paucis sunt, quia uidetur statim ex persona hominis cœpisse, ne per hoc, quod tamquam homo loquitur, decessisse ex paternæ diuinitatis gloria uideretur.

4. Ait enim: domine, probasti me et cognouisti me. apostolus, cum nos patientiæ et spei doctrina erudiret, ait: tribulatio patientiam perficit, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes uero non confunditur. et hæc quidem in sanctorum quorumcumque uita atque operibus fuisse cognoscimus, ut multis passionibus tribulationibusque iactati probabiles deo facti sint. si quis enim exulem Abraham et in metu parricidii et cælibatus et in ceterarum passionum iniuriis mansisse fidelem semper meminerit; si quis fugam Iacob et præter æstiuorum dierum laborem hibernarum noctium uigilias in custodiis ouium recordetur; si quis Moysi quadraginta annorum seruitutem et in eo acerba plebis opprobria et magorum aduersus eum æmulas potestates recenseat: intelleget eos patientia et constantia spei probatos non inmerito id esse præmii consecutos, ut in Abrahæ semine gentes benedicerentur, ex Iacob Israhel esset, Moyses Pharao in deum fieret. longum est passiones ceterorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum et beata atque inuicta illa Pauli in mari, in fluminibus, in terra, in solitudinibus, in urbibus, in propriis, in exteris, in plagis, in uinculis, in carceribus, in theatris fidei documenta memorare. certe hos omnes patientia

9 Rom. V, 3 sq.

1 suscepit *GP*^{1}*e sed cf. lin. 2* et *om. P* 2 defecisse *GR* de^{u}fuisse *P* suscipit *G* suscepit *RPe* 4 qia *G* 5 quod *GP supr. scr. m. 1 R* 6 decessisse *GR* decidisse *P* 9 perficit = — *R* perfecit *G* operatur *P* 11 confunditur *G* confundit *RPE* quorumcumque *G* quorumque *RPb* quoque *e* 12 uitã *G* 14 celibatus *G* 19 opprobria *GP* obprobria *R* 21 semine *RE* nomine *P* 22 ex iacob *GP* et iacob *Re* et moyses *P* farao *RP* Pharaoni *E cf. p. 500, 6* 24 beatam adque inuictã *P* 25 in ^{ob}probriis (ob *supr. scr. m. 2*) *P* 27 documenta *GR* docimenta *P*.

probabiles reddidit, per quam non erubescendæ spei suæ fiduciam probauerunt. sed hæc oportunius et plenius suis locis tractari oportet: nunc ad eum, ex cuius persona psalmum consistere diximus, reuertendum est.

5. Non confundenda autem persona diuinitatis et corporis est. omnis enim nunc in exordio ex persona eius hominis, quem adsumpsit, oratio est: probasti me, deus, et cognouisti me. probatus est, ut cognosceretur, quia posterior est probatione cognitio. et uideamus secundum euangelicam doctrinam, hic dei filius quomodo sit et probatus et cognitus. humilitas namque eius, per quam meruit ab omni cælesti, terrestri et inferno adorari et in gloria dei patris esse, probatio eius fuit. ita enim apostolus ait: fuit obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter hoc exaltauit eum deus et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectat cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria dei patris. propter hanc itaque usque ad mortem obœdientiam et mortem crucis infirmitas carnis adsumptæ in nomine atque honore inmortalitatis et in patris dei gloria conlocatur. dei enim nomen donatur et nomen non sine honore donatur. honor autem, qui donatur, non alius potest esse quam nominis; nomen uero indulti honoris non aliud est quam quod gloria est paterna: ut qui in forma dei manens formam serui accepit, propter obœdientiam formæ seruilis cum crucis morte susceptæ in gloria dei patris esset.

13 Phil. II, 8 sq.

2 oportunius *R* opportunius *PE cf. Acad. p. 28* 3 oportet *R* oporterent *P* consistere *GRP* constare *E* 7 dš *G om. RPE* 9 probatione *GR* probationi *P* 12 et inferno *om. G?* 13 oboediens *G* obediens (e *in ras. 3*) *R* oba :-- diens (*erat* obaudiens, *sed etiam* a *in ras.*) *P* 17 flectat *R* flectatur *PE cf. Acad. p. 57* et terrestrium *R* terrestrium *PTE* 19 in gloria dī *G* in gloria est dei *RPTE* hoc? *G* 21 et in nomine *RPTE* in homine *G* adque (atque *TE*) honore inmortalitatis *GTE* adque honorem mortalitatis *P* atque naturae honorem inmortalitatis *R* 24 non alius est *R* 25 gloriae est paternae *R* ut *om. P* 27 suscepta *G*.

cuius antea manebat in forma. sed hæc apostolus iam de perfectis locutus est: demonstrandum autem in euangeliis est, ubi et probatus et cognitus est.

6. Humilitas itaque eius probatio est. unigenitus namque deus, peccatorum remissor, æterni regni dominus baptizari se tamquam peccatorem exposcit. officium istud baptista renuit agnoscens eum, qui sibi potius peccata donaret. ille autem suscepti in se hominis iustitiam etiam sacramento baptismi expleuit: peccati nostri, peccati ipse nescius, particeps fieri non recusat et omnem in se humilitatem caducæ carnis adsumens Iordanem turbis peccatorum mixtus ingreditur. probatur in istis omnibus, dum geruntur; sed uideamus, an probatus agnoscitur. ait enim euangelista: et baptizato Iesu confestim ascendit de aqua. et ecce aperti sunt cæli et uidit spiritum dei descendentem de cælo, sicut columbam uenientem in ipsum, et ecce uox de cælo dicens ad eum: hic est filius meus dilectus, in quo conplacui. probationem mox consecuta cognitio est: et quem humilitas probabilem fecerat, hunc paterna uox filium conplacitum sibi, postquam probauit, ostendit. est et probatio, quam statim consecuta cognitio est. in deserto agit, temptationi diaboli subicitur seseque nunc in fastigium templi, nunc in excelsum montem patitur efferri. contumeliæ itaque se iniuriæ tam grauis dedidit, dum in deserto est, dum condicione temptationis inluditur, dum eleuari potest in templum atque montem. sed temptationum probationem agnoscentis testimonium non reliquit. ait enim scriptura: tunc reliquit eum diabolus, et ecce angeli ministrabant ei. homo temptatur, homo circumfertur, sed post hæc angeli ministrant. per probationem

13 Matth. III, 16 sq. 27 Matth. IV, 11.

2 in euangeliis *GPT* in euangelio *R* 7 donaret *Re* donasset *PTb* 9 expleuit *ex* explebit *P* peccati *RT* et peccati *P* 16 uox de caelo dicens ad eum *G* uox dicens ad eum *R* uox de caelo dicens *PT* 20 probauit *ex* probabit *P* 24 dedidit *R*[1] dedit *R*[2]*PTE* 26 temptationum *ex* temptationem *corr. m. 1 R* temptionum *P* agnoscentes *P* 27 tunc *R* tū *PT* reliquid *RP*[1] 28 ministrabant *PTE* ministrant *R* 29 ministrant *RTE* ministrabant *P* per prohatione *ex* per prohationem (*sic*) *R*.

cognoscitur, per cognitionem dignus est ministerio angelorum. in ceteris autem quotiens probatus est, totiens et cognitus est. Petrus passionem eius detestatus est, crucis in eo scandalum præ amore et confessæ iam a se diuinitatis cognitione non sustinens; sed quia eum ob infidelitatem crucis satanam nuncupasset, non multo post, cum in monte gloriæ suæ habitu constitisset, tali a patre uoce cognoscitur: hic est filius meus dilectus, in quo conplacui, hunc audite. probationem, quam temptatio apostoli effecerat, paternæ uocis agnitio est consecuta.

7. Dehinc sequitur: cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. in sessione doctrinam significari euangelica auctoritas est. sessiones autem nobiscum hæ sunt, quæ a Græcis cathedræ nuncupantur. Moyses cathedram habuit secundum domini dictum: super Moysi cathedram sederunt scribæ et Pharisæi. omnia ergo, quæ dicunt uobis, facite et obseruate: secundum autem opera eorum nolite facere; dicunt enim et non faciunt. cum igitur doctrina Pharisæorum ob id probabilis esse doceatur, quia ipsi in Moysi cathedra sederunt, doctrina necessario significatur in cathedra. cognouit itaque sessionem, cum dignitatem eius in omnibus prædicat, cum uoluntatem eius, qui se misit, exsequitur, cum humilitati corporis sui gloriam postulans audit e cælo: et honorificaui et honorificabo. sed doctrina non minus in sessione eius, quam in surrectione opus cognoscitur. nam ut sessio doctrinæ præceptum est, ita et surrectio operationis effectus est. sedens Iesus docuit in monte; sed post doctrinam ad opera descendit. ita enim

7 Matth. XVII, 5. 15 Matth. XXIII, 2 sq. 24 Ioh. XII, 28.

2 totiens et *RTE* totiens *P* 3 scandalū *ex* scandalo *P* 7 tali a *PTE* alia *R* 10 agnitio *Re*·cognitio *PTb* 11 cognoui *P* 13 haec *R* 15 super moysi cathedram *RT* super moysi cathedra *P* super cathedram moysi *E* 16 farisaei *R* quae *R* quaecumque *PTE* 18 enim *om. P* 20 cathedrā *R* 21 sessionem cum *R* sessionēmeā *P* sessionem eius cum *TE* 25 in surrectione *in ras. R* in resurrectione *PTE* 26 opus *Tb* eius *e*, *om. RP* 27 surrectio *R* resurrectio *PTE* in montem *P*.

scriptum est: et descendente eo de monte secutæ sunt eum turbæ. et ecce leprosus quidam ueniens adorabat eum dicens: domine, si uis, potes me mundare. et extendens manum tetigit eum Iesus dicens: uolo, mundare. ad sanandam quoque centurionis filiam surrexit dominus; scriptum est enim: et surgens Iesus sequebatur eum cum discipulis suis. cum autem perfectum illud in lauandis apostolorum pedibus humilitatis suæ officium expleuit, ita legimus: surrexit a cena et posuit uestimenta sua et accepto linteo præcinxit se. cognoscitur itaque in sessione eius et surrectione doctrina atque opus, quia et sermone et opere dei in se patris gloriam prædicabat.

8. Intellexisti omnes cogitationes meas de longe. scrutans corda et renes deus est; et quomodo de longe cogitationes eius intellectæ sunt? de longe non ad locum, sed ad tempus refert. non enim de longe intellegis ait, ut significatio loci esse credatur, tamquam longe ab humanis operibus situs uirtutis suæ scientia ea, quæ cogitantur, intellegat: sed de longe intellexisti, præteriti potius temporis significans ætatem. et ubi istud, quod longe ante cogitationes suas cognouerit, reperiemus? nempe ubi dicitur: ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo conplacuit anima mea: ponam spiritum meum super eum, et iudicium gentibus nuntiabit. non clamabit, non contendet, neque quisquam in plateis uocem eius audiet. et

1 Matth. VIII, 1 sq. 6 Matth. IX, 19. 9 Ioh. XIII, 4. 22 Matth. XII, 18 sq.

2 eum sunt *PT* ueniens *om. PTe* 4 & tetigit eum *P* 5 ad *Re* et ad *PTb* sanandā *P* centurionis *RPT* archisynagogi *E* 6 filiā *P* 9 a cena *R* = caena *P* 11 et surrectione *R* et resurrectione *e* et in resurrectione *PTb* 12 dei in se patris gloriam *RE* dei in patris gloriā *P* dei patris gloriam *T* 17 intellegi se ait *R* 18 significatio *Re* res *PTb* 19 situs uirtutis suae scientia ea quae *R* sit cum usu uirtutis suae et scientia quae *PT* sit cum uisu uirtutis suae et scientia quae *e* 20 intellexisti *TE* intellexit *RP* 22 repperiemus *R* repperimus *P* 24 sup eum spm̄ meū *R sed cf. p. 663, 4* 25 non clamabit *om. PT.*

huius prophetiæ tum euangelista meminit, cum his, quos curabat, ut de se tacerent iubebat. has ergo cogitationes eius, humilitatis scilicet et patientiæ, longe ante intellexit, quia de his erat prophetarum ore testatus.

9. Semitam meam et directionem meam inuestigasti. est autem de semita et directione, antequam id ipsum tractatur, non nihilum præloquendum. id namque, quod nobiscum semita est, alia uirtute atque intellegentia cum Græcis est: τρίβον enim nuncupant, id est frequenti ingressu discursuque contritam, per quam non semel neque aliquando, sed semper incessum sit. quod autem nostri directionem transtulerunt, id illi ex hebræo σχοινίον interpretati sunt. σχοινίον autem quarundam gentium consuetudine certum et constitutum modum itineris significat, ut, quod nos milia, id illi σχοινίον nuncupent.

10. Dominus itaque noster in corpore, quod adsumpsit, iam transcursam a se atque tritam in prophetis semitam percucurrit et certum constitutumque sibi itineris sui finem confecit. quod autem per tritam prædicationis semitam ambulauerit, audiamus ipsum dicentem: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt, quotiens uolui colligere filios tuos, sicut gallina congregans pullos suos, et noluisti! quotiens cum ait, frequentiam numerosæ significationis ostendit. nihil ergo noui et egit et passus est, cum per nolentem congregari filios suos Hierusalem totiens et auditus et inhonoratus est in prophetis.

19 Matth. XXIII, 37.

7 tractatur *RP* tractetur *TE* 8 adque *G* intellegenti *G* 9 tribon *GT* tribu *P* τriṅū *R* 11 incessum sit *GT* incessu sit *P* ineundū sit *R* 12 id illi *GRT* *ex* ad illi *P* CXOInIOn *G* CXOIINION *P* ЄXOTInION *R* cχινον *T* exotinion *a* interpraetati sunt *GR* non interp ⁼⁼ tati sunt *P* interpretati sunt *praeeunte unius uocis lacuna T* COXIINION *P*, *GRTa ut supra* 14 id illi *RT* id illi *ex* ad illi *P*, *om. G* CXInIOn *G* COXIINION *P*, *RTa ut supra* 15 in corpore *G* in eo corpore *RPTE* 16 transcursū *P* percucurrit *GRT* percurrit *Pe* 18 audiamus *GPTE* audiam *R* 19 *h. l. fin. cod. T* 20 lapidas *GR* lapidas *ex* lapides *P* qui ad te missi sunt *P* qui ad te missi *G* qui missi sunt ad te *Re* 21 colligere *R* collegere *G* congregare *PE*.

11. Quod autem definitum et præscriptum iter confecturus esset, ostenditur in eo, cum ait: *ego te honorificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi.* qui datum sibi opus consummat, modum præscriptæ operationis expleuit. scit autem sibi constitutum esse, quid gerere oporteat, cum ait Petro gladio his, qui ad prehendendum eum uenerant, resistenti: *calicem, quem dedit mihi pater meus, non bibam illum?* docens se præscriptæ sibi a patre passionis calicem esse bibiturum. scit se etiam semitam suam directionemque conplesse, cum poto aceto spiritum traditurus ait: *consummatum est!* *et mox tradidit spiritum.*

12. Hanc ergo semitam et directionem suam pater inuestigauit. inuestigauit autem, cum per prophetam de sorte uestis prophetauit, ut scriptum est: *et super uestimentum meum miserunt sortem.* et iterum, cum de tradito inter latrones atque suspenso recognita est prophetia dicens: *et cum iniquis æstimatus est;* uel cum de osse intacto atque inpresso uulnere ante prædictum est: *os eius non confringetis* et: *uidebunt, quem conpunxerunt.* hæc itaque, quæ ei omnia erant in passione præscripta, a deo peruestigata sunt, ut et fuerint prophetata. ac ne quid ex his, quæ gessit ac passus est, incognitum fuisse patri existimaretur, generaliter cuncta conplexus est dicens: *et omnes uias meas præuidisti.* sed qui præuidit, uidit antequam res esset. præuidit autem etiam hoc: *quia non est dolus in lingua mea;* est enim secundum propriam professionem

2 Ioh. XVII, 4. 7 Ioh. XVIII, 11. 11 Ioh. XIX, 30. 14 Ps. XXI, 19. 16 Esai. LIII, 12. 18 Exod. XII, 46. Num. IX, 12. 19 Zach. XII, 10.

1 autem *om.* *G* praescribtum *G* p̄scriptum *P* 2 esse *G* 3 quod autē sibi opus *P* 4 operationis *ex* orationis *P* 6 ad praehendendum *R*[1] ad adpraehendendum *corr. m. 3 R* ad comprehendendum *PE* 7 non bibam illum *GRP* non uis ut bibam illum *e* 8 persoriptae (?) *G* 10 poto *P* potato *ex* potu *m. 3 R* traditurus esset ait *P* 11 et *om. P* 13 cū per prophetam *Re* per prophetam cum *Pb* 14 ut scriptum est *GR* et scriptum est *P* 17 aestimatus *Re* *cf. Sabatier II, 611* deputatus *Pb* 19 uiderunt *P* conpuncxerunt *P* 21 ut et fuerint *Pb* uel fuerunt *ex* uel fuerint *m. 3 R* ut fuerant *e* ac *ex* hac *R* 24 res esset *PE* res ē *R*.

ueritas, uia, uita. non recipit dolum ueritas; non enim mentitus est aut fefellit: lingua omnis eius officio functa est ueritatis, qui ait: cælum et terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt. patrem deum prædicat, se uero esse et hominis et dei filium confitetur. dolum prædicatio ista non habuit, quæ de se et de honore eius, qui se miserat, fatebatur.

13. Proficit deinde paulatim sermo cœptus ab homine et ad significationem naturæ in eo cælestis extollitur, cum ait: ecce tu, domine, cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuam. mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, non potero ad eam. personæ istud prophetæ non conuenit, ut ex se dixisse uideatur: mirabilis facta est scientia tua ex me, ut mirabilis dei cognitio ex eo facta sit, Moyse antea cognitionem nobis dei libris legis loquente. sed ne ipsi quidem Moysi hoc esse proprium potuerit deum, antequam flagrantem rubum conspicit, nescienti, opinione quidem electi in Abraham et Isaac et Iacob populi sui religioso, uerumtamen familiarem cognitionem ante hoc tempus nisi a deo non adepto. sed omnis sermo iste ei conpetit, qui ait: pater, manifestaui nomen tuum hominibus et qui ait: hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum et uerum deum et quem misisti Iesum Christum. sed hæc suo loco plenius prosequemur.

14. Descendendum autem ad id est secundum ordinem dictorum: ecce tu, domine, cognouisti omnia nouissima et antiqua. nouissima sunt, cum probasti, cum

1 Ioh. XIV, 6. 3 Matth. XXIV, 35. 22 Ioh. XVII, 6. 23 Ibid. 3.

1 uia uita *R* uia tua *P* uia et uita *E* recepit *R* 2 in lingua *P* 3 quia ait *ex* qui ait *P* 5 uerũ *ex* uero *P* 8 profecit *P* 13 et non *Pb* 16 moyse *RE* moyses *P* libris = legis *R* loquentis *RPb* 17 potuit *Re* 18 nesciente *P* 19 et *ante* isac *supr. scr.* a *P* 21 istae *R* ei *om. P* 23 autẽ est *R* est autem *PE* 24 solum & uerum *RP*[1] solum uerum *P*[2]*E cf. Sabatier III, 471* 25 suo loco *PE* uolont *R* 27 cognouisti nouissima (uisti *in uers. exeunte add. m. 3*) *R cf. Abh IV, 86 adn.*

cognouisti, et cetera, quæ propria sunt eius hominis, quem adsumpsit. antiqua sunt, quæ modum non habent, quæ indefiniti temporis significant uetustatem. in principio erat uerbum, et omnia per eum facta sunt.

15. Dehinc ut nouissima deus et antiqua cognouit, ita in eo, quod sequitur: tu formasti me et posuisti super me manum tuam, utrumque significat: ut, quod formauit, antiquum sit, quod superposuit manum, nouissimum sit. quod enim secundum naturam diuinitatis formatus sit, apostolus docet dicens: qui cum in forma dei esset; quod enim in forma est, formatur in formam et quidem paternæ naturæ et diuinitatis formam. et nescio, an, quod formatus in forma serui est, referri possit ad patrem, ut formatus ab ipso sit: sapientia enim ipsa sibi ædificauit domum. sed hinc nec temporis nec quæstionis est amplius loqui. quod autem proprie ad corpoream natiuitatem referri oporteat: et posuisti super me manum tuam, ita docemur ex persona patris: inueni Dauid seruum meum, in oleo sancto meo unxi eum. manus enim mea auxiliabitur illi et brachium meum confortabit eum. nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non adiciet nocere eum. et non est ambiguum, omnem hunc psalmum ad personam domini esse referendum: quia ea omnia in eo sint, quæ et diuinitati ipsius propria sint et a naturæ nostræ infirmitate dissentiant.

16. Et quia utroque in tempore, id est nouissimo et antiquo, uel ipse prædicando uel in apostolis et prophetis loquendo cognitionem ex se dei mirabilem fecit, ait: mirabilis facta est scientia tua ex me. sed mirabilis quomodo? nempe

3 Ioh. I, 1 sq. 10 Phil. II, 6. 13 Prov. IX, 1. 17 Ps. LXXXVIII, 21 sq.

1 eius *supr. scr. m. 1 R* 4 per eum *RP* per ipsum *E* 6 quod *om. R* 11 formatur in formam *R* formatur in forma *P* et quidem — formam *om. R* et ei paternae naturae et diuinitatis *P* 12 formam — serui *om. P cf. Acad. p. 32 sqq.* 13 referri *R* ut referri *P* ad patrem *R* a patre *P* ut formatus *R* et formatus *P locum in RP notis illis aberrationibus confusum, sed facile ex eorum uestigiis restituendum bene conseruarunt E* 14 nec tempus ē nec quaestiones *P* 15 propriae *R* 19 illi *RP* ei *E* 21 in eū *ex* in eo *m. 3 R* 28 ait enim mirabilis *P*.

cum omnia esse intra deum docentur, dum deus esse in omnibus prædicatur, dum inmensa et inconprehensibilis natura intus atque extra manens locos omnes, quibus contineri possit, excedat. mirabile est deum ubique esse et nusquam abesse: in omnibus esse et totum esse, et extra locos ac tempora pro infinitate atque æternitate sua semper esse. hoc mirificum, hoc confortatum, id est sine infirmis iam intellegentiæ opinione firmatum.

17. Sed quid est istud, quod dicitur: non potero ad eam? unigenitus ait: omnia, quæ patris sunt, mea sunt; et: sicut habet pater uitam in semetipso, ita et filio dedit uitam habere in semetipso; et: sicut pater uiuificat mortuos, ita et filius quos uult uiuificat similiter; et: ego et pater unum sumus. nulla discretio potestatis in uerbis est, nulla enim differentia uirtutis in factis est. „unum sumus" plerique inreligiosorum ad uoluntatis tantum concordiam rettulerunt. sed cum dicitur: uel operibus meis credite, quia pater in me et ego in patre, non tantum uoluntatis unitas, sed etiam diuinæ uirtutis ostenditur. ergo cum omnia, quæ pater faciat, omnia faciat et filius — eadem enim facit similiter — quærendum est, quid sit, quod dictum est: non potero ad eam. sed cum audio: pater maior me est; et rursum: non potest filius facere a se quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem, hæc mihi intellegentiam suggerunt dicti huius: non potero ad eam. est enim maior pater filio, sed ut pater filio, generatione, non genere: filius enim est et ex eo exiuit. et licet paternæ nuncupationis proprietas differat, tamen natura non differt: natus enim a deo deus non dissimilis est

10 Ioh. XVI, 15. 11 Ibid. V, 26. 12 Ibid. V, 21. 14 Ibid. X, 30. 17 Ibid. X, 38. 23 Ibid. XIV, 28. Ibid. V, 19.

2 inconpraehensibilis *R* 3 manens (a *ex corr. m. 1*) *R* 5 ac *G* hac *R* 11 ita filio *P* 14 et *ante* ego *om. G* 15 nulla enim *G* nulla etiam *RPE* 16 unum sumus *G* quod unum sumus *RPE* 17 rettulerunt *G* retulerunt *RP* 22 dictum est *Re* dictum sit *P* 23 me maior est *R* 24 a = se *P* 26 maior pater filio *GRP* pater maior filio *E*.

a gignente substantia. non potest ergo ad eum, ex quo est: nam quamuis alter in altero per uniformem ac similem eiusdem naturæ gloriam maneat, tamen ei, ex quo genitus est, non exæquari in eo uidetur posse, quod genuit.

18. Et uideamus, an hoc, quod non poterit ad eam, ad dignitatem paternæ confessionis relatum sit. sequitur enim: quo ibo a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pinnas meas ante lucem et habitauero in postremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. non excedit paternam filius infinitatem; neque naturam, quæ ultra locos omnes est, is, qui in sinu est, transgreditur. sit licet in cælo, sit in inferno et ultra postrema maris euolet, adest tamen ille ubicumque, qui ubique est: nec subterfugi potest, intra quem omnia sunt et qui in omnibus est.

19. Et ne inreligiose ad contumeliam indemutabilis atque inpassibilis substantiæ quædam opinemur ex eo, quod dictum est: aut a facie tua quo fugiam? ut uideatur fugam ob passionis metum cogitasse: dictorum ratio noscenda est, ut incolumi dignitate hæc necessario commemorata esse intellegantur. nemo autem eorum, qui in studiis doctrinæ cælestis demorantur, poterit ambigere deum atque hominem dominum nostrum Iesum Christum confiteri: et hominem quidem in tempore, deum uero semper et ante hominem et post hominem,

1 substantia *PE* substantiae *R* non potest ergo ad eum ex quo est.nam *GR* non potest ergo ad eū ex quo ē non exaequari.nam *P* non potest ergo ad eum ex quo est exaequari.nam *E cf. Acad. p. 67* 3 ei ex qu* *G* et ex quo *RE* & ex quo *P* 4 ideo uidetur *P* 5 poterit *G* potero *RPE* ad *sec. l. om. G* 7 a spiritu *GR* ab spiritu *P* et a facie tua quo *G* et quo a facie tua *RPE* 8 si descendero *GR* et si descendero *P* 9 in infernum *GR* ad infernum *PE* pinnas *GR* pennas *PE* 12 excaedit *R* 13 is *GP ex* his *R* 14 in inferno *G* in infernis *RPE* 15 ubicumque quia***** (*an* quiu*****?) *G* ubicumque qui ubique est *P* ubicumque est (*om.* qui ubique) *R* superfugi *R* 17 ne quid *RPE* 18 quaedam *RP* quaenam *G om. E* 19 est *GP* sit *Re* quo *GPE om. R* ut uideatur *GP* et uideatur *R* 20 dictorum ratio *GR ex* dicturu ratio *P* dictorum uirtus *e* 21 incolumi *G* incolomi *RP*.

utrumque uero, deum scilicet atque hominem, tunc tantum, cum in homine fuit. erat enim in forma dei et formam hominis accepit; et rursum in gloria dei patris est forma uidelicet seruili in gloriam eius, cuius in forma ante manebat, proficiente, corruptionis scilicet natura per profectum incorruptionis absorta.

20. Cum igitur psalmum hunc cœptum ex persona hominis, quem adsumpsit, meminerimus, diligenter contuendum est, ut intellegamus, quid diuinitati eius, quid homini sit aptandum: atque ita, ut sensum nostrum dictis magis applicemus, quam per fallacis intellegentiæ opinionem sensui dicta subdamus. ait enim: q u o i b o a s p i r i t u t u o, a u t a f a c i e t u a q u o f u g i a m? diuersa significatio est spiritus atque faciei. et a spiritu quidem a b i b o, a facie autem f u g i a m. dehinc sequitur: s i a s c e n d e r o i n c æ l u m, t u i l l i c e s; s i d e s c e n d e r o i n i n f e r n u m, a d e s. non eadem est ascensio in cælum, quæ et descensio in infernum. tertium deinde est: s i s u m p s e r o p i n n a s m e a s a n t e l u c e m e t h a b i t a u e r o i n p o s t r e m i s m a r i s: e t e n i m i l l u c m a n u s t u a d e d u c e t m e, e t t e n e b i t m e d e x t e r a t u a. iam non hominis hæc uox est. ut pinnas sumat, ut suas sumat, ut trans oceanum habitet, ut deducatur illic manu dei, ut teneatur dextera dei: potioris istud naturæ est. et quis hic sit, qui confidenter hæc dicat, ipsa dictorum ratio monstrabit.

21. Ostendens igitur unigenitus deus eam, quæ per se mirabilis facta est et ad quam non potest, paternæ admirationis confessionem, utrumque in se tempus et naturam utramque significat, scilicet eam, qua et in spiritu et in corpore manens docuit. cum enim ait: q u o i b o a s p i r i t u t u o, tempus illud, quo et ipse spiritus in spiritu paternæ gloriæ ante adsumptionem hominis mansit, ostendit. non enim potest a spiritu quoquam

1 dm̄ *ante* scilicet *supr. scr. P* 2 in *ante* forma *om. P* 6 absorta *R* absorpta *PE cf. Georges Wortf. 5* 9 diuinitati *RE* dignitati *P* 12 ab spiritu tuo *P* 14 abibo *RE* aquoıbo (aquoı *in ras. a m. 2*) *P* *post* autem *R add.* tua 16 & illic ades *R* 21 pennas *ex* pinnas *m. 3 R* pennas *P* 22 illic *R* illuc *ex* illic *P cf. Stud. 1889, 321* 24 dictorum *ex* dicturum *P* 26 et *om. P* 28 quo *R* 30 qd̄ *R* quod *P cf p. 763, 28.*

abesse qui spiritus est: quia nec hic falli potest, nec ille deficere. at cum ait: aut a facie tua quo fugiam, adsumptæ a se infirmitatis docuit ætatem: humana enim infirmitas faciei dei non patitur occursum, quia dictum Moysi est: quis est homo, qui uidebit faciem meam et uiuet? quod non sustinemus, defugimus; quia infirmitatis humanæ est occursum naturæ inconspicabilis fugere. et fugit quidem quantum ad inpatientiam uisionis. sed quia secundum prophetam uultus dei super facientes mala, naturæ quoque humanæ est, iudicium dei, quod significatur in uultu, fugere non posse. non enim tamquam peccator, qui peccati nescius est, loquebatur, ut fugeret: sed paternam infinitatem extra omnia manentem cum in spiritu ante docuisset, nunc quoque ex hominis persona, qui nusquam deum fugere posset, ostendit.

22. Sequitur quoque par ratio dictorum, ut utrumque ex eo, quod et homo et deus erat, dixerit. si ascendero in cælum, tu illic es: hoc diuinitatis est proprium. nemo enim ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo. terreni enim corporis natura ascensionem hanc nisi in cælestem gloriam demutata non obtinet. si descendero in infernum, ades: humanæ ista lex necessitatis est, ut consepultis corporibus ad inferos animæ descendant. quam descensionem dominus ad consummationem ueri hominis non recusauit. id autem: quo abibo, aut quo fugiam, et illic es et ades ad significationem doctrinæ eius, quæ mirabilis ex eo facta est, pertinet, per quam deus omnia esse et in omnibus esse sit cognitus: ut, licet faciem dei homo fugiat, quia non sustinet, licet de supernis ad inferos mortis lege descendat, deus tamen ubique sit semper et in omnibus.

4 Exod. XXXIII, 20. 8 Ps. XXXIII, 17. 17 Ioh. III, 13.

1 deficere *Re* decipere *Pb* 2 quô *om. P* 6 defugiamus *R* 7 quantum ad inpatientiam uisionis *RE* qu ≡≡ tū inp** (*si spatium litterarum fugientium respicis, fuisse uidetur:* quantum inpatientiam uisionis) *P* 10 dei *om. ? P* *fort.* non autem *cf. praef.* 12 extra omnia & manentē *P* 15 par ratio *coni. Bened. in adn.* paratio *P* narratio *R* ratio *E cf. Abh. IV*, *65* 16 ds̄ erat (*om.* et) *P* 18 de caelo descendit *RP* descendit de caelo *E*.

23. Et quia per hæc superiora discretim ex utroque, in quo erat, naturæ genere prædicauit, dei scilicet atque hominis, tertio unitatem naturæ iam in se proficientis ostendit dicens: si sumpsero pinnas meas ante lucem et habitauero in postremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. cum sumpsit pinnas, iam corpore non grauatur. cum suas sumpsit, docet hanc euolandi semper sibi fuisse uirtutem. cum ante lucem sumpsit, tempus resurrectionis ostendit. cum in postremis maris est, loca ut deus humanæ demorationis excedit. cum deducitur manu, non timet. cum tenetur dextera dei, non mutatur aut decidit: donauit illi deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectat cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. in eo enim, quod datur ei nomen super omne nomen, manu ac potestate patris dei in gloria ipsius homo susceptus adsumitur.

24. Pinnas autem ad demutationem terrenorum corporum in spiritalem atque æternam naturam referri prophetica auctoritas est, cum ad inopem fidei et bonorum operum pauperem dicitur: ne extendas te, cum sis pauper, diuiti, sensu autem tuo abstine: præparauit enim sibi pinnas. ut aquila, et reuertetur in domum eius, qui præest ei. pauperem extendentem se in spes diuitis arguit, quod infidelitatis suæ inopiam fidelium exæquet opulentiæ. diues enim non humanis opibus, sed cælestibus thesauris parat sibi pinnas, quibus reuertatur in domum eius, qui præest ei. reuertetur enim, unde decidit, unde in peccato primi hominis expulsus est. et quis est iste, cuius hæc domus est et qui ei præest?

12 Phil. II, 9 sq. 22 Prov. XXIII, 5.

12 donauit enim illi *PE* 13 flectat *R* flectatur *PE* 14 et terrestrium *RP¹b* terrestrium *P²e* 16 dī patris est *P* 17 patris dei *RP* dei patris *E* 20 aeternam *Rb* aeream *P* aetheream *e*, *hic desin. cod. P* 25 in spes *Rb* in opes *e* 28 reuertatur in domum eius qui praeest ei reuert&ur in domum qui p̃est ei reuertetur enim *lectio dittographia et aberratione orta R* 30 et qui ei præest *h. l. om. R.*

nempe ille, qui dixit: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. meminit et alibi dicens, cum de spiritalium indefessa iam æternitate tractaret: pinnigerabunt tamquam aquilæ, naturam euolandi in cælum in resurrectionis demutatione sumpturi. sed hic pinnas sumit uolaturus non alienas, non nouas, sed proprietatis usurpatione præsumptas: quia post passionis uoluntariæ sacramentum et naturæ et potestatis pinnas ad cælum se habuerit efferendi.

25. Sequitur etiam idem ordo dictorum et ex utriusque naturæ intellegentia, hominis scilicet et dei, sermo decurrit. ait enim: et dixi: forsitan tenebræ conculcabunt me. uox ista hominis esse existimatur, quia uidetur quibusdam aut inreligiosis aut inperitis sub illa passionis timiditate trepidare: quasi uero nunc sermo iste timoris alicuius habeat professionem et non magis susceptæ mortis significauerit uoluntatem nullo eius metu ac terrore prælato. non enim ait: tenebræ conculcabunt me; sed ait: forsitan tenebræ conculcabunt me. quod fortuitu adiecit, incertum humanæ de se opinionis, qua timere inferos creditus est, inrisit errorem. nemo enim conculcari se certus idem rursum, an conculcetur, incertus est.

26. Ut autem hoc, quod ait: forsitan tenebræ conculcabunt me, non ad naturæ suæ trepidationem posset intellegi, sed inpiæ de se intellegentiæ significaret incertum, continuo subiecit: et nox inluminatio in deliciis meis. quomodo enim conculcatur a tenebris, cui mors inluminatio in deliciis sit futura? domino itaque passio ista deliciæ sunt, dum portas æreas confringit, dum uectes ferreos conterit, dum omnem potestatem despoliat, dum de his in se triumphat, dum eum, quem ad imaginem suam fecerat, redimit, dum deliciis paradisi restituit. in his igitur passionis oblectamentis atque deliciis nox ei inluminatio est et inluminatio

1 Luc. XXIII, 43. 3 Esai. XL, 31.

8 pinnas *om. R* 14 istae *R* 16 ac terrore *ex* hac terrore *R* ac timore (??) *G* 18 fortuiti *R* 24 et mox *Ga* 25 cum *G* mors *GR* nox *coni. Lipsius, sed cf. adn. Bened.* 26 itaque *ex* a quo *R* 28 triumfat *R* 29 redimit dum *RE* redimend^{u}m *G* 30 paradisi *G* paradysi *R* 31 ei *in ras. R.*

ob id, quia tenebræ non obscurabuntur a te. per naturæ unitatem atque indemutabilem diuinitatis similitudinem in filio pater est; et operibus ipsis testantibus, quod in eo pater sit, confidenter ait: non obscurabuntur a te, quia ex persona patris dictum in psalmis meminerimus: cum ipso sum in tribulatione. et ipse dominus in euangeliis, cum de apostolorum trepidatione loqueretur, ait: ecce uenit hora, ut dispargatur unusquisque uestrum et me solum relinquatis: sed non sum solus, quoniam pater mecum est. siue uirtute, qua similia patri potest, siue naturæ genere et diuinitate, qua ex deo deus natus est, pater secum est. confidenter ergo ait: quia tenebræ non obscurabuntur a te. non enim sentit uirtus indemutabilis tenebras, et infernam noctem lux uera non patitur. sequitur enim: et nox sicut dies inluminabitur; sicut tenebræ eius, ita et lumen eius. hoc totum ad id refertur, quod dictum est „a te": tenebræ non obscurabuntur a te et nox sicut dies inluminabitur et sicut tenebræ eius, ita et lumen eius. „a te." semel dictum refertur ad plurima. ideo autem in deliciis nox est, quia sicut dies inluminabitur. inluminabitur autem ob id, quia ut tenebræ, ita et lumen a deo sit, potente tenebrarum conditore condere lumen in tenebris. et audiamus istud euangelistam docentem ita: et lux lucet in tenebris, et tenebræ eam non conprehenderunt: illo potente, ut lux sit in tenebris, tenebris non potentibus obscuritatis suæ nocte lumen indefessi luminis conprehendere.

6 Ps. XC, 15. 8 Ioh. XVI, 32. 24 Ioh. I, 5.

2 adque *G* ad *RE* 3 et *om. GR* ipsius *G?* 5 & ex *R* 8 dispargatur *GR* dispergatur *E* 11 similitia *G* naturae gener* *G* natura et genere *RE* 12 *uerba* pater — patitur *omisisse uidetur G* 16 ita (*om.* et) *R* 17 quod dictum est a te *e* quod dictū est et *G* quod dictum est *Rb* 18 non obscurabuntur a te *RE* non obscurantur *G* inluminabitur *G* inluminabitur a te *RE* 19 ita et lumen eius *G* ita et lumen eius a te *RE* 20 a te semel dictum *G* semel dictum a te *RE cf. Abh. IV, 66* 22 quia ut *GE* quia *R* a deo sint (*sic*) *RE* dō sit *G* 25 conpraehenderunt *GR* 26 lux sit *RE* luxit *G* tenebris *secund. loc. om. G.*

27. Sequitur deinde: quia tu, domine, possedisti renes meos. suscepisti me de utero matris meæ. confitebor tibi, quia terribiliter mirificatus sum. tenet etiam nunc ordinem significationis utriusque, ut se et hominem et deum doceat. cum enim possidentur a deo renes eius et a matris utero suscipitur, corporalis in eo condicio monstratur. in renibus enim uoluptatis est causa. sed cuius renes a deo possidentur, non exeunt in uoluptates corporis incentiua lasciuiæ. et qui ab utero matris suscipitur, non ad opera sæculi a deo susceptus excedit. omnis igitur eius uoluntas ac labor est patrem prædicare, uoluntatem patris explere, acceptum a patre calicem bibere. hæc enim hominis sui, quem adsumpsit, officia sunt. sed cum ait: confitebor tibi, quia terribiliter mirificatus sum, confessionem omnem terribilis de se admirationis ad gloriam diuinæ substantiæ suæ reddit. mirificatus est enim ob id, quia deus possedit renes eius, quia a matris utero susceptus est. per id enim, quod uoluntas eius et operatio deo dedita fuit, mirificari terribiliter promeruit. mirificatus autem terribiliter est, dum horis crucis tenebræ sunt, dum tremit terra, dum saxa rumpuntur, dum patent sepulchra, dum mortui resurgunt, dum in eodem corpore ipse conspicitur, dum clausis ianuis soli sibi penetrabili aditu adsistit, dum ad cælos eleuatur, dum apostoli gentium linguis locuntur, dum umbræ eorum morbis medentur, dum claudis nummum poscentibus cursus donatur, dum eleemosynis inopum mortuus redditur, dum persecutores fiunt prædicatores, dum dissolutis catenis cantatur in carcere, dum in martyrio martyri uidetur in cælis, dum postremo in eo, quo eleuatus est, corpore a dextris dei sedet, cuius in gloria et maiestate permanet.

1 quia tu dñe *RE* quia == tu *G* 3 magnificatus es *G*, *sed cf. infr. et Abh. IV, 86* 4 nunc *G* nū *R* 7 cuius *om. R* 8 uoluptatis *GR sed cf. Acad. p. 18* 13 tibi dñe *h. l. G* 16 reddidit *R* 19 promeruit — terribiliter *om. G* horis *G* oris *R* hora *e* 25 elemosynis *R* 27 in martyri *G* 28 martyri *G* a martyre *RE* in eo quod *GR* 29 cuius in gloria et maiestate****** *(unum uerbum euan.) G* cuius in gloria et manebat et permanet *RE*.

28. Omnem autem eam, qua terribiliter mirificatus est, dignitatem ad opus eïus refert, cuius et paruit uoluntati. dicens: mira opera tua, et anima mea nouit ualde. quod. inquit, terribiliter mirificatus sum, opus tuum est. eadem autem et in euangeliis ratio seruata est, ut cum ad demonstrationem uirtutis suæ dixerit: quæcumque pater facit, eadem et filius facit similiter et rursum: sicut pater uiuificat mortuos, sic et filius quos uult uiuificat, tamen dignitatem operum omnium patri deferens, cum dicat: non potest ab se filius facere quicquam nisi quod uiderit patrem facientem. contestatam de se potestatem per reuerentiæ honorem ei, cui omnia meminerat confitenda, subiecit, non sibi adimens, quod similia patri posset, sed eum, per quem similia posset, ostendens. hæc igitur, quibus terribiliter mirificatus est, licet, quia potuit. uirtutis suæ fuerint, tamen patris operibus uniuersa ea detulit dicens: mira opera tua, et anima mea nouit ualde. humanæ infirmitatis uox ista non est, ut mira opera dei ualde nosse se iactet. soli hoc conpetit, qui ait: nemo nouit patrem nisi filius. nouit enim non utcumque, non leuiter: nouit autem ualde per eam fiduciam, qua dicit: pater in me, et ego in patre. in eo enim, quod ait ualde, perfectam scientiam intimæ cognitionis ostendit.

29. Et quia omnia mira opera dei ualde anima ipsius nouit, eruditionem doctrinæ in nos suæ memorat, qua nobis paternæ operationis iam non sint occulta mysteria, dicens: non est occultatum os meum a te, quæ fecisti in occulto. os Christi ecclesiam esse et prophetica et apostolica auctoritas est. nam cum secundum ea, quæ in Genesi dicta sunt, de

6 Ioh. V, 19. 8 Ibid. 21. 10 Ibid. 19. 19 Matth. XI, 27. 21 Ioh. X, 38.

1 ea[m] *G* 3 quod inquid *G* quod enim inquit *RE* 10 ab se filius facere *G* facere filius a se *R* 13 ademens (?) *G* 14 ostendere (?) *G* 16 uniuersae adtulit (?) *G* 19 nosse se *R* se nosse *E* 20 *ante* leuiter *1—2 litt. eras. R* 23 cognitionis *E* cogitationis *GR* 25 memoriae (?) *G* 26 occulta *R et G, ut uidetur*, occultata *E* 27 a te *E* ante *G*, *om. R* quae *GR cf. Sabatier II, 270 adn. 15 et Abh. IV, 68* quod *E* 28 Christo *R*.

Adam atque Eua apostolus tractaret, ita ait: hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea, ad expositionem dicti huius adiecit dicens: hoc mysterium magnum est. ego autem dico in Christo et in ecclesia. quod autem per misericordiam dei patris ecclesiæ hæc occulta non fuerint, ipse dominus in euangelio testatus est, cum ait: confiteor tibi, domine pater, domine cælorum et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis: ita pater, quia sic fuit placitum ante te. ab eo igitur nobis non occultantur, quæ facta sunt in occulto. nobis quidem non occultata sunt, sed sæculi huius prudentibus facta sunt in occulto.

30. Quod autem omnia ecclesiasticæ spei sacramenta in occulto fuerint, testatur et apostolus dicens: prout potestis intellegere intellectum meum in sacramento Christi, quod aliis temporibus non est cognitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius apostolis et prophetis in spiritu esse gentes coheredes et concorporales et conparticipes pollicitationis eius in Christo. et iterum: secundum dispensationem dei, quæ data est mihi ad uos ad inplendum uerbum dei, sacramentum, quod absconditum fuit ante sæcula et a generationibus, nunc manifestum est sanctis eius, quibus uoluit ostendere diuitias gloriæ sacramenti dei inter gentes, quod est Christus in uobis spes gloriæ. occultum itaque mysterium fuit, quod reuelatum est, esse deo gentes coheredes et concorporales et conparticipes pollicitationis eius

1 Gen. II, 23. 3 Ephes. V, 32. 6 Matth. XI, 25 sq. 14 Ephes. III, 4 sq. 20 Coloss. I, 25 sq.

1 nunc *ex* nono *m. 1 R* 2 de ossibus *R* ex ossibus *E* 3 adiecit dicens *G* adiecit dicens in ecclaesia *R* 4 in xp̄o et in eclesia *G* in christo et (et *eras.*) *R* 5 patres *G* occulta *G* occultata *RE* 6 confiteor tibi dñe pater dñ* caelorum *G* confiteor tibi domine pater caelorū *R* confitebor tibi pater domine caeli *E cf. Abh. IV, 82* 9 et reuelasti illa *R* 19 concorporales *ex* corporales *m. 3 R* 21 in ad inplendum *R* 24 manifestum *G* manifestatum *RE*.

in Christo. occultum etiam mysterium est, quibus uoluit ostendere diuitias gloriæ sacramenti dei inter gentes, quod est Christus in uobis spes gloriæ.

31. Occultum igitur hoc mysterium fuit, quod esset Christus in nobis: hoc pater reuelauit. Petro enim dictum est: non caro, non sanguis reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cælis est. reuelatum autem est Christum esse in nobis, in pauperibus spiritu, in tribulatis corde, in humilibus terræ, in purgamentis mundi, in ecclesiæ infimis. infimum enim ecclesiæ id est omni humilitate submissum. hoc ergo occultum mysterium reuelatum est, quod est Christus in nobis. non per apostolum hæc tantum dominus, sed etiam in hoc eodem psalmo ita loquitur dicens: non est occultatum os meum a te, quæ fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terræ. non in inferno, sicut superius, cum de passione tractabat, sed in inferioribus terræ, cum de reuelatis a patre, quæ in occulto fuerant, prædicabat. occultum autem fuerat, quod est Christus in uobis, id est substantia mea in inferioribus terræ, in inferioribus scilicet omnium humilitatis officiis.

32. Procedit deinde secundum profectum euangelicum sermo psalmi, cum ait: inperfectum tuum uiderunt oculi mei, et in libro tuo omnes scribentur: die replebuntur, et nemo in eis. atque ut omnia secundum doctrinam cælestem intellegere possimus, id, quod difficultatem adfert, absoluendum est. quod enim latini translatores inperfectum interpretati sunt, id in græcis libris *ἀκατέργαστον* scribitur: nec querimur de translatoribus; uereor enim, ne non

5 Matth. XVI, 17.

8 in tribulationis (?) *G* 12 in *om. R* 13 occultum *G sed cf. p. 764, 27* 14 a te quae fecisti *R* a te**** quae fecisti *G* (*an erat* a te ad ea quae fecisti? *cf. Sabatier II, 270*) a te quod fecisti *E* 17 fuerunt? *G* praedicabat — fuerat *om. G* 18 in uobis *GR* in nobis *E* 19 in inferioribus *GE* inferioribus *R* 21 secundum profetam euangelicum *G* 22 inperfectum meum *R* oculi mei *Ge* oculi tui *Rb cf. p. 767, 12 et Abh. IV, 76* 23 scribuntur *G sed cf. p. 767, 15* 24 in eis *Ga* in his *Re* 27 libris *supr. scr. R* aratepsacton *R* (*sic etiam in seq.*) 28 quaeremur *R*.

aliter significari ab his potuerit. id autem, quod græce est ἀκατέργαστον, significat id, quod sine operatione maneat: ut sit id ipsum, cum factum tamen non sit. inperfectum autem nobiscum id demonstrat, quod cœptum nec consummatum est. sed si interius uerbi huius uirtutem pertractemus, potest non sane a græcitatis proprietate esse diuersum. deo autem soli proprium potest esse, ut sit et infectus sit: quia quod est, non habet necessitatem ut fiat; quod autem fit, non est, antequam fiat. sed qui æternus est, manet neque factus est. hoc ergo inperfectum et, ut ad intellegentiæ profectum dicere audeamus, inoperatum dei oculi eius uiderunt.

33. Inperfectum enim tuum uiderunt oculi mei. sed qui tandem oculi? numquid spiritales illi, quibus deum patrem solus unigenitus uidet? sed isti non egent his, quæ secuntur: et in libro, inquit, tuo omnes scribentur: die replebuntur, et nemo in his. profectum indemutabilis illa unigeniti dei natura non expetit. et qui tandem ei erit profectus, ut omnes oculi eius in libro scribantur, ut die repleantur, ut in his nemo sit? hoc totum contumeliosum et inpudens est opinari.

34. Sed quemadmodum ossi eius, in quo ecclesiæ corpus ostenditur, quæ occulta erant, non occulta sunt, ita et oculi eius hoc, quod inperfectum dei est, uiderunt. os autem ad ecclesiam referri, quæ corpus est Christi, superius admonuimus. in corpore uero oculos principalis esse officii ac uirtutis nemini dubium est. et quia oculi potiores ceteris membris sunt, in his apostolos significari non ambigendum est, per quos lumen ecclesiæ atque operationum diuina mysteria præbentur. quod dominus manifeste in euangeliis ostendit. namque cum apostolos

1 graecae *R* 4 consumatum *GR* 5 est *G* sit *RE* 6 non satis graecitatis *R* 8 non habet necessitatem *G* non habet necessitatis *R* non est necessitatis *E* 9 sed quia *G* (?) *R* 10 hoc est ergo *G* 15 secuntur *G* sequntur *R* inquid *G* scribentur *GR* 16 profet** ? *G* 18 ut die *Ra* et die *e* 20 inprudens *R* 22 non occulta sunt *GR* non occultata sunt *E* ita & oculi *R* et oculi *a* ita oculi *e* 25 *culos *G* oculis *R* 26 sint *R* 28 atque operationum *scripsi cf. Abh. IV, 69* ad operationis *R**** operationem *G* et operationis *E*.

sal terræ, lumen mundi et lucernam domus in candelabro ob egregia et conspicabilia — ad conparationis exemplum — fidei suæ opera nuncupasset, rursum uocans eos a terrenis et corruptibilibus thesauris et a sæculi lucris esse oculos corporis dixit ita: lucerna corporis tui est oculus tuus. si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum erit lucidum: si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit. si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt? extra corporalem intellegentiam locus iste est; et idcirco spiritaliter intellegendus est. apostoli itaque, qui ecclesiæ, id est Christi corporis oculi sunt, lucidi et simplices iubentur esse corpore toto lucido his simplicibus mansuro, si autem nequam fuerint, toto corpore necessario tenebroso futuro: nulla scilicet tenebris spe luminis residua, si lumen ipsum in tenebris sit. ex quo ingenti periculo sacerdotes, qui ecclesiæ oculi sunt, negotiis sæculi, curis pecuniæ et familiarium rerum incrementis et conuiuiorum luxibus occupantur. ecclesiæ enim lumen sunt, id est corporis oculi. et si lumen ipsum auaritiæ et lasciuiæ nocte tenebrescat, corpori id est ecclesiæ, cui per naturam suam tenebræ sunt, quantæ insuper tenebræ de exemplo tenebrosi luminis inuehentur? hi ergo oculi eius inperfectum dei uiderunt. inperfectum autem dei diximus, quod factum non sit et maneat: in quo æternitas infectæ diuinitatis ostenditur.

35. Sed audax forte est, ut ininitiabilem illam dei patris æternitatem uisam ab apostolis adseramus, maxime cum dictum sit: deum nemo uidit umquam nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris. sed nihil nostrum dicimus, nihil audax prædicamus; dicat ille, qui dixit: qui me uidet, uidet et patrem, non ipsum se patrem esse significans. non enim roganti Philippo, ut sibi patrem ostenderet, respondit: ego pater sum,

5 Matth. VI, 22 sq. 27 Ioh. I, 18. 29 Ioh. XIV, 9.

1 domus *e cf. Matth. V, 15* dn̄s *Ra* dn̄i *G* 3 nuncupat et rursum *G* 6 simplex est *G* simplex *R* 7 nequa est *G* 9 ipsae tenebrae *restitui* **** tenebrae *G* tenebrae ipsae *RE* quantae sunt *GR* quantae erunt *E* 15 ipsūd *R cf. Acad. p. 28* 21 ut exempl* (?) *G*.

sed ait: qui me uidet, uidet et patrem. per indifferentis naturæ uirtutem eum, de quo quærebatur, patrem conspici et in se esse respondit; et id adhuc absolutius subiecit: quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? non credis mihi, quoniam ego in patre et pater in me est? uerba, quæ ego loquor uobis, non a me loquor; sed pater, qui in me manet, ipse facit opera sua. credite mihi, quoniam ego in patre et pater in me. sin autem, uel propter opera credite. arguit non intellegentem et adhuc de patre quærentem et per operum efficientiam uirtutem patris in unigenito non contuentem. manet enim in eo pater. est namque genitus ex eo, non est in eo nouæ creationis aliena natura. uirtute filius est, diuinitate filius est, substantia filius est, generatione filius est. opera testantur, potestates locuntur, per naturæ progeniem in filio patrem esse et per legitimæ originis substantiam filium in patre esse. non dissentit hæc ab ingenito nata generositas: unum ambo sunt. pater uidetur in filio et uidetur non per inuisibilis nobis naturæ contemplationem, sed per operum admirationem. filii enim opera opera patris sunt, non inbecillo ad efficienda ea filio neque diuerso uirtute naturæ: sed id filio efficiente, quidquid is, a quo ipse est genitus, efficiat. atque ideo per id, quod in maiestate operum filius contemplabilis est, pater quoque uidetur in filio.

36. His ergo oculis, qui æternitatem in filio paternæ uirtutis contuentur, id est apostolis id precatur, ut in dei libro scribantur, maneant scilicet in memoriam æternam, pro quibus tali prece in euangeliis orauit: pater, manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de sæculo; tui erant, et mihi eos dedisti, et uerbum tuum seruauerunt. nunc cognouerunt, quoniam omnia, quæ dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt et scierunt uere,

3 Ioh. XIV, 9—12. 28 Ioh. XVII, 6 sq.

1 me uidet *Ra* uidet me *e* 3 in se esse *R* in sese *e* in sese esse *b* 12 enim in eo *Bened.* enim *Re* 13 *uerba* diuinitate — generatione filius est *om. R* 15 loquntur *R* 20 opera *semel scr. R* 22 his a quo *R* 27 praece *R* 32 dedi his *R.*

quoniam a te prodii, et crediderunt, quia tu me misisti. ego pro his rogo; non pro sæculo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. pro his ergo orat, ut in libro dei scribantur. et si qui forte ambigent, cur non in libro uiuentium scripti sint, mihi maioris dignitatis uidetur esse in libro dei scribi; quia peccatores de libro uiuentium delentur, iusti autem in libro dei scribuntur. quod utrumque sub his dictis significatur: deleantur de libro uiuentium et cum iustis non scribantur. pro resurrectionis enim diuersitate, qua stella ab stella differt in gloria, plures in libro uiuentium erunt. iusti autem in libro dei scribentur, quia peccatores non modo cum iustis non scribentur, sed ne in libro quidem uiuentium derelinquentur.

37. Sed contuendum est, qui profectus eorum sit, qui in libro dei scribentur. nempe iste: die replebuntur et nemo in his. in quibusdam codicibus ita legimus: die formabuntur. nec multum differt repleri et formari. formamur enim, ut conformes simus gloriæ corporis dei. et apostoli dictum est: filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. replemur autem secundum dictum prophetæ: replebimur ab ubertate domus tuæ. die itaque replebuntur, id est uero lumine — lux enim Christus est: erat enim lux uera, quæ lucificat omnem hominem uenientem in hunc mundum — non iam ignorantiæ nocte detenti neque tenebris huius sæculi cæci, sed ueritatis luce inluminati et die repleti. quod autem repletum est, nihil præter id, ex quo plenum est, recipit. nox enim in eum, qui die repletus est, non penetrat secundum illud apostoli: quæ enim

8 Ps. LXVIII, 29. 10 I Cor. 15, 41. 19 Gal. IV, 19. 21 Ps. LXIV, 5. 23 Ioh. I, 9. 29 II Cor. 6, 14.

1 prodierunt *Rα* 4 ambigent *GR* ambigant *E* qur *R* 5 scribti sint *G* scripti sunt *R* (*in R m. 3 his uerbis in marg. haec addidit:* de libris uiuentiū & iustorū) 10 qua *GR* quia *E* ab *G* a *R* in gloriam *G* 13 sed ne *GE* sed nec *R* derelinquentur *G* relinquentur *RE* 15 iste *Ge* isti *ex corr. R(b)* 19 filioli mei *GR* filioli *E* 20 formetur xps *G* Christus formetur *R* 21 profete *G* 24 omnem *G*, *in marg. add. m. 1 R* 25 nocte detenti *RE* noctem *G* 28 in eum *om. G.*

participatio luci ad tenebras? neque sedem spiritus Christi adit spiritus mundi, ut scriptum est: uos enim non spiritum huius mundi accepistis, sed spiritum, qui a deo est. neque qui mundo mortuus est, uiuit sibi, ut apostolus docet: uiuo enim iam non ego, uiuit autem in me Christus. qui die repletus est, diem tantum in se habet et ideo ait: die replebuntur, et nemo in his. nemo in his erit præter diem, quo repleti sunt: non pecuniæ æstus, non uoluptatum stimulus, non ambitionis ardor, non odiorum malignitas, non inuidiæ aculeus, non conuiciorum furor, non superbiæ amentia, non cetera quæ diaboli sunt arma atque uirtutes, sed lux uera, sed dies sola, qua repleti sunt; ceterarum quoque iam rerum effecti sunt incapaces. et dignum plane hi, qui sola die pleni sunt, testimonium sumunt.

38. Sequitur enim: mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, deus, nimis confortati sunt principatus eorum. dinumerabo eos, et super harenam multiplicabuntur. quid cum his dictis homini commune, ut eos, qui super harenam multiplicabuntur, dinumeret? ei tantum istud conpetit, cui sine recensione et calculo innumerabilis numeri cognitio est. amici autem eius nimis honorificati sunt; nimis quod dicitur, non secundum latinitatis consuetudinem intellegendum est. nimis enim nobiscum id significari solet, quod necessarium modum inutiliter excedat, sed Græci id, quod nostri nimis transtulerunt, σφόδρα interpretati sunt: in quo magis ualde quam nimis continetur. ualde ergo honorificati amici eius sunt. et amicum quidem Abraham deo fuisse cognoscimus. amicum et Moysen deo lex esse locuta est. euangelia uero plures iam deo amicos esse significant

2 I Cor. 2, 12. 5 Gal. II, 20.

1 luci *G* est luci *RE* 2 ut scribtum est *G* 4 uiuit sibi ut *GR* uiuit sicut *e* uiuit sibi sicut *b* 5 docet *GE* docens *R* 7 habet et *G* habet = = et *R* 10 conuiciorum *G* conuitiorum *R* 11 diabuli *G* 13 planae *R* 14 soli *G* 22 nimis quod *G* nimis cum *RE* 23 significari *G* significare *RE* *cf. Acad. p. 17* 24 greci *G* graecae *R* 25 sfodra *G* COOAPA *R*, *om. a*, *λιαν s* interpraetati sunt *GR* 26 in qo (u *supra*) *G* 28 et moysen dō lex esse locuta est *G* et moysen lex esse deo elocuta est *R*.

domino dicente: iam non dico uos seruos, quia seruus nescit, quid uelit dominus eius: sed uos dico amicos, quoniam perstitistis mecum in omnibus temptationibus. hos igitur, quos nunc amicos nuncupat, ut superius ostendimus, et a patre sibi datos et patris esse confessus est; et secundum id, quod ait: et mea omnia tua sunt, et tua mea, amicos patris esse eos dicit. non solum autem ipsi honorificati sunt, sed etiam principatus eorum confortati sunt. ipsi quidem honorificantur, cum amici sunt, cum die pleni sunt, cum in his nemo est. sed principatus eorum confortantur, ecclesiæ scilicet ab his cœptæ, ab his principia sumentes: quæ super petram toto orbe fundatæ fortibus principiis constiterunt.

39. Et ut ad ecclesiæ populos referri istud necessario intellegeretur, adiecit: dinumerabo eos, et super harenam multiplicabuntur. numquid numerus eorum incertus est, qui in libro dei scribuntur? ergo nulla est difficultas in numero, quorum ueritas maneat in scripto. sed aliqui quod dictum est: super harenam multiplicabuntur, non ad homines tantum referendum existimauerunt, quia Abrahæ dictum esset: et erit semen tuum sicut harena maris, ut, quia Abrahæ semen sicut harena maris est, ad id, quod super harenam multiplicantur, amicis dei multitudo angelicæ numerositatis accedat. non enim aliter sibi conuenire sicut harena maris et super harenam maris putauerunt, nisi hominum multitudini connumeraretur copia angelorum. sed nos uniuscuiusque sensui non contraimus; quid autem secundum donum

1 Ioh. XV, 15. 3 Luc. XXII, 28. 6 Ioh. XVII, 10. 21 Gen. XXII, 17.

1 seruuos *G* 2 ue = lit *G* 9 cum amici sint *G* 10 cum in his *G* cum his *R* 11 ab his coeptae *GR* ab ipsis coeptae *E* 12 super petram *GR* super terram *E* toto orbe *G* toto in orbe *RE* 13 constiterunt *G* constiterint *RE* 15 eos et *RE* esset (*sub* s *prior. altera litt. scripta erat*) *G* 16 eorum *om. G* 18 sed aliqui quod *G* sed aliqui id quod *Rb* sed id quod *e* 19 super harenam *G* super ^h^arenā *R* 20 q^u^ia *G* 21 *sic Re et reliquiae G*, ut quia Abrahae semen sicut harena maris *om. b* 23 multiplicantur *GR* multiplicabuntur *E* amici *R* 27 contraimus *GE* contrahimus *R*.

spiritalis gratiæ senserimus, sine cuiusquam contumelia tractabimus.

40. Promissiones duas Abrahæ fuisse in Genesi accipimus. unam ante Ismael generationem deo dicente: quoniam omnem terram, quam tu uides, tibi dabo eam et semini tuo in æternum et faciam semen tuum tamquam harenam maris. si potest quis enumerare harenam maris, ita et semen tuum dinumerabitur, nato uero Isaac et in holocaustum, quantum ad Abraham spectat, oblato hæc sequens repromissio fuit: nisi benedicens benedicam tibi et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli et sicut harenam, quæ est ad oram maris. et si secundum apostolum hæc duo testamenta sunt, unum secundum Ismael in seruitutem generans, aliud secundum Isaac in libertatem matris nostræ Hierusalem, quæ in cælis est, educens, duum necesse est seminum in stellis et in harenis numerositas prædicetur. ergo amici dei super harenam maris dinumerantur. quis enim ambiget, secundum ecclesiam toto in orbe numerosam multitudinem gentis Iudææ copia in Christo credentium præueniri? atque ideo super harenam multiplicabuntur, quia copiosiores his erunt, qui ex legis impio populo terreni et aridi significantur in harenis.

41. Dehinc sequitur: exsurrexi et adhuc tecum sum. surrexi ad resurrectionis gloriam spectat, sed secundum præscientiam dei id, quod futurum est, tamquam præteritum loquitur, quia deo ob scientiam atque uirtutem, quæ futura sunt, facta sunt, ut etiam nosmetipsi facta esse existimamus, quæ futura

4 Gen. XIII, 15 sq. 10 Gen. XXII, 17. 14 Gal. IV, 24.

4 ante *GRb om. e* ismael *Gb* ismahel *R* ismahelis (his mahelis *α*) *e* quoniam *G* quia *RE* 13 ad[\] ora *R* 14 ismael *G* ismahel *R* Ismahelem *E* 16 duum *Rb* dum *α* 17 in stellis *RE* in sidiis (?) *G* (*an* in sideribus?) 19 ambiget *R* ambig*** *G* ambigat *E* eclesiam *G* 20 iudeae *R* 21 adque *G* ideo *om. G?* 24 dehinc *G* dein *Rb* hinc *e* exsurrexi *G* et surrexi *Rα* surrexi *e* 25 spectat *RE* expectat *G* sed *om. GR* 26 praescientia[m] *G* prae[sci]entiam *R* 27 qa[u] (?) dō *G*.

esse confidimus. id autem: et adhuc tecum sum nondum esse temporis significat, ut resurgat, quia nondum tempus sit passionis, dum se adhuc esse cum deo profiteatur. ipse enim ait: a deo exiui et ueni. adhuc ergo tecum sum, quia nondum temporis est, ut a te ueniam et ueniam in mundum, ut, quæ prophetata sunt, expleam.

42. Quod autem ait: si occidas deus peccatorem, numquid, qui uenit saluare quod perierat et peccatorem redimere, peccatorem precatur occidi? absit, ut uelit occidi. sed peccator occiditur, cum sæculo moritur, cum Christo conmoritur, ut uiuat in Christo. beatus apostolus ait: cotidie morior et rursum: mortuus sum legi, ut uiuam Christo. morimur autem ita, quod in nobis per fidem perempta peccata moriuntur. et audiamus adhuc, quomodo deus peccatores occidit, per id quod dicitur: mortificate ergo membra uestra super terram, fornicationes, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et auaritiam. sic peccator occiditur, cum generatio uitæ spiritalis uitiorum omnium peccatorumque morte renouatur.

43. Sequitur deinde: uiri sanguinum declinate a me; quoniam dicis in cogitatione: accipient in uanitate ciuitates suas. latina translatio, dum uirtutem dicti ignorat, magnam intulit obscuritatem non discernens ambigui sermonis proprietatem. quod enim nobiscum scribitur: quoniam dicis in cogitatione, cum Græcis hoc modo est:

4 Ioh. XVI, 28. 11 I Cor. 15, 31. 12 Gal. II, 19. 15 Coloss. III, 5.

2 esse temporis *R* temporis esse *E* 3 dum se *scripsi*, tum se *R* cum se *E* profiteatur *RE* ***fateatur (?) *G* 4 et adhuc ergo *R* 5 a te ueniam et ueniam *coni. Bened.* ante ueniam et ueniam *e* ante ueniam *R* (*de G h. l. non constat, sed ex spatio euanidorum id certe conicere licet, eum uoces* et ueniam *non omisisse*) 9 praecatur *GR* 13 quod *R* quando *E* 14 et audiamus *GR* audiamus *E* dš peccatores *GE* peccatores deus *R* 15 dicitur *RE* sequitur *G* 16 fornicationes *G* fornicationem *RE* 17 malam et *e cf. Sabatier III, 838* malam** *G* et *b om. R* 19 peccatorumque *scripsi* peccatorum** *G* et peccatorum *RE* 21 dicis *G infr. lin. 25* dices *E* dicitis *R* in uanitate *R* in uanitatem *E cf. de h. l. Sabatier II, 271* 24 scribtur *G* 25 dicis *G* dices *RE*.

ὅτι ἐρεῖς ἐν διαλογισμῷ; et illud ЄΡЄΙC in pronuntiatione distinguitur, ut aut dicis intellegatur aut contentio: utrumque enim sub isdem uerbis significatur hoc dicto. sed hi, qui hebraei sermonis scientiam consecuti sunt, non dicis, sed contentiones in eo, quod ЄΡЄΙC translatum est, prodiderunt. et sane id ita esse ratio et intellegentia monstrabit.

44. Viri, inquit, sanguinum declinate a me. memini in Ezechiel dictum episcopos reos sanguinis futuros, quorum adulanti silentio plures in interitum incidissent: ecce fili hominis, speculatorem te dedi domus Israhel, et audies ex ore meo uerbum et comminaberis; et non distinxisti ei neque locutus es, ut distingueres iniquo, ut se auerteret ab itineribus suis et uiueret, inicus ille in iniquitate sua morietur, sed sanguinem eius de manu tua requiram. et inuenio et alium sanguinarium, de quo dictum est: uirum sanguinum et dolosum abominabitur deus. ut igitur uiri sanguinum sunt, quorum adulans doctrina est, ita et uiri sanguinum sunt quorum dolosa doctrina est.

45. Dolosa autem doctrina est hæreticorum sub nomine dei blasphema, sub prætexto religionis impia, sub ueritatis specie fallax; quorum in animo et cogitatione solum contentionis studium persistit. nihil ad salutem hominum laborant, nihil ad spem adquirunt, nihil pacificum cogitant, ut omnis his in

8 Ezech. III, 17 sq. 15 Ps. V, 7.

1 ΟΤΙ ЄΡЄΙC ЄΝ ΑΙΜΟΤЄΙCΜΩ *R om. a* ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμὸν *e* illud de ΡΕΙC *R* illud επειϭ *a cf. de h. l. Beitr. 219* in *scripsi* ig (*fere euan.*) *R* *** *G om. E* 2 distinguitur *GRe* non distinguitur *b* 3 isdem *G* hisdem *Ra* iisdem *e* 4 hi *RE* hii *G cf. Bücheler-Windekilde Decl. p. 42* ebrei *G* hebraici *RE* 5 ερειC *R* ἐπειϭ *a* 6 intellegentiam *G* monstrauit *G* 7 inquid *G* 8 in ezechiel *R* ezeciel *G* in Ezechiele *E* 9 in interitum *GE* interitum *R* ecce *scripsi cf. Sabatier II, 761, Hartel Lucif. p. 229, 15* seu (?) *G* ita *RE* 10 te dedi *GR* dedi te *E* 11 audias *R* et non distinxisti ei *R cf. Sabatier et Hartel l. c.* et si non distinxisti *E* 12 distingueres *RE* distingueris *G* 14 iniqus *R* 15 et inuenio & alium *R* (*G?*) inuenio et alium *e* et inuenio alium *b* 17 ut *RE* sic *G* 18 adulans doctrina est — quorum *om. R* ita et uiri — doctrina est *om. G cf. Acad. p. 32* 19 dolosa doctrina est *R* dolosa est doctrina *E* 20 hereticorum *GR* 21 blasfema *G* praetexto *G* praetextu *RE.*

contentionibus labor sit et pugnam meditentur. isti infelices animas extinguunt et in uanum ecclesias sibi congregant, quas ciuitates dei secundum propheticam et euangelicam consuetudinem nuncupari frequens et plurima auctoritas est. hoc ergo significatur his dictis: uiri sanguinum declinate a me; quia contentiones in cogitatione: accipient in uanum ciuitates suas. uiri sanguinum sunt propter deperditarum animarum reatum; declinare iubentur, quia contentiones in cogitatione sunt; in uanum ciuitates dei accipiunt, infructuosarum ecclesiarum cœtus per schismatum discidia reddentes.

46. Sed plane, quia pax et iustitia et ueritas est, adfectum in eos suum ostendit dicens: nonne odientes te, domine, odiui et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam eos; inimici facti sunt mihi. est religiosum odium, quotiensque is nobis odio est, qui deum odit. inimicos quidem nostros amare præcipimur; sed nostros, non et dei. nam iuxta deum et patrem et matrem et coniugem et filios et fratres odisse deuotum est. odit ergo odientes deum et inimicorum odio tabescit et odit odio perfecto, et inimici sibi facti sunt. non enim filius diuersus a patre est, ut non alteri inimicus utrique fiat inimicus.

47. Concludit deinde libertatis suæ fiducia simulque, ut ea. quæ per præscientiam tamquam gesta memorauerat, nunc ad demonstrationem temporis gerenda monstraret, dicens: proba me, deus, et scito cor meum; interroga me et scito semitas meas. et uide, si uia iniquitatis in me est, et deduc me in uiam æternam. humanæ naturæ fiducia ista non est, ut probari se uelit, ut sciri cor suum postulet, ut cognosci semitas suas expectet, ut inspici non metuat, si uia

1 et pugna meditantur *R* isti *ex* isit *m. 1 R* 2 extinguunt *G* extingunt *Ra* eclesias *G* 3 et euangelicã *G* euangelicam *R* euangelicamque *E* 6 in cogitationes *R* 9 in uanum *R* hi in uanum *E* 10 discidia *GR* dissidia *E* 12 odiente domine *R* 14 eos *R* illos *E* 15 quotiensque is *scripsi* quotiensque in *G* quotiensq == is *R* (*eras.* h) quotiens is *e* quotiens in *b* 16 praecipimur *ex* praecepimur *m. 1 R* nostros non *G* nostros == == == non *R* 19 odio *G* odo *R* (i *superscr.*) 20 sibi *GE* *om. R* 22 fiducia *G* fiduciam *RE* 24 dicens *GR* dixit *E.*

iniquitatis in se sit, ut per hanc condicionem in æternam uiam deducatur. uox ista eius tantum potest esse, qui dixit: ecce uenit princeps huius mundi et non inuenit in me quicquam. solus enim extra peccatum est dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXXXIX.

In finem psalmus Dauid.

Eripe me, domine, ex homine malo, a uiro iniquo libera me et reliqua.

1. Cœptus est psalmus ex persona hominis inter multas infestationes inimicorum anxii, aduersus quem multæ insidiæ et doli plures sint: et conuenire hæc omnia in personam huius prophetæ Dauid uidentur, cuius uita infesta undique et plena semper periculis fuit, Saul eum in deserto, in urbibus, bello ac dolis persequente, filio quoque ipsius Abessalon multa aduersum regnum uitamque eius moliente et audente. multis præterea aliis et domesticis et extraneis insidiis subiectus fuit semper. sed nihil speciale ex his omnibus in psalmo continetur, ut propria personæ eius oratio esse credatur. sed generalis aut forte ex spiritu prophetiæ psalmus esse noscitur unumquemque nostrum per orationis exemplum, cum in mediis infestantium in nos odiis iactemur, erudiens, quali deum prece oporteat deprecari.

2. Sed contuenti mihi penitus quasdam uirtutes proprietatesque uerborum, quæ ultra humani sermonis consuetudinem altius

2 Ioh. XIV, 30.

1 condicionem *GR* cognitionem *E* Explicit psals CXXXUIII incipit psals CXXXUIIII *G* Expl psāl CXXXVIII incip. CXXXUIIII *R* 8 ex *R* *cf. p. 778, 24* ab *E* 11 anxii (ii *in ras.*) *R* quem *ex* quaem *R* 12 doli *RE* diaboli *G* in personam *G* in persona *R* 13 infesta *G* infestata *RE* 14 bello ac dolis persequente filio quoque ipsius Abessalon multa *GR* *cf. Acad. p. 72* bello ac dolis sequebatur persequente quoque filio ipsius Abessalon et multa *E* 15 aduersum *R* aduersus *E* 17 fuit semper *G* semper fuit *RE* 19 sed generalis aut forte ex *G* generalis autem forte et ex *RE* 20 profetiae *G* profetae *R* noscitur *GE* noscetur *R* 22 praece *GR*[1] 23 depraecari *GR*[1].

nescio quid et sublimius elocuntur, eius potius hominis, in quo ex partu uirginis ad sacramentum humanæ salutis unigenitus dei filius natus est, repertus est psalmus iste intellegi oportere. secundum eam enim quæ in se generis fuit utriusque naturam, dei uidelicet atque hominis, non modo in euangeliis, sed etiam in prophetis ita coaptatis ad utrumque dictis locutus est, ut, dum diuinitatis suæ inpassibilem atque indemutabilem uirtutem docet, infirmitatem quoque naturæ corporeæ non taceret: rursumque, cum ex susceptione carnis infirmitatis in eo sermo esset, præconium quoque mox non infirmandæ ex aliquo diuinitatis adsisteret. quod enim deus est, naturæ suæ est; quod autem homo fuit, naturæ nostræ adsumptio est. loquitur itaque in psalmo ex infirmitatis nostræ, quam adsumpsit, affectu, cum traditorem suum nouit, cum consilia aduersum se inita prospicit, cum quæstionum prœlia et obtrectationum uenena perpetitur, cum temptationum scandala et uerborum laqueos euitat, cum patri confitetur, cum ad eum orat, cum ei omnis uirtus ab eo est, cum, licet ex infirmitate corporis anxius sit, non se solum tamen relinquendum in die passionis meminerit. hæc igitur omnia ex persona eius in psalmo contineri docemur: atque ita, ut in his, quæ naturæ humanæ societas permittit, personæ etiam nostræ ex aliquo intellegi possit oratio.

3. Hoc enim, quod ita cœptum est: eripe me, domine, ex homine malo, a uiro iniquo libera me, ad communem quoque credentium omnium pertinet precem. omnes enim insidiæ, quascumque nobis spiritales nequitiæ prætendunt, maxime per homines aptantur: et occasiones uitiis nostris alienæ naturæ peruersitas subministrat. in lites nos inicus exagitat, in anxietates aduersantium et insidiantium nobis terror inpellit. in libidinem facultas se in id præbentis inuitat. oculus enim

1 elocuntur *G* eloquntur *R* 3 istae *R* 4 secundum eam enim *G* saecundum enim ea *R* generis fuit *G* fuit generis *R* 5 adque *GR* 10 praeconiō *R* 16 euitat *Ge* uitat *Rb* 18 non se solum tamen *G* non solum tamen se *RE* 20 adque *G* 24 ex homine *GR* ab homine *E* 25 pertinet praecem *G* praecem pertinet *R* 28 inicus *G* iniqus *R* 30 praebentis inuitat *GR* praebentis loci inuitat *E cf. Acad. p. 65.*

meretricis laqueus est peccatoris; oramus ergo in his malis positi dicentes: eripe me, domine, ab homine malo, a uiro iniquo libera me. sed propria esse hæc oratio domini ex consequenti docetur, cum ait: qui cogitauerunt malitias in corde. cogitationes cordis nosse non nostrum est, sed eius, de quo dictum est: scrutans corda et renes deus, eius quoque, qui dixit sciens cogitationes eorum: quid cogitatis mala in cordibus uestris? ille occultos omnes malignorum cordium sensus penetrabili atque inuios aditus obeunte natura uirtutis suæ contuetur.

4. Sed qui eripi se de homine uno malo et iniquo deprecatus est, in quo significare traditorem suum existimatur, iam de plurimis mala in corde cogitantibus loquitur dicens: qui cogitauerunt malitias in corde, tota die constituebant prœlia. acuerunt linguas suas sicut serpentes: uenenum aspidum sub labiis eorum. non omni et toto aduersum Dauid die armis certatum est neque semper instructis prœliis. aduersus autem dominum secundum euangelicas operationes eius nullum tempus uacuum fuisse ab insectantium odiis inuenimus. paralyticum sanat: mox de eo ob inlicitam, ut putabant, peccati indulgentiam uenenato ore disseritur. *aridam manum reformat: statim uiolatæ legis reis adscribitur. dæmones curat: continuo per Beelzebul dæmonum principem hæc perficere arguitur. nihil est, quod non ei plenum semper insidiis sit, quod non uipereæ linguæ ueneno

6 Ps. VII, 10. 7 Matth. IX, 4.

1 laquaeus *R* est peccatoris *G* peccatoris est *RE* malis *GE* malis *ex* malos *R* 2 me *om. G* ab *G* ex *R* 3 esse haec *GR* haec esse *E* 9 penetrabili adque inuios aditus obeunte *G* penetrabili atque peruio aditu obeunte *Rb* impenetrabiles atque inuios aditus obeunte *e cf. Acad. p. 39* 11 uno *om. G* depraecatus *G* 12 in[quo] *G* iniquo *R* 14 in corde *G* corde *R* 17 toto *G* tota *R* 18 instructis proeliis *G* instructa sunt == (*eras. 2 litt.*) proelia *R* aduersus *G* aduersum *R* 19 operationes *GR* narrationes *E* 22 reis *scripsi* reus *G* reatus *RE* 23 daemones *GRa* daemoniacos *E cf. Acad. p. 66* belzebul *G* beelzebul *R* Beelzebub *E cf. Neue Formenl. I, 588* daemonum *GRe* daemoniorum *b* 25 quod non uipereae — sit *om. G.*

obiectum sit. nostra quoque omnium uita maximeque eorum, qui religioni student, quæ aduersantium uirtutum sustinet bella, quæ obtrectationum uenenata iacula suscipit! quo fraudulentæ blandiloquentiæ ueneno adpetitur! et hæc omnia per homines, in quibus spiritales nequitiæ operantur, existunt. scriptum est enim: excitauit dominus satanan Salomoni, Ader Idumæum. et aduersatus est Ader, non ut homo, sed ut satanas Salomoni omnibus diebus uitæ eius. et Salomoni quidem, quia ita meruit, Ader in satanan a deo est excitatus; sed per istius modi homines hæc multimoda infestantium in nos odia desæuiunt inimicæque uirtutes horum ministerio grassantur.

5. Intercessio autem diapsalmæ adtulisse uidetur aut personæ aut sensus demutationem. fit autem repetitio orationis eiusdem: ita tamen, ut absolutius ea, quæ in confusum ante adiecta sunt, recenseantur et, quæ superius fuerat de uerbis, nunc sit querella de factis. custodi me, domine, de manu peccatoris et ab hominibus iniquis eripe me, qui cogitauerunt supplantare gressus meos. ab uno tantum cœpta deprecatio refertur ad plures, ut significare et in uno traditorem et in pluribus populum nosceretur. et uni quidem et nunc et superius malitiam et peccatum et iniquitatem exprobrat; in plurimis uero cogitatas supplantationes, absconsos laqueos, extensas funium captiones et continuata semitis scandala arguit dicens:

6. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. absconderunt superbi laqueum mihi et funes extenderunt muscipula pedibus meis, continuata semitis scandala posuerunt mihi. cogitauerunt enim

6 III Reg. 11, 14.

1 maximaeque *R* 3 quae obtrectationum *GR* atque obtrectationum *E* 4 blandaeloquentiae *G* 5 scribtum *G* 6 satanan *GRα* satanam *ε* solomoni *G* 7 idumeum *G* est *bis scr. G* 8 solomoni *G* 9 in satanan *G* in satana *R* 10 m^{u}ltimoda *G* 11 deseuiunt *G* daesaeniunt *R* grassantur *G* crassantur *R* 20 significare *R* significaret *E* 21 populum *R* populus *E cf. Abh. IV*, 63 *sq.* 23 muscipula *R* muscipulam *α* in muscipulam *ε*.

synagogæ principes supplantare gressus eius, cum post depulsam necem Lazari de eo occidendo cogitant, cum ob receptos oculos cæco illi a natiuitate maledicunt, cum taceri de eo decernunt, cum mortem confessoribus eius denuntiant. egregium itaque diuinarum operationum suarum gressum atque cursum istius modi rebus subplantare cogitauerunt. absconderunt autem laqueos superbi, cum Sadducæi fraudulentiam simulatæ de resurrectione interrogationis occultant, cum responsionis laqueum captioso sermone prætendunt; superbi, cum admisceri peccatoribus dedignantur, cum conuiuia publicanorum ei, qui peccatorum est remissor, exprobrant. funes etiam extenderunt in muscipulum pedibus eius, cum tributum poscitur, cum de dando Cæsari tributo interrogatur. absconsus autem superius laqueus fuit, nunc autem funes in laqueum extensi sunt, ut ualidior hic interrogationis laqueus esse nosceretur in funibus, cum per extensum interrogationis laqueum captiosæ ab eo professionis responsio aduersus nomen Cæsaris quæreretur. continuantes autem semitæ scandala posuerunt ei, cum de mandatis legis interrogatur, cum diues, legi utpote satisfaciens, quid sibi adhuc desit, requirit, cum apud eum de repudii condicione tractatur. hæc enim interrogationum scandala uiæ suæ doctrinæque legis continuantes statuerunt, ut sub specie earum ac familiaritate, quæ in lege scriptæ sunt, quæstionum hæc ei ubique continuantium semitæ interrogationum et responsionum scandala ponerentur.

7. Nobis autem meminimus uitæque nostræ ubique scandala, ubique funes, ubique laqueos occurrere, nihilque esse, ubi non prætentæ nobis semper insidiæ sint. et difficile est nunc laqueo uentrem absoluere: quia confusio illis est, quorum deus uenter est. rarum etiam est nunc a laqueo oculum liberare: quia qui ad concupiscentiam uidit, iam mœchatus in corde est. arduum quoque est linguam laqueo eximere: de omni enim otioso uerbo in

28 Phil. III, 19. 29 Matth. V, 28. 31 Matth. XII, 36.

2 occidendo *om.* *Ra* 11 in muscipulum *R* in muscipulam *E* 17 continuantis *R* 18 autē *supr. scr. m. 1 R* 19 interrogatur *R* interrogaretur *E* utputans *R* 21 uiae sue *a* uiae se *R* 21 continuantes *scripsi* continuanti *R* continuati *a* continuata *s* 22 earum ac *C. Schenkl* ac *R* ac earum *E* 23 scripta *Ra* 26 ubique funes ubique scandala *s*.

die iudicii erit ratio reddenda. maximi etiam laboris est cor a laqueo referre: malæ enim cogitationes de corde exeunt. hi omnibus nobis laquei ubique prætensi sunt; et orandus est dominus, ut ab his omnibus laqueis fidei nostræ pinnis et spiritus euolemus.

8. Dehinc sequitur: dixi domino: deus meus es tu: inaurire, domine, uocem orationis meæ. domine, uirtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli. ne tradas, domine, a desiderio meo peccatori: cogitauerunt, non tradas me, domine, ne umquam exaltentur. et hic intercedens diapsalma uidetur aliquam demutationem attulisse, et non exiguam quidem; namque cum superius de cogitata subplantatione, de absconditis laqueis, de extensis muscipulis, de scandalis positis sermo omnis fuisset, nunc ad deum refertur oratio: dixi domino: deus meus es tu. non leuis atque exiguæ fiduciæ est domino dixisse: deus meus es tu. loqui istud mens libidinosa, auara, insolens, ebria fideliter non potest. renuntiandum his omnibus est et a seruitute eorum ac famulatu desinendum est, ut ab his desinentes dicere audeamus: dixi domino: deus meus es tu. et hæc quidem personæ nostræ, quam tantum, in quantum fas est, psalmo admiscemus, ita coaptata sunt.

9. Sed et domino quoque usitatum et frequens et proprium est, ut dixerit: dixi domino: deus meus es tu. numquam confessionis huius honorem negauit, ut et dominum confiteretur et deum dicens: confiteor tibi, pater domine cæli et terræ; et rursum: ad deum meum et ad deum uestrum. oratio quoque ei semper ad deum omnis fuit. Lazarum suscitaturus orat; panes et pisces benedicturus ipso ad cælum aspectu precatur; calicem bibiturus pernox orat. post confessionem

2 Matth. XV, 19. 26 Matth. XI, 25. 27 Ioh. XX, 17.

4 pinnis *R* pennis *E* 8 super capud (super *supr. scr. m. 1*) *R* 10 cogitauerunt *R* cogitauerunt aduersum me *E cf. Sabatier II, 272* 19 est *ante* et *om. E cf. Stud. 1889 p. 316* 21 quam *om. G?* 22 tantum *G om. RE* 24 ut dixerit *G* ut diximus *RE* 26 confiteor *R* confitebor *E* 27 et ad dñ uestrum *G* et deum uestrum *RE* 28 semper ad dñ *G* ad deum semper *RE* 30 praecatur *GR*.

itaque domini et dei sui sequitur: inaurire, domine, uocem orationis meæ. honoris confessio præcessit, cum dominum suum ac deum dicit. exaudiendæ autem orationis precatio consequitur, cum se orat audiri.

10. Sed in eo, quod sequitur: domine, uirtus salutis meæ, non communis est fiduciæ professio. non enim ait: salus uirtutis meæ. humani namque uoti res ista est, ut uirtuti nostræ salutem precemur, ut sanitas his, in quibus ualemus, a deo sit. hæc autem e contrario precatio est, ut non uirtutis suæ salus, sed salutis suæ uirtus a deo sit. qui saluti uirtutem precatur, iam de salute non ambigit et certus est nihil in se caducum, nihil mortale esse. sed ei, quod adsumpsit, infirmo ut uirtus præstetur, orat: corpus dominus in se gerebat, quod, tametsi secundum nos morti debitum erat, non tamen erat obnoxium corruptioni, ipso per prophetam loquente: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

11. Non est igitur de salute naturæ huius in se infirmis incertus. solum a deo uirtutem eius, quæ in se sit, salutis orat et orat per hanc confidentiam, qua ait: obumbrasti super caput meum in die belli. si ex persona cuiusque hominis psalmus hic omnis est, quomodo sibi tam diuersa conuenient, ut, cum dictum sit: eripe me, domine, ab homine malo et: custodi me de manu peccatoris, domine, nunc rursum securus de omnibus dicat: obumbrasti super caput meum in die belli? et cum superius ex metu fuerit oratio, nunc sit gratulatio ex securitate? hoc autem totum dici ab eo ex ratione poterit, qui gerens hominis deique naturam habebat

15 Ps. XV, 10.

1 inaurire *Rb* in hau**** *G* inauri (in hauri *α*) *e* 3 ac dñi *G* et deum *RE* dicit *G* dicit *ex* dicet (t *in ras.*) *R* 5 sequit^{u}r *G* 8 praecem^{u}r *GR et sic in seqq.* in quib^{u}s *G* 12 sed ei *GRb* sed et *e* 13 corpus dominus in se gerebat *R* corpus dñi********* *G* per corpus quod dominus in se gerebat *E* 18 infirmis *Rb* infirmae *e* 19 solum *GR* solam *E* 20 quia ait *R* 21 capud *R* 23 domine *ante* ab *om.* *R* 27 n^{u}nc *G*.

et ex hominis infirmitate trepidationis affectum et ex conscientia diuinitatis fiduciam securitatis. scit autem se in die gloriosi illius belli, quo mortem perimet, quo diabolum uincet, quo omnes potestates inimicas triumpho crucis suæ configet, obumbratum protectumque esse. namque cum ex persona dei patris dictum de eo ante fuerit: cum ipso sum in tribulatione et rursum: manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum, nihil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non adiciet nocere eum, quid enim proficit inimicus Iudam ad uoluntatem traditionis inspirans? permissum enim corpus passioni est; sed permissi sibi corporis dominata mors non fuit: sanctus enim non uidit corruptionem. et iniquitatis filius cum eum traderet, ad nocendum quid adiecit? non modo ad uitam corpus rediit ex morte, sed etiam in diuinitatis gloriam natura curruptionis absorta est.

12. Securus itaque et confidens obumbratum se esse in die belli etiam hoc precatur: ne tradas, domine, a desiderio meo peccatori. qui ait: non ueni uoluntatem meam facere, sed uoluntatem eius, qui me misit, susceptum opus etiam pro obœdientiæ obsequella festinat inplere; sed ita, ut meminerimus esse in eo uoluntatis officium. uult namque quæ pater uoluit. id enim, quod ait: non ueni uoluntatem meam facere, sed uoluntatem eius, qui me misit, eum, a quo est missus cuique obœdit, ostendit: non tamen sibi detrahit uoluntatem. omnia ergo, quæcumque patri placita

6 Ps. XC, 15. 7 Ps. LXXXVIII, 22 sq. 19 Ioh. VI, 38.

1 infirmitate trepidationis *GE* infirmitate & trepidationis *R* 5 protectumque esse *R* protectumque iri *E cf. lin. 17, ubi etiam in G esse legi potest* 6 ante *Ge* antea *Rb* 9 in eo *GE* in eō *corr. m. 3 R* 10 nocere eum *R cf. Sabatier II, 178* nocere ei *E* quid enim proficit *GR*[1] *cf. Lucifer ed. Hartel p. 361* quid proficit *R*[2] 12 permissi sibi corporis *e et G, ut uidetur,* permiss≡a *(eras.* i, a *add. m. 3)* sibi *R* 13 cum enim traderet *G* 14 ad nocendum *G* ad nocendum ei *RE* ad ui*** *G* in uitam *RE* 15 sed etiam in *G* sed etiam ad *RE* 16 absorta *R* absorpta *E* 18 a desiderio *GE* desiderio *R* 19 quia ait *G* 23 pater quae pater uoluit (pater *priore loc. in uersu exeunte add. m. 3,* uoluït *supr. scr. m. 3*) *R* ait *om. R.*

sunt, consummare optat et uniuersa, quæcumque sibi in passione desiderabilia sunt, exsequi properat, ne quid ex his sit, quod præueniens peccator impediat. desiderio desiderauit cum discipulis pascham manducare, festinato paschæ cænam peregit. desiderat calicem passionis bibere dicens: calicem, quem pater meus mihi dedit, non bibam illum? quærentibus se ultro his, qui ad conprehendendum eum uenerant, et interrogantibus, quis Iesus esset, ingessit. scit sibi aceti poculum esse potandum: hoc ut bibat postulat. et magnum in eo, cum bibisset, uoluntatis suæ fructum capiens ait: consummatum est, quo in uerbo desiderabilis uoti gratulatio continetur. liberari animam suam a framea in psalmis frequenter orauerat, os non comminuendum significauerat, sortitu uestem suam obtinendam denuntiauerat. hæc omnia, quæ desiderii sui sunt, ad prophetiæ fidem ut inpleantur, orat: ne quid ex his peccatori sit potestatis, ne pascham præueniat, quæ desiderio desideratur, ne calicem passionis ingerere non audeat — nam ad primam domini responsionem peccator omnis, qui ad conprehendendum eum uenerat, procidit —, ne acetum, quod offerendum est, non præsto sit, ne ante, quam spiritum emittit, lancea latus miles fodiat, ne frangendi ossis manente adhuc spiritu pateat occasio, ne quid ex prophetia minus fiat, ne quid peccatori ex desideriis suis tradatur, sed in se omnia, quæ et desiderata sibi et prophetata sunt, inpleantur. orat autem de his, non quod inplenda non essent, sed ut de se prophetata esse intellegi possint.

13. Cogitauerunt, inquit, aduersus me: non derelinquas me, ne quando exaltentur. multa aduersus eum cogitata sunt; sed maxime illud, ut pecunia militibus

3 Luc. XXII, 15. 5 Ioh. XVIII, 11. 10 Ibid. XIX, 30.

1 consummari *G* 2 exsequi *G* exequi *R* 3 **ueniens peccator *G* praebens peccator *R* 4 pascham *GR* pascha *E* caenam *GR* coenam *E* 5 desiderat *GR* desiderauit *E* qẽ *G* 9 et magnum (et *ex* ei) *R* magnum *E* 10 ait *ex* att *m. 1 R* 14 optinendam *Ra* sui *om. G* sunt *G* sint *RE* 16 desiderat (?) *G* 17 audeant *R* 18 conpraehendendum *GR* 19 offerendum *G* potandum *RE* 20 emittit *GR* amittat *e* emittat *b* latus miles *G* miles latus *RE* 21 frangendi *GE* frangendis *R* 22 ne quid peccatori *G* ne aliquid peccatori *RE* 26 aduersus *R* aduersum *E* 28 *ante et post* ut *un. litt. eras. R* pecuniam *G*.

conlata fama ab his furati corporis uenderetur. sed eo in corpore rursus adstante inanis hæc impiæ cogitationis meditatio fuit. non relictus peccatoribus exaltandi se locus ullus est: inpletur prophetia. pendet in ligno uita eorum, aceto ac felle potatur, anima eius a framea liberatur, os non conteritur, sors super uestem mittitur, nihil e desideriis unigeniti filii dei peccatori traditur, tertia die resurgit, non relinquitur in inferno nec corruptionem sanctus uidet: et omnia, quæ geruntur in domino, ad confundendas et consternandas impiorum cogitationes habent et rerum præsentium admirabilem efficientiam et prophetiæ indemutabilem ueritatem.

14. Dehinc sequitur: caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. cadent super eos carbones ignis, et deicies eos, in miseriis non subsistent. post superiorem sermonem, in quo omnis ad deum de se fuerat oratio, nunc etiam interuentu diapsalmæ demutauit ordinem sensus. rettulit enim hac peccatorum iustissimam pœnam, quos primum ipsum illud conuentus sui caput, deinde labor labiorum suorum et omne maledictionis opus operiet. ut enim omnibus sanctis caput Christus est, ita omnibus iniquis caput diabolus est. testatur autem frequenter istos impios erga se circuitus dominus, cum ait: circumdederunt me gemitus mortis et rursum: tauri pingues obsederunt me et iterum: circumdantes circumdederunt me et statim: circumdederunt me sicut apes. quod autem principe diabolo hæc gesta sint, testantur euangelia, cum dicunt: et inmisit se diabolus in cor Iudæ, ut traderet eum. laboratum est autem multa uoce populi, cum adclamatum est: crucifige, crucifige. operiet

22 Ps. XVII, 5. 23 Ps. XXI, 13. 24 Ps. CXVII, 11 sq. 27 Ioh. XIII, 2. 29 Luc. XXIII, 21.

u
5 eis *G* 6 de desideriis *R* desideriis *a* 9 habent et *G* habent in se et *RE* 12 capud *GR* 14 deicies *G* deiciet *R* 15 ad dm̄ *G* adeum *R* 16 diapsalma* *G* diapsalmi *R* diapsalmatis *e* 17 enim hac *scripsi* enim ac *G* enim se ad *Rb* enim *e cf. Addenda* 18 ipsum illud *G* ipsum = illud (*eras.* d) *R* 19 capud *GR et sic in sq.* 29 adclamatum est *G* clamatum est *RE.*

igitur eos caput circuitus et labor labiorum eorum, ut, cum alii inmortalitatis gloriam induantur, illi impietatis suæ pudore et damnatione diaboli operiantur. et quæ ea damnatio esset, qua operirentur, adiecit: *cadent super eos carbones ignis, super terram deicies eos, in miseriis non subsistent.* hæc impiorum operimenta sunt, hæc inreligiosorum æterna uestis est, ut aduersus decidentes carbones et ingruentes miserias non subsistentes tali cum ipso circuitus sui capite et labore labiorum damnationis suæ onere deprimantur.

15. Tenuit autem etiam nunc eum ordinem, quo in superioribus usus est, ut, cum in pluribus populum ostendat, nunc in uno Iudam significare uideatur dicens: *uir linguosus non dirigetur super terram: uirum iniustum mala capient in interitum.* in linguoso anceps et dubium et fallax os proditoris ostenditur, qui sero criminis sui scelere conperto laqueo se a uita et fide profugus suspendit. nihil enim directum in eo, nihil simplex, nihil absolutum fuit: fur antea, dehinc proditor, postremo ipse in se dignus ultor; nunc mulierem effuso in caput domini unguento damni inutilis arguens, nunc Iudæis omnes domini aditus et egressus nuntians, nunc de pretio iusti sanguinis paciscens; linguosus semper, semper in uerbis, ut in eum prophetæ dictum conpetenter aptetur: *de multiloquio non effugies peccatum.* hic ergo in hoc multiloquio suo peccator non directus in uitam est neque rectum fidei iter tenuit, sed, ut dignum est, mala eum in interitum ceperunt. impius in dominum cum fuisset, postea in semet quoque ipsum impius mansit. fur pecuniæ, uenditor sanguinis iusti, proditor dei et, quantum in se est, parricida nec uitæ ueniam potuit habere nec mortis.

23 Prov. X, 19.

1 meorum *G* 2 gloriam *Ge* gloria *Rb* 5 deiciet *R* 10 eum *ex* cum *R* 11 ut cum pluribus *R* 12 iuda *R* uideatur *GE* uidetur *R* 13 dirigetur *GE* dirigitur *R* 14 in interitum *R* in interitu *E cf. Sabatier II, 273* 18 in se *om. G* 19 dampni *R* 26 in interitum *R* in interitu *e* coeperunt *R* in dūm *R* in deum *E*.

16. Non nescius itaque huius uindictæ suæ unigenitus deus est; ait enim: cognoui, quia faciet dominus iudicium inopis et uindictam pauperum. pauper dominus secundum hominem est. paupertauit enim se secundum apostolum, ut nos locupletaremur, cui in sæculi rebus nihil nisi corpus fuit. huius enim salutis causa nasci inops uoluit ex uirgine: non pecuniam, non agrum, non pecus cælorum dominus elegit. pauper ergo in homine tantum suo fuit. sed non solum iudicium inopis, sed et uindictam pauperum dominus faciet. iudicium inopis referri ad damnationem eorum, qui iniusti in dominum extiterunt, oportet. conuenit enim eos secundum iudicium, non secundum uindictam iudicari. inferioris naturæ est, qui debeat uindicari. uindicantur ceteri pauperes, id est, qui dominum exemplo passionis secuti sunt, qui ex contemptu sæculi et pecuniæ pauperes fuerunt. fit ergo iudicium inopis, cum ob passionem domini impii iudicantur. pauperes uero uindicantur, quorum sub ara occisorum sanguis clamat uindictam in impios postulans: qui cotidie in gloria martyrii manentes dei nomini confitentur.

17. Et sermo ipse, quo psalmus clauditur, ita loquitur: attamen iusti confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum facie tua. iustorum confessio potest etiam corporalis uideri, quia plures in carne adhuc licet positi dei nomini confitentur. recti autem habitantes cum facie dei nihil in se corporale retinere intelleguntur. natura enim carnis dei non patitur aspectum ipso dicente: nemo uidebit hominum faciem meam et uiuet. hoc iam cælestium est et transformatorum et terrenam corruptionem cælesti incorruptione mutantium, quos iam diuinitatis honore claros, conregnaturos ipse deo patri tradet in regnum dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

4 II Cor. 8, 9. 26 Exod. XXXIII, 20.

5 nos *om.* *R* 6 nasci ineo uoluit *R* 12 quae debeat *R* 16 pauperes uero uindicantur *om.* *R* 28 caelesti incorruptione *om.* *R* Explicit psāl CXXXVIIII incipit CXL *R*.

PSALMUS CXL.

Psalmus Dauid.

Domine, clamaui ad te, exaudi me: intende uoci orationis meæ, dum clamabo ad te et reliqua.

1. Omnium sanctorum fidelis oratio clamor est deo; fide enim ad eum, non uocis clamore clamatur. Moyses instante Aegyptiorum rege mæstus stabat in littore; sed tacente licet eo excelsæ mentis fidelem orationem dominus audiuit dicens: quid proclamas ad me? martyrum quoque sanguis uoce corporis caret; sed indignitas necis eorum deo clamor est ipso domino de Abel ad Cain dicente: uox sanguinis fratris tui clamat ad me. sic et sub ara dei martyrum animæ proclamare scribuntur magna uoce dicentes: quousque dominus sanctus et uerus non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de habitantibus in terra? si igitur non humilia nec terrena nec corporalia fidei spiritu oremus, tacens licet oratio nostra deo clamor est. atque ideo propheta totus ad deum spiritu orationis intentus ita cœpit: domine clamaui ad te, exaudi me. et ut clamorem istum non uocis, sed fidei doceret esse, adiecit: intende uoci orationis meæ, dum clamabo ad te. clamor etiam inuitis nobis penetrat in auditum ac se sponte in aures nostras ui contentæ uocis inmittit. sed quia propheta non tali clamore clamat, orat, ut clamante se deus in uocem orationis intendat: per id namque, quod intenditur, fidei inspectio est, non clamoris auditio. id enim, quod interius est, intenditur: ceterum clamorem corporalem intendi non necesse est, per semetipsum omnem sensum aurium occupantem.

2. Dehinc sequitur: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, domine. quorum pura et recta et sinceris oratio est, hi poterunt dicere: dirigatur oratio mea; ceterum si externarum cogitationum interuentu

9 Exod. XIV, 15. 11 Gen. IV, 10. 13 Apoc. VI, 10.

4 orationis *h. l. om. R* cum clamauero *h. l. R sed cf. lin. 21* 17 adque *R* 23 sui contentae *R* 29 domine dirigatur *E* 30 domine *h. l. om. E* 31 et sinceris *Re* sincera *b* dicere poterunt *E.*

deprauabitur, non dirigetur. sed quod ait: dirigatur ut incensum, intellegendum est, quid sibi uelit conparatio proposita incensi. et primum natura incensi ea est, ut in altum se de humilibus extollat spirans optime et se nobis in sensum suaueolentiæ inmittens. hinc ex quattuor odoratissimis generibus in maximam subtilitatem comminutis conparatur: stacte, onyche, galbano, ture; quæ omnia hæc in formam orationum fidelium constituta esse beati Iohannis Apocalypsis ostendit, cum ait: et illi quidem uiginti quattuor seniores prociderunt ante agnum, habentes quisque citharam et phialas aureas plenas odoribus, qui sunt orationes sanctorum. quattuor autem genera orationum apostolus esse significat ad Timotheum scribens: exhortare ergo primo omnium fieri precationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. humilitatis nostræ est deprecari, magnificentiæ dei est orari, fidei est postulare, confessionis et laudis est gratulari. et forte quattuor illa genera odorum ad unum thymiama ex partibus subtilissimis conparata singulis quoque generibus poterint consummandæ orationis aptari. quamquam speciem quoque quattuor elementorum horum quattuor odorum natura et species significare uideatur, ut tus, quod perlucidissimum est, spiritui conparetur, stacte uero aquis, galbanum et onyx terræ atque igni: ut per hæc omnium, qui in cælo et infra cælum et in terra et in aquis sint, placita deo incensi modo hæc efferatur laudis oratio. sed hæc his, quos profundioris scientiæ cognitio delectat, relinquamus: nobis sufficit prophetica atque apostolica auctoritas, quæ et incensum orationes esse significat et orationes deprecatur dirigi ut incensum.

3. Sed qui deprecatus est orationem suam dirigi ut incensum, etiam illud post hæc ait: alleuatio manuum mearum

9 Apoc. V, 8. 13 I Tim. 2, 1.

4 optimae *R* et sese *E* 5 suauae olentiae *R* 6 componitur *E* 7 onychae *R* turae *R* thure *E* 10 cytharam et fialas *R* 13 ad Timothaeum *R* exhortor *coni. Bened.* 18 timiama *R* 19 poterunt *E* *cf. F. Neue Formenl. II, 602* 20 quoq *R om. b* aelementorum *R* 22 perlucidum *E* spūi *supr. scr. m. 1 R* stacten *R* 23 onix *R* et igni *E* quae *E* 25 incensu *R* offeratur *E* 28 depraecatur *R*

sacrificium uespertinum. plurimis locis tractauimus, in alleuatione manuum excelsi operis officium monstrari, ut, cum Moyses eleuatis manibus stare præceptus est, populo in alleuatione et demissione manuum suarum uel uictore uel uicto. apostolus quoque orantes iubet eleuare manus puras. et cum ait: sine ira et cogitatione, non habitum orandi constituit, sed præscriptum diuinæ operationis adiecit. denique dominus per Esaiam prophetam orationes impiorum inprobans ita locutus est: si extendatis manus, auertam oculos meos a uobis, non utique si eleuetis, sed si extendatis; quia habitus orandi in manibus extendendis est, perfecti autem operis efficientia est in eleuandis.

4. Manuum ergo eleuatio sacrificium uespertinum est. non enim sanguine et holocaustis nos, in quos consummatio sæculorum deuenit, sacrificamus deo. sed quod sacrificium uespertinum placitum sit, audiamus dominum in euangeliis dicentem: uenite, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum a constitutione mundi. esuriui enim, et dedistis mihi manducare; sitiui, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et suscepistis me; infirmus, et uisitastis me; in carcere fui, et liberastis me. et respondentibus illis, quod numquam his officiis humanæ necessitatis eguisset, ait: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus minimis, mihi fecistis. hoc sacrificium uespertinum, id est temporum nouissimorum est. in hoc manus eleuandæ sunt, quia istius modi orationibus iam ab initio mundi benedictis dei regni cælestis præparata possessio est.

5. Sed meminit propheta, præter clamorem fidei, præter orationem, quæ dirigenda sit ut incensum, et præter eleuationem manuum, in qua sacrificium uespertinum est, et aliud sibi adhuc opus consummandæ in se iustificationis optandum. dicti

6 I Tim. 2, 8. 9 Esai. I, 15. 17 Matth. XXV, 34 sq.

2 manum *R* 4 dimissione *Rα* 6 et contentione *E cf. Sabatier III, 869* 10 extendatis manus, quia *E* 20 infirmus — liberastis me *om. R* 30 dirigenda est *E* eleuationes *R* 31 in quas *R*.

scilicet huius euangelici memor: ex uerbis tuis iustificaberis, aut ex uerbis tuis condemnaberis, recolens quoque ex omni se uerbo otioso rationem in die iudicii redditurum necessario deprecatus est dicens: pone, domine, custodiam ori meo et ostium circumstantiæ labiis meis. non leuem custodiam ori suo orat adponi, ostium scilicet circumstantiæ, ut custodia illa non obseruatio sit aliqua, sed claustrum. periculosus enim ualde linguæ et promptissimus lapsus est: et ex ea maledictum, mendacium, periurium, obtrectatio motu facili et aditu patenti efferuntur. oremus ergo nobis circumstantiæ ostium. in eo enim libro, qui nobiscum Salomonis inscribitur, apud Græcos autem atque Hebræos Sapientia Sirach habetur, ita monemur: ecce circumualla possessionem tuam spinis, argentum et aurum tuum constitue, et ori tuo fac ostium et seram, et uerbis tuis fac iugum et mensuram. et ostium et seram ori iussit adponi, ne uerbis esset facilis egressus. idem autem uerbis iugum mensuramque constituit, ut rationis iugo subdita, librata per mensuram moderatione penderent.

6. Tendit adhuc propheta ad iustitiæ perfectionem. namque post fidei clamorem, post orationem, post opera, post ostium oris consummari se quoque officio cordis orat dicens: non declines cor meum in uerba mala, ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem. cum ex innocentiæ ac iustitiæ studiis in uitiosam uoluntatem decidimus, tum cor nostrum in mala uerba declinat: non ut peccatum excusemus — omne enim peccatum

1 Matth. XII, 37. 3 Ibid. 36. 13 Eccles. XXVIII, 28 sq.

1 ex uerbis iustificaberis *R* 2 condempnaberis *R* 3 ex omni *GRa* de omni *e* se *om. G* 4 depraecatus est *G* 6 ori suo orat *GR* ori orat *E* adponi (i *in ras. 3 litt.*) *R* ostium *om. R (in G fuisse uidetur)* 7 non obsecratio *G* 8 enim ualde linguae *temptaui, cf. Abh. IV, 70* enim iudae linguae *R* enim ****linguae *G* enim linguae *E* promtissimus *R* **optissimus *G* 12 apd (u *superscr.*) *G* adque hebreos *G* 15 seram *ex* serram *R* 16 tuis fac iugum *R (de G h. l. non constat, sed cf. LXX)* tuis iugum *E* 17 seram *ex* serram *R* idem *R* iisdem *E* 22 si quoque *G* 23 mala *R* malitiae *E* 24 hominibs *G* 25 ac *ex* hac *R*.

inexcusabile est — sed ut excusationes excusemus. crimen enim cædis atque adulterii et talium ceterorum per naturam atque indignitatem facti inexcusabile est. sed qui in eo erit deprehensus, non dicet: adulterium aut cædes non habet crimen. sed dicet: mulier inportuna, incontinens, adblandiens pellexit et in uoluptatem coegit. uel alius ille dicet: conuiciis mouit iram, iniuriis armauit dolorem, casus litis cædem peregit. in hæc uerba cor sese, postquam ab eo peccatum est, declinat, ut excusationes peccati, quod admisit, excuset. cor autem rectum atque purum in uerba excusationum non declinat, sed manet inuiolatum atque constans sine sollicitudine uerborum ad excusandas excusationes quærendorum, cum uitæ innocentia peccati excusatione non egeat. et hæc quidem in corporalibus rebus ita sunt. in his uero, quæ spiritalia existimantur, id est in hæreseos doctrina, incredibile est quo cordis labore, qua uerborum exquisitione excusationes suas hæretici excusent. in quæ omnia ne declinetur cor suum, iustus exposcit, ne per hanc declinati cordis ad excusandas excusationes necessitatem cum electis eorum conbinetur.

7. *Et non conbinabo*, inquit, *cum electis eorum.* conbinari cum electis iniquorum non uult propheta. meminit enim numerum hunc rebus inmundis deputatum, cum ad Noe de recondendis in arca animalibus constituitur præceptum: *a pecoribus autem mundis induces ad te septem et septem et a pecoribus inmundis bina et bina.* est et maius adhuc et absolutius inutilis huius numeri exemplum. dominus enim noster Iesus Christus omnes inmunditias nostras et peccata auferens *fecit* secundum apostolum *utrumque unum*, et secundum eundem, ut duos conderet in se in unum nouum

23 Gen. VII, 2. 28 Ephes. II, 14. 29 Ibid. 15.

2 et talium per naturam ceterorum *R* 4 deprehensus erit *E* caedis *ex* caedes *m. 3 R* 9 ut excusationes *Bened. in adn. cf. supr. lin. 1 et infr. lin. 18* ut excusatione *R* ut per excusationes *E* se excuset *E* 10 purum in uer (i?) *G* purum in haec uerba *RE* 11 constantissi** *G* (*an* constantissimum sine?) 14 in hereseos *R* 16 exquisitione *supr. scr. m. 1 R* heretici *R* 20 combinabor *Ed. Bas. 1550 et Paris. 1572* 23 in archa *Ra* 24 VII[tē]-Septē *R* 26 i[n]utilis *R* 28 et peccata nostra *E*.

hominem, faciens pacem, ut reconciliaret ambos deo in uno corpore, internum scilicet hominem et externum fecit unum. non ergo conbinamur, sed unimur: quia unitas fidei est, at uero conbinatio consortium factionis.

8. Non modo autem non conbinari se propheta cum electis iniquorum non optat, sed etiam, quia homini errare debitum est, si quid forte secus et humanitus gesserit, corripi se a iusto in misericordia et argui mauult. formam namque in se naturæ nostræ infirmitatisque constituit. plures etenim nostrum, cum lapsi fuerint, cum errauerint, emendari se iustæ misericordiæ arguitione fastidiunt et conbinari malunt peccatoribus quam per iustorum correptionem ad pænitentiam retorqueri. tenuit autem egregie rationem ueri propheticus sermo dicens: corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. est enim misericordiæ modus, et miserandi adhibenda iustitia est. dolor quidem potest esse erga eos, quorum crimina grauia sunt, sed misericordiæ locus nullus est. misericordia enim se ad ueniam de deo orandam his, quæ sunt gesta, deflectit: ceterum ueniam præstare inlicitis non est misericordiam præstare, sed iustitiam misericordiæ non tenere. quam rationem diligentissime apostolus Iohannes retinuit dicens: si quis scit fratrem suum delinquere, sed non ad mortem, petat et dabit illi deus uitam. est enim peccatum ad mortem, sed non pro eo dico. quod autem in misericordia iustus corripere atque arguere eum, qui lapsus sit, debeat, beatus Paulus docet dicens: fratres, et si præuentus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui estis spiritales, consummate eum in spiritu lenitatis. sed ne ipse quidem rationis iustæ misericordiæ inmemor fuit: præuentum enim in delicto, non uoluntate delinquentem consummari per arguitionem iubet. atque ideo propheta, cum ait:

21 I Ioh. 5, 16. 26 Galat. VI, 1.

1 in corpore uno *E* 11 malunt *ex* mallunt *R* 13 egregiae *R* 16 iustitia *ex* iustitiae *m. 1 R* proh dolor quid potest esse *e* 21 diligentissimae *R* Ioannes *E* 24 iustus in misericordia *E* 28 consummatae *R* 29 misaericordiae *R* 30 consummarip arcuitionem (ri *supr. scr. a m. 1 deinde eras.*, rip arc *in ras. 3*) *R* 31 adque *R*

corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, et fidei suæ et humanæ infirmitatis memor corripiendum se in his ait, quæ iustæ misericordiæ arguitione sunt digna.

9. Orat autem adhuc et aliud, ne doctrinis uidelicet peccatorum imbuatur neue usque ad peccantium misericordiam decidat: oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum. uult eum, qui nos doceat atque arguat, conscientiæ puræ esse. dominus uero in euangeliis, cum de ieiuniorum puritate loqueretur, ait: uos autem cum ieiunatis, unguite caput uestrum et faciem uestram lauate. in abluenda facie nitorem puræ conscientiæ exegit, ne quid nobis sordidum, ne quid oblitum adhæreret; in capite uero unguendo doctrinis nos atque operibus spiritalis institutionis perfectos esse præcepit. oleum enim luminis pabulum est; et doctrina atque opus spiritale cælestis nobis gloriæ causa est. ut enim lumen ex oleo luminis habet causam: ita, ut lucem spiritalis gloriæ retineamus, doctrina atque opus præstat. cum caput nostrum, sedis scilicet uitæ et prudentiæ et omnium sensuum oleo operationis doctrinæque pinguescat. sed oleum non a peccatore sumendum est; et orandus est deus, ne hoc peccator infundat. ut enim a sancto et fideli uiro argui se uelle prudentis est, quia ægris animis et peccatorum morbo languentibus utilis est seueræ obiurgationis sub honesto auctore medicina: ita miserum est per peccati miserationem usque ad ipsam peccantium misericordiam decidisse. hoc ergo utrumque a se detestatur propheta.

10. Sequitur deinde: quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum, absorti sunt continuati petræ iudices eorum. causam, cur absorbeantur continuati petræ, dicit eam, quia adhuc sit oratio sua in beneplacitis

9 Matth. VI, 17.

1 et increpauit *R* 4 adhuc *in ras. R* 6 capud *R* 9 ungite *E* 10 capud *R* ur̄am *in ras. R* 11 ne quid in nobis *E* 12 adhereret *R* ungendo *E* 17 atque operatio *E* cū capud *R* ut caput *E* 18 sedis *R cf. Acad. p. 18* sedes *E* 19 sed oleum hoc non *E* 20 ds̄ *ex* dn̄s *m. 1 R* 21 enim de *G* 22 qui aegri *G* 23 si uerae obiurgationes *G* 28 absorti *R* absorpti *E* 29 qur *R* 30 dicit (it *in ras.*) eam *R* eam dicit *E*.

eorum. orat propheta eadem, quæ superiora sunt, ne oleum peccatoris caput suum inpinguet. hoc propheta orat. sed peccatores ne hac quidem prophetæ oratione terrentur, ut ab his, quæ sibi placita sunt, desistant. nemo enim in peccatis nisi, quia his delectatur, perseuerat: et causam in unaquaque re permanendi uoluptatis oblectatio subministrat. ergo quia adhuc orante eo in beneplacitis eorum sunt, id est, quia quod erant, non demutatur per eos uoluptate peccandi et peccatores esse persistunt, nec oratio eius finem accipit: quia tamdiu in beneplacitis istorum eius oratio est, quamdiu illis beneplacitum sit non peccare.

11. Idcirco absorti sunt continuati petræ iudices eorum. petram non nouimus nisi Christum et quia dictum est de eo: petra autem erat Christus. quo adueniente, cum se hi peccatorum electi et iudices ipsi continuabunt, absorbebuntur. mors enim tunc et corruptio et peccatum absorbebitur, ut scriptum est: absorpta est mors in contentionem. ubi est mors aculeus tuus? ubi est contentio? aculeus enim mortis peccatum. absorbentur autem continuati petræ horum iudices cum illo suo principe, de quo dictum est: et tunc reuelabitur ille impius, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et euacuabit eum præsentia aduentus sui. per hanc ergo aduentus domini præsentiam euacuabuntur absorpti et absorpti iudicio sanctorum. sequitur enim: audient uerba mea, quia potuerunt. potuerunt uel absorbere uel audiri. in præsentia enim domini absorbentur propheticæ ueritatis arguitione et impiæ suæ falsitatis obprobrio.

14 I Cor. 10, 4. 17 I Cor. 15, 54 sq. 21 II Thess. 2, 8.

1 eadem *E* idem (m *in ras. 3*) *R* (*G?*) 4 placita sunt sibi *E* nisi q *a* 6 sumministrat *R* quiadhŏc *corr. m. 1 R* 8 uoluptate peccandi *G* uoluntate peccandi *RE* 10 istorum *G* eorum *RE* quamdiu illis beneplacitum sit non pec***** *G* (*cf. Draeger hist. Synt. II, 617, Petschenig Victor Vit. p. 15, 5*) quamdiu illis beneplacitum fuerit peccare (a *ex corr.*) *R* quamdiu beneplacitum illis fuerit peccare *E* 12 absorpti *E* 13 nisi xp̄um *G* et quia *G* quia *RE* 15 cum se his (?) *G* cum ei hi *e* absorbebunt** *G* absorbentur *RE* 16 absorbebitur *E* absorbetur *R* 18 mors *R om. E* 19 peccatum *R* peccatum est *E* 27 audiri *R* audire *E*.

12. Neque solum audient uerba, quæ possunt, sed etiam id, quod sequitur, his accidet: tamquam crassitudo terræ eruptum est super terram. quod autem crassitudo impietatis et uitiorum aut comes sit aut causa, propheta testatur dicens: incrassatum est cor populi huius. sed et Moyses inreligiositatem populi insolentis pronuntians ait: manducauit et bibit Iacob et repletus est et incrassatus est et calcitrauit dilectus. uirtutem dicti huius ex ipsa terræ natura absolutius intellegemus. namque scimus crassiores pinguioresque terras in eas scrobes, e quibus effossæ sunt, ex solido non redire, quia erumpente earum crassitudine rursum ipsarum sunt incapaces. itaque secundum id, quod ait: tamquam crassitudo terræ eruptum est super terram, docuit exemplo, quia omnis terræ nostræ, id est corporis crassitudo ex naturæ suæ lege uitiis effossa erumpit et capax sui non est, in perniciem suam, ne in se reformari possit, exæstuans.

13. Erumpente autem hac crassitudine super se habet mærorem propheta dicens: dissipata sunt ossa nostra secus infernum. se dissipari, se dispergi, se secus infernum abigi in peccatorum calamitate existimat. si enim unum membrum conpatitur, conpatiuntur et omnia membra. omnes enim inuicem unius corporis membra sumus, ut et in altero psalmo ait: dispersa sunt omnia ossa mea, non utique ea ossa, per quæ corpus nostrum in hanc firmitatem uirtutis suæ continetur; sed quia omnes unum corpus sumus et inuicem membra sumus, corporis nostri ossa sunt ceteri.

14. Vellet potius non erumpere crassitudinem terræ eorum neque dissipari ossa secus infernum, sed omnes magis hac, quæ consequitur, uoce uti: quia ad te, domine, oculi mei: in te speraui, non auferas animam meam. custodi me a laqueo, quod statuerunt mihi, et a scandalis

5 Matth. XIII, 15. 6 Deut. XXXII, 15. 21 I Cor. 12, 26. 24 Ps. XXI, 15.

3 eruptum *Rb cf. Sabatier II, 274* erupta *e* 12 rursum *R* rursus *b* rerum *e* 18 merorem *R* 20 inferum *altero loco R* 22 omnia membra *e* membra *R* omnia *b* 26 continentur *R* 29 inferum *R* 30 uoce uti *R* uoce uoti uti *E* 32 quod *R cf. Sabatier II, 274* quem *E*.

16. Non nescius itaque huius uindictæ suæ unigenitus deus est; ait enim: cognoui, quia faciet dominus iudicium inopis et uindictam pauperum. pauper dominus secundum hominem est. paupertauit enim se secundum apostolum, ut nos locupletaremur, cui in sæculi rebus nihil nisi corpus fuit. huius enim salutis causa nasci inops uoluit ex uirgine: non pecuniam, non agrum, non pecus cælorum dominus elegit. pauper ergo in homine tantum suo fuit. sed non solum iudicium inopis, sed et uindictam pauperum dominus faciet. iudicium inopis referri ad damnationem eorum, qui iniusti in dominum extiterunt, oportet. conuenit enim eos secundum iudicium, non secundum uindictam iudicari. inferioris naturæ est, qui debeat uindicari. uindicantur ceteri pauperes, id est, qui dominum exemplo passionis secuti sunt, qui ex contemptu sæculi et pecuniæ pauperes fuerunt. fit ergo iudicium inopis, cum ob passionem domini impii iudicantur. pauperes uero uindicantur, quorum sub ara occisorum sanguis clamat uindictam in impios postulans: qui cotidie in gloria martyrii manentes dei nomini confitentur.

17. Et sermo ipse, quo psalmus clauditur, ita loquitur: attamen iusti confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum facie tua. iustorum confessio potest etiam corporalis uideri, quia plures in carne adhuc licet positi dei nomini confitentur. recti autem habitantes cum facie dei nihil in se corporale retinere intelleguntur. natura enim carnis dei non patitur aspectum ipso dicente: nemo uidebit hominum faciem meam et uiuet. hoc iam cælestium est et transformatorum et terrenam corruptionem cælesti incorruptione mutantium, quos iam diuinitatis honore claros, conregnaturos ipse deo patri tradet in regnum dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

4 II Cor. 8, 9. 26 Exod. XXXIII, 20.

5 nos *om. R* 6 nasci Ineo uoluit *R* 12 quae debeat *R* 16 pauperes uero uindicantur *om. R* 28 caelesti incorruptione *om. R* Explicit psal CXXXVIIII incipit CXL *R*.

PSALMUS CXL.

Psalmus Dauid.

Domine, clamaui ad te, exaudi me: intende uoci orationis meæ, dum clamabo ad te et reliqua.

1. Omnium sanctorum fidelis oratio clamor est deo; fide enim ad eum, non uocis clamore clamatur. Moyses instante Aegyptiorum rege mæstus stabat in littore; sed tacente licet eo excelsæ mentis fidelem orationem dominus audiuit dicens: quid proclamas ad me? martyrum quoque sanguis uoce corporis caret; sed indignitas necis eorum deo clamor est ipso domino de Abel ad Cain dicente: uox sanguinis fratris tui clamat ad me. sic et sub ara dei martyrum animæ proclamare scribuntur magna uoce dicentes: quousque dominus sanctus et uerus non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de habitantibus in terra? si igitur non humilia nec terrena nec corporalia fidei spiritu oremus, tacens licet oratio nostra deo clamor est. atque ideo propheta totus ad deum spiritu orationis intentus ita cœpit: domine clamaui ad te, exaudi me. et ut clamorem istum non uocis, sed fidei doceret esse, adiecit: intende uoci orationis meæ, dum clamabo ad te. clamor etiam inuitis nobis penetrat in auditum ac se sponte in aures nostras ui contentæ uocis inmittit. sed quia propheta non tali clamore clamat, orat, ut clamante se deus in uocem orationis intendat: per id namque, quod intenditur, fidei inspectio est, non clamoris auditio. id enim, quod interius est, intenditur: ceterum clamorem corporalem intendi non necesse est, per semetipsum omnem sensum aurium occupantem.

2. Dehinc sequitur: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, domine. quorum pura et recta et sinceris oratio est, hi poterunt dicere: dirigatur oratio mea; ceterum si externarum cogitationum interuentu

9 Exod. XIV, 15. 11 Gen. IV, 10. 13 Apoc. VI, 10.

4 orationis *h. l. om. R* cum clamauero *h. l. R sed cf. lin. 21* 17 adque *R* 23 sui contentae *R* 29 domine dirigatur *E* 30 domine *h. l. om. E* 31 et sinceris *Re* sincera *b* dicere poterunt *E.*

deprauabitur, non dirigetur. sed quod ait: dirigatur ut incensum, intellegendum est, quid sibi uelit conparatio proposita incensi. et primum natura incensi ea est, ut in altum se de humilibus extollat spirans optime et se nobis in sensum suaueolentiæ inmittens. hinc ex quattuor odoratissimis generibus in maximam subtilitatem comminutis conparatur: stacte, onyche, galbano, ture; quæ omnia hæc in formam orationum fidelium constituta esse beati Iohannis Apocalypsis ostendit, cum ait: et illi quidem uiginti quattuor seniores prociderunt ante agnum, habentes quisque citharam et phialas aureas plenas odoribus, qui sunt orationes sanctorum. quattuor autem genera orationum apostolus esse significat ad Timotheum scribens: exhortare ergo primo omnium fieri precationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. humilitatis nostræ est deprecari, magnificentiæ dei est orari, fidei est postulare, confessionis et laudis est gratulari. et forte quattuor illa genera odorum ad unum thymiama ex partibus subtilissimis conparata singulis quoque generibus poterint consummandæ orationis aptari. quamquam speciem quoque quattuor elementorum horum quattuor odorum natura et species significare uideatur, ut tus, quod perlucidissimum est, spiritui conparetur, stacte uero aquis, galbanum et onyx terræ atque igni: ut per hæc omnium, qui in cælo et infra cælum et in terra et in aquis sint, placita deo incensi modo hæc efferatur laudis oratio. sed hæc his, quos profundioris scientiæ cognitio delectat, relinquamus: nobis sufficit prophetica atque apostolica auctoritas, quæ et incensum orationes esse significat et orationes deprecatur dirigi ut incensum.

3. Sed qui deprecatus est orationem suam dirigi ut incensum, etiam illud post hæc ait: alleuatio manuum mearum

9 Apoc. V, 8. 13 I Tim. 2, 1.

4 optimae *R* et sese *E* 5 suauae olentiae *R* 6 componitur *E* 7 onychae *R* turae *R* thure *E* 10 cytharam et fialas *R* 13 ad Timothaeum *R* exhortor *coni. Bened.* 18 timiama *R* 19 poterunt *E cf. F. Neue Formenl. II, 602* 20 quoq *R om. b* aelementorum *R* 22 perlucidum *E* spūi *supr. scr. m. 1 R* staoten *R* 23 onix *R* et igni *E* quae *E* 25 incensu *R* offeratur *E* 28 depraecatur *R*

sacrificium uespertinum. plurimis locis tractauimus, in alleuatione manuum excelsi operis officium monstrari, ut, cum Moyses eleuatis manibus stare præceptus est, populo in alleuatione et demissione manuum suarum uel uictore uel uicto. apostolus quoque orantes iubet eleuare manus puras. et cum ait: sine ira et cogitatione, non habitum orandi constituit, sed præscriptum diuinæ operationis adiecit. denique dominus per Esaiam prophetam orationes impiorum inprobans ita locutus est: si extendatis manus, auertam oculos meos a uobis, non utique si eleuetis, sed si extendatis; quia habitus orandi in manibus extendendis est, perfecti autem operis efficientia est in eleuandis.

4. Manuum ergo eleuatio sacrificium uespertinum est. non enim sanguine et holocaustis nos, in quos consummatio sæculorum deuenit, sacrificamus deo. sed quod sacrificium uespertinum placitum sit, audiamus dominum in euangeliis dicentem: uenite, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum a constitutione mundi. esuriui enim, et dedistis mihi manducare; sitiui, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et suscepistis me; infirmus, et uisitastis me; in carcere fui, et liberastis me. et respondentibus illis, quod numquam his officiis humanæ necessitatis eguisset, ait: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus minimis, mihi fecistis. hoc sacrificium uespertinum, id est temporum nouissimorum est. in hoc manus eleuandæ sunt, quia istius modi orationibus iam ab initio mundi benedictis dei regni cælestis præparata possessio est.

5. Sed meminit propheta, præter clamorem fidei, præter orationem, quæ dirigenda sit ut incensum, et præter eleuationem manuum, in qua sacrificium uespertinum est, et aliud sibi adhuc opus consummandæ in se iustificationis optandum. dicti

6 I Tim. 2, 8. 9 Esai. I, 15. 17 Matth. XXV, 34 sq.

2 manum *R* 4 dimissione *Ra* 6 et contentione *E cf. Sabatier III, 869* 10 extendatis manus, quia *E* 20 infirmus — liberastis me *om. R* 30 dirigenda est *E* eleuationes *R* 31 in quas *R*.

scilicet huius euangelici memor: ex uerbis tuis iustificaberis, aut ex uerbis tuis condemnaberis, recolens quoque ex omni se uerbo otioso rationem in die iudicii redditurum necessario deprecatus est dicens: pone, domine, custodiam ori meo et ostium circumstantiæ labiis meis. non leuem custodiam ori suo orat adponi, ostium scilicet circumstantiæ, ut custodia illa non obseruatio sit aliqua, sed claustrum. periculosus enim ualde linguæ et promptissimus lapsus est: et ex ea maledictum, mendacium, periurium, obtrectatio motu facili et aditu patenti efferuntur. oremus ergo nobis circumstantiæ ostium. in eo enim libro, qui nobiscum Salomonis inscribitur, apud Græcos autem atque Hebræos Sapientia Sirach habetur, ita monemur: ecce circumualla possessionem tuam spinis, argentum et aurum tuum constitue, et ori tuo fac ostium et seram, et uerbis tuis fac iugum et mensuram. et ostium et seram ori iussit adponi, ne uerbis esset facilis egressus. idem autem uerbis iugum mensuramque constituit, ut rationis iugo subdita, librata per mensuram moderatione penderent.

6. Tendit adhuc propheta ad iustitiæ perfectionem. namque post fidei clamorem, post orationem, post opera, post ostium oris consummari se quoque officio cordis orat dicens: non declines cor meum in uerba mala, ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem. cum ex innocentiæ ac iustitiæ studiis in uitiosam uoluntatem decidimus, tum cor nostrum in mala uerba declinat: non ut peccatum excusemus — omne enim peccatum

1 Matth. XII, 37. 3 Ibid. 36. 13 Eccles. XXVIII, 28 sq.

1 ex uerbis iustificaberis *R* 2 condempnaberis *R* 3 ex omni *GRa* de omni *ε* se *om. G* 4 depraecatus est *G* 6 ori suo orat *GR* ori orat *E* adponi (i *in ras. 3 litt.*) *R* ostium *om. R (in G fuisse uidetur)* 7 non obsecratio *G* 8 enim ualde linguae *temptaui, cf. Abh. IV, 70* enim iudae linguae *R* enim ****linguae *G* enim linguae *E* promtissimus *R* **optissimus *G* 12 apd (u *supra*) *G* adque hebreos *G* 15 seram *ex* serram *R* 16 tuis fac iugum *R (de G h. l. non constat, sed cf. LXX)* tuis iugum *E* 17 seram *ex* serram *R* idem *R* iisdem *E* 22 si quoque *G* 23 mala *R* malitiae *E* 24 hominibs *G* 25 ac *ex* hac *R*.

inexcusabile est — sed ut excusationes excusemus. crimen enim cædis atque adulterii et talium ceterorum per naturam atque indignitatem facti inexcusabile est. sed qui in eo erit deprehensus, non dicet: adulterium aut cædes non habet crimen, sed dicet: mulier inportuna, incontinens, adblandiens pellexit et in uoluptatem coegit. uel alius ille dicet: conuiciis mouit iram, iniuriis armauit dolorem, casus litis cædem peregit. in hæc uerba cor sese, postquam ab eo peccatum est, declinat, ut excusationes peccati, quod admisit, excuset. cor autem rectum atque purum in uerba excusationum non declinat, sed manet inuiolatum atque constans sine sollicitudine uerborum ad excusandas excusationes quærendorum, cum uitæ innocentia peccati excusatione non egeat. et hæc quidem in corporalibus rebus ita sunt. in his uero, quæ spiritalia existimantur, id est in hæreseos doctrina, incredibile est quo cordis labore, qua uerborum exquisitione excusationes suas hæretici excusent. in quæ omnia ne declinetur cor suum, iustus exposcit, ne per hanc declinati cordis ad excusandas excusationes necessitatem cum electis eorum conbinetur.

7. Et non conbinabo, inquit, cum electis eorum. conbinari cum electis iniquorum non uult propheta. meminit enim numerum hunc rebus inmundis deputatum, cum ad Noe de recondendis in arca animalibus constituitur præceptum: a pecoribus autem mundis induces ad te septem et septem et a pecoribus inmundis bina et bina. est et maius adhuc et absolutius inutilis huius numeri exemplum. dominus enim noster Iesus Christus omnes inmunditias nostras et peccata auferens fecit secundum apostolum utrumque unum, et secundum eundem, ut duos conderet in se in unum nouum

23 Gen. VII, 2. 28 Ephes. II, 14. 29 Ibid. 15.

2 et talium per naturam ceterorum *R* 4 deprehensus erit *E* caedis *ex* caedes *m. 3 R* 9 ut excusationes *Bened. in adn. cf. supr. lin. 1 et infr. lin. 18* ut excusatione *R* ut per excusationes *E* se excuset *E* 10 purum in uer (i?) *G* purum in haec uerba *RE* 11 constantissi** *G* (*an* constantissimum sine?) 14 in hereseos *R* 16 exquisitione *supr. scr. m. 1 R* heretici *R* 20 combinabor *Ed. Bas. 1550 et Paris. 1572* 23 in archa *Ra* 24 VII-Septē[te] *R* 26 i[n]utilis *R* 28 et peccata nostra *E*.

hominem, faciens pacem, ut reconciliaret ambos deo in uno corpore, internum scilicet hominem et externum fecit unum. non ergo conbinamur, sed unimur: quia unitas fidei est, at uero conbinatio consortium factionis.

8. Non modo autem non conbinari se propheta cum electis iniquorum non optat, sed etiam, quia homini errare debitum est, si quid forte secus et humanitus gesserit, corripi se a iusto in misericordia et argui mauult. formam namque in se naturæ nostræ infirmitatisque constituit. plures etenim nostrum, cum lapsi fuerint, cum errauerint, emendari se iustæ misericordiæ arguitione fastidiunt et conbinari malunt peccatoribus quam per iustorum correptionem ad pænitentiam retorqueri. tenuit autem egregie rationem ueri propheticus sermo dicens: corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. est enim misericordiæ modus, et miserandi adhibenda iustitia est. dolor quidem potest esse erga eos, quorum crimina grauia sunt, sed misericordiæ locus nullus est. misericordia enim se ad ueniam de deo orandam his, quæ sunt gesta, deflectit: ceterum ueniam præstare inlicitis non est misericordiam præstare, sed iustitiam misericordiæ non tenere. quam rationem diligentissime apostolus Iohannes retinuit dicens: si quis scit fratrem suum delinquere, sed non ad mortem, petat et dabit illi deus uitam. est enim peccatum ad mortem, sed non pro eo dico. quod autem in misericordia iustus corripere atque arguere eum, qui lapsus sit, debeat, beatus Paulus docet dicens: fratres, et si præuentus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui estis spiritales, consummate eum in spiritu lenitatis. sed ne ipse quidem rationis iustæ misericordiæ inmemor fuit: præuentum enim in delicto, non uoluntate delinquentem consummari per arguitionem iubet. atque ideo propheta, cum ait:

21 I Ioh. 5, 16. 26 Galat. VI, 1.

1 in corpore uno *E* 11 malunt *ex* mallunt *R* 13 egregiae *R* 16 iustitia *ex* iustitiae *m. 1 R* proh dolor quid potest esse *e* 21 diligentissimae *R* Ioannes *E* 24 iustus in misericordia *E* 28 consummatae *R* 29 misaericordiae *R* 30 consummarip (ri) arcuitionem (ri *supr. scr. a m. 1 deinde eras.*, rip arc *in ras. 3*) *R* 31 adque *R*

corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, et fidei suæ et humanæ infirmitatis memor corripiendum se in his ait, quæ iustæ misericordiæ arguitione sunt digna.

9. Orat autem adhuc et aliud, ne doctrinis uidelicet peccatorum imbuatur neue usque ad peccantium misericordiam decidat: oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum. uult eum, qui nos doceat atque arguat, conscientiæ puræ esse. dominus uero in euangeliis, cum de ieiuniorum puritate loqueretur, ait: uos autem cum ieiunatis, unguite caput uestrum et faciem uestram lauate. in abluenda facie nitorem puræ conscientiæ exegit, ne quid nobis sordidum, ne quid oblitum adhæreret: in capite uero unguendo doctrinis nos atque operibus spiritalis institutionis perfectos esse præcepit. oleum enim luminis pabulum est; et doctrina atque opus spiritale cælestis nobis gloriæ causa est. ut enim lumen ex oleo luminis habet causam: ita, ut lucem spiritalis gloriæ retineamus, doctrina atque opus præstat. cum caput nostrum, sedis scilicet uitæ et prudentiæ et omnium sensuum oleo operationis doctrinæque pinguescat. sed oleum non a peccatore sumendum est; et orandus est deus, ne hoc peccator infundat. ut enim a sancto et fideli uiro argui se uelle prudentis est, quia ægris animis et peccatorum morbo languentibus utilis est seueræ obiurgationis sub honesto auctore medicina: ita miserum est per peccati miserationem usque ad ipsam peccantium misericordiam decidisse. hoc ergo utrumque a se detestatur propheta.

10. Sequitur deinde: quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum, absorti sunt continuati petræ iudices eorum. causam, cur absorbeantur continuati petræ, dicit eam, quia adhuc sit oratio sua in beneplacitis

9 Matth. VI, 17.

1 et increpauit *R* 4 adhuc *in ras. R* 6 capud *R* 9 ungite *E* 10 capud *R* uram *in ras. R* 11 ne quid in nobis *E* 12 adhereret *R* ungendo *E* 17 atque operatio *E* cū capud *R* ut caput *E* 18 sedis *R cf. Acad. p. 18* sedes *E* 19 sed oleum hoc non *E* 20 dš *ex* dñs *m. 1 R* 21 enim de *G* 22 qui aegri *G* 23 si uerae obiurgationes *G* 28 absorti *R* absorpti *E* 29 qur *R* 30 dicit (it *in ras.*) eam *R* eam dicit *E*.

eorum. orat propheta eadem, quæ superiora sunt, ne oleum peccatoris caput suum inpinguet. hoc propheta orat. sed peccatores ne hac quidem prophetæ oratione terrentur, ut ab his, quæ sibi placita sunt, desistant. nemo enim in peccatis nisi. quia his delectatur, perseuerat: et causam in unaquaque re permanendi uoluptatis oblectatio subministrat. ergo quia adhuc orante eo in beneplacitis eorum sunt, id est, quia quod erant, non demutatur per eos uoluptate peccandi et peccatores esse persistunt. nec oratio eius finem accipit: quia tamdiu in beneplacitis istorum eius oratio est, quamdiu illis beneplacitum sit non peccare.

11. Idcirco absorti sunt continuati petræ iudices eorum. petram non nouimus nisi Christum et quia dictum est de eo: petra autem erat Christus. quo adueniente. cum se hi peccatorum electi et iudices ipsi continuabunt, absorbebuntur. mors enim tunc et corruptio et peccatum absorbebitur, ut scriptum est: absorpta est mors in contentionem. ubi est mors aculeus tuus? ubi est contentio? aculeus enim mortis peccatum. absorbentur autem continuati petræ horum iudices cum illo suo principe, de quo dictum est: et tunc reuelabitur ille impius, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et euacuabit eum præsentia aduentus sui. per hanc ergo aduentus domini præsentiam euacuabuntur absorpti et absorpti iudicio sanctorum. sequitur enim: audient uerba mea, quia potuerunt. potuerunt uel absorbere uel audiri. in præsentia enim domini absorbentur propheticæ ueritatis arguitione et impiæ suæ falsitatis obprobrio.

14 I Cor. 10, 4. 17 I Cor. 15, 54 sq. 21 II Thess. 2, 8.

1 eadem *E* idem (m *in ras. 3*) *R* (*G?*) 4 placita sunt sibi *E* nisi q *a* 6 sumministrat *R* quiadhōc *corr. m. 1 R* 8 uoluptate peccandi *G* uoluntate peccandi *RE* 10 istorum *G* eorum *RE* quamdiu illis beneplacitum sit non pec***** *G* (*cf. Draeger hist. Synt. II, 617, Petschenig Victor Vit. p. 15, 5*) quamdiu illis beneplacitum fuerit peccare (a *ex corr.*) *R* quamdiu beneplacitum illis fuerit peccare *E* 12 absorpti *E* 13 nisi xp̄um *G* et quia *G* quia *RE* 15 cum se his (?) *G* cum ei hi *e* absorbebunt** *G* absorbentur *RE* 16 absorbebitur *E* absorbetur *R* 18 mors *R om. E* 19 peccatum *R* peccatum est *E* 27 audiri *R* audire *E*.

12. Neque solum audient uerba, quæ possunt, sed etiam id, quod sequitur, his accidet: tamquam crassitudo terræ eruptum est super terram. quod autem crassitudo impietatis et uitiorum aut comes sit aut causa, propheta testatur dicens: incrassatum est cor populi huius. sed et Moyses inreligiositatem populi insolentis pronuntians ait: manducauit et bibit Iacob et repletus est et incrassatus est et calcitrauit dilectus. uirtutem dicti huius ex ipsa terræ natura absolutius intellegemus. namque scimus crassiores pinguioresque terras in eas scrobes, e quibus effossæ sunt, ex solido non redire, quia erumpente earum crassitudine rursum ipsarum sunt incapaces. itaque secundum id, quod ait: tamquam crassitudo terræ eruptum est super terram, docuit exemplo, quia omnis terræ nostræ, id est corporis crassitudo ex naturæ suæ lege uitiis effossa erumpit et capax sui non est, in perniciem suam, ne in se reformari possit, exæstuans.

13. Erumpente autem hac crassitudine super se habet mærorem propheta dicens: dissipata sunt ossa nostra secus infernum. se dissipari, se dispergi, se secus infernum abigi in peccatorum calamitate existimat. si enim unum membrum conpatitur, conpatiuntur et omnia membra. omnes enim inuicem unius corporis membra sumus, ut et in altero psalmo ait: dispersa sunt omnia ossa mea, non utique ea ossa, per quæ corpus nostrum in hanc firmitatem uirtutis suæ continetur; sed quia omnes unum corpus sumus et inuicem membra sumus, corporis nostri ossa sunt ceteri.

14. Vellet potius non erumpere crassitudinem terræ eorum neque dissipari ossa secus infernum, sed omnes magis hac, quæ consequitur, uoce uti: quia ad te, domine, oculi mei: in te speraui, non auferas animam meam. custodi me a laqueo, quod statuerunt mihi, et a scandalis

5 Matth. XIII, 15. 6 Deut. XXXII, 15. 21 I Cor. 12, 26. 24 Ps. XXI, 15.

3 eruptum *Rb cf. Sabatier II, 274* erupta *e* 12 rursum *R* rursus *b* rerum *e* 18 merorem *R* 20 inferum *altero loco R* 22 omnia membra *e* membra *R* omnia *b* 26 continentur *R* 29 inferum *R* 30 uoce uti *R* uoce uoti uti *E* 32 quod *R cf. Sabatier II, 274* quem *E*.

operantium iniquitatem. intenti prophetæ ad deum oculi non deflectuntur in aliquas superfluarum rerum admirationes, non ad contumeliam pudicitiæ honestas humanorum corporum species contuentur, non capiuntur aut pretiosarum uestium opere, aut blando argenti nitore, aut inlecebroso fulgore auri, aut inani honore gemmarum, aut factioso spectaculi theatralis certamine, aut ambitiosa potestatum sæcularium pompa, sed in omnia magnifica dei opera, ad admirationem eius, qui ea est operatus, intendunt. neque solum oculis, sed etiam mente semper intentus est dicens: in te speraui, non auferas animam meam. ablatio animæ non abolitio eius est: sed cum a gloria constituti sibi honoris aufertur, cum ab expectatione et effectu spei suæ decidit.

15. Multa autem spei suæ pericula non ignorat esse, cum ait: custodi me a laqueo, quod statuerunt mihi, et a scandalis operantium iniquitatem. ubique laquei, ubique sunt scandala, mundus omnis plenus insidiis est, siue per principem aeris huius, siue per spiritales uirtutes in cælestibus, siue per filios inobœdientiæ, in quibus spiritus erroris operatur. habemus enim laqueos in hominibus malæ adhortationis, periculosi exempli et elicitæ necessitatis, cum nos ad uoluptates adhortantur, cum in prosperis rebus suis in deum impii sunt, cum per contumelias et iniurias ad motum nos turbulentæ uoluntatis exagitant. differt autem laqueus a scandalo. laqueus enim est adhortatio uoluptatum et incentiuum adpetitionis inhonestæ, quod modo laquei fallens capit. scandalum autem est uxor inreligiosa, filius inicus et cetera deinceps domi nomina et omnis ex ecclesia frater aut contumeliosus aut auarus aut ebriosus aut turpis. in his enim nobis est scandalum, quotiensque ad necessitatem irascendi, arguendi, inhibendi, uindicandi ex illa quietæ fidei nostræ mansuetudine prouocamur.

1 dm̄ *ex* dn̄m̄ *corr. m. 1 R* deum *e* dominum *b* 4 praetiosarum *R* 7 teatralis *R* 12 cum ab· expectatione *RE* tum ab expectatione *coni. Bened.* 13 effectus *R* affectu *E* 15 quod *R* quem *E* 23 pii *R* 27 iniqus *R* 28 domi (i *ex* c *corr. m. 1*) *R* 30 quotiensq *R cf. Acad. p. 29* quotiens *E* inhibendi *om. R.*

16. Nouit autem unum, qui per omnes iniquitatem operantes ipse potius in his laqueis semper operetur, dicens: cadent in retiaculo eius peccatores: eius scilicet, qui operatur in plurimis. quidquid enim iniquitatum homines gerunt, a diabolo suggeritur; quem nunc sub singulari numero demonstrat, cum superius sub plurali ministeria eius significasset in plurimis. plures in eo et eum significat in pluribus: atque ideo iniqui laqueos prætendunt et in retiaculo eius cadent peccatores, quia iniqui retiaculi sui laqueos prætendunt. cadent autem peccatores, non tunc peccatores, cum ceciderint, effecti, sed cadentes ob id, quia peccatores sunt; captioni retiaculi effecti per id, quod peccatores sunt, oportuni.

17. Propheta autem per spem suam ac fidem tutus confidenter de se ait: singulariter sum ego, donec transeam. scit impiam esse, ut supra ostendimus, conbinationem. deo autem deditus, nullis aliis sæculi negotiis occupatus est et singularis, donec transeat. et quid est illud, quod transeat? scandala scilicet et retiacula et laqueos. et quo transeat, quærendum est. nempe eo, quo dictum est; fidelis enim et sanctus et uerus est, qui ait: qui autem credit in me, non iudicabitur, sed transiet de morte in uitam, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLI.

Intellectus Dauid, cum esset in spelunca, oratio.

Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum et reliqua.

1. Psalmi ratio titulo continetur, sed spiritali potius quam corporali intellegentia; et ideo in titulo intellectus oratio est. nam si simplex secundum Dauid gesta sensus

20 Ioh. V, 24.

4 quicquid *R* 11 captioni *ex* captione *m. 1 R* 12 oportuni *Ra cf. Acad. p. 28* opportuni *e* 13 ac *ex* hac *R* 16 ẽ et singularis *a* et singularis *R* 17 et quid est illud quod transeat *om. R* Explicit psalmus C.XL incipit CXLI *R* 27 depraecatus *R* 28 psalmi *R* psalmi huius *E* sed spiritali potius *R* sed potius spiritali *E* 30 saecundum *R*.

esset, oratio tantum psalmi titulo fuisset inscripta. sed quia ad orationis cognitionem spiritali intellegentia opus esset, idcirco intellectus oratio, quia sit intellegenda, præscribitur. scimus enim esse et illum Dauid, cuius tabernaculum, quod ceciderat, excitatum est, iustum, orientem, regnantem. id est dominum nostrum, dei filium, qui frequenter fugerit, frequenter latuerit, frequenter orauerit, in ipso quoque tempore passionis et fleuerit et ad deum in tribulatione clamauerit, non ob naturalem quasi passionis metum, sed adfectum hominis, quem gerebat, ostendens: ut per hanc orationem et filius dei, ad quem oraret, et ipse non simulatus homo, sed uerus posset intellegi. eius itaque esse hæc intellegitur oratio. Dauid quidem in spelunca loquitur, sed prophetat in Christo. Dauid fugit, sed fugam domini sui non tam per uerba quam per fugam prophetat. Dauid spiritu defecit, sed et domino tristis est anima usque ad mortem. Dauid semitas deus cognoscit, sed et filium nemo nouit nisi pater. Dauid in fidei suæ uiis laquei absconsi sunt, domino quoque in prædicationis suæ cursu ubique parantur insidiæ. hic in spelunca orat, ille orat in corpore. seruus dominum prophetat Christum, Dauid iste illum Dauid omnium passionum prophetat exemplo. atque ideo hæc non tam Dauid de se ipso, quam de domino per Dauid dicta intellegetur oratio.

2. Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum. effundo in conspectu eius orationem meam et tribulationem meam ante ipsum pronuntio. in deficiendo ex me spiritum meum. egregie uerborum ordo dispositus est. primum uoce clamatur; omnis enim fidelis uiri etiam tacita et spiritalis expectatio deo clamor est. deinde uoce oratur, id est desiderii et fidei petitio uerbis uocis effertur secundum illud apostoli: psallam spiritu, psallam et uoce. tertio in conspectu

32 I Cor. 14, 15.

4 illum dauid *ex* illum ddauid *m. 1 R* 8 ad dñm *R* 11 posset (et *ex corr. 1*) *R* 20 propheta *R* ille illum *Rα* 23 dicta *om. R* intelligitur *E* 26 et tribulationem meam — pronuntio *om. R, sed cf. infr. p. 801, 8* 28 egregiae *R* 31 saecundum *R*.

dei oratio effunditur, non uerbis scilicet de lingua excidentibus, sed de profundo et interno fidei fonte oratio precantis effunditur; et effunditur in conspectu dei, non neglegenter neque ex securitate, sed tamquam domino præsente; qui enim oratur ut exaudiat, præsens necesse est esse credatur; qui autem præsens existimatur, non absentis dissimulatione, sed præsentis honore reuerendus est. quarto quoque tribulationem suam pronuntiat. non inpeditur, cum tribulatur, quin semper ad deum omnium angustiarum suarum et passionum molestias referat. neque sane leues tribulationes sunt, quas ante deum effusa oratione pronuntiat, sed in eo, cum deficit ab eo spiritus suus. at uero nos leues tantum temptationes ab assiduitate orationis inpediunt et quantulamcumque in secundis modo rebus animi nostri constantiam a deuotionis officio repentinus exiguæ difficultatis motus auertit. at uero hic ne deficiente quidem spiritu suo cessat et tribulationem suam pronuntiare et orationem effundere et uoce orare et ipsa spiritalis fidei uoce clamare.

3. Tu cognouisti semitas meas. in uia hac, qua ambulabam, absconderunt laqueos mihi. hæc tam illius, quam huius Dauid oratio esse poterit existimari: quia, ut diximus, omnia domini dicta atque gesta et serui fide et prophetæ præfigurauit exemplo. numquam uero psalmorum prophetia, quotiensque ex persona domini profertur, non aliquid peculiare eius ac proprium, quod alii cum eo commune esse non possit, adiecit: ut, quia multa ex persona eius hominis, quem adsumpsit, commemorata personis hominum essent naturisque communia, psalmi potius de eo prophetia ea, quæ proprie ex persona eius dicerentur, ostenderet; ut illud nunc: considerabam ad dexteram et uidebam. quia non est, qui cognoscat me. perit fuga a me: et non est, qui requirat animam meam. Dauid enim, licet fugeret, non

2 orantio praecantis *R* 5 credetur *R* 17 & ipsa = spiritalis (*eras.* s) *R* 20 laqueum *E* 22 ut *om. G?* 24 quotiensq *R* quotiescumque *E cf. Acad. p. 29* 25 ac *ex* hac *R* communes esse *R* 27 passioni* hominum (?) *G* 28 prophetiam ea *R* propriae *R* 29 ostenderent *R* 31 perit *G cf. Neue Formenl. II, 523; Georges Wortf. 508* periit *RE.*

tamen incognitus erat; neqûe solum ad dexteram contuebatur, sed etiam ad sinistram ei conspectus patebat. illud autem quomodo personæ eius aptabitur: perit fuga a me, dehinc illud: et non est, qui requirat animam meam, postremo etiam illud, quo psalmus concluditur: me expectant iusti, donec retribuas mihi? contraria sibi ista sunt ex persona hominis intellecta. si enim sunt iusti expectantes, quomodo nemo cognoscit? quomodo nemò animam requirit? per id enim nemo animam requirit et nemo cognoscit, quia respiciente eo a dextris nemo iustus est uisus.

4. Sed hæc omnia in domino tempore passionis inpleta sunt, cum euntem eum ad crucem eorum nemo comitatus est, quos ad possessionem regni cælestis secundum euangelicam dispositionem separatos a sinistra dextræ præparabat, ob quos et homo erat natus: cum in tot tantisque crucis ipsius signis deum nemo cognouit, cum frequenter antea latens se his, qui eum quærebant, et prodidit et ingessit. et per oblationem spontaneæ uoluntatis fuga ab eo periit, cum nullus uirtutem uitæ eius, quæ in anima significatur, inquirit. corpus enim, quod cruci adfixerant, contuentes potestatem animæ, quæ se signis et factis deum probauerat, nemo quærebat.

5. Iam illa, quæ secuntur, licet communia uideantur esse cum ceteris, tamen etiam per eum tempore passionis omnia dicta gestaque sunt. clamaui ad te, domine, et dixi: tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium. clamans dixit: tu es spes mea, cum ait: pater, commendo in manus tuas spiritum meum. pars eius in terra uiuentium est, cum latroni die eadem incolatum paradisi promittit.

26 Luc. XXIII, 46.

1 neq[u]e *G* 3 perit *G* periit *RE* 5 etiam illud *GE* illud etiam *R* 8 nemo animam *GR* animam nemo *E* *uerba* per id enim — requirit *omisisse uidetur G* 9 et nemo cognoscit *Ge* et nemo animam cognoscit *Rb* 10 respi***** *G* respiciente *e* perspiciciente *R* perspiciente *b* 13 saecundum *R* 18 uirtutem *E* ueritatem *R* 20 qua se *coni. Bened. in adn.* 21 ꝓbat *R* 22 sequntur *R cf. Acad. p. 23* 24 & dixi *R* dixi *E* 25 portio mea *supr. scr. R* 28 eadem *R* eodem *E* paradisi *G* paradysi *R.*

id est sortem et regnum hereditatis suæ, ut, licet inferos adiret, tamen per spiritalem potestatem doceret se a paradiso non abesse.

6. Redit deinde ad orationis suæ modestiam dicens: intende orationem meam: quia humiliatus sum nimis. humiliatus est enim formam serui accipiens et obœdiens factus usque ad mortem, mortem autem crucis. libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me. educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo, domine. quamquam enim potestatem haberet ponendi animam suam et resumendi, tamen semper per reuerentiam filii honorem paternæ maiestati reseruauit, cum orat: pater, clarifica me; cum proclamat: deus meus, quare me dereliquisti? in his enim non est infirmitatis suæ confessio, sed paternæ uirtutis prædicatio. liberari se ergo nunc similiter a persequentibus orat, quia confortati sunt. confortati enim sunt, cum ad crucem dant, cum per carnem deum nesciunt, cum eos habitus humilitatis et forma in eo seruilis hortatur.

7. Deinde rogat, ut anima sua educatur e carcere. si in carcere positis etiam ante Noe tempora resurrectionem secundum beatum Petrum dominus prædicauit, carcer est inferi, a quo se educi rogat, ut in altero psalmo erat precatus: ne contineat super me puteus os suum. oratio omnis ista ad confessionem, ut diximus, uirtutis paternæ est. sed adiecit et causam, cur se de carcere oret educi: ad confitendum, inquit, nomini tuo. resurrectio enim eius paternæ in se uirtutis prædicatio est, quia potestas ei omnis ex patre est.

13 Ioh. XVII, 1. Ps. XXI, 2. Marc. XV, 34. 23 Ps. LXVIII, 16.

1 inferos *GR* ad inferos *E* 7 mortē autem *G* et mortem *RE* 8 me *post* persequentibus *om. R* sunt *om. G* 11 ponendi *ex* ponendae *R* 12 filii *G* fili *R* *uerba* orat — me cum *omisisse uidetur G* 15 se ergo *GR* ergo se *E* 17 confortati enim sunt *om. G* ad crucem dant *temptaui cf. Abh. IV, 70* autem dent (?) *G* audent *R* crucifigere audent *E* 18 *uerba* deum nesciunt cum *omisisse uidetur G* 23 ut *om. G* ut et *E* praecatus *GR* ne *G* non *RE* 26 cur *G* qur *R* se de *GR* sese de *E* 27 inquid *G* enim eius *G* eius *RE* 28 est *post* praedicatio *om. G.*

8. Sed per quos sit dei nomini confitendum, subiecit dicens: me expectant iusti, donec retribuas mihi. omnium apostolorum fides usque ad resurrectionis tempus fuit trepida: quam in domino contuentes expectationis suæ securitate firmati sunt. et hinc illud est a domino dictum: tristis est anima mea usque ad mortem. non enim ait: propter mortem, quia, licet se passioni daret, non tamen uirtus æterna dolorem passionis exciperet; sed quia apostolorum metus per humilitatem passionis exortus — adeo ut et firma illa superædificandæ in ea ecclesiæ petra trepidaret — post mortem et resurrectionem domini in eadem trepidatione esse desineret, idcirco usque ad mortem tristis est, post quam trepidantis fidei essent securitate firmandi. expectant ergo iusti, donec sibi retribuatur a deo. et quid ei a deo retribuatur, apostolus docuit dicens: propter hoc exaltauit eum deus et donauit ei nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectat, cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria dei patris est. hæc ei a deo retributio est, ut ei corpori, quod adsumpsit, paternæ gloriæ donetur æternitas. quæ autem sit iustorum expectatio, idem apostolus docet dicens: nostra autem conuersatio in cælis est, unde et saluificatorem expectamus Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ conformatum corpori gloriæ suæ. expectant ergo iusti, dum retribuatur illi: scilicet ut conformes fiant gloriæ corporis sui, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

5 Matth. XXVI, 38. 14 Phil. II, 9 sq. 22 Phil. III, 20 sq.

17 flectat *R* flectatur *E cf. Acad. p. 57* & terrestrium *R* terrestrium *E* 23 saluificatorem *R* ****ficato** *G* saluatorem nostrum *E cf. Sabatier III, 824* 24 transformauit *R* 25 ergo iusti *G* ergo eum iusti *RE* 26 dm (u *supra*) *G* retribuatur *GE* tribuatur *R* illis *G* 27 corporis sui *G* corpori sui *R* corporis eius *E* Explicit psalš CLI *(sic)* incipit psalš CLII *deinde spatium 4 lin. uacat et incipit quinta linea a uerbo* translatoresque *G* Explicit psalmus CXLI incipit CXLII, *14—16 litt. eras., deinde legitur* dauid, *uers. finis uacat R* Itē tractat' cuius supra de psalm̄ CXLII *deinde a m. 2:* ĩcip dñe exaudi *cet. p.*

PSALMUS CXLII.

Ipsius Dauid, quando persequebatur eum Abessalon.

Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in ueritate tua exaudi me, in tua iustitia et reliqua.

1. Psalmi superscriptio nulla esse secundum Hebræos uidetur; id enim ab his, qui utraque lingua eruditi sunt, traditur. translatoresque ceteri nihil omnino de rebus gestis, id est de Abessalon in Dauid patris sui insectatione scripserunt. sed hi septuaginta seniores, quibus legis ac prophetarum scientia ultra præscriptum et ambiguitatem litteræ fuit, addendum hoc psalmo iudicauerunt. causam uero iudicii istius in exordio psalmorum docuimus, per quam nihil in psalmis nisi propheticum cognoscimus oportere tractari. cum enim nec gestis sermo nec temporibus ordo conueniat, relicum est, in exemplum ac scientiam gerendorum et gesta omnia in Dauid et ab his intellecta esse doceamur. adposita ergo nunc psalmo superscriptio est, quæ non extat in libro, ut, ubi extat — id est sicut in psalmo tertio, in quo a facie eius, qui nunc persequi scribitur, fugerit —, ad scientiam propheticæ intellegentiæ uocaremur.

2. Prophetat ergo nunc Dauid passionibus suis dominicas passiones: non de Abessalon conquerens, sed de his, qui Abessalon ad impietatis crimen ignirent. ignita enim secundum apostolum diaboli sunt iacula, quæ se in cor Iudæ, ut dominus traderetur, iniecerint et nunc in filiis inobœdientiæ operentur. ob quod dominus adsumpta peccati carnis similitudine de peccato condemnauit peccatum in carne. tractabimus ergo psalmum ex persona prophetæ intellegentis se in peccati corpore positum et inter multas et graues diaboli temptationes

4 dñe *R sed cf. p. 806, 12* percipe orationem *R* 9 de Abessalon *Re* sed abessalon *G* absalon *p* 10 scribserunt *G* hi *Gp* hii *R* 11 ac *ex* hac *R* 12 praescribtum *G* addendum *GR* addendo *p* 14 profeticum *G* 16 *uerbum* ordo, *quod est in GR, om. p(A)* relicum *G* reliqum *R* reliquum *p* 17 dauid ab his *G* 18 superscribtio *G* superscriptio *R* 19 sicut in *Gp* sicuti in *R* 23 Abessalon *G* Absalon *Rp* Absalon *R* Absolon *p* 24 secundū *G* saecundum *R* 28 condempnauit *p* 29 intellegintes *G* 30 positi *GR* et //// graues *(4—5 litt. eras.) R.*

per hominem fatigari. nam ut dominus principem mundi non ignorauit hæc in se per Iudæos Iudamque gessisse, cum ad apostolos dicit: ecce ex uobis unus est satanas — totus enim hoc esse, quia per eum animabatur, ostenditur —, ita et Dauid in Abessalon eos, per quos Abessalon est talis, intellegit. et quia iam in tertio psalmo latior hinc fuit sermo, nunc psalmi ipsius dicta tractemus ita, ut meminerimus omnia, quæcumque sub prophetæ nomine dicentur, etiam ad personam domini esse referenda, qui se ex forma dei euacuans et formam serui adsumens infirmissimum naturæ nostræ hominem etiam usque ad ignoratæ diei atque horæ suæ scientiam sit professus.

3. Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in ueritate tua exaudi me, in tua iustitia. primum orationem suam deprecatur audiri, quia id humilitatis humanæ est, ut audientiam dei his, quæ orat, exoptet. sequenti deinde secundum propheticam scientiam, ut in ueritate dei audiatur, expostulat. non est huic fideli uiro deus ex elementis sæculi, non ex regum nominibus, non ex errore sæculi in saxis et metallis et lignis: sed uerus ei deus est, æternus, omnipotens et uniuersitatis effector. tertia quoque postulatio est, ut in iustitia dei audiatur. non est tyrannicæ uoluntatis deus, non prædurae et iniquæ pertinaciæ arbiter, sed qui rationem habeat infirmitatis humanæ neque hos demutabilis naturæ nostræ promptissimos lapsus secundum indemutabilis substantiæ suæ indeflexam constantiam metiatur, sed iustus et moderans tantum ab homine expectet, quantum meminerit humanæ licere naturæ.

3 Ioh. VI, 71.

1 ut *in ras.* *R* et *G* 5 Absalon *Rp* per quem *Rp* 9 ꝑferenda *p* euuacuans *G* et formam *GRe* ac formam *pb* 10 infirmissimum *GRe* infirmum *pb* 11 adque *GR* 12 dš *Gp* dñe *R* 13 obsecrationeam *G* 14 depraecatur *GR* 15 orat *G* oret *RpE* 16 exoptet *GR* expectet *p* sequenti *GRp(A)* secundo *E* 18 aelementis *R* rerum *G* *sed cf. Acad. p. 30* 19 & metallis *Re* metallis *pb* 21 non est tyrannicae uoluntatis *RE* non est orator inuidie uoluntatis *p(A)* 22 iniq *R* 23 neque hos *GRp* neque qui hos *E* 24 demutabilis *GpE* demutabiles *R* labsus *R*.

4. Et ideo subiecit ad id, quod se in iustitia dei orauit audiri: et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. quid enim spei est, si iudicare nos secundum se deus uelit, si ad conparationem sui uitæ nostræ innocentiam postulabit? iustificari autem in conspectu dei quis uiuentium potest, cui ira, cui dolor, cui cupiditas, cui ignoratio, cui obliuio, cui casus, cui necessitas uel per naturam corporis uel per motum animæ semper fluctuantis admixta sit, cui et cotidie grauissimus hostis immineat, diabolus uidelicet animæ uiri fidelis insidians eamque ad interitum persequens? hanc enim esse causam docet, qua nemo uiuens iustificari in conspectu dei possit: quia persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra uitam meam, collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi. obscuritas per corporis uitia effunditur, et cum per diaboli laqueos in cupiditates carnis incidimus, a cognitionis luce depulsi in obscuris collocamur gentilium tenebris demersi et sæcularium operum nocte detenti.

5. Sed quantumlibet persequens animam inimicus et humilians in corpore tamquam mortuum sæculi collocet in obscuro, spiritalis tamen uiri anxietas his corporis tenebris non tenetur et cor super hac ipsa naturæ suæ infirmitate turbatur repugnansque uitiis hominem suum in memoriam primæ suæ constitutionis et in meditationem dei operum conuertit. non enim eum inimicus in obscuris mortuum sæculi, sed tamquam mortuum sæculi collocauit: per quod libertas spiritus semper in se anxii reseruatur.

6. Id enim sequitur: et anxiatus est in me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. scit Adam a diabolo captum et idcirco memor est antiquorum dierum. scit eum per transgressionem legis constitutæ et a

2 in iudicio *R* 4 iudicari *R* 7 ignoratio *ex* ignaratio *p* 9 quotidiae *R* 10 uiri *supr. scr. p* 17 lucae *R* in obscuris *RE* in obscuro *p* 20 mortuam *p* 21 non tenetur *pE* continetur *R* 28 in me spiritus *R* super me spiritus *pE cf. Sabatier II, 276.*

promissionibus dei et ab incolatu paradisi excidisse, et ideo memor est operum dei. scit non sufficere ex præterito innocentiam, sed beatum esse, qui usque in finem innocens esse permanserit, et ideo in factis manuum dei meditatur. facta manuum dei homo ipse est; qui, postquam peccauit, peccati seruus effectus est. talis igitur esse meditatur, qualis ille, qui a deo factus est, fuit ante peccatum. per quod quia non mortuus sæculi, sed tamquam mortuus sæculi in obscuris est collocatus, meditabitur semper; et meditabitur semper, quia antiquorum dierum memor scit per transgressionem legis mortem introisse peccati.

7. In eo autem, quod et memor dierum antiquorum et in operibus dei meditatus est atque meditabitur, quamquam per fidem suam cœperit, tamen non proprium suum esse, ne insolens existimetur, sed per auxilium dei, ad quem orauit, sibi indultum esse demonstrat dicens: expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua. terra sine aqua arida et infecunda est et inrigari se semper imbre pluuiæ cælestis expectat: ita et sancti anima naturæ suæ conscia, immadescere se dono diuini eloquii desiderat, de quo Moyses ait: expectetur sicut pluuia dictum meum, et descendant sicut ros uerba mea, ut pluuia super gramen et ut niues super faenum. arens ergo et sitiens anima tali propheticæ doctrinæ imbre perfunditur, ut mortua et ieiuna ariditate naturæ in uberes fructus præceptorum dei cognitione reuirescat.

8. Iam in his, quæ secuntur, humanæ fidei et conscientiæ confessio est, per diapsalmi intercessionem inpatientia prophetici desiderii monstrata. uelociter exaudi me, domine,

21 Deut. XXXII, 2.

1 ab *om. p* paradysi *R* 4 manuum dei *Re* dei manuum *pb* meditatur *R* meditabitur *pE* 7 quia non mortuus saeculo *R* 8 sed tamquam mortuus saeculi *om. p* 12 memor (*om.* et) *R* antiquorum dierum *pE* 18 inrigari se semper *R* irrigari sese semper *pb* irrigari semper *e* 19 consciae *R* 21 spectetur *p* 22 ut pluuia *ex* aut pluuia *R* 24 imbrae *R* 25 ieiun = a *p* 27 secuntur *Rp* sequuntur *E* 28 diapsalmi *Rp* diapsalmatis (diapsalmiatis *a*) *e* diapsalmae *b*.

defecit spiritus meus. moras corporis sui propheta non patitur et secundum illud apostoli: dissolui me melius est et cum Christo esse et illud: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? et illud: quia in hoc ueteri tabernaculo congemescimus desiderantes superindui tædia et ipse in hoc mortis corpore patitur, sed uelocitatem auxilii, quod ob defectionem spiritus deprecatur, cum gratia diuini in se muneris optat expleri. quid enim sibi proderit exauditum esse uelociter, nisi tamquam fidelis et deo placens et beatis locis quieturus excedat corpore?

9. Et idcirco ait: non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum. lacum pœnalem inferorum locum scriptura commemorat, ut in his psalmis ait: tu, domine, abstraxisti ab infero animam meam, seruasti me a descendentibus in lacum. ergo nisi facies dei, qui utique Christus est, qui imago dei inuisibilis est, unicuique sancto adfuerit, erit illis similis, qui pœnæ inferni deputati ex uita hac sine spe quietis excesserint.

10. Sed de spe sua propheta non ambigit neque extra euangelicæ securitatis fiduciam est, tempore quidem ipse anterior, sed in spiritu apostolici gaudii particeps, qui resurrectionem domini contuentes æternitatem caducorum corporum crediderunt. id enim consequenti ait: auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui, domine. matutinæ autem huius misericordiæ gaudium locis plurimis demonstratur, uel tum cum ait: ad uesperam demorabitur fletus, et

2 Phil. I, 23. 3 Rom. VII, 24. 5 II Cor. 5, 2. 14 Ps. XXIX, 4. 26 Ps. XXIX, 6.

2 me *om. p* 3 ego *om. R* 4 liberauit *R* 5 congemescimus *R cf. Stolz L. 366, Sittl Arch. I, 492* congemiscimus *pE* 6 taedia & ipse *R* taedium et ipse *e* taedium ipse *pb* 10 excedat *GRE* recedat *p* corpore *G* e corpore *RpE* 14 ab infero *GR* ab inferis *p* ab inferno *E* 15 seruasti *GE* saluasti *Rp* a descendentibꝫ *G* a descendibus *p* 18 ex uita *scripsi* et uita *G* e uita *Rpb cf. praef.* 23 consequenti *GRp* in consequentibus *E* fac mihi *Gp* {mihi fac *R* 24 dñe *G om. RpE* 25 autem *G om. RpE* 26 uel tum cum *Gp* uelut (ut *s. s. 1?*) cum *R* uelut tum cum *E* uesperam *G cf. Neue Formenl. I, 572* uesperum *RpE.*

ad matutinum lætitia. hoc enim resurrectionis est tempus, in quo per misericordiam dei potestas mortis infracta est; quam misericordiam, quia in ea propheta sperauit, optat audire.

11. Dehinc sequitur: notam fac mihi uiam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. apostolus per speculum et in ænigmate uidet, et pro parte scit et pro parte prophetat. propheta quoque, tamquam per naturam humanæ fragilitatis ignorans, notas sibi fieri, in quibus ambulet, uias orat. non enim hæ sæculi uiæ utiles sunt: spiritales illas et cælestes ille nosse desiderat. id enim ait: quia ad te leuaui animam meam. non in humilibus est anima illius, sed in excelsis et idcirco excelsarum uiarum postulat notionem. scit enim esse inimicos sibi, qui se in alias uias auocent, qui in uoluntatem alteram deducant. de inimicis istis spiritalibus apostolus multa et frequenter ingessit. ab his ergo se eripi orat et uiam tribulatam, quæ ad cælum agit, cognoscere rogat et de uoluntate domini doceri et per spiritum eius in terram rectam deduci: id est, ut constituatur in hominem non uitiis peruersum. nam in rectam terram se dirigi quomodo optasse de elementi huius natura existimabitur, nisi quod secundum primi hominis naturam, cui post peccatum dictum est: terra es et in terram ibis, constitui se hominem rectum indeflexumque desiderat? id enim sub his dictis continetur: notam fac mihi uiam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. eripe me de inimicis meis, domine, ad te confugi: doce me facere uoluntatem tuam, quia tu deus meus es. spiritus tuus

6 cf. I Cor. 13, 12; 9. 22 Gen. III, 19.

1 laettia *G* 3 in ea *GR* in eo *p* 4 fac mihi *Gp* mihi fac *R* 6 enigmate *G* enigmatae *R* 8 humanae humanae *G* 9 heae *(sed postea del.) G* haec *R* spiritales illas et *GRe* spiritales et *pb* 16 et uiam (uitam *G?*) tribulatam quae *GR* et uiam illam quae *p* et uiam illam tribulatam quae *E* 19 in recta terra *G* quomodo optasse de elementi *(cetera desunt) G* quomodo optasse de aelementis huius naturae existimabitur *R* quomodo optasset cum elementi huius natura existimabitur *e* quomodo optat si de elementi huius creatura dixisse existimabitur *p(A)b* 22 constitui se *R* 24 mihi fac *R* 27 deus meus es tu *pE*.

bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum, domine.

12. Consonans apostoli confessio est ad id, quod ait: doce me facere uoluntatem tuam, illud, quod per eum dictum est: et qui putat se scire, nondum scit, quemadmodum oporteat se scire. quod si ne orare quidem adhuc scimus et loqui desideria nostra non nouimus spiritu potius pro nobis inenarrabilibus gemitibus postulante et inperitiam nostram arcanæ scientiæ affectu repensante secundum hoc apostoli dictum: quid enim oremus secundum id, quod oporteat, nescimus; sed ipse spiritus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus, non incondite propheta creditur orare, ut uoluntatem dei doceatur explere. et conpetens illa humanæ uerecundiæ professio est, ut, quod per spiritum dei in terram rectam deducendus sit, id non meriti esse sui arroget neque per satisfactionem proprii obsequii id sibi postulet, sed totum hoc ad clarificandum in se dei nomen expectet, ut propter honorem dei nominis in terra recta esse statuatur.

13. Et quia hanc terram rectam scit sibi non in corpore mortis huius posse concedi, quia labes carnis humanæ per admixtam in se uitiorum consuetudinem aboleri penitus nisi cum naturæ demutatione non possit, uiuificari se, quasi nondum uiuat, expostulat dicens: uiuificabis me in æquitate tua. educes de tribulatione animam meam et in misericordia tua disperdes inimicos meos. et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam seruus tuus ego sum. habuit quidem, ut diximus, hoc iustitia uerecundiæ, ut, quidquid illud sibi beatitudinis sperat,

5 I Cor. 8, 2. 10 Rom. VIII, 26.

2 *post* domine *R add.*: uiuificabis me in aequitate tua 5 se scire *Re* sese scire *pb* 6 nec *ex* ne *m. 3 R* nec *pE* 9 arcanae *R*[1]*e* archanae *R*[2] archano *p(A)* arcano *b* scientiae *Re* conscientiae *p(A)b* 13 credetur *p* 15 non *om.* *R* 16 proprii *p(A)b* pii *Re* 18 rectam *supr. scr.* *p* 23 naturae *ex* natura *R* 27 omnes qui tribulant *R* omnes inimicos qui persecuntur *p* 28 ego sum *R* sum ego *p cf. Abh. IV, 88* 29 illud *R* aliud *e*, *om.* *p(A)*.

id pro magnificentia dei potius — quia deo beata et æterna et bona tribuere sit dignum —, quam pro merito suo postulet. sed tamen præferens honorem et misericordiam dei merendi quoque id per se non exclusit officium. nam cum uiuificandus sit, uiuificandus tamen est in æquitate, quia æquum sit uitam retribui stipendiis sanctitatis. et cum per misericordiam dei educto eo de tribulatione disperdendi sint eius inimici, iam non est misericordia indiscreti confusique iudicii, cum, quæ a tribulatione educit, eadem disperdat inimicos: quia ex meritorum diuersitate uel in pœnam uel in salutem misericordiæ iudicium temperetur.

14. Non leues autem sibi esse inimicos propheta demonstrat, sed eos, qui etiam animam persecuntur: non quod cum corpore possit occidi, sed quod ita diabolicis infestationibus fatigetur et subiectorum sibi uitiorum incentiuis agatur, ut a domino mereatur occidi. uerum ut etiam inimici sui pereant, quamquam ad id potissimum et nomen et misericordia dei est, tamen cum etiam ea causa est, quod seruus dei est, cuius animam persequantur. et liberalitas admiscetur et meritum atque ad domini misericordiam serui quoque et fides et nomen adiungitur: ut misericordia dei, quamquam omnibus prompta sit, his tamen, qui serui eius sunt, intellegatur adsistere per eum et in eo, qui ait: e g o s u m u o b i s c u m o m n i b u s d i e b u s u s q u e i n

23 Matth. XXVIII, 20.

2 postulet *GR ex* postulat *corr. p* 5 aecum *G* equum *R* 7 sint *Gp* sunt *R* 8 indescreti *G* cum que a tribulatione *GR* q^{a} & eũ a tribulatione *p(A)* 9 eadem *GR* & eadem *p(A)* quia *GR* q^{a} // (*ex* q{) *p* 10 in salutem misericordiae iudicium *G* in misaericordiae iudicium *Re* in misericordiam iudicium *pb* 11 temperetur *Ge* temperatur *Rpb* 13 persecuntur *G* persequantur *RpE* cum corpore *GpE* corpore *R* 15 subiectorum *GR* sub iniectorum *pE* incen = = uis agatur *G* incentiuis arguatur *R* incentiuis aduratur *e* incendiis aduratur *p(A)b cf. Acad. p. 43* a dō *R* 16 uerum *GR om. p* 17 cum *om. R* 19 admisce^{u}tr *G* 23 usque in *Rp* usque ad *E*.

consummationem sæculi, dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus et nunc et semper et in omnia sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLIII.

Psalmus Dauid [in Goliam].

Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas in bellum et digitos meos in prœlium et reliqua.

1. Et huic quoque psalmo addendam hanc septuaginta superscriptionem putauerunt: psalmus Dauid in Goliam, cum neque in hebraicis libris reperiatur neque translatores alii quicquam aliud quam simplicem titulum præscripserint, id est: Dauid. quod non sine spiritali ratione effectum fuisse psalmi ipsius textu docetur nihilque hic psalmus proprium habet, quod ad gratulationem perempti Goliæ possit referri, cum magis illic et gestis et tempori multa contraria sint. cum enim dicitur: subiciens populum meum sub me, numquid tum Dauid rex erat? aut quis tum ei populus subiectus est, si allophylorum non erat suus? sed ne ipse quidem Israhel Saul adhuc regnante poterat esse subiectus. deinde et illud: domine, inclina cælum et descende; tange montes et fumigabuntur, corusca coruscationes et dissipabis eos, quæ esse intellegetur ob humani belli tempus oratio? aut cum

1 dns n ihs xpſ *G* per dominum nostrum I. Chr. *R* dominum nostrum I. Chr. *pE* Explicit psals CXLII incipit psals CXLIII *G* Explicit psalmus CXLII incip̄ CXLIII *R* incipit liber sancti Augustini ad Honoratum de gratia noui testamenti *p. In G deinde 4 lin. uacant et incipit quinta a uerbis* dauid in goliam cum neque; *in R sequitur titulus* Psalmus Dauid *litt. uncial. exaratus; in sacro textu titulo adiuncto R h. l. habet* manus meas in praelium et digitos meos ad bellum, *sed cf. infr. p. 815, 6*
10 in goliam *GE* in gloriam *R* 11 ebraicis *G* haebraicis (h *suprascr.*) *R* reperriatur *G* repperiatur *R* alii *om. R (G?)* 12 quisquam *G* 18 tum et populus *G* allofylorum *R* illofilorum *G* 19 saul *G* sahul *R* 20 regn* nec poterat *G?* domine *om. G* 21 caelum *G* coelos *e* caelos tuos *Rb* f*m*g*buntr (u *suprascr.*) *G (cf. Sabatier II, 278)* fumigabunt *RE.*

secundum titulum Golias esset occisus, quid sibi hæ preces uolunt: eripe me et libera me de aquis multis et de manu filiorum alienorum? aut cum rex tantum unus in Israhel esset, quid est illud, quod dicitur: qui das salutem regibus? numerus plurium intellegentiam eius temporis, quo unus tantum habebatur, excludit. sed cum hæc in hebreicis libris ita non sint neque translatores ceteri horum aliquid addiderint, intellegimus septuaginta hos seniores sensum nobis spiritalis scientiæ reliquisse, ut in Dauid et Golia bellum præfiguratum esse satanæ dominique sciremus, cum quando neque superscriptio extaret in libris neque rebus gestis prophetiæ sermo concineret.

2. Adfert autem plerumque nobis difficultatem intellegentiæ ratio latinitatis, quæ nominibus pronomina non est solita præponere, ut in Dauid nomine accidit. cessante enim pronomine incertum est, utrum in illum aut per illum psalmus extiterit. cum enim scribitur psalmus Dauid, utrum ab illo dictus sit aut propter illum, ambiguum facit nominis sola perscriptio. Græcitas uero cum per Dauid psalmum scriptum esse significat, ita titulum scribit: ψαλμὸς τοῦ Δαυίδ; at uero cum de Dauid uult psalmum, qui sit scriptus, intellegi, ita superscribit: ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, discernens per utriusque pronominis propriam significationem, utrum Dauid scripti psalmi auctor an causa sit: ut superscriptio psalmi istius continet: τῷ Δαυίδ — ita enim habet — id est, quod propter eum uel illi potius quam ab eo scriptus

1 Golia *E* hae *ex* haec *R* heae *G* 2 eripe me *GE* eripe *R* 4 illud *GRa* istud *s* 5 intellegentia *G* 6 haec in hebreicis libris ita non sint *G* nec in haebraeis libris ita sit *RE* 7 ceteri *om.* *R(G?)* 8 addiderunt *GR* seniores (io *in ras.*) *R* sermones (?) *G* 9 goliam *GR* 11 = (reb;) gestis *R* reliquistis (?) *G* 12 conciperet *G* 13 plenum qu. nobis *G* nobis plerumque *R* 14 proponere *G* 15 praenomine *h. l.* *GR* 18 sit aut *G* Ita ut *R* perscribtio *G* praescriptio *RE* 20 scribit *G* inscribi *R* psalmos tu, dauid *G* ΙΔΛΜΟC ΤΟΫ ΑΑΫΑΑ *R* 21 psalmos to dauid *G* ΙΑΑΜΟC ѠΑΑΫΙΑ *R* 23 an causa *G* in causa *R* 24 to dauid *G* ΤѠΑΑ *R* ita enim habet id est *Bened.* uia enim habet id est *R* enim habet id est *G* id enim est *e* 25 per eum *G*.

sit. ex quo etiam psalmi superscriptione monstratur, in eum hominem, quem dominus adsumpsit in eo nascens et quem Dauid sæpissime nominari docuimus, psalmum hunc spiritus uirtute prophetæ ore cantatum.

3. Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas in bellum et digitos meos in prœlium. si ob id gratulationi interfecti Goliæ deputatur hic psalmus, quia dictum est: qui docet manus meas in bellum, accipiant exemplum personæ hoc potius domini conuenire. nam in septimo decimo psalmo, qui totus ex persona domini consistit, id ipsum dictum ita meminimus: qui doces manus meas in prœlium et posuisti ut arcum æreum brachia mea. quod autem nihil in illum Dauid referri possit in omni psalmo, maxime his dictis docetur: audiuit de templo sancto suo uocem meam et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. et commota est et contremuit terra et fundamenta montium conturbata sunt. et illud: clamauerunt, nec erat, qui saluos faceret, ad dominum, nec exaudiuit eos. et comminuam illos ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo illos. eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, auditu auris obaudiuit mihi. rebus ipsis inepta eorum intellegentia coarguitur, qui hæc Dauid de se ipso dixisse contendunt: cum omnia in eum hominem, quem dominus in eo natus adsumpsit, secundum spiritalem rationem et gesta conueniant.

11 Ps. XVII, 35. 14 Ibid. 7, 8. 18 Ibid. 42 sq.

1 ex quo (= *inde*) *GR* ex qua *E* 2 dñs *Ra* dš *G* 4 profetae ore *G* et prophetae ore *Rb* et ore *e* 6 et digitos — proelium *om. G* 9 personae hoc *GRa* hoc personae *e* 11 id ipsum *G* id ipsud *R* 12 in proelio *G cf. Acad. p. 24* 13 in omni psalmo maxime *G* in omni quidem psalmo sed maxime *RE* 20 ut puluerem *GE, om. R* 21 illos *G (cf. p. 33, 7)* eos *RE* eripies *GE* eripe *R* 22 in capud *GR* 24 auditu *G (cf. Sabatier II, 37)* ad auditum *RE* inepta *RE* in prima *G* 25 quia haec *R.*

4. Manus igitur eius edoctæ ad bellum sunt, cum sæculum uincit: *ego enim*, ait, *uici mundum*; cum extensus in crucem inuictissimis armis ipsius passionis instruitur: *et posuisti*, inquit, *ut arcum æreum brachia mea*; cum de omnibus uirtutibus ac potestatibus in ipso se tropæo gloriosæ crucis triumphat: *et principatus et potestates enim traduxit cum fiducia triumphans eos in semetipso*; cum dissidentia inter se cælestia et terrena pacificat: *et in ipso*, inquit, *reconciliari omnia in eum, pacificans per sanguinem crucis suæ siue quæ in terra sunt siue quæ in cælis*. ad hoc igitur bellum manus eius edoctæ sunt, in quo arcus ærei certamine uincunt, dehonestatione potentes triumphantur, pace reconciliantur inimica. sed post manuum bellum succedit et digitorum prœlium. omnis enim in eo habitus et pugna passionis ostenditur. manus enim extenduntur et digiti configuntur in palmis: uetus scilicet chirographum secundum apostolum delens et adfigens illud cruci etiam eas partes manuum commemorat in prœlio, cum quibus omnia ueterum criminum peccata confixa sunt.

5. Dehinc sequitur: *misericordia mea et refugium meum, susceptor meus et liberator meus es tu, protector meus et in ipso speraui*. carent ista difficultate. omnia enim in euangeliis ista gesta ab eo atque dicta sunt, ut honorem maiestatis paternæ per humilitatis nostræ confessionem, quorum habitum adsumpserat, prædicaret.

6. Illud autem, quod ait: *subiciens populum meum sub me*, non ex persona unius Iudaici populi dictum existimandum est, cum uniuersitatem ecclesiæ unum populum in psalmo alio nuncupauerit dicens: *populus, quem non cognoui, seruiuit mihi*. quod autem etiam hic, qui eum

2 Ioh. XVI, 33. 6 Coloss. II, 15. 8 Coloss. I, 20. 29 Ps. XVII, 45.

3 passionibus *R* introitur (?) *G?* 4 braccia (?) *G* 5 trophaeo *RE* tropea *G* 6 triumfat *GR* 12 uincunt *G* uincitur *RE* 13 inimica *GR* inimici *E* 16 in psalmis *G* cirografum *G* cyrographum *R* 26 subiciens — dicens *omisisse* uidetur *G* 28 in *om. R.*

non cognouit, suus sit, euangelia docent, cum aiunt: in sua uenit, et sui eum non receperunt. in mundo erat, et mundus per eum factus est, et mundus eum non cognouit. sed ne forte hic populus, quem non cognouit et sibi seruiuit, non suus fuisse, quia non erat cognitus, existimetur, diuina illa Moysi cantio errorem hunc omnem ambiguitatis excludit dicens: cum diuisisset excelsus gentes, statuit fines gentium secundum numerum angelorum suorum, et facta est portio domini populus Iacob et funiculum hereditatis eius Israhel. Israhel iste in æternam hereditatem fuerat electus; et ideo, quia ille portio domini erat, ceteri quasi incogniti habebantur, quia illi essent per priuilegium portionis electi. sui autem omnes, quia sibi, quod sunt, tamquam auctori suo debent.

7. Subditi autem ei sunt, cum dicitur: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det illi uitam æternam et illud: omnia data sunt mihi in cælo et in terra. data autem non tum ei primum, quia iam in mundo erat, per quem mundus erat factus, qui gloriam repetit, quam ante constitutionem mundi habuerat apud patrem; sed data post hominis adsumptionem, quia ita dictum est: qui cum in forma dei esset, formam serui accepit: propter quod exaltauit illum deus et donauit illi nomen, quod est super omne nomen. quid ergo uel cui donatur? non ei utique, qui in forma dei erat, donatur, ut dei forma sit; erat enim et, quia erat, iam non egebat hoc dono. sed fuit causa donandi, quia, qui in forma dei erat, formam serui accepit et se de forma dei euacuans, formam serui adsumens usque ad mortem obœdiens fuit. obœdientiæ ergo illi, per quam habitus seruilis adsumitur,

1 Ioh. I, 11; 10. 7 Deut. XXXII, 8 sq. 15 Ioh. XVII, 2. 17 Matth. XXVIII, 18. 22 Phil. II, 6 sq.

2 non cognouerunt *R* 4 quem non cognouit *R* quem cognouit *E fort.* et qui sibi 9 populus iacob *G* iacob *RE* 10 et funiculum *G* funiculus (s *in ras. a m. 3*) *RE cf. Abh. IV*, 77 11 in aeternam hereditatem *GR* in hereditatem aeternam *E* 15 dedisti ei *G* dedisti eis *R* 18 non tum *R* nondum *E* 19 per quem mundus erat *GE om. R* 20 mundi *om. G* 23 & propter quod *R* 26 quia erat *ex* quia era *R*.

et ipsi habitu seruili id donatur, ut, quod erat, esset: in forma scilicet dei esset. damnum enim ac detrimentum sui euacuatio formæ dei nesciit adsumptioni potius seruili formam dei rursus adquirens. ita neque uirtus in humilitate sese licet cohibens defecit ex sese, cum, quod erat, est: et humilitas cohibita in sese uirtute suscepta, cum, quod non erat, esse cœpit, profectum eius, quæ a se non defecerat, uirtutis accepit. et hæc quidem euangelici sacramenti et humanæ spei ueritas est, humanam naturam corruptibilemque carnem per huius gloriæ demutationem in æternam transformatam esse substantiam.

8. Sed huius tamquam difficillimi facti admirationem et maximæ ac pulcherrimæ spei donum etiam præsenti psalmo propheticus sermo testatur dicens ad id, quod dixerat: subiciens populum meum sub me; domine, quid est homo, quod innotuisti ei; aut filius hominis, quod deputas eum? homo uanitati similis factus est: dies eius sicut umbra prætereunt. non differenter in octauo quoque psalmo proclamat spiritus sanctus: quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? confessio ista pulcherrima est, ut indignum se homo tanto munere ipse testetur. et cum se indignum confitetur, gratiam eius, qui sibi hæc largiatur, extollit. quod enim meritum hominis est, ut ei se cognoscibilem deus præstet, ut incognoscibilis natura cognitioni nostræ sese ipsa submittat? aut quæ dignitas est filii hominis, ut deputetur? deputatur autem, quidquid de eo, in quo est, in aliud destinatur. rei naturam uerborum uirtus eloquitur. homo uanitati similis effectus, et cuius dies tamquam umbra prætereunt, per indultam cognitionem dei deputatur. uanitas sæculum est, cuius habitus et forma tolletur. deo enim inane est, quidquid, quamuis extet,

18 Ps. VIII, 5.

1 et ipsi habitu *R cf. Buecheler-Windek. lat. Decl. p. 110* et ipsi habitui *E* 2 ac *R* ad *E* 3 nesciit *R* nescit *E* *post* nesciit *eras.* s assumptione *ex* assumptioni *m. 3 R* 4 in humilitate *R* in humilitatem *E* 5 cohibita *ex* cohibitt *R* 6 caepit *R* 12 hac pulcherrimae *R* 15 quod innotuisti *R* quia innotuisti *E* 16 *et* 27 uanitati *ex* uanitatis *R* 28 praetereat *Ra sed cf. lin. 17 et Acad. p. 15.*

tamen non ita subsistat, ut maneat; et umbra quæcumque, etiamsi sit, tamen non est; quia cum fit, abeunte eo, per quem efficiebatur, eximitur. homo itaque non umbra, sed umbræ similis; neque uanitas, sed similis uanitati per intercessionem mortis effectus; per indultam uero sibi cognitionem dei deputatur. et in quid deputatur, cognitio indulta testatur. si enim cognitus fieri deus homini nisi adsumpto homine non potuit, quia incognoscibilem cognoscere, nisi per naturam nostram, natura nostra non potuit, et per hanc cognitionem homo deputatur, necesse est, ut in id deputetur, in quo deum ipse cognouit, scilicet ut conformis deo fiat, quia hæc sit deputatio cognitionis indultæ.

9. Et quia ex persona eius hominis, quem dominus adsumpsit, hæc omnis oratio est, scit, cum quanta se dignitate deus legibus mortis absoluat et iniquorum manibus per gloriam resurrectionis abripiat, dicens: domine, inclina cælum et descende; tange montes et fumigabuntur; corusca coruscationes et dissipabis eos; emitte sagittas tuas et conturbabis eos. emitte manum tuam de alto. simile his dictis psalmo, cuius superius meminimus, continetur: et inclinauit cælum et descendit, et carbones succensi sunt ab eo, et ignis a facie eius exardescet, et ascendit fumus in ira eius. misit sagittas et dissipauit eos; et fulgura multiplicauit et conturbauit eos. misit e summo et accepit me et adsumpsit me de multitudine aquarum. eripuit me de inimicis meis fortissimis. in eo autem, quod fortissimos dixit, possumus intellegere, quos dixerit; nempe de

21 Ps. XVII, 10; 9; 15; 17; 18.

1 subsistat *R* subsistit *E* 4 similis uanitati *RE* similis uanitas (?)*G*; *forsitan* uanitatis *sit scribendum*, *quamuis in sacro textu ubique* uanitati *legatur* 6 et in quid deputatur *G cf. Hartel Lucif. p. 367* et in quid deputetur *RE* 9 ut per *R* homo deputatur *R* homo qui deputatur *E* 10 in quod *Bened. in adn.* 11 conformis *G* conformis *ex* conformes *m. 3 R* 15 et inquorum *R* 16 abripiet *R* *R h. l. ut p. 813, 21* 19 emitte *R* emittes *E* 20 cuis *G* 22 eius *post* facie *om. G (?)* 23 exardescet *Gb* exardescit *Re.*

quibus apostolus ait: non est enim nobis pugna aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus mundi potentes, aduersus spiritales nequitias in cælestibus: satana ipso se in cor Iudæ. ut dominum traderet, inserente. sed et in hoc psalmo hoc contuendum est: corusca coruscationes et dissipabis eos; emitte sagittas tuas et conturbabis eos. nullos superius, de quibus ita memoraret, ostendit: quod necesse est ad montes hos referri, qui ad solum dei tactum fumabunt. et ne de terrenis istis montibus dictum existimemus, psalmo alio admonemur, cum dicitur: ut quid suscepistis montes coagulatos? et quantum intellegi conceditur, montes interdum etiam diabolicas potestates, ut nunc in hoc loco, significari arbitramur: qui constitutiones diuinæ legis transgressi tamquam ex lactis sinceritate uitiosa coaguli corruptione coacuerint. et hos esse potentissimos inimicos suos psalmus anterior locutus est.

10. Descendit ergo dominus inclinato cælo suo, non corporali motu, ut declinatum descendente eo cælum sit: sed per corporalem significationem spiritalis sensus instruitur, ut cum deo somnus, uigiliæ, memoria, obliuio, discessus et accessus adscribitur, quia secundum meritorum nostrorum differentiam unicuique nostrum aut dormiens aut uigilans aut inmemor aut recordans aut desit aut adsit. atque ita inclinatum descendente eo cælum est, quia descendenti ei ad adsumendum hominem famulatus cælestis adstiterit, cum Maria euangelizatur, cum pastores aërium cœtum et sonum uident atque audiunt, cum post temptationem diaboli angeli ministrant, cum ipse totus in forma licet serui, tamen in paternæ maiestatis uirtute se gessit.

1 Ephes. VI, 12. 10 Ps. LXVII, 17.

1 non est enim nobis *R* non est nobis *E* 2 mundi potestates *R*; *G h. l. nos destituit, sed cf. de eo Acad. p. 60 et adn. 2* 7 nullos *GR* non illos *E* memoraret *GRb* memorarat *e* 8 ferri *G* 9 montibs *G* 11 suscepistis *Rb* suscipistis *G* suspicitis *e* 15 coacguerint *corr. m. 1 R* coagulauerint *E* 16 est *om. R* 24 quia descendi ei *(ex* eo *corr. m. 1) R cf. Abh. III, 10 et IV, 61* quia cum descendente eo *E* 26 aerium *R* aethereum *E*.

sic inclinatur cælum, cum ad terras cælestium uirtus honorque deducitur.

11. In eo autem, quod tacti montes fumigant potius quam uruntur, cum tamen id indicet quod fumetur, deinde cum coruscantibus coruscationibus dissipantur potius quam inlucescunt, tum quod emissis sagittis conturbantur magis quam configuntur, non sine maxima ratione spiritalis intellegentiæ ita dicitur. et quidem iam et alius psalmus his paria significat, cum ait: p r æ p a r a n s m o n t e s i n u i r t u t e t u a, a c c i n c t u s p o t e n t i a. aduentu enim domini confracta et obtrita diaboli potestas est, cum fidei sanctorum hominum subiectus est: non quod non adhuc potentiæ suæ habeat maximas uires, sed per id, quod utcumque subiectus est, præsentis subiectionis condicione ultioni et pœnæ legitimæ præparatur, ut nunc per hanc eandem subiectionem uirtute dei tactus fumet, licet nondum totus uratur; sed per id, quod interim fumare potuit, et uri posse noscendus est. uritur non ille tantum, sed et omnes eius. non enim uni tantum præparatus hic ignis est domino dicente: a b i t e i n i g n e m æ t e r n u m, q u e m p r æ p a r a u i t p a t e r m e u s d i a b o l o e t a n g e l i s e i u s. hi ergo montes tacti a domino fumigabunt.

12. Dissipabuntur etiam coruscata coruscatione, lumen scilicet eorum, de quibus dictum est: u o s e s t i s l u m e n m u n d i, non ferentes. domini namque aduentus tamquam fulgur ab oriente usque in occidentem apparens intellegetur. sed interim coruscationes multæ sunt, id est apostolicæ prædicationes et splendor doctrinæ dei, quæ condensam illam et conspiratam dæmonum uirtutem coruscationis luce dispergit.

13. Sagittæ etiam emissæ conturbabunt eos. meminit eadem quoque prophetia et loco alio harum sagittarum: s a g i t t æ, inquit, p a r u u l o r u m f a c t æ s u n t p l a g æ e o r u m: paruulorum, ut apostolus ait, malitia, non sensu. horum igitur, id

8 Ps. LXIV, 7. 18 Matth. XXV, 41. 22 Matth. V, 14. 23 cf. Matth. XXIV, 27. 29 Ps. LXIII, 8. 30 I Cor. 14, 20.

i a
3 fumgnt *corr. m. 1 R* 12 habeat maximas *R* maximas habeat *E* 17 oms eius *R* non enim uni *R* non uni *E* 18 habit & in *R* 20 fumigabunt *R* fumabunt *E* 21 coruscata coruscatione *R* per coruscatas coruscationes *E* 27 dispergit *Rb* disperget *e*.

est fidelium ad innocentiam renatorum uerba tamquam sagittæ emissæ illos fumantes montes conturbabunt, cum regni cælestis beatitudo et æternitas prædicetur, cum honor sæculi contemnatur et Christi gloria speretur, cum luxus et ebrietas relinquatur et corpus ieiuniis purgetur, cum auaritia uincatur et largitio exerceatur, cum uirgines corpus suum oderint, cum uiduæ fuisse uirgines maluissent, cum confessores uitam suam detestentur, cum mori martyribus sit optabile. et hoc totum sagittæ istæ, id est doctrinæ et adhortationum uerba præstiterint, quæ emissæ eos, qui his aduersabantur, conturbant, cum cessante regno eorum Christi regni expectatio prædicatur.

14. Sed et ex alto manus domini emittitur. manum autem dei dominum nostrum Iesum Christum significari in spiritu non obscura doctrina est. per eum enim facta sunt omnia. et scriptum legimus: manus, inquit, mea auxiliabitur ei: quia per filium dei homo adsumptus laqueis mortis et iudicio iniquæ damnationis per gloriam resurrectionis eripitur.

15. Sequitur enim: eripe me de aquis multis. aquas populos dici, usitata cognitio est — ut etiam per Esaiam dicentem docemur: propter hoc ecce dominus inducet super uos aquam fluuii ualidam et multam et regem Assyriorum —, quorum uirtus atque uita in abolendum finem exemplo aquæ transfluentis elabitur. ut hic idem propheta ait: perierunt sicut aqua præterfluens: quia natura earum cessante incremento maris, in quod feruntur, eximitur. et de manu iniqua filiorum alienorum. dei enim esse destiterunt, de quibus dictum est: filii alieni inueterauerunt et quibus dictum est: uos de diabolo patre estis.

15 Ps. LXXXVIII, 22. 20 Esai. VIII, 7. 24 Ps. LVII, 8. 27 Ps. XVII, 46. 28 Ioh. VIII, 44.

3 contempnatur *R* 14 non obscura psoua (doctrina) *corr. m. 1 R* 15 manus inquid *R* manus enim inquit *E* 16 et = aiudicio *ex* et iniudicio *R* et a iudicio *α* 17 iniq dāpnationis *R* 19 usitatae *R* 24 eorum *Rα cf. praef.* 26 destiterunt *G* destiterant *RE* 28 de diabolo *GRα* (*cf. Sabatier III, 431 et Lucif. ed. Hartel p. 148, 31*) e diabolo *ε*.

16. Sed non solum filii alieni sunt dominum suum non recipiendo, sed etiam id, quod sequitur: quorum os locutum est uanitatem. uanitas oris et confessionis fuit illa, qua dictum est: nos non habemus regem, nisi Cæsarem. regem enim sæculi, id est uanitatis populus in regnum æternum electus elegit. et dextera eorum dextera iniquitatis. iniqua dextera est, cum palmis cædit, cum uirgis laniat, cum calamo conlidit, cum coronam spineam coaptat, cum clauo manus ac pedes figit, cum fel aceto admiscet, cum omnia iniquitatum opera consummat.

17. Post quæ potenter a domino gesta atque perfecta nouo nobis gloriosæ uictoriæ erit cantico concinendum. ait enim: deus, cantionem nouam cantabo tibi, psalterio decachordo psallam tibi. et quod hoc nouum canticum sit, contuendum est. plures autem nouum canticum cantantes psalmi reperiuntur. nonagesimus enim et quintus psalmus ita cœpit: cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra et rursum: adnuntiate inter gentes gloriam eius, in omni populo mirabilia eius et rursum: commoueatur a facie eius omnis terra, dicite in nationibus: dominus regnabit. hoc canticum nouum, quod omnis terra cantat, quod iam non intra Iudææ libros atque fines cognitio eius, qui omnia creauit, esse celebratur; quod iam inter gentes gloria dei inuisibilis nuntiatur, quod omnes patriæ gentium laudationem honoris debiti confitentur, quod in nationibus deus regnaturus ostenditur. nouum hoc inter tot errores sæculi canticum est et errantibus antea gentibus inopinatus hic hymnus est, per quem deus inuisibilis, incorporeus, æternus et iusti iudicii iudex et beatæ æternitatis rex esse cantatur.

4 Ioh. XIX, 15. 17 Ps. XCV, 1. 18 Ps. IX, 12. 20 Ps. XCV, 9.

2 sequit^{u}r *G* 4 est *om. G?* 6 elect^{u}s *G* 7 *uerba* cum uirgis — conlidit *om. G cf. Acad. p. 32 sq.* 9 admiscit *R* iniquitatum *R* iniquitatis *E* 13 cantionem nouam *R cf. Sabatier II, 278* canticum nouum *E* *uerba* psalterio — tibi, *quorum uestigia in G extant, om. R* 16 repperiuntur *GR* enim *bis scr. G* 19 ei^{u}s *G* 22 iudeae *R* 23 libros *GR* limbos *E* 24 quod iam non *R* 25 omnes *ex* omnis *m. 1 R.*

18. Est et nonagesimus septimus psalmus canticum nouum cantans: cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit dominus. sed nescio, an idcirco sit cantico nouo cantandum, quia mirabilia fecit deus, quæ fecerit. olim cælum pulcherrimum atque mirabile manet, olim in eo astra indefessis officiorum suorum cursibus perseuerant, olim tempora alterno et indemutabili recursu temperantur, olim terra annuis fructibus diues est, olim homo maxime mirabile opus dei nascitur: et si nihil postea deus mirabile, cum hæc creauit, adiecit, quæro, quod nouum canticum ob mirabilia facta cantandum sit? et non diu nos psalmus patitur errare. ob quæ enim mirabilia nouum canticum cantaret, ostendit dicens: liberauit eum dextera eius et brachium sanctum eius. notum fecit dominus salutare suum ante conspectum gentium. hoc nouum canticum est. hoc mirabile dei est: quod liberauit eum dextera eius. quod sibi ipsi salutem uirtus sua tribuit. potestatem enim, inquit, habeo animam meam ponendi et potestatem habeo animam meam resumendi. non externo eguit unigenitus dei filius ad saluandum hominem, in quo nasci uoluit, auxilio et in gloria paternæ maiestatis manens sua in se usus est potestate: per quam resurrectionis gloriam salutare suum notum gentibus fecit. cum in eo naturæ suæ carnem in æternæ salutis substantiam transformatam esse cognoscunt.

19. Cantat et centesimus quadragesimus et nonus psalmus canticum nouum. et cur sit hoc canticum nouum, mox propheta subiecit dicens: exaltabit mansuetos in salutem. exultabunt sancti in gloria et lætabuntur in cubilibus suis. et exultationes dei in gutture eorum

13 Ps. XCVII, 1 sq. 17 Ioh. X, 18. 27 Ps. CXLIX, 4 sq.

4 quia mirabilia fecit dš quae fecerit *R et ita etiam in G fuisse uidetur, ubi post* cantandum *quinque fere uerba euanuerunt et postea* fecerit *etiam nunc legi potest* quia mirabilia deus fecerit *e* quia mirabilia deus fecit *b* 5 mirabile *G* immobile *RE* 7 inde mirabili (??) *G* 8 maximae *R* 11 ob *h. l. om. R* 19 *ante* resumendi *4—5 litt. eras. R* 21 sed in gloria *coni. Bened. fort. recte* 25 cantate et *R* & nonus *R* nouus *E cf. praef.* 26 et qur *R* 28 & laetabuntur *R* laetabuntur *E* 29 dñi *R sed cf. infr. p. 868, 18 et Sabatier II, 282* in gutturae *R*.

et gladii bis acuti in manibus eorum ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in manicis et conpedibus et nobiles eorum in uinculis ferreis; ut faciant in his iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius. hoc canticum nouum est, dei sanctos iudicii æterni sumere potestatem. sancti enim secundum apostolum mundum iudicabunt. hoc igitur nouum cantatur a nobis, ultio in nationes, arguitio in populos, manicæ et conpedes regum et nobilium uincula ferrea et conscripti in eos iudicii sententia.

20. Quod etiam in huius psalmi nouo cantico simile cantatur: deus, cantionem nouam cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi, qui das salutem regibus. in decachordo igitur psalterio, id est, uel quod decem chordarum illud psalterium sit, uel quod decem uerborum organo atque gestis cantio noua ista cantatur, uel quod homo ipse decem quibusdam chordis, manibus ac pedibus extentus, perfectus spiritalium operum suorum gestu motuque sic psallat, ut cantionem hanc nouam cantet. qui das salutem regibus; regibus, quibus dictum est: uenite, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum a constitutione mundi, qui nobiles ligabunt, qui reges manicis et conpedibus constringent, qui iudicabunt, arguent, uindicabunt.

21. Et quomodo salus regibus detur, ostendit: qui, inquit, liberas Dauid seruum tuum: eum nempe Dauid, de quo hic idem liber ex persona dei patris alio psalmo prophetat: posui adiutorium super potentem, exaltaui electum de plebe mea. inueni Dauid seruum meum. oleo sancto meo unxi eum. manus enim mea auxiliabitur illi. ipse inuocauit me: pater

7 I Cor. 6, 2. 21 Matth. XXV, 34. 28 Ps. LXXXVIII, 20 sq.

13 in psalterio *ex* in psalteria *m. 3 R* 15 in decacordo (ca *in ras.*) *R* cordarum *R* 18 extentus (ex *in ras. 1*) *R* perfectus (ec *in ras. 1*) *R* 19 psallet *R* 20 hanc nouam *R* nouam hanc *E* 28 exaltaui *R cf. LXX ed. Tischendorf II, 81 et Sabatier II, 177* et exaltaui *E* 31 illi *R* ei *E* inuocauit me *R* inuocabit (*om.* me) *E*.

meus es tu, deus meus, susceptor salutis meæ. et ego primogenitum ponam eum, excelsum super reges terræ. et sedes eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in æternum et testis in cælo fidelis. et rursum in psalmo eodem ex persona eius ad patrem: sicut iurasti Dauid in ueritate tua, memor esto, domine, obprobrii serui tui, quod continui in sinu meo multarum gentium: quod exprobrauerunt inimici tui, domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. obprobria multarum gentium in sinum suum Dauid hic unus excepit. ipse enim peccata nostra suscepit et infirmitates nostras portauit: liuore eius nos sanati sumus. itaque dum hic Dauid liberatur et legi mortis eximitur, salus quoque regibus datur. ipse est enim primogenitus ex mortuis. et ut in Adam omnes morimur, ita et in Christo omnes resurgemus. liberatio ergo eius salus regum est. regnabunt enim conformes gloriæ suæ, per adsumptam ab eo naturæ nostræ coniunctionem rursum omnes in naturæ eius communione mansuri.

22. Eripitur ergo hic Dauid de gladio malignorum. spiritum enim Iesus posuit, cum uoluit; nec expectauit, ut animam inpressum uulnus emitteret. ius animæ eius manus inreligiosa non habuit. ait enim: de gladio maligno erue me. quamquam enim exanimis iam corporis latus miles transfoderit, usus est ministerio sæuitiæ: ceterum potestas spiritus emittendi causam uiolandæ in se animæ non reliquit.

23. Consummat deinde cantionem nouam nouæ confessionis hymno, terrena iudicia et sæcularium bonorum gaudia falsa

6 Ps. LXXXVIII, 50, sq. 11 Esai. LIII, 4 sq. 15 I Cor. 15, 22.

2 super reges *R cf. p. 342, 2 et Sabatier l. c.* super omnes reges *E* 6 tua *om. R* 11 excaepit *R* 13 itaq *R cf. Acad. p. 29* ita *E* 16 resurgimus *R* 17 salus (& superscr.) regum est *(& s. s. m. 3) R* 22 iesus *RE* dominus noster iesus *r* 23 inpraessum *R* 25 iam *om. r* 27 reliqd (i superscr.) *G* reliquid *R* 28 nouā *(ante lin. m. 1)* nouae *R* nouae nouae *G* 29 ymno *G* gaudia *GE ex* miudia *corr. m. 1 R.*

condemnans, cum ait: quorum os locutum est uanitatem. et dextera eorum dextera iniquitatis; quorum filii sicut nouella plantatio stabilita a iuuentute sua. filiæ eorum conpositæ, circumornatæ quomodo similitudo templi. et promptuaria eorum plena, eructuantia ex hoc in illud. oues eorum fetosæ, abundantes in egressionibus suis: boues eorum crassi. non est ruina maceriæ neque transitus neque clamor in plateis eorum. beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius dominus deus eius. et hæc sunt, quantum arbitror, huius sæculi bona communi uniuersorum beata iudicio, res sæculi loqui atque agere, rapere aut emere honores, ui, pretio falso ditescere, gloriari in adultæ ætatis liberis, quorum exflorescentes anni nouellæ exultationis firmitate confidant, optare speciosi corporis filias atque eas in modum templi damno inutili pecuniæ ingentis ornare, multiplicatis horrea fructibus rumpere, quæ congestas opes in promptuaria alia angusta his, quæ in se conduntur, eructuent, geminare quoque oues fetibus uelle, quas egressas nullus feræ occursus inminuat, delectari boum suorum sagina, circumseptu etiam domorum firma præbere, ne transeundi per eum cuiquam sit potestas; non flere, non lugere, non gemere, sed prospero felicitatis suæ cursu nulla aduersæ calamitatis molestia inpediri. beatum hunc populum, cui hæc essent, dixerunt: sed propheta scit falsam esse huius beatitudinis opinionem. quid hæc enim, hæc tot et tanta sæculi bona ad

3 a *G* in (n *ex corr. 1 R*) *RrE cf. Sabatier II, 278* 5 promptuaria *Gr* prom(p)tuaria *corr. m. 1 R* 6 eructuantia *Gr cf. Paucker suppl. lex. I, 243* eructantia *RE* 7 egressionibus *GR* egressibus *E* itineribus *r* 8 crassi *G* crassae *RrE* macheriae *G* maceriae (ı *[sic] supr. scr. m. 1) R* neque transitus *om. G* 13 loqui adagere (?) *G* aut temere *G* honore sui praetio *GR* honores sub pretio *E* honores precio *r* 14 exflorescente* *G* efflorescentes *RE* 15 confidant *RE* confidunt *G cf. Acad. p. 14 et lin. 19* 19 eructuent *GRa* eructent *ε* geminare *G* geminatis *RrE* 20 feruae *G* boum *GE* bouum *R* 21 circumseptu *G* circumsepta *RrE* 22 per eum *G* per ea *RrE* 23 felicitatis *GE* felicitis *R* 24 haec cessent *G* 26 quid haec enim, haec tot *G* quid enim haec tot *RE* quid enim tot *r*.

uitam, quæ morte intercipienda esset, adquirent? et ideo, qui populus beatus esset, ostendit dicens: beatus populus, cuius dominus deus eius. deus ille dominus, qui, cum superiora hæc et terrena præstiterit, æternitatem tamen illis, qui his recte utentur, inpertiet; qui coheredes nos filii sui in ipso ante constitutionem sæculi elegit, qui erit deus omnia in omnibus: ipsi gloria, laus, honor, uirtus, imperium, patri in filio, filio in patre et in sancto spiritu et nunc et semper et in omnia sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLIV.

Exaltabo te, deus meus et rex meus, et benedicam nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi.

1. Absolutus est psalmus, dei tantum laudibus occupatus, sed et titulus ipse solam contineri in psalmo prædicationem dei edocet. adiecto autem secundum græcitatis consuetudinem nunc quoque, ut in ceteris aliis, pronomine ostendit illum Dauid isto laudante laudari. et quis hic sit, quem psalmus hic laudet, clamant omnium temporum omnes prophetiæ, ut hic ipse propheta sæpe de eo ita contestatus est: sedes tua, deus, in sæculum sæculi: uirga æquitatis uirga regni tui dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te deus, deus tuus. et rursum: et adorabunt eum omnes reges, et omnes gentes seruient ei. erit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius. et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. huius igitur laus cantatur hoc psalmo, ex cuius persona dictum meminimus: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui

19 Ps. XLIV, 7 sq. 22 Ps. LXXI, 11; 17. 28 Ps. II, 6 sq.

1 essent *G* adquirent *Rb* adquirerent *Ge* qui *GRE* quis *r* 2 beats (u superscr.) *G* 3 cū *G* 4 haec et terrena *G* haec terrena *RE* 6 qui erit *GE* quia erit *R* qui est *r* 8 in sancto spiritu (*om.* et) *Rr* et in spiritu sancto *E* Explicit psalmus CXLIII inc̄p CXLIIII *R* Explic̄ lib. ς ylarii. dō grās *r* 16 pronomine *E* praenomine *R* 17 laudari *ex* laudare *m. 1 R*.

te. posce a me, et dabo tibi gentes heriditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. reges eos in uirga ferrea. cuius regni perennitatem Daniel ita contestatus est dicens: et in diebus regum illorum excitabit deus cæli regnum aliud, quod numquam corrumpetur usque in sæcula, et regnum eius alteri populo non relinquetur: comminuet et uentilabit omnia regna, et hoc regnum in æternum. et rursum: et ecce cum nubibus cæli sicut filius hominis ueniens et usque ad uetustum dierum peruenit et oblatus est ei; et datus est ei principatus et honor et regnum: et omnes populi, tribus et linguæ seruient ei, et potestas eius potestas perpetua, quæ numquam transibit, et regnum eius non corrumpetur. hic igitur rex laudatur per ista, quæ psalmo continentur: exaltabo te, deus meus et rex meus, et per illud: sancti tui confitebuntur tibi, gloriam regni tui dicent et potentiam tuam loquentur. notam faciant filiis hominum potentiam tuam et gloriam magnificentiæ regni tui. regnum tuum regnum omnium sæculorum et dominatio tua in omni generatione et progenie.

2. Et quamquam hic ob æterni regni gloriam, qua sanctis conregnantibus ipse regnabit, laus deo prophetæ confessione cantetur, tamen ita laudationis ipsius ratio et ordo dispositus est, ut ea, quæ de eo dicta sunt, ex sensu communis intellegentiæ prædicentur: ut, in quantum humani sermonis consuetudo permittit, de inmensa illa et inconprehensibili dei natura, licet non ad perfectam cognitionis ueritatem, tamen ad admirationem nos ingentis illius, quæ eius est, uirtutis instituat. possumus

4 Dan. II, 44. 9 Dan. VII, 13 sq.

1 posce *E* postula *R sed cf. Ps. II et Acad. p. 35* 3 perhennitatem danihel *R* 6 & regnum *R cf. Sabatier II. 858* regnumque *E* 13 seruiebant *R* eius potestas *om. R* 14 transibit *ex* transiuit *R* 17 sancti *ex* et sancti *R* 18 et potestatem tuam *h. l. R (sed in textu psalmi tractatui praemisso et ipse habet* et potentiam tuam) 19 filii *h. l. R sed antea* filiis 22 et progenie *h. l. om. R sed supr. extat.*

enim eum maxime, quantum in nobis est, admirari: cognosci autem a nobis, quantus ipse est, non potest.

3. Verum cum in omni psalmo simplex dei et absoluta laudatio est, meminisse debemus patrem in filio et filium in patre laudari et, cum ex substantiæ similitudine ac proprietate naturæ alter in altero sit et ambo unum sint et, qui uidet patrem, uideat et filium, non differre, quis ex duobus laudari existimetur, cum utrumque sibi inuicem et uirtutis atque operum similitudo et indifferentis naturæ ex patre deo genita et filio deo nata diuinitas unum eos esse testetur.

4. Cœptus ergo ita psalmus est: exaltabo te, deus meus et rex meus, et benedicam nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi. per singulos dies benedicam te et laudabo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi. ratio et uirtus propheticæ magniloquentiæ per intentam audiendi diligentiam noscenda est. ait enim: exaltabo te, deus meus et rex meus. multi deum per ea, quæ in operibus mundi ab eo instituti cognitioni nostræ sunt subiecta, magnificant; sed pauci sunt, qui regem sibi futurum uolunt credere, dum aut curam negant humanorum operum deo esse aut ad consolandam eorum, quæ impie egerunt, conscientiam præsumpta animæ et corporis abolitione nolunt diuinum in bonos et malos constitutum esse iudicium. sed propheta hinc prædicandi dei sumit exordium, quod sibi rex sit. sed et nunc quidem nomen eius, qui sibi rex atque deus sit, ob expectationem regni benedicit, cum ait: benedicam nomen tuum in sæculum. sed quia scit se gratiam deo atque regi suo etiam tum, cum in regno eius maneat, debere, quia demutata caduci corporis sui infirmitate depulsoque inimicæ mortis imperio regi suo conformis et coæternus adsistat, adiecit: et in sæculum sæculi, id est in illo sæculo, quo habitu sæculi huius exempto iam ut sæculum sæculi æternitatis successione renouabitur.

2 quantū *R* 5 *post* substantiae *2—3 litt. eras. R* 6 qui uidet *Re* qui uidit *b* 7 uideat et *E* uidet *R* differri *Ra* 20 uolunt *R* uelint *E* 25 nunc *supr. scr. m. 1 R* 27 quia *om. R* 32 iam ut *Rb* iam in *e*.

5. Et in hoc quidem sæculo quisquam benedicens deum potest non semper in benedictionis officio permanere, dum aut luctu impeditur aut metu occupatur aut ægritudine anxius detinetur et aut torpescente animo aut ingrato in benedictionibus dei mutus est. sed perfectio prophetalis fidei ab istius modi infirmitatum demutationibus libera est dicens: per singulos dies benedicam te. nullum uacuum habet tempus et dies ei nulla est otiosa, quin semper in benedictionum confessione uersetur. accidit autem frequenter, ut de quibus loqui bene possimus, laudare eos non possimus. abstinere a malo benedictione dignum est. sed solum malum non admittere non habet laudem, nisi mali abstinentiam etiam gloria boni operis consequatur. et beneficum quidem in nos benedicere possumus, quia natura exigit, non obtrectare nos illis, quorum beniuolentia confouemur; sed si et aliis uitiis aspersi sunt, nostro quidem commodo benedicuntur, sed ueri iudicio non prædicantur. perfectio autem dei nihil in se esse patitur pro parte. nam ut benedictus, ita et laudabilis est habens et ex his, quibus beneficentia in nos sua utimur, benedictionis nostræ confessionem et ex perfectarum in se uirtutum admiratione præconium. ob quod benedicturus per dies singulos propheta etiam id adiecit: et laudabo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi. cum benedicit, cum laudat in sæculum sæculi, in nullo prophetæ officium infirmum est nec benedictione nec laude nec tempore.

6. Dehinc sequitur: magnus dominus et laudabilis ualde, et magnitudinis eius non est finis. hæc dei prima et præcipua laudatio est, quod nihil in se mediocre, nihil circumscriptum, nihil emensum et magnitudinis suæ habeat et laudis. uirtus eius opinione non clauditur, locis non continetur, nominibus non enuntiatur, temporibus non subditur: artus ad id sensus noster est, ingenium hebes est, sermo mutus est.

1 quisquam *R* quisquis *α* quisque *ε* 8 loco *ex* lucu *m. 3 R* 10 bene loqui *E* 12 etiam *om. R* 13 gloriā *R* beneficum *R* beneficium *E* 15 beniuolentia *Rα cf. Acad. p. 17* beneuolentia *ε* 23 cum benedicit cum laudat *R* cum benedictum laudat et laudat *E* 27 ualde *R* (σφόδρα LXX) *cf. Sabatier II, 278 adn.* nimis *E*.

finem magnificentia ipsius nescit, et aliquam emetiendi se opinionem inmensa magnitudo non patitur. extenta ubique, extenta semper est, hanc habens infinitatis suæ laudem, ceterum omnem intellegentiam infinitæ huius in se qualitatis excedens.

7. Et quia hæc uel inmensæ magnitudinis cognitio uel laudatio operum dei non omnium gentium est, quibus a constitutione mundi uita et sensus fuisset futuraque esset, consequenter subiecit: generatio et generatio laudabit opera tua. non utique generationes et generationes, quæ et temporibus et gentibus multæ atque diuersæ sunt, sed generatio, quæ ab Abraham cœpit, quæ per signum circumcisionis deputatur in legem, et generatio, quæ renouatur in Christo, quæ ex doctrinis propheticis ad fidem euangelicæ iustificationis instruitur. harum igitur generationum proprium est dei opera laudare.

8. Laudari autem opera dei non alia ratio admonet quam quod omnia ab eo potenter effecta sunt, quia præconium habeat non aliquid egisse, sed potenter egisse. et ideo subiecit: et potentiam tuam pronuntiabunt.

9. Sed potentia operum ea demum prædicanda est, quæ magnificentiæ exæquetur operantis, ut potentis magnificentiæ potens intellegatur operatio. ob quod consequitur: et magnificentiam maiestatis tuæ.

10. Sed magnificentia, si quod in se est tantum sibi habeat, habet admirationem, non habet laudem; et otiosa aliis est potentis operatio, nisi per operantis sanctitatem usum aliquem ex se illis, qui laudabunt et admirabuntur, inpertiet. ex quo conpetenter hoc sequitur: et sanctitatem tuam loquentur. et sanctitas quidem iam bona est neque tantum sibi proficit neque hoc, quod ex se est, intra usum commodi proprii consumit, nam etiam ad prouocandam in se aliorum beneficentiam sanctitatis officiis sese ipsa commendat. sed nihil de se dignum

7 est *om.* *R* 8 futura.quae ess & *R* 11 diuersae *Re* aduersae *b* 17 laudari autem *Re* laudari *b* 18 quia *Rb* qui *e* 22 magnificentiae *Rb* magnificentiã *e* exaequetur *Rb* exequatur *e* 23 & magnificentiam *Ra* magnificentiam *e* 28 in ——pti& *corr. m. 1 R.*

admiratione præstabit, si sibi sola sit. at uero hoc proprium est et admirabile sanctitatis, cum hoc, quod in se est, in usum aliorum, quibus est sancta, concedat, ipsa aliquo non egens, nisi forte per beniuolentiam eo tantum, ut se alius utatur. ad id ergo, quod dictum est: et sanctitatem tuam loquentur, merito subiecit: et mirabilia tua narrabunt.

11. Et mirabile quidem est sanctitatem nihil sibi proficientem in usum alienæ beatitudinis exuberare; sed mirabilius est sanctitatem plenam esse terroris; ne, si non indiscretam se utentibus aut abundantibus præstet, dum bonis ac malis promiscua est, tamquam ex naturæ necessitate se præbens, admirationem non habeat sanctitatis. et idcirco mox subdidit: et uirtutem terribilium tuorum dicent: ut sanctitatem loquentes et mirabilia narrantes dicant quoque terribilium uirtutem, media admiratione inter sanctitatem atque terrorem, dum et terror suauis et terribilis suauitas admirabilem facit et terrorem suauem et terribilem suauitatem.

12. Ob quod ingentem hanc admirandæ temperationis magnitudinem propheta intellegens subiecit: et magnitudinem tuam narrabunt. magnitudinis enim infinitæ est in deo, quod terribile est, suaue esse et, quod suaue est, esse terribile. magnitudo autem non habet modum, ne, si moderata sit, iam magnitudo non sit per id, quod modo non caret. ut ergo propriæ admiratio sanctitatis atque terroris in magnitudinis suæ infinitate consistat, mansura est et semper et abundans nec tempore definita nec copia. et idcirco conexuit: memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructuabunt: quia nec memoria obliuione intercipitur, nec abundantia per inopiam detrahitur.

13. Tenuit autem ordinem propheta rationis, ut memoriam et abundantiam suauitatis condicione et moderatæ et conseruatæ magnitudinis temperaret dicens: et iustitia tua exultabunt.

4 beniuolentiam *Ra* beneuolentiam *e* 9 ter ... roris *corr. m. 1 R*, *b* erroris *e* ne si non *Rb* nisi non *e* 11 tamquam *R* et tamquam *E* 18 admirande *R* 26 conexuit *R* connexuit *E* 27 habundantiae *et sic in seq. R* eructuabunt *R* eruotabunt *E* 28 memoriae *R* 30 rationis *Ra* orationis *e* memoriam habundantiam *R*.

infinita quidem est memoria et abundantia suauitatis, quia nequaquam deus aut obliuiscitur esse suauis aut desinit; sed infinitatem memoriæ atque abundantiæ iustitia interiecta moderatur. moderatur autem non præbendi modo, sed utendi: dum, quod per abundantiam et memoriam dei semper æquis omnibus patet, id ab iniquis utendi indignitate non capitur. sanctitas dei iter populo suo diuiso mari præbuit; sed eadem sanctitas et terribilis fuit uirtus, cum ingressis in ipsum iter impiis, ubi fuerat salus religiosorum, ibi pœna constitit impiorum. circumstant alios firmitate muri solidatæ undæ; alios refusæ ipsæ illæ, quæ constiterant, absorbent. ad istos pelagus naturam suam nescit; hos per naturam suam punit. ad istos ex mari terra est; istis, quod erat, mare est. horum salus sanctitas est: horum mors terror est. aut cum tribus pueris in camino cantantibus circumstantes flammis, quas illi non sentiunt, aduruntur, illis in roris humorem ignis temperatur, hos exæstuans ignis conburit. ipsæ intus extraque flammæ sunt, quarum pro diuersitate meritorum et deficit a se natura, nec deficit. nam quod est, manet erga eos ignis esse, quos urit; et quod non est, necesse est in his esse, quibus ros est. atque ita magnitudinem memoriæ et sanctitatis dei iustitia sola moderatur, cum per iustitiam dei ad iniquos atque iustos et terrorem sanctitas et terror temperet sanctitatem.

14. Et iustitia quidem [hominum] recta atque utilis est; sed tamen eadem ipsa aliquando prædura est, ita ut sibi uti bonitate non liceat, dum pro diuersitate iudicii decernendo, quod iustum est, fit seuera. sed dei iustitia iustitiæ non coæquatur humanæ. neque enim naturæ legi subdita est, per quam est lex statuta naturæ: ut necessitatem non habeat bona non esse, cum iusta sit. habet dei iustitia miserandi uoluntatem; neque tamen per miserandi uoluntatem ita a se erit demutata, ne iustitia sit. humana autem iustitia solet in id deuenire, ne misericors sit, et misericordia ita se præstare, ne iusta sit. misericordia enim

3 iustitiae *R* 8 in ipsum = (*eras.* d) *R* 11 absorbunt *R* pelagus *ex* pelagos *R* 12 puniit *R* 16 humorem *R* humore *E* 17 conburit *R* amburit *E* ipse *R* extraquae *R* 24 hominum *suppl. Bened., om. Re, an* humana? *cf. lin. 32* 27 non quoaequatur *R* 32 misaericors *R*

non erit [iusta], si miserabiliter inope calumniante ius opulentiori inuideas, si feminæ lacrimas uiri præferas contumeliæ, si cæci conuicia non putes arguenda. at uero e contrario misericordiam iustitia non tenebit, si furem unius nummi ut furem ingentis thesauri plectes, cum tamen in uno nummo thesaurum habuerit, qui amisit, uel adolescentem uno tantum et eodem infamis adulterio inretitum pari in morte, ut plurium adulteriorum artificem, pœnarum quæstione uexabis, cum tamen crimen sit mortis in utroque. hæc atque istiusmodi inperfectam faciunt et misericordiam et iustitiam humanam; dei autem iustitiam misericordem præstat criminosorum pœnis indulta patientia. qui, cum contra morem humanæ inpatientiæ non festinat punire, miseratus est: tenens iustitiam in pœna post misericordiam non proficiente patientia, habens misericordiam in pœna post patientiam exerendo iustitiam. non enim deus rapit humanorum criminum occasiones neque tamquam infirmitatis nostræ naturæque nescius ipsum illud ad pœnam erroris et peccati nostri tempus inuadit: sed dissimulat et differt et pænitentiæ solacium dilatione ultionis expectat, suauem se omnibus præstans, dum per misericordiæ et iustitiæ modum temperandæ seueritatis indulgentiæ se reseruat.

15. Hoc in deo præcipuum, hoc in potente laudandum: non cælum fecisse, quia potens est; non terram fundasse, quia uirtus est; non annum astris temperasse, quia sapiens est; non hominem animasse, quia uita est; non mare in accessus ac decessus mouisse, quia spiritus est: sed misericordem esse, qui iustus est; sed miserantem esse, qui rex est; sed

1 iusta *post* enim *suppl. Bened in adn., facilius posteriore loco excidere potuit ob illud* iusta sit *in linea anteced., om. Re* inope calumniante *scripsi, quae horum ablatiuorum forma alibi apud Hilar. optimis codicibus traditur (de forma* inope *substantiui uice fungente cf. etiam Neue Formenl. II, 42)* inopi calumnianti *RE* opulentiori *scripsi (cf. Draeger Synt. I, 404 et interpret. ad Verg. Ecl. VII, 58 de* inuidere = „verweigern") opulentioris *RE* 2 lacrimas *Rb* lacrimis *e* contumeliae *Rb* contumelias *e* 5 plectes *R* plectas *E* 6 uel *Hartel* ut *RE* uno *R* in uno *E* infamis (= infamis mulieris) *R* infami *E* 8 poenarum quaestione *Rb* poena non quaestione *e* 17 ipsum ≡ (*eras.* d) *R* 18 & dissimulat *R* dilatione *ex* dilatatione *R* 26 misaericordem *R*.

dissimulantem esse, qui deus est. ad id enim, quod dictum est: iustitia tua exultabunt, tamquam necessarium sequitur: miserator et misericors dominus est, patiens et multæ misericordiæ. suauis dominus uniuersis, et miserationes eius super omnia opera eius. quod enim potens est, naturæ suæ uirtus est: quod autem misericors est, salutis nostræ profectus est. et plus est non suis uti, sed aliis præstitisse, quæ sua sunt; atque ideo præstat ceteris dei operibus misericordia, quia magnifica eius operatio uirtutis suæ res est, misericordia uero eius usus alienus est.

16. Ob quod tamquam in apice ipso diuinarum ob misericordiam laudium propheta consistens debitum deo honorem ueluti publicæ confessionis ostendit dicens: confiteantur tibi, domine, omnia opera tua, et sancti tui confiteantur tibi. gloriam regni tui dicent et potentiam tuam loquentur: ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam et gloriam magnificentiæ regni tui. regnum tuum regnum omnium sæculorum, et dominatio tua in omni generatione et progenie. dignus prophetica magniloquentia ordo dictorum est. opera deum confitentur: quam magnificus enim sit, operum et creaturæ magnificentia confitetur. sed confitentur et sancti, quibus rex esse dignatur. gloriam regni elocuntur, ne ignorata non desideretur usuris. magnificentiam quoque gloriæ regni dei nuntiant, ne desperetur æterna. dominatus etiam in generationem et generationem ostenditur, ut se dominatui intellegat coæternam. atque ita cognitio dei in operibus est, sanctorum officium in doctrina est, prophetiæ usus in prædicatione est, regni gloria in æternitate dominatus est, dominatus æternitas eos necesse est habeat, in quos agatur æternus.

17. Atque ad id spebus fidelibus expetendum adhortatio

2 iustitiam tuam *R sed cf. p. 833, 32* 3 miserator et *om. R* 12 ipso *Re* ipse *b* 13 laudium *R cf. Neue Formenl. I, 272* laudum *E* 19 regnum omnium *R cf. Sabatier II, 280* omnium *E* 20 progeniae *R* 24 eloquntur *R* 27 dominatui intelligat coaeternam *Rb* dominatui subiiciant coaeterno *e* 32 spebus *E* spem *R.*

prophetæ continuo subiecta est: fidelis dominus in uerbis suis et sanctus in omnibus operibus suis. uerborum fides forte nutaret, nisi sanctitas operibus esset admixta. atque ita sanctitas in operibus fidem confirmat in uerbis, ut de sancti fide in promissis non ambigas, cuius sanctitate utaris in rebus. si enim sanctum esse deum intellegimus per id, quod nascimur, uiuimus, alimur et copiis omnibus humanæ naturæ congruis abundamus, sanctitas ista esse non potest infidelis in dictis.

18. Scit autem propheta esse et aliud sanctitatis dei opus in eo, quod sequitur: suffulcit dominus omnes, qui ruunt, et corrigit omnes elisos. adest omnibus dei sanctitas et se humanis auxiliis non subtrahit. sed seruat etiam nunc iustitiæ et misericordiæ propheta rationem. suffulcit enim dominus non conlapsos, sed cadentes, quos, etsi trahat pronus naturæ lapsus in casum, pænitentia tamen, quæ auctor est desinendi, ne penitus iam ceciderint, sistet in lapsu. ruere enim, non ruisse potest in id confirmatum esse, ne ruerit.

19. Sed et eriguntur allisi. differt autem ui exteriore conlidi et ruisse suo casu. alliditur namque ille, quem per diaboli instinctum calens ætas præcipitauit in casum, quem ignoratio conpulit in errorem, quem fraudulentis usa blanditiis naturæ infirmitas egit in crimen. hic potius eliditur, quam ille, qui uoluntate permanserit, quem hic uitiorum usus oblectet, quem non pæniteat admissi. habet enim ueniæ apud deum solacium pænituisse de gestis, nec temperamento seueritatis indignum est, quod per admissi dolorem adfectum ita profitetur inuiti.

20. Et cur cadentes suffulciat et allisos corrigat, consequentibus docet dicens: oculi omnium in te sperant, et tu das escam illorum in tempore oportuno. aperis tu manum tuam et inples omnem animam benedictione. totis itaque in deum allisi et cadentes oculis aspectant; neque quisquam ita de se confidat, ut non semper cadere,

8 ista *R* ita *E* 11 corrigit *R* *cf. Sabatier l. c.* erigit *E* 16 paenitus *R* ceciderint *Rb* ceciderit *e* sistet in lapsu *R* si stet (sistet *b*) in lapsu suffulcit *E* 21 fraudule⌐ſ⌐is (*sic corr. m. 1*) *R* 23 perman == serit (*eras.* en?) *R* 27 qur *R* 28 sperant *R* sperant domine *E* 29 escam *ex* ascam *m. 1 R* oportuno *Ra* opportuno *e* 31 aspectant *Ra* aspectent *e fort. recte* (*an* aspiciant?)

semper se uereatur allidi. ab illo sperandum est, ne casu periclitemur, ne allidamur infirmitate naturæ. omnia autem nobis uitæ subsidia ex ipso sunt, cum ex oportunitate fructuum indultis cibis uiuimus, cum manum aperiendo animas nostras donis spiritalibus replet: etenim ex uirtutis suæ fonte copia in nos eorum, quæ sibi beneplacita sunt, exuberat. quod utrumque in his, quæ consecuntur, discernit ita: iustus dominus in omnibus uiis suis et sanctus in omnibus operibus suis. iustus in uiis est, cum infirmitatem nostram in æternum regnum suum confirmata donorum spiritalium communione deducit; sanctus autem in operibus suis, cum uniuersis fructus in temporum oportunitate subpeditat: sanctitatem suam in omnium alimonia docens, iustitiam uero in replendis beneplacito animis conseruans.

21. Post quæ sequitur: prope est dominus inuocantibus eum. non longe abest, qui per naturæ suæ uirtutem et ipse ubique semper est, et totus semper et ubique est secundum illud Apostoli: quia in ipso sumus et in ipso uiuimus ac mouemur. prope est ergo inuocantibus, cum nihil sit, quod sine eo sit. sed quibus inuocantibus prope sit, subiectis docet: omnibus inuocantibus eum in ueritate. non ex otio inuocantibus neque ex infidelis ambiguitatis incerto, sed uerum deum fideli inuocantibus ueritate.

22. Et cum prope adsit, quid in ueritate se inuocantibus tribuat, demonstrat dicens: uoluntatem timentium se faciet; non turpium uoluntates neque uitiosorum cupiditates deus faciet, sed timentium se, per metum innocentes, per fidem honestas, per reuerentiam uerecundas; et uoluntates non otiosas neque sperare aliquid a se quodam contemptu silentii

18 Act. ap. XVII, 28.

3 oportunitate *Ra* opportunitate *e et sic infr.* 5 & enim *R* et cum *E* 7 consequntur *R* 10 confirmatam *coni. Bened.* 18 saecundum *R* 21 subiectis *R* ex subiectis *E* 24 in ueritate se inuocantibus *R* inuocantibus se in ueritate *E* 26 turpium *Rb* turbidorum *e* 27 sed *ex* se *corr. m. 1 R* 28 R(ue)rentiam (*R ex* u *corr.*, *m. 1*) *R* non otiosas neque sperare *R* non otiosas neque mutas neque sperare *E* 29 contemptus *R*.

dedignantes, sed quas eloquatur oratio, quas preces contestentur. et ideo subiecit: et orationem eorum exaudiet. uoluntas ergo ea a deo fit, quæ uoce orationis exauditur. sed quæ uoluntas fiet orantium? et saluos faciet, inquit, eos. hoc uolunt timentes deum, hoc ut audiantur orant, ut non dominetur eorum æterna mors, non in interitum perpetui iudicii deputentur, sed sub custodia dei tuti sint. sequitur enim: custodit deus diligentes ipsum. saluos ergo faciet eos custodiendo, id est æterni regni participes reseruando; sed eos, qui et timebunt et precabuntur et diligent. dehinc sequitur: et omnes peccatores disperdet, qui nec ut homines timuerint nec ut subditi orauerint nec ut donati uita mundoque dilexerint.

23. Conclusit autem propheta honoris debiti confessionem dicens: laudationem domini loquetur os meum. laudatio ei non sufficit, nisi et laudare non desinat. laudabit enim adhuc, cum iam tamen laudet. sed cum ille laudet, omne quoque ad benedictionem dei humanum genus adhortatur: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. per officii sui et fidei constantiam semper quidem ille laudabit; sed prophetæ cura, ut omnes deum benedicant, optat. non enim ait: benedicent, tamquam certus sit in futurum, sed ex uoti adfectu ait: benedicant, et illud, potius ut intelligeretur optare, quam confideret sic futurum. deinde benedictionem non temporariam esse postulat, sed æternam, in sæculum et in sæculum sæculi. nobis potius optandum, ut in æternum benedicamus æternum: quia in æternum benedicens æterno illi necesse est maneat coæternus, domino scilicet nostro unigenito et primogenito dei filio Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

1 eloquatur *ex* eloquetur *m. 1 R* oratio *ex* oratio oratio *corr. R* 2 exaudiuit *h. l. R* 4 faci& inquid *R* inquit faciet *E* 14 laudatio e *scripsi* laudationem *R* laudasse *E* 19 laudabit *Rb* laudabilis *e* 20 pf&ae cura *R* ppheta hec curat *a* propheta et curat *e* optat *R* et optat *E* 22 et illud potius ut *coni. Bened.* ut illud potius ut *R* ut illud potius *e* 23 confideret *Rb* confidere *e fort. recte* 29 qui *ex* que *m. 1 R* Explicit psl CXLII Incp CXLIII *(sic) fin. uers. uacat et* psalmus — Zachariae *om. R.*

PSALMUS CXLV.

Psalmus Dauid. Alleluia. Aggæi et Zachariæ.

Lauda, anima mea, dominum, laudabo dominum in uita mea: psallam deo meo, quamdiu ero.

1. Etiam huic psalmo addere aliquid translatoribus uisum est. nam cum Hebræis sola alleluia sit prælata confessio, illis placuit Aggæum et Zachariam in titulo anteferre: hoc eo, ut psalmum esse propheticum nosceremus, quia per hos prophetas, sub quibus ædificata rursum Hierusalem est, ipso illo tum tempore æternæ Hierusalem ædificatio prædicatur, etiam euangelio testante, cum ingressuro templum domino et nummulariorum mensas et ementium ac uendentium negotia subuersuro ita scriptum est: hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est per Zachariam prophetam dicentem: dicite filiæ Sion: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam et pullum nouellum subiugalem.

2. Et, ut arbitror, huius Hierusalem potius et Sion regem psalmus ostendit, qui ita cœpit: lauda, anima mea, dominum, laudabo dominum in uita mea: psallam deo meo, quamdiu ero. scienter et de prophetæ doctrina dictorum ordinem tenuit. primum enim animam hortatur ad laudem, quæ in hanc est constituta naturam, ut maneat æterna. tum deinde, quia per donum resurrectionis glorificato corpore totum se ei meminerit coæternum, tamquam de futuro confidens ait: laudabo dominum in uita mea. non enim ea uita, quæ nunc est per infirmitates corporis, sua est; ab Adam namque ista cœpit, non cum Adam inchoata est, quam non uitam, sed mortem esse apostolus nouit dicens: miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? in hac ergo uita sua deum, qualis primum in homine est instituta, laudabit. tum tertio, ne in hoc eodem nunc corpore inreligiosus existimaretur, adiecit: psallam deo meo, quam

13 Matth. XXI, 4. 14 Zach. IX, 9. 28 Rom. VII, 24.

5 aliquit *R* 7 Aggeum *R* 10 aenae (t̃ *supr. scr. m. 1*) *R* 18 caepit *R* 21 animam *coni. Bened.* eam *RE cf. praef.* 29 a corpore *R cf. p. 609, 26* de corpore *E* huius *h. l. om. R* 32 dño deo meo *R*.

diu ero. in omni autem hoc psalmorum libro in psallere religiosas operationes corporis significari meminimus apta et consona corporei motus uarietate placituri.

3. Post quæ stultas hominum opiniones et inanes in regum nominibus religiones, quos sibi deos antiquitas finxit, redarguit dicens: nolite confidere in principibus et in filiis hominum, quibus non est salus. exibit spiritus eorum et reuertentur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. confidere uetuit in regibus. et quibus regibus? subiecit: et in filiis, inquit, ominum. et quibus filiis hominum? quibus non est salus. et cur salus non est? ostendit: exibit spiritus eorum et reuertentur in terram suam. et reuersuris in terram quid erit? in illa die peribunt omnes cogitationes eorum: corruptæ ipsi scilicet originis, quia esse filii hominum perstiterunt nec filii dei esse uoluerunt; nullius quoque salutis, quia exeunte spiritu et in terram corporibus dissolutis cogitationes eorum corporeæ atque terrenæ cum terreno corpore interibunt.

4. Sed uetita in eius modi reges fiducia, in quem sperandum esset, ostendit dicens: beatus, cuius deus Iacob adiutor est: spes eius in domino deo ipsius, qui fecit cælum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt; qui custodit ueritatem in sæculum, facit iudicium his, qui patiuntur iniuriam. non est caduca cogitatio in regem eius modi sperare; et spes illa non interit, quæ in creatorem cæli, terræ, maris et omnis uniuersitatis huius

4 post qꝗ (*sic; eras.* uae) *R* 6 & in filiis *R* in filiis *E* 7 quibus *R* in quibus *E* exiuit *R* 8 illa *ex* olla (?) *corr. m. 1 R* 10 et in filiis *GE* in filiis *R* inquid *G* 11 et quibus *ex* e quibus *corr. R* et quibus filiis hominum *om. G cf. Acad. p. 32* 12 qur *R* est *G* sit *RE* exiuit *R* 13 et reuertentur in terram suam *omisisse uidetur G* 16 nul^{i}lus *R* 20 sed u&ita *R* sed uetitu (?) *G* sed ut ita *E* eius modis (*sic*) *G* istiusmodi *RE* reges *GE* regis *R* fiducia *R* fiduciam *G* fiduciam non conferas *E cf. Abh. IV, 71* 21 esse (?) *G* dicens *GR, om. E* adiutor est *G* adiutor eius *RE* 22 spes eius *RE* spes *G* faecit *R* 26 eius modi *G* istius modi *RE* interit *ex* interiit *R* 28 caeli terrae maris *G* caeli et terrae et maris *RE*.

extenditur. hic sperandus adiutor est, in quo dolus non est. nam cum secundum prophetiam omnis homo mendax est, ueritatem in sæculo solus ille custodit et custodiens ueritatem iudicium facit ob eos, qui patiuntur iniuriam. beatus ille est, quem adiuuando ex Iacob faciet Israhel. spes eius æterna est, quia in creatorem cæli, terræ marisque confidit. creator autem horum omnium hic et uerus et iudex est et ueritatem custodiendo et faciendo iudicium.

5. Neque solum iudicium facit, sed etiam id, quod sequitur: d a t e s c a m e s u r i e n t i b u s. d o m i n u s s o l u i t c o n p e d i t o s: d o m i n u s s a p i e n t i f i c a t c æ c o s, d o m i n u s e r i g i t e l i s o s, d o m i n u s d i l i g i t i u s t o s. d o m i n u s c u s t o d i t p r o s e l y t u m, p u p i l l u m e t u i d u a m s u s c i p i e t e t u i a m p e c c a t o r u m e x t e r m i n a b i t. hæc quidem et corporaliter intellegere non otiosum est: sed altius nescio quid et maius sermo conplectitur. d a t, inquit, e s c a m e s u r i e n t i b u s. uideamus quam escam et quibus esurientibus. et hæ quidem escæ corporales non tum semper præbentur a deo, cum esuritur a nobis. annuum namque hoc earum munus est: et ideo intra tempus præbentur, ut intra tempus ne quis esuriat. est igitu alia esuritio et sunt aliter esurientes, quibus esurientibus esca præbetur. scriptum namque est in Amos propheta: e c c e i n d u c o f a m e m s u p e r t e r r a m; n o n f a m e m p a n i s n e q u e s i t i m a q u æ, s e d f a m e m, u t a u d i a t u r u e r b u m d e i. hanc igitur escam prædicationis esurientibus dominus inpertit. quæ cum in cibum fuerit adsumpta, uincula diaboli resoluuntur. ligauit enim secundum euangelia decem et octo annis Abrahæ filiam. compedes quoque auaritiæ, libidinis, ebrietatis cibus

22 Amos VIII, 11. 27 cf. Luc. XIII, 16.

2 mendax est *GRa* mendax sit *e* 3 sols (u *supr.*) illi *G* 4 ab eo* *G* 6 terrae *R (G?)* et terrae *E* 9 *uerba* neque solum iudicium, *quae extant in G, om. R* 10 dat *G* dat (at *in ras.*) *R* *uerba* dominus soluit conpeditos, *quae om. R, in G* (*ubi* soluet) *secuntur post* erigit elisos, *sed cf. ordinem infra et quae dixi Abh. IV, 89 adn.* 12 dilige* *G* 13 proselytum *G* prosylitum *R* 17 hae (h *supr. scr. m. 1*) *R* 18 tum *R* tam (?) *G (cf. Acad. p. 14)* tamen *e* 19 namque hoc earum *GRa* namque earum *e* 22 scribtum *G* 23 induco *G* induco (co *in ras. m. 1*) *R* 28 aebrietatis *R*

talis absoluit. et absolutis compedibus cæcis sapientiam præstat. si de corporalibus donis propheta loqueretur, commemorasset potius cæcis lumen indultum. sed quia per cibum esuritione depulsa soluebantur compedes sæculi, etiam cæcitas sæculi sapientiæ inpertitione depellitur. alimur enim post ingentem famem diuinæ cognitionis spiritalibus cibis et compedibus, quibus currere ad æterna non sinimur, absolutis, discussa per indultam sapientiam cæcitate creatorem nostrum oculis intellegentiæ contuemur. desinit ergo famis longa, compedes graues, cæcitas stulta et id, quod sequitur, succedit.

6. Adlisi eriguntur, iusti diliguntur, aduenæ siue proselyti custodiuntur, pupillus et uidua suscipitur et uia peccatorum disperditur. quisquis ille est, qui modo dei est, etsi non uniforme, tamen proprium habet munus, ut, adlisus licet, si non esuriat, si non compeditus et stultus sit, tamen erigi possit, ne iaceat in æternum; ut iustus ob iustitiam diligatur, ut aduena, etsi non tamquam iustus diligitur, tamen uel ob hoc, quia aduenerit, reseruetur, ut pupillus, quia patrem sibi diabolum abiurauerat, exemplo apostolorum non orphanus relinquatur, ut uidua suscipiatur in sponsam, posteaquam sibi in Christo confixus hic mundus est. omnem enim credentium fidem, cui per adimpletionem temporum lex tamquam uir primus emortuus sit, uiduam apostolus nuncupauit. sed non solum uidua suscipitur, sed etiam uia peccatorum exterminatur. quibus in interitum demersis Hierusalem sancti illius regis ciuitas incoletur: non ista utique, quæ desolata et subuersa profani parricidii luit pœnas.

7. Conclusit enim ita: regnabit dominus in æternum: deus tuus, Sion, in generationem et generationem. ubi illa Sion est, in qua regnaturus est dominus? nisi forte

3 per cibum esuritione *R(G?)* per cibum uerbi esuritione *E* 5 sapientiae inptione depellitur (ntiae — depellitur *in ras. m. 3*) *R cf. Paucker suppl. I, 345* 6 cognitionis *RE* cogitatio*** (?) *G* 7 qbs^{uu} *G om. R* non *E* nunc *R cf. Acad. p. 24; 67* 9 famis *R (cf. Neue Formenl. I, 180)* fames *E* 11 prosyliti *R* 12 pupillus *G (ubi* lus *etiam nunc legi potest) E* pupilli *R* 13 quodo^{mo} *R* 15 ne taceat *R* 17 diligatur *R* 18 qui patrem *R* 19 orfanus *R* 27 conclusit *Ra Ed. Basil. 1550* concludit *inde ab Ed. Paris. 1572* 28 in generatione *R.*

in ea, quæ prophetas occidit et lapidat eos, qui ad se missi sunt? hæc utique hodie iam non est et quomodo dominus in æternum regnabit regni sui sede subuersa? sed regnabit in ea, quæ mater cælestis est, quæ uiuis lapidibus exstructa et sanctis ciuibus plena per generationem legis et per generationem fidei frequentabitur a domesticis dei et domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLVI.

Alleluia.

Laudate dominum, quoniam bonus est psalmus; deo nostro iucunda sit laudatio et reliqua.

1. Post primam Hierusalem subuersionem traductoque in Babyloniam populo captiuo ædificatam rursum eandem ciuitatem fuisse et historia Regnorum et libri Esdræ locuntur. sed hodie eandem nullam esse rerum fides edocet. et hoc idcirco prædiximus, ne, quia translatoribus uisum est huic et anteriori psalmo in Aggæum et Zachariam titulum præscribere, existimemus in illius temporis homines prophetiæ huius præscientiam conuenire. propheta enim non ignarus mysterii cælestis, cum in ædificatione dei ciuitatis humanam ædificationem inanem esse dixisset, cum deo ciuitas nisi per ipsum ædificata æterna esse non posset, non nos nunc ad gratulationem ædificatæ a deo rursum Hierusalem hortaretur, quam in uanum ab hominibus ædificari ante prædixerat. quod si quis forte putabit id,

4 uiuis lapidibus *R* uiuis ex lapidibus *E* 5 *uerba* legis et per generationem *om. R, litterae cod. G h. l. euanuerunt, sed nisi spatium fallit, ibi fuerunt haec uerba, quae nota illa aberratione in R facile intercidere potuerunt; ceterum cf. Bened. in adn. et quae dixi Acad. p. 32 sq.* 6 nostri *om. R* Explicit psals CXLV incipit psals CXLVI *G* Explicit psalmus CXLV incp̄ CXLVI *R* 13 aedificato *R* 14 hesdrae *G* locuntur *G* loquntur *R* 15 edocet *GE* docet *R* et hoc *G* hoc *RE* 16 nequitia (?) *G* hunc anteriori *R* 17 in Aggeum *Ra* tititulum *R* 18 prescientiam (a supra) *G* 20 ** edificationem dī ciuitatis *G* 23 hortaretur *R (de G h. l. non constat)* adhortaretur' *E* quam in uanum *scripsi cf. Abh. IV, 72* quam uan** *G* quam uanum *R* quam uane *E*.

quod in alio psalmo ita dictum est: nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborant, qui ædificant eam; nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilabit, qui custodit eam, idcirco dictum fuisse, quia euersionem eius urbis, in qua templum exædificandum esset, propheta prænosceret, meminisse hæc ita intellegens debet eundem hunc prophetam ædificationem eam, quæ a Zorobabel secundo innouata est, et inanem et caducam futuram fuisse non ignorare potuisse, neque illam, quæ a Salomone cœpta est, non a deo institutam idcirco dixisse, quia per regem Babyloniæ esset destruenda, cum post septuaginta deinde annos rursum eadem sit reformata; hanc uero, quæ a Zorobabel gesta est, esse ædificationem dei prædicatam, cum exinde diruta et sine aliqua restauratione sit dissoluta; et eam, dirutam licet renouatio sit consecuta, inanem atque humanam tamen prædicasse, hanc uero, quæ sine spe reformationis acciderit, diuini operis perpetuitate renouari! hæc omnia intellegentiæ genera stulta atque ridicula sunt.

2. Laudat autem propheta dominum ædificantem Hierusalem illam, quæ secundum euangelia sancti regis est ciuitas, in qua per dominum resurgentes sancti demonstrantur, quæ inuectum pullo asinæ dominum sanctorum læta suscepit. corporaliter tum quidem tali uectione illam, quæ occidit prophetas et lapidat apostolos, dominus ingressus est: sed alterius ciuitatis erat illa lætitia. ob illius ergo ædificationem propheta nos aduocat dicens: laudate dominum, quoniam bonus est psalmus: domino nostro sit iucunda laudatio. non leuis gratulationis laus est, cum bonus psalmus est. et psalmus non

1 Ps. CXXVI, 1. 20 Matth. V, 35.

5 exaedificãdum *G* aedificandum *RE* 6 meminisse haec ita intellegens debet *GR* meminisse haec debet ita intelligens *E* 8 saecundo *R* et inanem *G* inanem *RE* · 9 quã a salomone *R* 10 institutam *Ge* constitutam *Rb* 14 et sine aliqua recordatione (?) *G* 18 s$\overset{u}{r}$l** *G* 19 haedificantem *R* 21 demonstrantur *GRb* demorantur *e* 22 dñm sanctorum *G* dominum in spe sanctorum *Rb* dominum & spe sanctorum *e* 24 erat *GRb* erit *e* 27 dño ñ sit iocunda *G* dño nostro sit iucunda *R* dño nostro iocũda sit *a* deo nostro iucunda sit *e* 28 cum bonus psalmus est *G* cuius bonus psalmus est *R* cuius psalmus bonus est *E*.

tam uocis, ut frequenter diximus, quam corporeæ operationis officium significari solet. dominum enim non tam sermone quam re et gestis obœdientiæ laudamus: ut mare et terra et cælum deum non tam uoce quam officiorum suorum uicissitudine atque obseruatione laudant. aduocat igitur nos propheta ad dei laudem, quia bonus psalmus est, et optat, ut huius boni psalmi deo nostro fiat iucunda laudatio, scilicet ut placentia deo opera nostra sint, per quæ a nobis gestorum nostrorum laudatur obsequio.

3. Aedificans Hierusalem dominus et dispersiones Israhel congregans. qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. numerans multitudinem stellarum et omnibus his nomina uocans. reuersuris de Babylonia in Hierusalem Iudæis sub Dario rege edicto potestas data est reuertendi. neque alibi tum quam in regni Babyloniæ finibus detinebantur: ex qua ergo dispersione Israhel congregatur? nempe ea, de qua ait dominus: emittet angelos suos cum tuba et uoce magna et congregabit electos a quattuor angulis uentorum: quorum congregatio cœtum sanctæ ciuitatis efficiet, quæ hodie per spei et fidei opus ædificatur in nobis. et idcirco anterior ædificatio congregatione est, quia nos ad futuræ ciuitatis congregationem dei misericordia per gratiam iustificationis ædificet. ceterum si de terrena ædificatione loqueretur, prior fuerat congregatio prædicanda, quia non nisi congregatus Israhel Hierusalem ædificare posset euersam.

4. Tenet deinde ordinem conpetentem dicens: qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. congregato enim Israhel et in unam, quæ ædificatur, ciuitatem

18 Matth. XXIV, 31.

1 qam *G* 2 significari *GR cf. Acad. p. 17* significare *E* dn̄m enim *G* deum enim *RE* 5 adque *G* laudent *GR* 8 *post* placentia *un. litt. eras. R* 17 istrahel *G* israel *R* nempe ea de qua *G* nempe de ea de qua *(alterum* de *ex* qe *corr. R) RE* 19 electos *om. R* 20 coetum *G* caetum *R* 22 *post* anterior *un. litt. eras. R* congregatione est *GRb* congregatio non est *e* q[u]ia *G* 26 istrahel *G* israel *R* hierusalem *G* ierusalem *R* 29 ciuitas (?) *G*.

collecto omnes humanæ infirmitates et labes corporeæ auferentur. absorpta enim corruptione et omnibus humanæ naturæ uitiis deuoratis incorruptio æterna et in nullis anxietatum mortibus conterenda succedet. uenit enim dominus secundum euangelia sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem et cæcis uisum, dimittere confractos in requiem, prædicare annum domini acceptum et diem retributionis. et hæc quidem pro parte iam cœpta sunt, quia per speculum et in ænigmate et in imagine futurorum secundum apostolum demoramur. sed tamen nondum nobis eius temporis fructus est, quo secundum prophetam dicere adepta spei consummatione possimus: conuertere, anima mea, in requiem tuam: quia dominus bene fecit mihi. quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrimis, pedes meos a lapsu. placebo domino in regione uiuorum. sanata enim omni cordis contritione et, ne perpetuo rursum subeat, alligata his omnibus humanarum passionum infirmitatibus liberati placebimus deo in regione uiuorum, anima nostra in requiem suam, ex qua per transgressionem primi parentis sui Adæ eiecta est, reuertente.

5. Sed post prædicationem sanati cordis etiam id ad præconium diuinæ bonitatis adiectum est: numerans multitudinem stellarum et omnibus his nomina uocans. si laus deo ob ædificatam corporaliter Hierusalem defertur, quid hic numerus stellarum et nomina tamquam ad præcipuam diuini operis laudationem præferuntur? aut numquid laudabilius deo est numerasse et nuncupasse stellas quam creasse, cum creatio et numerum fecerit et nomina inposuerit et uocabulis nomina numerumque discreuerit? sed numerantur hic stellæ, quas Abraham contuitus in cælo est, quas Isaac accepit in semine, quas Paulus discernit in gloria. quod autem nominibus

5 Luc. IV, 18 seq. 12 Ps. CXIV, 7 sq.

2 **sorb** *G* 9 in enigmatae *R* 14 mihi *Ge* tibi *Rb* *cf. Abh. IV, 76 adn.* 18 liberata *R* 25 et nomina *R(G?)* et omnibus his nomina *E* 26 praeferuntur *R* proferuntur *E* *cf. p. 848, 9* 31 ***cernit *G* discreuit *RE*.

suis uocentur, audiamus eum, qui uocaturus est. dicit in euangelio: nolite mirari ista; quia uenit hora, in qua omnes, qui sunt in monumentis, audient uocem eius et prodient. uocantur ergo et prodient. adeo autem enumerantur per deum, ut capilli quoque, qui in singulis nobis innumerabiles esse existimantur, in numero sint eodem domino dicente: nonne et capilli capitis uestri numerati sunt? hoc domino potius dignum, hoc in misericordia eius præferendum, ut eos, quos contritos corde sanauerit, quorum alligauerit contritiones, nominibus uocet, proprietate numeret, cælesti luce clarificet.

6. Ob quæ mirabilia eius prædicauit: magnus dominus noster et magna uirtus eius et sapientiæ eius non est numerus. suscipit enim mansuetos dominus, humiliat autem peccatores usque ad terram. hoc enim mansuetorum proprium est, quia secundum euangelia mansueti possidebunt terram, ut digni apud deum sint nuncupatione, numero, claritate. magnus est dominus, cum dispar-siones congregat. magna uirtus eius, cum contrita clarificat. innumerabilis sapientia eius est, cum uniuersa et nominibus discernit et numero. sed qui suscipit mansuetos, humiliat autem peccatores usque ad terram. post meritum sanctitatis impietatis pœna subiecta est, cum susceptis mansuetis in claritate stellarum peccatores usque ad terram humiliati infernæ legis iudicio destinantur.

2 Ioh. V, 28 sq. 7 Luc. XII, 7. 17 Matth. V, 4.

1 dicit in euangelio *G* dicit enim in euangeliis *RE* 2 quia *G* quoniam *RE* 3 audiant *G* 4 et prodient *G* et ꝓdient *R* et procedent *E* 5 enumerantur *Ge* & numerantur *R* numerantur *b* 8 eis *G* 12 mirabilia eius praedicauit *scripsi cf. Abh. IV*, 72 mirabilia eius praedurauit *G* mirabilia eius atque praeclara ait *RE* 14 suscipit enī *G* suscipiens *RE* 15 humiliat autem *GR* humilians autem *E* 17 apu *R* 18 disparsiones *G* dispersiones *RE cf. Georges Wortf.* 221 21 humiliat autem *G* humiliat quoque *RE* 24 usque *RE* quoque *G*.

7. Ob quæ nos, tamquam cunctantes et hæsitantes, propheta cohortatur ad laudem dicens: *inchoate domino in confessione, psallite deo nostro in cithara, qui operit cælum nubibus et parat terræ pluuiam, qui producit in montibus fænum, dat iumentis escam ipsorum et pullis coruorum inuocantibus eum.* frequenter admonet propheticus sermo, ut eum uniuersitatis huius esse dominum credamus, quem omnis lex deum locuta est, qui se nuncupari deum Israhel uoluerit: ut nunc in eodem psalmo, cum dixisset: *ædificans Hierusalem et congregans dispersiones Israhel*, et ad laudem eius cohortatus adiecit: *qui operit cælum nubibus, qui parat terræ pluuiam*, ut non alius atque alius legis latæ et creationis istius deus posset intellegi. ita autem temperata doctrinæ istius ratio est, ut ea creationis enumeratæ et nomina commemorarentur et genera, quæ, cum creatorem deum esse latæ legis ostenderent, significationem tamen in se institutionis typicæ continerent: ut nunc confiteri deo ob id admonemur, quia *operit cælum nubibus*, quia *parat terræ pluuiam*, quia *producit in montibus fænum, dat iumentis escam ipsorum [et herbam seruituti hominum] et pullis coruorum inuocantibus eum.* in his enim omnibus dei et prouidentia significatur et bonitas, ut subtexto nubibus cælo terris pluuias infundat, ut uertices collium fæno uestiat et iumentis pabulum

1 haesitantes *ex* aesitantes *m. 1 R* 3 psallite dō nō *G* psallite dño nostro *R* in cythara *R* 4 et parat *GR* qui parat *E* 5 dat *R* qui dat *E cf. Sabatier II, 283* *post* ipsorum *R add.:* & herbā seruituti hominū, *quae uerba desunt GE* 6 et pulli *G* 7 profeticus *G* 9 istrahel *G* israel *R* in eodem psalmo *GR* in eodem hoc psalmo *E* 10 congregans *ex* congregas *m. 1 R* 13 adque *G* 14 possit *G* temperatae *R* 16 legis *ex* leges *m. 1 R* 17 institutionis typicae continerent *R* institutionis typicae et propheticae continerent *E* ut nunc *Ra* et nunc *e* 18 dō *R* deum *E* quia *E* qui *R et sic ter* 20 dat *R* quia dat *E* *uerba* et herbam seruituti hominum *h. l. in RE leguntur, G nos destituit; si ea respicis, quae infra p. 851, 24 de hoc uersu „in pluribus codicibus inserto“, qui supr. secundum GE omittendus erat, exponuntur, eum h. l. uncinis includendum esse suspiceris.* 22 dei *om. R* 23 subtexto *R cf. Forbiger ad Verg. Aen. III, 582* subtecto *E* nubibus caelo (us caelo *in ras. m. 1*) *R* 24 & iumentis *R* ut iumentis *e* iumentis *b*.

præbeat et auibus cibos præstet, quia ab eo alimoniam uniuersa, quæ creauit, expectent. sed hæc omnia diligentius introspecta significationis alterius uirtutem in se habent.

8. Scimus enim esse nubes, quibus deus, ne super uineam pluant, mandat, sicut per Esaiam dictum est: et nubibus mandabo, ne pluant super eam pluuiam; uinea enim domini Sabaoth domus Israhel est. nouimus nubes, quæ præ fulgore eius in conspectu domini transeunt: præ fulgore, inquit, eius in conspectu eius nubes transierunt. nouimus nubes, quas deus in ascensum suum posuit: et posuit nubem ascensum suum. nouimus nubes, ad quas usque dei ueritas est: et usque ad nubes ueritas tua. et has nubes aliquot locis sanctorum doctrinam significari ratio absoluta est, quæ uetitæ infidelibus pluere eloquia arida impiorum corda non irrigant. quæ, cum dominus adsit, esse cessabunt: ut orto sole stellarum lumen hebetatur, ita et doctrinæ nubium domino ipso iam per se fulgente prætereunt. per quas etiam ad dominum conscenditur, dum diuina prædicatio iter nobis regni cælestis ostendit: et ideo hæ nubes nobis positæ sunt in ascensum. ueritas quoque dei usque ad nubes easdem est, quia in se ueram dei cognitionem hæc doctrina prophetica continet.

9. Hæc ergo ad commemorationem dei laudium creaturarum genera electa sunt, quæ, cum præconium in se creatoris ostenderent, parabolicam tamen, siue, ut apostolus ait, allegorumenam nobis doctrinam ita commemorata præberent. cælum ergo nubibus subtegitur, id est prophetica doctrina rebus est subiecta diuinis. pluuia terris infunditur, eloquia scilicet harum subtextarum nubium profunduntur, per quæ infructuosi ipsi atque

5 Esai. V, 6. 9 Ps. XVII, 13. 11 Ps. CIII, 3. 12 Ps. LVI, 11.

1 cibos *ex* cibis *m. 1 R* 8 prae fulgorae *R* 10 quas *ex* qua *R* 13 aliquot *ex* aliquod *R* 15 aeloquia *R* (*ita ut accus. cum* pluere *coniungendus sit, cf. Abh. IV, 73* eloquio *E* irrigant *R* rigant *E* 16 solae *R* haebetatur *R* 17 doctrinae *Ed. Basil. 1550 et Paris. 1572* doctrina *R* praetereunt *e* praetereat *R cf. Abh. IV, 74* 23 laudium *R cf. Neue Formenl. I, 272* laudum *E* 25 allegoruminam *R* 28 aeloquia *R* subtextarum *R* subtectarum *E*.

aridi ad eliciendos ex nobis fructus dono diuini imbris humescimus. et hæc eloquia diuina tamquam imbrem intellegenda esse Moyses testatus est dicens: expectetur sicut pluuia eloquium meum et descendant sicut ros uerba mea, ut pluuia super gramen. hæc ergo terræ pluuia præparatur, post quam fænum in montibus producitur et iumentis in escam propriam præbetur. opinor fecundiores esse montibus ualles, quæ circumiectorum collium concauo decliui in se humore pinguescant; et quid rationis est, ut ad escam iumentorum produci fæna laudentur in montibus? et quamquam plures montes fecundis uerticibus atque herbidis sunt, tamen rerum corporalium nominibus spiritalis doctrina conserta est. producunt ergo montes iumentis in escam suam fænum; sed montes, qui exultauerunt sicut arietes, in quos frequenter propheta oculos erexit dicens: leuaui oculos meos in montes. hi ergo montes, patriarcharum prophetarum apostolorum martyrum altitudines, fæna pecoribus producunt. et quibus tandem pecoribus? Esaiam audiamus: agnouit, inquit, bos possessorem suum et asinus præsæpium domini sui; Israhel uero me non cognouit. et quia per hebetis naturæ inreligiosam ignorationem pecora sunt dicta, cibus quoque eorum significatus in fæno. hoc ergo fænum et his iumentis præbetur in montibus.

10. In pluribus autem codicibus insertum hunc uersum deprehendimus: et herbam seruituti hominum, ut ea, quæ superius dicta sunt, de homine dicta esse per nuncupationem ipsius hominis intellegerentur. sed nos non egemus hoc sensu. nam licet non inpediat adiectus, non tamen eum, tamquam non

3 Deut. XXXII, 2. 14 Ps. CXIII, 4. 15 Ps. CXX, 1. 18 Esai. I, 3.

1 ad eligendos *R* 2 hymbrem *R* intellegenda *ex* intellegendam *R* 3 exspectur *R* 4 aeloquium *R* 6 post quam *R* per quam *E* 7 opinor *sic m. 1 R* 13 qui *eras. R* 15 hi *R* 17 faeni *R* foenum *E* faena *scripsi, quia* i *et* a *saepius in nostris libris mss. confunduntur cf. praef. et supr. lin. 10* 19 praesaepium *R* praesepe *E* 20 hebetis *R* 22 & his R^1 his R^2E 25 deprachendimus *R* 26 superius dicta *om. R* 27 nos *om. R* 28 non tamen cum *R*.

aliis ad huius intellegentiæ confirmationem uti possimus, amplectimur. hic enim ordo dictorum est: qui operit cælum nubibus et parat terræ pluuiam, qui producit in montibus fænum, dat iumentis escam ipsorum et herbam seruituti hominum et pullis coruorum inuocantibus eum. siue igitur per nubium pluuiam producto iumentis in montibus fæno, ut allegorica doctrina posset intellegi, hæc herba seruituti hominum præbetur, qui pecudea ignoratione deposita deum tandem rationabiliter conperissent; siue, quod absolutius intellegi potest, in herba fructus humanis cibis præstiti edocentur, quia omnes fructus per herbam confirmantur in messem: deo utrumque laudi est, infirmitati eum nostræ uel corporales in fructus cibos uel spiritalia in prophetis uitæ pabula præbuisse.

11. Sed id, quod sequitur, quomodo intellegi oportebit: et pullis coruorum inuocantibus eum? deum inuocare proprium hominis officium est, qui solus ex uniuersis animantibus particeps rationis effectus est. coruorum uero pulli deum quomodo inuocant? et cur pulli coruorum potius quam corui, quorum natura hebes, inproba, inprouida, nulla dei cognitione donata sit? aut quæ esca præbetur? numquid ut fæni iumentis et ut herba hominibus? corruptorum cadauerum fœtidas sordes deus orantibus se coruorum pullis et pecudum mortes ad cibum uitæ præsentis inpertiet? hæc ita intellegere non dicam erroris, sed inreligiositatis extremæ est. quid ergo intellegi oporteat, prout ipsi dono gratiæ cælestis adepti sumus, loquemur.

12. Coruum in formam peccatoris constitutum esse tum, cum ex arca emissus non redit, meminimus. cum enim consistendi nusquam locus esset aquis in uniuersa diffusis, ipse columba postea non reperta requie reuertente non rediit. cum enim illic arca ecclesiæ formam habuerit, is, qui ecclesiam, cum numquam alibi posset consistere, derelinquit, peccatoris in eo exemplum est constitutum, qui, cum nullam aliam præterquam

12 laudis *R* infirmitati cum *R* 13 in fructibus *coni. Bened. in adn., sed cf. interpret. ad Corn. Nep. Eum. XI, 2* 19 qur *R* 20 haebes *R* 21 faeni *R* foenum *E* 22 corruptorum *Rα* sic corruptorum *ε* 28 emissus (e *in ras.*) *R* redit *R* rediit *E* 31 is (i *in ras.*) *R* qui ecclesiae *R*.

ecclesiæ requiem habeat in sæculo, mauult tamen in inanibus sæculi demorari. hanc quoque auem legimus in pastum Heliæ deputatam cibos semper ei fuisse solitam inferre et hoc tum, cum impiissime omnis populus et inreligiosissime deuersaretur. in famulatum ergo tanti prophetæ hæc auis, quæ in formam peccatoris erat constituta, delecta est. cum enim anterior populus inprobabilis repertus est, tum dei prædicatio, quæ cibus et esuritio est prophetarum, per eorum, qui peccatores erant, officia expletur. nos enim uel ceteri ante nos ex inpudentibus et procacibus et inmundis et cruentis geniti atque nati tamquam pulli coruorum deum inuocamus agnitione, confessione, famulatu: ut ex iumentis et pecoribus per agnitionem dei homines effecti, rationis scilicet participes ex rationis ignaris, quibus cotidie a deo producente in prophetis doctrinæ prædicationem tamquam in montibus fænum cibi cælestis præbetur alimonia.

13. Ut autem omnia hæc, quæ allegorice commemorata sunt, in profectum humanæ salutis geri intellegerentur, psalmum conclusione confirmat. ita enim ait: non in uiribus equi uoluntatem habet, nec in tabernaculis uiri beneplacitum est ei. beneplacitum est domino super timentes eum et in omnes, qui sperant super misericordiam eius. contraria sibi ista sunt, si corporaliter intellegantur. quomodo enim deus iumentis fænum producit in montibus, cui non est beneplacitum in equis? necessitatis namque ministerium, non prouidentiæ benignitas est alimonia præbere non placitis. sed quia omnis dei misericordia curam habet humanæ salutis, allegorice superius dicta conclusionis

2 auem (em *in ras.*) *R* heliae *R* 4 impiissimae *R* deuersaretur *R* diuersaretur *E* 6 delectata est *R* 10 adque *G* 13 homines *G* homines *ex* hominis *m. 1 R* ignaris *G* ignaris *ex* ignarus *R* 14 p*aedicatione *G* 17 allegoricae *GR* 18 psalmum *G* psalmi *RE* 19 equi · *G* aequi *R* 20 habet *Ge* habebit *Rb* 22 et in omnes *GRb* et omnes *e* super misericordia *G* super misericordia *E* in misericordia *R* 23 sibi ista *GR* ista sibi *E* 25 in equis *G* in aequis *R* 26 alimonia *G* (*cf. de forma* alimonium *plur.* alimonia *Klotz Lex. I, 289, Georges Wortf. 33*) alimoniam *RE* 28 allegoricae *R.*

absolutione consummat: non pecorum speciem atque uirtutem nec pretiosarum domorum deo ornamenta placuisse — quæ maxima est humanæ opinionis ambitio, habere equos nobiles, domos pulchras — sed placere tantum timentem, sperantem et potestatem dei et misericordiam spe metuque testantem. misericors enim et potens est, qui dixit: qui credit in me, non iudicabitur, sed transiet de morte ad uitam; et potens mortem demutare uita et misericors iudicii amouere terrorem dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLVII.

Alleluia.

Lauda, Hierusalem, dominum, lauda deum tuum, Sion et reliqua.

1. Et huic psalmo, ut ei, qui ante superiorem fuit, Aggæi et Zachariæ, cum in hebraicis non extet, nomen adscribitur: ut et per hunc et per eos, sicut superius ostendi, æternæ Hierusales prophetia posset intellegi.

2. Lauda, Hierusalem, dominum, lauda deum tuum, Sion. non differt Hierusalem a Sion; nam secundum locorum nomina urbis ipsius locus idem est: sed nominum interpretatio geminam hanc eiusdem urbis commemorationem necessario desiderabat. Hierusalem enim est ciuitas pacis. et quia domini nostri regnum in pace et unanimitate sanctorum est — et factus est, inquit, in pace locus eius —, conuentus ille beatorum, qui dei regnum est, Hierusalem tamquam ciuitas pacis est

6 Ioh. V, 24. 24 Ps. LXXV, 3.

2 praetiosarum *R* 3 aequos nobiles *R* nobiles equos *E* domos *ex* domus *R* 4 pulchras *ex* pulcras *m. 1 R* 5 testante *R* 7 transiet *GE* transit *R* ad uitam *G* in uitam *RE* et potens *GRa* est potens *e* 8 iudicii amore^{ue} *G* iudicia mouere *R* 9 *sic G*, inscła *supr. scr. m. 1 R* in saeculorum *R* Explicit psals CXLUI incipit psals CXLUII *G* Explicit psalmus CXLUI inc̄p CXLVII *R* 14 in Sion *R* 16 in haebraicis *R* 17 ut per hunc *R* ostendi *Ge* ostendimus *Rb* 18 hierusales *G* ierusalem *R* 20 saecundum *R* 23 desiderabat *R* *esidetrahat (??) *G*.

dictus. ciuitatem uero hanc uiuis, ut apostolus ait, lapidibus extructam sanctorum cœtus conformis gloriæ dei ex resurrectione consummat, qui se, qualis futurus esset, per fidem in corpore domini ante speculatus est et idcirco etiam Sion nuncupatur. corpus quidem domini secundum interpretationis uirtutem, quia in eo spem nostram fide contemplamur, in omnibus scripturis Sion nuncupari existimatur, quia Sion speculatio est. sed ciuitas illa, quæ Hierusalem est, quæ propter unanimitatem ciuitas pacis est, etiam propter conformationem in se corporis dei, in quo se ante speculata est, Sion nuncupatur: cuius gloriam adepta est, accepit quoque eius et nomen. ergo et conuentus ille pacificus et gloria illa corporum demutatorum in Hierusalem et Sion nomine est, quod utrumque unum est; non saxa inania neque ædificationes hebetes, sed rationale animal, fundamentorum uiuarumque lapides gemmarum et ciues sanctitatis et dei in domesticos suos dominatus hæc ciuitas est, quæ ex sensu beatitudinis suæ et confessionis præconio aduocatur ad laudem.

3. Et propheta causam laudationis adiecit: quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satians te. hæc illa est beatæ terræ hereditas, quam dominus in euangeliis mansuetis spopondit dicens: beati mansueti, quoniam ipsi hereditabunt terram. plurimis in locis prophetæ beatitudinis huius tempus prædicauerunt et firmitatem ciuitatis huius æternæ: cuius ita portæ et seræ confirmatæ sunt, ut aduersariis nobis inimicisque uirtutibus

1 I Petr. 2, 5. 23 Matth. V, 4.

1 ut apostolus ait *R* ut ait apostolus *E* 2 resurrectione *ex* resurrexcione *R*, *ubi h. l. (f. 224) diuersa man. incip.* 5 interpraetationes *G* 6 scribturis *G* 7 sed ciuitas *GR* sed et ciuitas *E* 10 cuius *R* et cuius *E* 13 nomine est *G* nomine *RE* 14 inania *GR* inanima *E* hebetes *GE* haebetes *R* 17 confessionis praeconio *G* confessione praeconii *RE* 19 confortauit *ex* confortabit *R* 20 seras *ex* serras *R* 21 *uerba* te. qui — tuos *om. R* adipē *R* 22 satians te *R* (*ἐμπιπλῶν σε*) satiat te *E* illa est *R* est illa *E* 23 in euangeliis *GRa* in euangelio *e* 25 profetae *G* 27 serrae *R*.

inpenetrabilis, inuia, indissolubilis perseueret, nullius egens, quia ad corporis animæque substantiam æternitate firma, benedicta in incolis, uoluntate pacifica, uitæ substantia copiosa.

4. Sed ad hanc dei prædicationem etiam illud adiungitur: qui emittit eloquium suum terræ; uelociter currit sermo eius. prædicationis regni dei non fuit lenta properatio, sed in omnem terram indefessa mobilitate et celeri transcucurrit. ubi enim non statim, cum dominus regni sui gloriam in corpore natus ostendit, apostolicæ et propheticæ doctrinæ cursus egressus est? per hancque uelocem transcursionem ædificatio beatæ huius ciuitatis est cœpta, quæ auditis opulentiæ suæ copiis cotidie ubique uiuis fidelium lapidibus structa usque ad incolatus sui plenitudinem conparatur, cuius in congregandis omnibus ex quattuor partibus mundi uelox sermo percurrit, rursum ad confrequentandam hanc beati regni ciuitatem in cœtum consummatæ plenitudinis congregandis.

5. Sed et prædicatio alia conectitur: qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. mittit crystallum suum sicut frusta panis, ante faciem frigoris eius quis subsistit? emittit uerbum suum, et liquefaciet ea; flauit spiritus eius, et fluent aquæ. uitæ uia, sicut dominus in euangeliis ait, angusta et tribulata est; neque nisi per maximas difficultates et molestias hac ad cælorum regnum uia pergitur. quod quidem de

22 Matth. VII, 14.

1 indissolubilis *GR* indissolubilisque *E* quia ad *temptaui* qu am (?) *G* ad *RE* 4 praedicationem *GE* praecationem *R* 5 recurrit *G* 7 **defessā *G* 8 transcucurrit *R* transcurrit *E* 9 profeticae *G* prophaeticae *R* 10 per hancque *G* per hanc namque *RE* 15 percurrit *G* pcucurrit (cu *add. m. 2?*) *R* percurreret *e* 16 in coetu *G* consummate *R* 17 sed et *GE, in R 4—5 litt.* (sed &?) *eras.* praedicatio *E* praed***** *G* praecatio *R* alia *in G defuisse uidetur ?* conectitur *GR* connectitur *E* 19 chrystallum *G* cristallum *Ra* suum *GR* suam *E* sicut frustra (*sic h. l., cf. Georges Wortf. 290*) panis *GR* sicut buccellas *E* 20 subsistit *GR* sustinebit *E* emittit *GR* emittet *E* 21 ea *RE* (*αὐτά LXX*) eum *G* flauit *R* flabit *b, cf. p. 858,12* *uoces* emittit — fluent aquae *om. e* 22 uitae uia *E* lata uia (la *in ras. m. 3*) *R* angusta *RE* **gustia (?) *G* 23 difficultatis *G* 24 hac *E, in R 2 litt.* (ac?) *eras.* regnum *om. G (?)*.

molestiis huius sæculi dictum fuisse intellegi oportet; per præsentes enim uexationes in requiem æternam aditur. et quamuis rerum præsentium laboribus quasi quadam uiolentia asperrimæ hiemis uramur, tamen post harum præsentium acerbitatum rigores deo eos resoluente in placidis et tranquillis et serenis quiescemus. secundum enim dictum propheticum et allegorumeni consuetudinem nunc in niue et nebula et crystallo, quæ omnia per naturam suam urunt atque mortificant, sæcularium in nos molestiarum et calamitatum et dolorum et nocturnum ignorantiæ frigus significatum esse credendum est. scit hic idem propheta beatæ huius ciuitatis participem nequaquam iam frigore isto iniuriæ sæcularis urendum, dicens: p e r d i e m s o l n o n u r e t t e, n e q u e l u n a p e r n o c t e m. hæc enim omnia, quibus per præsentes calamitates adurimur, rursum dei bonitate resoluta liquuntur. nix namque lanæ mollitudine defluens, tegens omnia intra se detinet; pruina quoque nebulæ descendentis cineris modo sparsa constringit; crystallum etiam ultra consuetudinem grandinis duratum et in frusta solidatum habet in se et impetum et rigorem. et si hæc perpetuo permanerent, numquid non uniuersa horum frigore perusta semper arerent? quis enim ferre æternas corporis calamitates indeficientesque posset, si series mali nostri sempiterna traheretur?

6. Sed dissolutis infirmitatibus corporis regni beati huius tempus æternum est, ubi non flendum, non dolendum, non corporeæ cupiditatis demutatione labendum est: sed in his uiuendum, q u æ, inquit, o c u l u s n o n u i d i t, e t a u r i s n o n a u d i u i t, e t i n c o r h o m i n i s n o n a s c e n d i t. cessat in bonis futuris intellegentia, auditus, aspectus; nec conspectui

12 Ps. CXX, 6. 26 I Cor. 2, 8.

8 quasi *om. R (in G fuisse uidetur)* asperrimae *E* asperrima *R* 5 resoluentae *R* 6 allegorumini *R* allegoricam *e* 7 crystalon *R* 9 et nocturnum ignorantiae frigus *G* & nocturnum frigus *R* et nocturnos ignorantię frigores *α* 13 haec enim omnia *GE* haec omnia *R* 14 per *om. G* 15 licĕntur *R* lane *R* 22 posset *ex* possed *R* 24 *in G h. l. haec tantum legi possunt:* ubi non dolendum nō corpor*** *fort. uerba* non flendum *ibi nota aberratione exciderant* 26 inquid *G* 28 intellegentia auditus aspectus *R* intelligentiae auditus et aspectus *E*.

subicitur nec auditu capitur nec mente percipitur, quicquid illud beatis æternis beatum æternumque promittitur. soluentur igitur hæc omnia niuis, pruinæ et crystalli frigora tamquam flatu tepenti tum, cum post sæcularis noctis rigores tempora illa regni æterni in unam atque indemutabilem tranquillitatem dei spiritus temperabit.

7. Atque ut sub niuis et nebulæ et crystalli frigore intolerabili, si maneret, dei tamen spiritu in deliquium resoluendo significasse illam æterni regni æterno populo beatam temperiem nosceremus, psalmum propheta tali confessione conclusit: *ante faciem frigoris eius quis subsistit? emittit uerbum suum, et liquefaciet ea; flauit spiritus eius, et fluent aquæ. pronuntians uerbum suum in Iacob, iustitias et iudicia sua in Israhel. non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestauit eis.* peculiaris hæc in Iacob et Israhel dei uoluntas est: non in eum Israhel neque in eum Iacob, qui hoc corporis nomen ad solatium ueluti generosæ in se stirpis amplectitur, sed eum Iacob, qui subplantauit priorem, qui primogenita spe æternitatis emit, cui Israhel deum uidendo cognomen est, qui ipse Hierusalem et pacis est ciuitas, qui ædificatus super petram fidei confirmatis portarum seris fortiores portas portarum inferi obtinebit, qui in uerbo dei congregatur, qui non inopia eget, non sæcularis rigoris frigore aduretur, sed liquefactis omnibus et dei spiritu absolutis temperie æternæ serenitatis utetur. huic pronuntiatur hoc uerbum, hic per spiritalem intellegentiam has dei iustitias et iudicia expectat. consors

2 soluuntur *Ra* 3 & cristalli *R* ** chrystalli *G* 4 post saecularis *G* post hos secularis (hos *ex* os) *R* 7 intolerabili si *E* **tolerabilis** *G* intolerabilis *R* 11 subsistit *R* sustinebit *E* emittit *R* emittet *E* 12 flauit *R* flabit *E cf. Sabatier II, 284* 13 aq *R* pronuntians *GR* qui annuntiat *E* in iacob *G* iacob *RE* 14 in istrahel *G* israel *RE* 15 taliter *ex* aliter *m. 1 R* aliter *G* manifestabit *R* 16 *uerba* et Israhel — neque in eum Iacob, *quae extant in G, om. R* 18 solatium *G* solacium *R* 19 sed eum iacob *Re* sed in eum iacob *b* 20 dm̄ uidendo *R* de deo uidendo *E* 21 sup *R* supra *E* 22 seris *ex* serris (u) *R* serris *G* portas portarum *GR* portarum portas *E* 23 congregatr *G*, *hic desin. G.*

boni huius nulla gens alia est, neque hanc iudicii gloriam infidelitas inreligiosa cognoscit. in sua enim uenit, et sui eum non receperunt. quotquot receperunt, dedit his potestatem filios dei fieri dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLVIII.

Laudate dominum de cælis, laudate eum in excelsis et reliqua.

1. Superiores tres psalmi, quibus prophetia nos ad laudem domini aduocat, beatæ illius spei nostræ distributionem ipso conlocationum suarum ordine sunt secuti. primus enim eorum ob spem æternitatis et cælestis regni expectationem cantatus est. secundus ob ædificationem sanctæ ciuitatis et congregationem sanctorum, qui ad plenitudinem sanctæ huius ciuitatis conuenient, subsecutus est. tertius ille iam ob gratulationem exædificatæ ciuitatis et æterna pace fundatæ et post sæculi urens arensque frigus cælesti spiritu temperatæ in hunc hymnum est comparatus. doctrinæ ergo idem est ordo, qui rerum. nam secundum propheticam et apostolicam prædicationem beati istius regni et ciuitatis æternæ in his ordo dispositus est: in resurrectionis demutatione, in congregatione sanctorum, in dominicorum ciuium confrequentantium incolatu.

2. Post quæ iam in æterna beatitudine omnibus constitutis ad canendas dei laudes hoc consequenti psalmo chorus cælestium uirtutum potestatumque contrahitur, ut ob depulsam sæculi uanitatem creatura omnis ex magnis officiorum suorum laboribus absoluta et in beato regno æternitatis aliquando respirans deum suum et læta prædicet et quieta et ipsa secundum apostolum

2 Ioh. I, 11.

3 quotquot *ex* quocquod *m. 3 R* receperunt *Re* autem receperunt *b* *cf. Sabatier III, 387 adn.* 4 his *Re* eis *b* Explicit psalmus CXXXUII inc̄p CXXXVIII *(sic) R* 11 conlocutionum *R* 12 expectatione *R* 15 conueniet *R* cônueniant *E* ille iam *a* illeiā *(puncto separ. m. 3) R* 16 exaedificate *R* fundate *R* 17 temperate *R* 22 confrequentantium *Rb* cum frequentatione *e*.

in gloriam beatæ æternitatis adsumpta, cum ait: etenim expectatio ipsius creaturae reuelationem filiorum dei expectat. uanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eum, qui subdidit in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem claritatis filiorum dei. hinc ergo hymnus est libertatis indultæ, quod officiorum suorum necessitate absoluta, et antea in usus humani subiecta seruitii, iam conformata tandem filiorum dei gloriæ in æternam beatitudinem creationum elementa requiescunt. cuius beatitudinis longo iam diu secundum apostolum Petrum desiderio detinebantur, cum ait: hæc, quæ modo uobis nuntiata sunt per eos, qui uobis spiritu sancto euangelizauerunt, quæ missa sunt a cælo, in qua re concupiscunt angeli prospicere. expectatio itaque cælestium est beatitudo terrena et corruptionis nostræ demutationem diuinarum creationum orant elementa, prospicere hanc euangelicæ prædicationis spem concupiscentia, gloriam suam ex gloriæ nostræ conformatione sumptura: quam iam secundum prophetiam psalmi adepta in consonam laudem perceptæ beatitudinis aduocantur.

3. Laudate dominum de cælis, laudate eum in excelsis. laudate eum omnes angeli eius. laudate eum omnes uirtutes eius. laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stellæ et lumen. laudate eum cæli cælorum: et aqua, quæ super cælos est, laudet nomen domini. quia ipse mandauit, et creata sunt; ipse dixit, et facta sunt; et statuit ea in sæculum et in sæculum sæculi: præceptum posuit, et non præteribit. absoluto quidem ad intellegentiam sermone propheta omnes cælestes uirtutes adhortatur ad laudem, sed non sine perfecta ratione doctrinæ. primum enim errorem

1 Rom. VIII, 19 sq. 12 I Petr. 1, 12.

4 subdidit *R cf. Sabatier III, 623 adn.* subiecit *E* in spe *Rb* eam in spe *e* 9 gloriae *R cf. p. 862, 13; 336, 19 sq.* gloria *E fort.* in aeterna beatitudine 14 a *R* e *E* 16 demutationē *R* demutatio *E* 17 orant *R* demoratur *E* 19 sūptura *R* susceptura *E* quā *R* qua *E* 28 seculum *et sic in seq. R.*

hunc humanæ ignorationis auertit, quo fortuitis concursibus hunc mundi habitum in se coisse atque ita ex inordinatione in ordine constitisse quidam ausi sunt opinari; tunc quod alii hunc ipsum mundum deum esse, qui se agat ac moueat et in annuam temperiem cursu demensæ rationis moderetur, existiment; postremo quod quædam sibi ex his ipsis unusquisque legit elementis aut cælum, aut solem, aut aquam, aut æra, quibus dei honorem inani atque impia religione deferrent. omnem igitur errorem ignorationis exclusit dicens: quoniam ipse præcepit, et creata sunt; ipse dixit, et facta sunt. nullus hic fortuitorum concursus, nulla naturæ propriæ uirtus, nulla æternitatis ex semet substantia in his, quæ creata docentur, admittitur.

4. In quo dicto etiam hoc docetur, quod et Genesis distinxit et euangelia testata sunt et apostolus prædicauit: dei iussu facta esse omnia, non per se extitisse, tamquam ipsa illa materia obœdientiæ ui talis existeret, cum esse ac subsistere iuberetur; sed omnia ex mandato creata esse, et dictum fuisse ab eo, qui dicebat, ut fierent. ita enim Genesis est locuta: et dixit deus... et fecit deus. et nunc propheta ait: dixit, et facta sunt. non enim sibi præcepit, ut fierent, sed sunt facta, cum dixit. facta autem sunt per eum, de quo euangelista testatus est: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil et apostolus ait: qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt omnia in cælis et in terra, uisibilia et inuisibilia; siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum et in ipso condita sunt. et Sapientia ita de se locuta est: ego eram apud illum conponens; mihi adgaudebat,

18 Gen. I, 6 sq. 22 Ioh. I, 3. 23 Coloss. I, 15. 29 Prov. VIII, 30.

2 coisse (cois *in ras.*) *R* adque *R* 3 tunc *R* tum *E* 4 agat *R* agitet *E* 5 demense *R* dimensae *E* 7 aut solem *ex* & solem *m. 1 R* 8 deferrent *R* deferret *E* 9 *sic R cf. p. 860, 26* quoniam ipse dixit et facta sunt; ipse praecepit et creata sunt *E* 10 nullus *R* nullus igitur *E* 12 que *R* 13 hoc *R* id *E* 16 ui talis *Bened.* uitalis *RE* 18 fierent *Rb* fieret *e* 19 nun(c) *corr. m. 1 R* 28 ita de se *R* de se ita *E*.

cum lætaretur orbe perfecto. cessat itaque ambiguitas intellegentiæ et noui et ueteris testamenti auctoritate conuicta. patri filium ante sæcula manentem in creandi mundi exordio adstitisse.

5. Causam etiam propheta aliam laudis adiecit: quoniam ipse mandauit, et creata sunt; ipse dixit, et facta sunt; et statuit ea in sæculum et in sæculum sæculi. manent enim ex nihilo substituta et gratiam ex eo, quod sunt, creatori suo debent cum sensu uitæ suæ bonitatem eius et uirtutem sentientia, per quem uiuere se sentire cœperunt. uiuunt autem adeo, ut et in sæculum sæculi maneant et secundum apostolum reuelationem filiorum dei expectent a corruptionis seruitio in conformem eorum gloriam liberanda. contuendum autem est, in his creaturis, quæ in sæculum sæculi sunt statuta, neque cælum hoc, quod firmamentum nuncupatur, neque terram, quæ arida dicta est, connumerata fuisse, quia et in prophetis dictum sit: ecce ego facio cælum nouum et terram nouam et dominus in euangelio dixerit: cælum et terra præteribunt; uerba autem mea non præteribunt; de quibus non huius loci sermo est. tantum illud ad admonitionem commemorandum a nobis fuit, non dissolubiles creationes nunc ad laudem dei fuisse numeratas, sed eas, quæ in æternitatis sunt substantiam constitutæ. ac ne forte, quod in æternum manerent, naturale illis esse ex substantiæ suæ beatitudine crederetur. subiecit: præceptum posuit, et non præteribit, ut hoc, quod sunt, id est, ut maneant in æternum, non naturæ suæ esse intellegatur. sed præcepti eius sit, qui potens sit rebus ex nihilo substitutis naturam æternitatis adferre. non enim, inquit, præteribit præceptum, id est mandati eius non erit finis: quia in æternum maneant, quibus æternitatem uirtus æternitatis indulsit.

17 Esai. LXV, 17. 19 Matth. XXIV, 35; Marc. XIII, 31.

5 *sic R cf. supr.* quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt *E* 7 *sic R* statuit ea in saeculum saeculi *E* 9 cum sensu *Rb* cum sensum *e* bonitatem *Rb* bonitate *e* 10 sentientia *Bened.* sententiae *R* et scientiam *e* 16 connumerata *Rb* cōnumeratam *a* 23 substantiam *Rb* substantia *e* 25 substantiae suae *Re* substantiae *b* 27 intellegatur *R* intellegant *E* 30 quin aeterno *R*.

6. Post quæ rursum terrena cetera aduocantur ad laudem, quæ, etsi non omnia sunt horum cælestium et beatorum bonorum consortia partim per inrationabilem sensum, partim per inanimale naturæ, partim per impietatis offensam, tamen deum per id, quod talia sunt instituta, ipsa institutionis in se habitæ prouidentia prædicant. ait enim ita: laudate dominum de terra dracones et omnes abyssi. ignis, grando, nix, crystallum, spiritus procellæ, quæ faciunt uerbum eius, montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri, bestiæ et uniuersa pecora, serpentes et uolucres pinnatæ, reges terræ et omnes populi, principes et omnes iudices terræ, iuuenes et uirgines, seniores cum iunioribus laudent nomen domini. omnia laudem dei concinunt, licet quædam sensu laudis carentia sint; sed per institutionis ordinem qualitatemque gignendi præconium creatoris ostendunt. detenti in terra dracones eorumque plures in abyssis demersi, ut nos intra metum et religionem, dum ipsi intra abyssum terramque religati impietatis nostræ pœnis præparantur, coercerent. natura ignis, niuis candor, crystalli glacies, procellæ spiritus, montium celsitas, distinctio collium, arborum fructus, bestiarum uarietas, pecorum utilitas, serpentium nisus, uolucrum uolatus, regum potestas, populorum famulatus, principum dignitas, iudicum æquitas, ætatum omnium et sexuum mores, studia, uirtutes, hæc itaque omnia in diuersos ineffabilesque usus formata, distincta, animata, perfecta, creatoris prouidentiam laudant. et eorum, quæ aut inanima aut inrationabilia sunt, qualis laudatio esset, ostendit dicens: quæ faciunt uerbum eius: ut ex eo, quod in hunc officiorum suorum sint ordinem constituta, præconium eius, a quo ita sint instituta, testentur.

7. Regibus uero et ceteris aliis, tamquam rationis consortibus,

1 postq *R* 3 inanimale naturae *R* inanimalem naturam *E* 7 habissi *R* 9 uerbū *R cf. Sabatier II, 285* uerba *b* (*in e post* abyssi *legitur* et reliqua *omissis sequentibus usque ad* nomen domini) 11 pinnatae R^1 pennatae R^3b 17 habissis *R et sic in seq.* 22 serpentium *R* serpentum *E* regum — famulatus *om. R sed cf. supr. et Acad. p. 32* 24 sexu$^{\bar{u}}$ *R* 25 firmata *R cf. Acad. p. 46* 26 cra^{e}toris *R*.

hæc laudandi causa proposita est: quia exaltatum est nomen eius solius, confessio eius super cælum et terram. et hac quidem deus regum et populorum et principum et iudicum et ætatum omnium constitutione laudabilis est, quod humanæ uitæ cursum tali diuersorum officiorum temperatione contineat; tamen, quia omnis superior laudatio beati illius regni tempus ostendit, hanc causam laudis adiecit: quia exaltatum est nomen eius solius. tum enim deus unus etiam ab inuitis et intellegitur et uidetur religato diabolo et angelis eius pœnæ cum eo æterni ignis addictis et omni spiritalium nequitiarum potestate sublata, cum iam non peccatum, non mors, non terrenus hic mundus sit. ait enim: confessio eius super terram et cælum: exaltabit cornum populi sui, id est in illo beatæ ciuitatis illius sæculo, ubi cornum populi sui dominus exaltat et incorruptionem ei, quæ significatur in cornu, per honorem inmortalitatis inpertiet. tum enim cælum nouum et terra noua est, cum his præsentibus dissolutis noua illa et æterna succedent. ideo confessio eius super cælum et terram, quia non in hoc sæculo neque in hoc ære, sed in superioribus locis sedis beati illius regni est constituta.

8. Et quia illud sanctorum est regnum, per quod regnante domino ad beatum regnum dei patris accedent, psalmum ita propheta conclusit: hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israhel, populo adpropinquanti sibi. sanctorum omnis hic hymnus est, qui dominum non ut ceteri reges aut principes aut iudices pro uirtutis et confessionis admiratione laudent, sed pro gaudio consummatæ in se beatitudinis et gratulatione cantantium: sancti scilicet, qui Israhel filii sunt, deo propinquantes; non illi utique, de quibus dictum est: plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est a

29 Matth. XV, 8; Marc. VII, 6.

4 quod *scripsi* quo *R* qui *e* quia *b* 9 intellegitur et uidetur *Rb* intelligetur et uidebitur *e* zabulo *R* et angelis *ex* angelis *R* 13 terrã & caelũ *R cf. Sabatier l. c.* caelum et terram *E* exaltabit *R* et exaltauit *E* cornũ *R cf. Acad. p. 41* cornu *E* 14 cornũ *R* cornu *E* 15 exaltat *R* exaltabit *E* q̧ significatur *R* 16 cũ enim *R* 17 est *R* erit *E* 19 et terram quia *R* et terram reddetur quia *E* 20 sedis R^1 sedes R^2*E* 22 accedent *R* ascendent *E cf. Acad. p. 20* 25 dñm *R* deum *E*.

me, sed hi, qui merebuntur audire: prope est dominus omnibus inuocantibus eum. illis ergo proprius hymnus est, qui deo propinquabunt, qui per hoc sanctæ Hierusalem regnum beatum æterno regno proximi post regnum domini Iesu Christi in regnum dei patris domino conregnante transibunt apostolo docente: cum tradet regnum deo patri, cum euacuauerit omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem. oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. omnibus enim subiectis sub pedibus eius nouissima euacuatur mors. cum dixerit: omnia subiecta sunt præter illum, qui ei subiecit omnia, tunc ipse subiectus erit illi, qui ei subiecit omnia, ut deus sit omnia in omnibus. hic ergo populus est propinquans regno dei patris per regnum filii dei proximus. regnat itaque dominus traditurus deo patri regnum, non regni potestate cariturus, sed nos, qui regnum eius sumus, deo patri traditurus in regnum. regni traditio nostra prouectio est, ut, qui in regno filii erimus, in regno quoque simus et patris, digni per id regno patris, quia digni regno erimus et filii, proximi tum patris regno, cum filii erimus in regno, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CXLIX.

Cantate domino canticum nouum, laudatio eius in ecclesia sanctorum et reliqua.

1. Superior psalmus omnem creationum diuersitatem ad laudem dei creatoris est adhortatus; et ordo a cælestibus cœptus cuncta

1 Ps. CXLIV, 18. 5 I Cor. 15, 24 sq.

1 his *R* (*sine dubio ortum ex* hii) 2 hymnus *R cf. p. 866, 7* hic hymnus *E* 5 conregnante *R* congregante *E cf. infr.* 6 docente *R* dicente *E* 10 om^nib;^ *R* omnes *e* subiecti^s^ *R* subiiciet *e* nouissima euacuatur *Rb* nouissima enim euacuabitur *e* 11 subiecta sunt *R* sunt subiecta *E* 13 deus sit *R* sit deus *E* 18 in regnũ filii *R* 21 erimus in regno *Rb* erimus regnum *e* in secula seculorum amen *litt. unc. scr. R* Finit psalmus CXXXVIII incipit CXXXVIIII (*sic*) *R* 24 laudatio *R cf. p. 867, 7* laus *E* 25 in *ex* m *m. 1 R* ecclaesia *R.*

terræ ac maris et æris animantia percucurrit uniuerso quoque genere ætatum, sexuum, potestatum ad honorem debitæ confessionis admonito, ut gloriam eius, qui se ad uitam animasset, firmasset, ornasset, pius gratiarum sermo celebraret. postquam, ut dignum fuit, propheta psalmi ipsius fine proprium officii sui munus expleuerat, omnibus quidem ad laudem diuinam adhortatis hymnum tamen esse sanctorum eius ostendit: filiis scilicet Israhel, populo, qui fieret deo proximus, ut, cum uniuersitas omnis deum ex uitæ suæ sensu et gratulatione laudasset, Israhel tamen ei solus adpropians hymnum ex cognitionis ac dignationis diuinæ familiaritate cantaret. post quæ nunc ad cantandum deo nouum canticum incitamur. et forte nihil ultra reliquisse psalmus anterior nouitatis admirationisque credatur, cum, si quid illud in gratulatione nostra sensuque sit, idipsum in laude oportere esse præscriptum sit. efferre autem se ultra cælestem sedem mens nostra non sufficit; sed laudare deum ea, quæ supra cælos sunt, admonentur. rursum autem se tendere ultra abyssi immensitatem intellegentiæ nostræ opinio non potest; uerum ea, quæ in his sunt, ad laudis officium aduocantur. iam uero ipsa illa natura æris in grandine, niue, crystallo procellæque spiritu concinere gloriam tantæ laudis iubetur. tum porro uniuersitas generis humani in regibus, in principibus, in iudicibus, in omni uel ætatis flore uel senectutis maturitate dei laudem cantare præcepta est; quia hæc omnia sibi inperturbato cursu moderatoque consistant, fluantque uniuersa ita naturæ suæ lege præcepta, ut decedere his ex ea, qua creata sunt, constitutione non liceat.

2. Cum ergo nulla extra hæc rerum diuinarum cælestiumque decreta uideatur homini concessa esse cognitio cognitionisque laudatio, uideamus, ad quod nunc nouum canticum aduocemur,

1 percucurrit *R* percurrit *E* 5 ipsius *R* huius *E* 7 tamen *R* tantum *E* 8 populoq qui *R* (*possis* populoque qui *ex usu cod. R, de quo cf. Acad. p. 29, sed sacro textui et expositioni minus conuenit ac* q *h. l. dittographia ortum esse uidetur*) 10 ex *scripsi* & *R* de *E* 11 postq *R* 12 *post* canticum *desin. ed. uet. ante Paris. 1605* (*in* α *haec adiuncta sunt*: Reliqua requirãtur actu & fructu Israel uocetur | cuius studio caetera adipiscamur) 14 quit *R* 16 mens nostra *R* mensurã α 18 habyssi *R* 22 iubetur *scripsi* iubentur *R*.

cum dicitur: cantate domino canticum nouum. est plane nouum canticum. cuius quidem noui cantici gratulationem iam et in superioribus psalmis, in quibus nouum canticum cantatur, ostendimus: cum in gentibus dominus esse regnaturus ostenditur, cum ipsum ad regni gloriam dextera sua saluabit, cum adsumens ex inferno animam suam nos secum adsumpsit in reges. proprium ergo hoc canticum nouum est sanctis eius. id enim sequitur: laudatio eius in ecclesia sanctorum. lætetur Israhel in eo, qui fecit eum, et filii Sion exultent super regem suum: laudent nomen eius in choro, in tympano et psalterio psallant ei; id est in eo, qui secundum nonagesimi et quinti psalmi canticum nouum regnabit in gentibus et quem in sequenti cantico nouo in mirabilibus factis suis dominum saluabit dextera sua. super hoc igitur rege lætatur Israhel et Sion filii, eius scilicet Sion, quæ mater in cælis est, quæ conscriptorum primitiuorum et angelorum frequentantium ciuitas est, et Israhel ille, qui spiritu, non littera et super quem apostoli pax est. hi ergo filii, qui suscipientes confitentesque regem filii dei facti sunt, et hi ergo, qui in corpore deum mentis oculis agnouerunt, lætabuntur in choro, in tympano psalterioque psallentes. hæc autem musa lætitiæ in tabernaculis iustorum est, et in symphoniæ cantu cantus in reditu filii pænitentis auditur.

3. Quæ autem nunc proprie post creaturarum laudationem et superiora cantica noua huius cantici noui causa esset, ostendit dicens: quia beneplacitum est domino in populo suo: exaltabit mansuetos in salutem. exultabunt sancti in gloria. omnia quidem deo, cum sunt creata, placuerunt Genesi testante, cum dicit: et uidit deus, quia bona sunt; sed beneplacitum ei in populo suo esse cognoscimus. bona quidem creatio hominis est, quia quæ initium

18 Gal. VI, 16. 29 Gen. I, 31.

8 letetur *R* 11 id est *R* idē *π* 13 quem *R* quae *π* 14 dominum *R* *om. π* 20 *post* corpore *14—15 litt. eras. R* agnouit letabunt *R* 21 timpano *R* musa *R* musica *uel* causa *coni. Bened.* 22 et in (in *supra lin.*) simphoniae cantu cantus *R* et symphoniae cantus *coni. Bened.* 31 quia quae *R* ut quae *uel* quippe quae *Bened.*

creationis secundum originem dei similitudinemque sortita est; sed iudicio se immutabilis dei secundum demutationem humanæ uoluntatis atque arbitrii temperante tum, quia peccassent et agerent pænitenda, pænitere se, quia fecisset hominem, testatus est. at uero ipsis illis ex peccato in uitam reformatis depulsa pænitentiæ querella iam beneplaciti in eos adfectus ostenditur. reconciliati enim sumus per corpus et sanguinem Christi ex inimicis in filios deo, cum nobis æterni sacerdotis placationem inpænitenti sacramento spopondisset propheta dicente: iurauit dominus, non pænitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. complacitum ergo est, quod inpænitens esse iuratum est ei, quo regnante secundum ordinem Melchisedech, id est gentium et rege et sacerdote primum mansuetis salus, deinde splendor est sanctis exultantibus super regem suum.

4. Sed post sanctorum gloriam intellegendum est, quid ad cantici noui plenitudinem consequatur: lætabuntur in cubilibus suis. exultationes dei in gutture eorum, et gladii bis acuti in manibus ipsorum. iam non lacrimis stratum rigabitur, nec in hoc mortis corpore degentium ob peccati necessitatem ac dolorem noctibus singulis lectus lauabitur. in cubilibus enim iam suis sancti lætabuntur in gloria, et ob id dei exultationes semper in gutture. per significationem gutturis internæ conscientiæ protestatur adfectum. sed neque solum in eorum gutture exultatio dei est, uerum etiam ipsorum manus bis acutis gladiis armabuntur. hæc filiis Sion cognitio regis indulgit, quibus in choris tympanisque psallentibus disposita sit et salus et gloria et lætitia et exultatio et potestas. nam potestatem in gladio significari tum

9 Ps. CIX, 4.

3 adque *R*   temperante *Bened.* temperantes *Rπ*   tum *Bened.* dum *R* paccassent *R*   6 quaerella *R*   9 inpaenitenti *R* in poenitentiae *π* impoenitentiae *b*   10 non R^1 nec *corr.* R^3 et non *b*   11 melchisedeh *R* complacitum *ex* compacitum *m. 1 R*   12 ei quo regnante *b* cui regnantẽ *Rπ*   19 gladi *R*   21 noctis *R*   23 exultatione *R* . gutturae *R* 24 constientiae *R*   27 indulgit *R* (*cf. Neue Formenl. II, 427*)   timpanisque *R*   29 significari tum (*an* cum?) *Bened.* significantiū *Rπ*.

plurimis locis, tum consequentibus admonemur. cur enim bis acuti gladii in manibus eorum essent, edocuit mox propheta dicens: ad faciendam uindictam in nationibus, obiurgationes in populis; ad alligandos reges eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in his iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. hoc ergo est canticum nouum, cum humiles terræ tribulatique corde regibus constituantur in reges, cum existimati purgamenta mundi et uel abortiua gentium lumen mundi et ultores sint nationum. gladii enim bis acuti in manibus eorum sunt, quia sancto illi in Apocalypsi gladius bis acutus ex ore sit, iudicium undique potestatis exercens. nam et gladium uenit dominus mittere in terram, et sancti secundum apostolum mundum iudicabunt et in illis iudicabitur mundus. dictum est enim: aut nescitis, quia angelos estis iudicaturi? fit ergo per eos uindicta in nationibus; deus enim in nobis est ultionum. obiurgatio deinde exeritur in populos; fidelis namque est, qui ait: arguam te et statuam hæc contra faciem tuam. sed argutionis huius hic exitus est, ut reges nationum nobilesque earum manicis et compede uinciantur. uincti enim manibus et pedibus secundum euangelia in exteriores tenebras deputantur. et quia illic erit fletus et stridor dentium, fiet iudicium conscriptum, quod lex scilicet præscripserat, quod prophetæ nuntiauerant, quod omnis diuinus fuerat sermo testatus. hoc fides, pietas, continentia, confessio habet meritum, hoc contemptus sæculi muneris sumit: fieri regem regum, quorum odia ob Christi nomen excepta sint, uinciri nobiles, quorum nos uincula carceresque concluserint; conscriptum in eos iudicium habetur, quorum et gladii desæuierint et potestas. sic sanctorum gloria omnis a deo est, cum post has uitæ et corporum passiones

9 cf. I Cor. 4, 13. 12 Apoc. XIX, 15. 13 Matth. X, 34. 15 I Cor. 6, 3. 18 Ps. XLIX, 21. 22 Matth. XXII, 13.

1 plurimis *R* pluribus *πb* 8 cum *scripsi* dum *Rπ* terre *R* 11 quia *Rb* qui *π* 12 apocalipsi *R* 13 potestatis *ex* potestates *m. 3 R* exercens *R* exerens *Bened. in adn.* 19 argutionis *R* arguitionis *b* 25 fuerat *R* erat *b* 28 uinci *R* 30 deseuierint *R* 31 passionis *R sed cf. Acad. p. 18.*

exerant potestatem. sic cantici noui hymnus impletur, cum post gentium obprobrium regumque cruciatus iudicium conscriptum in gentes regesque decernant, quibus dominus Iesus Christus et unigenitus deus et dominus et rex est, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen.

PSALMUS CL.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento uirtutis eius.

1. Magnis psalmorum librum sacramentis rerum cælestium refertum esse sæpe tractauimus, uel cum dispositio singulorum contra temporis gestorumque rationem ordinem numerumque sortita sit, uel cum superscriptiones nonnullæ aliter, quam Hebræorum libris continentur, adscriptæ sunt, uel cum tituli plures, cum nulli sint, præferantur. cum ergo ultra litteræ opinionem celsioris intellegentiæ sensu uolumen digestum sit, oportuit idipsum digno fine concludi, ut secundum gloriosam spei nostræ perfectionem liber quoque tanti prophetæ consummatus existeret. primum enim in eum est numerum distributus, qui ex tripartito quinquagesimo numero esset explendus, cum neque in Hebræis numerus singulis quibusque conexus sit, et plerique apud eos psalmi, quo minus hic triplicis quinquagesimæ numerus conueniret, iuncti sunt. fuit ergo in translatoribus hoc intellegentiæ spiritalis, ut congestam hanc in plurimis continuatamque seriem partirentur in numerum, ut psalmorum omnium hic et ordo et numerus, qui in his tribus quinquagesimis est, possit expleri, totiusque libri idem hic quasi status existeret. qui fidei, ut in quinquagesimo psalmo centesimoque tractauimus, quorum unus secundum præscripta legis post sabbatorum sabbata confessionem peccati remissionemque conplexus est, alius

5 Finit psalmus CXXXUIIII (*sic*) incipit CL *R*; *in seq. [fol. 228 et 229] ob humiditatem multa in R euanida sunt* 10 sepe *R* 12 superscriptionis *R* 13 haebraeorum *R* adscripte *R* 16 dignus *R* 17 tante *R* 21 quinquagesimae *coni. Bened. in adn. cf. supr. instruct. ps. cap. 11* quinquagesimus *R* 25 tribus quinquagesimis *Bened. l. c. (cf. supr. p. 10, 27)* **** quinquagesimus (*quid loco pr. fuerit* [tuis *uel* trib'?], *non liquet*) *R* trisquinquagesimus *πb*.

sub eiusdem numeri plenitudine non indulgentiam peccati, sed fructum officiumque iustitiæ conprehendit. post quæ rursum ædificata iam in æternum dei ciuitate et omnibus ad gratulationem eius laudemque commonitis sub eiusdem rursum numeri potestate spes est consummata sanctorum, iam ad spiritalem omnibus gloriam naturamque renouatis, ut gradatim per hoc ad dei consortium ueniretur, cum peccatorum remissio uitæ innocentiam et iudicii constantiam mereretur, uitæ autem innocentis iudiciique constantia spiritalis gloriæ sumeret dignitatem. ac sic omnia, baptismum, resurrectio, demutatio continentur, cum prima nos libri huius quinquagesima regeneret ad innocentiam, sequens ad iudicium innocentiæ resurrectione perducat, tertia in naturam spiritus et laudem constituat. post uinctos enim compedibus reges ligatosque manicis nobiles et sanctorum iudicium conscriptum, cum in his omnibus gloria constitisset, gloriæ tamen ipsius consummatio hæc secuta est.

2. Superior a proximo psalmus ad laudem nos dei ob creationum magnificentiam aduocauit; sed post cantici noui hymnum deus non adhuc in operibus laudandus, sed laudandus in sanctis est, quos post iudicium conscriptum in æternitatis gloriam collocauerit et indemutabiles iam cælesti honore donauerit: per quod in uirtutis suæ laudandus sit firmamento, quia firmamentum æternæ uirtutis inuexerit absorpta in contentione morte, cum corruptionem incorruptio deuorauerit. et idcirco firmamentum uirtutis laus sequitur potestatum, quia mortem inmortalitas consumpserit tribuens, quod oculus non uidit, nec cor cogitauit, nec auris audiuit. ***** in sanctis et ad laudem *** suas ******* d e u s secundum apostolum n o s ante mundi constitutionem i n c æ l e s t i b u s s p i r i t a l i b e n e d i c t i o n e b e n e d i x i t; ad cuius laudis gloriam omnia et uocis et operum officia incitant diuersitate habitationum et claritate. laudamus idcirco in cymbalis bene sonantibus; in cymbalis exultationis

28 Ephes. I, 3.

10 hac sic *R* continetur *R* 12 resurrectione *π* resurrectio *b*(*R?*) 14 et *add. Bened.* 17 a proximo *R* proximo *πb* 22 firmamento *scripsi* firmamentum *πb* (*R?*) 26 inmortalitatem *R* 27 *fugientibus cod. R litteris uersus quinque prorsus fere euanuerunt.*

laus ista perficitur. quæ laus omnis in sanctis est, quod ab his corruptionem carnis sanguinisque depulerit, quod ad imaginem creatoris sui sint reformati, quod conformes iam esse gloriæ corporis dei cœperint, quod in omnem dei plenitudinem inpleantur, quod, cum deus spiritus sit, deum tamen non caro iam sit laudatura, sed spiritus.

APPENDIX.

Exempla

tractatuum mutilatorum uel Hilario falso adscriptorum.

(cf. praef. et Acad. p. 51 sq., 92, 98.)

Tractatus in Psalmum LXIII. ex codice Veronensi.

In finem psalmus Dauid.

Exaudi, deus, orationem meam, dum deprecor ad te: a timore inimici erue animam meam. scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. spiritus enim prophetalis, qui per Dauid loquebatur, audiens omnia et sciens uniuersa hoc in loco non solum Iudæorum malignam conspirationem, uerum etiam philosophorum inanem scientiam et hæreticorum peruersam contumaciam pronuntiat aliquando deficere; in hoc capitulo ostenditur, cum dicit: perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. omnium ergo malorum hominum ingenia deficiunt, ut ostendit propheta. philosophus enim mundi dominatum inpugnat nunc aquis, nunc terræ, nunc cælo dei nomen indulgens; hæreticus autem doctrinam fidei mentitur. contra quos omnes peruigili cura et adsidua ad dominum oratione pugnauit.

13 depraecor 16 profetalis 18 filosoforum 19 hereticorum 23 profeta *et sic semper* filosofus 24 aquis *ex* quisq *corr. m. 2* 26 pugnauit *ex* pugrauit *m. 2.*

ob hoc igitur propheta dixit: exaudi, deus, orationem meam, dum deprecor ad te. uigilandum ergo in oratione dei est, ut, cum fatigari anima in pressuris cœperit, deus semper oratus exaudiat nosque ab his, quæ timemus, eripiat; insequenti enim psalmo ait: a timore inimici eripe animam meam. deus enim non tunc tantum orandus est, cum quæ timentur euenerint. semper itaque indefessis precibus orandus est, ut nos a timore eorum, quorum dominatum timemus, eripiat. propheta ergo non ignarus, quæ euentura sint, inminentibus semper tribulationibus anxius et ad omnem timorem inimici sollicitus deum orat ob ea, quæ timet, ut, cum in tribulatione fuerit, exaudiatur; neque enim dei misericordiam metus noster, sed fides promeretur. et adiecit: protexisti me a conuentu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem, qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in obscuro inmaculatum. sed arcus homicidæ linguæ semper intentus est et acumen gladii linguæ eius præsto est; uolant enim letales eius sagittæ et non dubium est, quid efficiant: hoc enim quærunt, ut sagittent in obscuro inmaculatum; hunc enim quærit malignus interficere inmaculatum, cui per baptismum facta remissio est ueterum criminum, nondum tamen doctrinis spiritalibus eruditum; sed simplicem et ex nouæ natiuitatis infantia tenerum quærit intento arcu per rerum ignorantiam uulnerare. ait enim: subito sagittabunt eum et non timebunt naturam simplicem et inmaculatam. hanc enim fallere quærunt, huic occultos laqueos prætendunt, ut per latentes insidias interficiant innocentem. sequitur enim: firmauerunt sibi uerbum malum; disputauerunt, ut absconderent laqueos; dixerunt: quis uidebit eos? semper enim ex se aduersus fidem præsto sunt. et ideo dictum est: absconderunt laqueos et dixerunt: quis uidebit eos?

2 depraecor 4 quae *add. m. 2* 7 euenerit itaquae *corr. m. 2* 9 euenturam *corr. m. 2* 11 inimicis orat *supr. scr. m. 2* 14 malignatium (*sic*) a multitudine operantium *add. m. 2* 17 homicaidae *corr. m. 1* lingua 18 ex acumẽ 27 q̄.runt occultos *ex* occultas *m. 2* 31 dictum es.

si hæreticus peruertere fidem temptet, incredibile est quantis eam ingeniis subuertere contendat; si spem æternitatis nostræ philosophia inpugnet, mirum in modum omne bonum præsentis uitæ ponit in corpore, ita ut ingenii sui uirtute cælestis institutio subrui possit. uterque ergo scrutantes deficiunt pro eodem propheta: *defecerunt scrutantes scrutinio.* sed quid ad deum humana peruersitas? quid aduersus opificem operis ingenium? licet omnibus argumentis ad euertendam ueritatem ingenium suum ostendat, deficiet tamen aduersus ueritatem adsertio falsitatis; atque ideo subsequitur: *perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.* exquirant licet omnia naturalium causarum secreta, in ipsa tamen operis sui intentione deficiunt doctrinis spiritalibus refutati. qui enim sub tantis omnia docent, audient a nobis æternæ uirtutis deum. iam si fidem hæreticus destruere temptet, dei filium semper fuisse cognoscet, nullo a patre interuallo temporis separatum; cognoscet ipsum esse uirtutem, sapientiam dei, hominis conditorem; hunc prima mundi crimina diluuio abluisse, hunc Moyseo legem dedisse, hunc in prophetis fuisse, hunc per carnis infirmitatem carnis gloriam renouasse. deficient igitur aduersum ista scrutantes. post hæc ait: *accedet homo et cor altum, et exaltabitur deus.* per uirtutem enim doctrina dei eruditur; et cui in altum cor sit, ad deum hæc diuinæ operationis præconia proferentur, ita ut eorum ipsorum, qui hæc audiant, confessione laudetur. hoc est ergo: *accedet homo et cor altum, et exaltabitur deus.* cognita enim scrutantium defectione et accedente homine cordis alti magnificentia dei agnoscitur; nam quis non magnificabit deum, quem mundi huius cognouerit conditorem? quis non metuet, quem

1 hereticus   2 subuertere *ex* suertere *m. 2 postea uerba repetita* fidem temptet — ingeniis subuertere *del. m. 2*   3 filosofia   6 scrutinio *ex* scrutino *m. 1*   7 humana *ex* huma *m. 2*   qui aduersus   9 ingenium suum ostendat *in marg. infer. add. m. 2*   10 adque   14 sub tantis *h. l.* = sub tam uilibus *cf. Georges Lex. II, 2713*   20 deficiet   21 scrutantis   a^{i}τ (i *add. m. 1*, τ *in ras. m. 2*)   25 audiant *ex* audiunt *corr. m. 2.*

iudicem sciet? quis non renasci in innocentiam cupiat, cum peccati remissionem per nouam natiuitatem accipiat? quis iam renatus peccare non desinat et in innocentia paruoli [uelit] permanere, cum talium sciat regnum esse cælorum? hæc professio nostra scrutantium ingenia debilitat, hæc doctrinæ spicula, quæ paruolorum sagittæ sunt, stultas disputationes uulnerant. adnuntiatis enim operibus dei tunc incipient facta eius intellegi, tunc in his lætabitur iustus, tunc eum omnes recti corde laudabunt. in his est lætitia sanctorum, in his spes firmissima. ob hæc deum, qui recto sunt corde, laudabunt scientes esse remissionem peccatorum, mortis peremptorem, zaboli debellatorem, deum et dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Tractatus in psalmum CXXXII. ex cod. Veronensi et Vaticano 521.

Ecce, quam bonum est et iucundum habitare fratres in unum. bonum et iucundum est in unum fratres habitare, quia, cum in uno habitant, conuentu ecclesiæ congregantur; cum fratres nuncupantur, unicae uoluntatis caritate concordes sunt. ad primam enim apostolorum prædicationem hoc magnum præceptum fuisse legimus, quod dicitur: *erat enim omnium credentium cor et anima una.* hoc itaque populo dei congruit, sub uno patre fratres esse, sub uno spiritu unum esse, sub una domo unianimes incedere, sub uno corpore unius corporis membra esse. iucundum et bonum est habitare fratres in unum. conparationem uero huius boni iucundique propheta constituit dicens:

1 in innoceentiam *corr. m. 2* cupiat — et in innocentia[m] *(sic) in marg. infer. add. m. 2* 3 uelit *addidi cf. p. 232, 9* 5 specula 8 corde *supr. scr. m. 2* 12 et *add. m. 2* ñ *add. m. 2* xp̄m *add. m. 2* Explicit psalmus LXIII incipit psalmus LXIIII *postea* dō graŧ *a man. rec.* 19 eclesiae congraegantur *V* 26 iucundum *V* iocundum *r et sic infr.* 27 conparationē *V* comparationem *r.*

sicut unguentum de capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Aaron unguentum conpositum fuit ex odoribus, unde unguitur in sacerdotem. hanc consecrationem primum sacerdoti suo deo esse conplacuit; dominum quoque nostrum inuisibiliter unctum esse a consortibus suis. unctio ista terrena non est; non cornu, ut reges ungebantur, sed oleo lætitiæ unctus est. denique post hanc unctionem Aaron secundum legem Christus est nuncupatus. ut igitur hoc unguentum immundos cordium spiritus, quocumque infusum fuerit, extinguit, ita et per unctionem caritatis, concordiam, deo iam quod est suaue spiramus apostolo dicente: Christi bonus odor sumus. ut ergo placitum hoc in primo deo est Aaron sacerdote unguentum, ita bonum et iucundum est habitare fratres in unum. descendit autem unctio a capite in barbam. barba autem uirilis ætatis ornatus est. neque enim nos paruulos esse in Christo oportet, nisi ad id tantum, quod dictum est, ut simus paruuli malitia, non sensu. infideles autem omnes apostolus paruulos esse dicit, quod infirmi sint ad cibum firmum, adhuc lacte egeant apostolo dicente: lacte uos potaui, non cibo; nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis. de se autem ita dicit: cum factus sum uir, dereliqui quæ sunt paruuli. unguentum ergo hoc descendit a capite in barbam Aaron, in consummatæ fidei uirum. caput autem uiri secundum apostolum Christus. Moyses unguentum hoc composuit et confudit, sed conponendum et confundendum deus docuit. de capite ergo, id est de Christo

1 de *V* in *r* in barbam aaron *r* in barba aron *V* 2 in orã *V* in ora *r* 3 conpositũ *V* compositum *r* odorib. *V* hodoribus *ex* odoribus *m. 2 r* 4 unde *r* unde unde *V* ungueitur *corr. m. 1 V* ungitur *r* in sacerdotẽ *ex* in sacerdo *m. 2 V* in sacerdotem *ex* sacerdotem *m. 1 r* hac consecratione *r* 5 suo dõ esse conplacuit *V* suo complacuit *r* dõn quoque *V* quoque dominum *r* 6 consortiumbus *corr. m. 1 V* ista terrena ista non *V* 7 ungebantur *V* unguebantur *r* 8 post *V* per *r* unctione^m aro* *hic desin. V* 9 christus est nuncupatus est 10 sordium *cf. p. 687, 12* 11 čiunctionem *ex* unctionem *m. ?* 13 sacerdotis 14 iocundum.

descendit in barbam. descendit autem etiam in ora uestimenti. ora autem uestimenti ea sunt, quæ ad pedes defluunt, per quod corpus hoc unguenti a capite in barbam et deinde ad uestimenti ora descendit. nam dum ora uestimenti et barba memoratur, omne in his corpus ostenditur. additur etiam et alterius comparationis similitudo, cum dicitur: et sicut ros Hermon descendit in montem Sion. ros ab Hermon descendit, in montem Sion ascendit. multo enim interuallo a se hi duo montes diuisi sunt. neque sane natura hoc fert, ut ros a loco in locum descendere posse uideatur. Sion enim secundum doctrinam cælestem ecclesiam accipimus, uel quæ nunc est, uel quæ erit sanctorum cœtu secundum resurrectionem frequentata. Hermon autem mons est in Phœnice, cuius interpretatio hebraice anathema dicitur propterea, quod angeli, ut fertur, concupiscentes filias hominum, cum de cælo descenderent, in hunc montem excelsum conuenerunt et illic de concupiscentiæ suæ desideriis disposuerunt. sic etiam nescio cuius liber extat; sed hoc nec nosse debemus eo, quod in libro legis non continetur; commemorata autem ob id tantum sunt, propterquam hodie gentes montem hunc profana religione uenerantur. ros uero de cælis est et inter benedictionum munera optari eum meminimus. ergo quia munera et benedictiones dei, cum primum consecrata essent — omnia enim benedixit deus —, postea uero peccata constiterunt, gratum deo est, ea munera rursum in sedem redire. benedictus enim homo fuit; sed post benedictionem istam peccauit. et qui mauult peccatoris pænitentiam quam mortem, uult benedictionis suæ rorem ab Hermon monte in Sion descendere, id est ex impietatis sede in sanctificationis locum transire. in rore enim omnia reuirescunt, aluntur, augentur, spirant, excrescunt. est ergo bonum atque iucundum, ut a gentili errore, id est a profana Hermon ueneratione, descendens ad Sion, id est ad æternæ beatitudinis domum, transeat: quoniam illic mandauit dominus benedictionem et uitam usque in sæculum sæculorum.

3 corpus hoc hoc unguenti 7 syon *et sic semper* 9 hii 11 celestem aecclesiam 13 phenice 14 hebraicae propterea ut angeli 20 prophana uox uero 21 benedictionem optare 24 constituerunt 26 penitentiam 31 iocundum prophana Explicit ps. CXXXII.

Initium tractatus in psalmum LXVII. ex cod. Parisino 1692.

In finem Dauid psalmus cantici.

Exsurgat deus, et dissipentur inimici eius. et specialiter intellegitur iste psalmus et generaliter. specialiter ipsum dominum [hortatur], ut resurgat a mortuis et disperdat inimicos suos, hoc est diabolum et exercitum eius aut Iudæos. generaliter autem, quando in tribulatione sumus et angustia et dicimus: exsurge, utquid dormitas, domine? adiuua nos! quomodo et apostoli in nauicula [ad] excitum dominum dormientem dicentes: magister, salua nos, perimus.

Et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. non dixit pereant, sed fugiant, quia peccatores in conspectu dei non possunt stare. præuidens propheta orat, ut eo exsurgente diabolicæ dominationes effugiant, quia et nunc indubitanter credendum est, quod ad inuocationem eius nominis stare non possint. sicut deficit fumus, deficiant: non ut in nihilum reducantur, sed ut quiescant a peccatis suis. sicut fluit cera a facie ignis. sicut cera soluitur et non perdit naturam suam, sed mollescit, sic et isti non pereant, sed deponant malitiam suam; et sic conuertantur ad pænitentiam et saluentur. sic pereant peccatores a facie dei, quia peccatores non sunt digni uidere deum. et iusti epulentur: qui permanent in sua iustitia, qui uitia non habent, delectentur in domino etc.

Initium explanationis de ps. VI. et VII. ex cod. olim Aquiscinctensi, nunc Duaceno 220.

Singulis rebus imponuntur nomina, ut ex nominibus et res cognoscantur; sic et psalmi titulis prænotati sunt, ut ex titulis intelligantur et psalmi. quintus psalmus hoc titulo prænotatus est: in finem pro ea, quæ hereditatem consequitur: sextus psalmus hoc titulo prænotatur: in finem in hymnis pro octaua, psalmus Dauid, qui et ipse sub alleluia

5 dn̄m hortatur *addidi, cf. p. 277, 11* 9 ad *addidi* 14 diabolicę 15 qđ 16 possit n̄ ut 18 n̄ perdit 19 molliscit 31 in ymnis.

cantatus est; sed quia in alia dominica die lectus est sextus psalmus et nos pro ægrotatione interpretari non potuimus, nunc autem lectus est septimus psalmus — habet autem titulum istius modi: psalmus Dauid, quem cantauit domino pro uerbis Chusi filii Iemini. uidete mysteria. non ergo ista sine causa scripta sunt. in quinto dicitur: pro ea, quæ hereditatem consequitur; in sexto dicitur: pro octaua; in septimo dicitur: pro uerbis Chusi filii Iemini. uidetis ergo, quanta sint contexta mysteria. pro ea, quæ hereditatem consequitur: quæ in quinto psalmo disputauimus interpretantes, ex persona ecclesiæ psalmum fuisse cantatum. quæ hereditatem Christi consecuta est. sextus uero proprie ad resurrectionem pertinet, quæ die octaua est. nos enim et diem primum habemus et diem octauam. octaua dies est post sabbatum, prima in principio. longum est, si nunc uoluerimus dicere de octonario numero, quomodo octo beatitudines sint in Matthæo, quomodo in centesimo octauo decimo psalmo singulæ litteræ octonos uersus habeant, quomodo quindecim psalmi sint graduum, quomodo septem et octo sint et quomodo Ecclesiastes dicat: date partem septem, date partem octo, quomodo orientalis porta in Ezechiel habeat septem gradus et octo gradus; longum est dicere, quomodo et octauus est de filiis Iesse Dauid, qui accepit regnum. hinc est, quod nunc dicitur de octaua; in octaua enim nos accepimus regna cælorum, unde dicit: domine, ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. sed quoniam de duobus psalmis pariter interpretari non possumus, sufficit nobis de sexti psalmi titulo disputasse. nunc ueniamus ad septimi exordium, quod ita incipit: psalmus Dauid, quem cantauit domino pro uerbis Chusi filii Iemini. multos scio et certe eruditissimos uiros hunc titulum ita interpretatos fuisse: eo, inquiunt, tempore, quo insurrexit Abessalon contra Dauid patrem suum — quæso uos, ut patientius audiatis: scripturas enim

1 dn̄ica 2 egrotatione 5 non ᵒg 11 eccle 13 primū 14 octauā 16 quoᵒm matheo 19 ecclastes 23 hic (?) est 33 queso, *in marg. m. 1 add.:* Parentesis.

interpretari uolumus, non declamare — eo igitur tempore, quo insurrexit Abessalon contra Dauid, unus de amicis Dauid, nomine Chusi, uoluit ire cum Dauid etc.

Explanatio de psalmo XV. ex codice olim Aquiscinctensi, nunc Duaceno 220.

1. Tituli inscriptione prænotatur iste psalmus; sed quæ fuerit Dauid tituli inscriptio, in historia non inuenimus. uerumtamen tituli inscriptionem in passione domini factam recognoscimus; et negari non potest secundum interpretationem, quia iste psalmus de passione et resurrectione Christi prophetasse uideatur, quod in illo loco manifestum est, ubi ait: quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Dauid enim mortuus est et sepultus: Christi autem caro sola non uidit corruptionem, nec detineri potuit anima eius in inferno. quam ob rem psalmus, qui et de passione eius et resurrectione et hereditate dicturus esset, merito notatus est tituli inscriptione. quid enim in se habuit scriptura tituli, quam cruci eius Pilatus affixit? Iesus, inquit, rex Iudæorum. quod in se nomen et ipse confessus est interogante eum Pilato: tu es rex Iudæorum? in hoc, inquit, ueni et in hoc natus sum.

2. Sed numquid carnalium Iudæorum rex Christus, quoniam et alibi scriptum est: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius? non utique arbitror in monte hoc terreno, qui est in Iudæa, regnum a patre datum domino, cuius cæleste regnum apostolus docet, sicut et ipsam ciuitatem Hierusalem non hanc Christi esse ostendit, quæ nunc seruit cum filiis suis, sed illam, quæ sursum est, matrem nostram liberam, cælestem Hierusalem. ita nec horum Iudæorum, qui circumcisi sunt circumcisione manu facta, sed sicut apostolus docuit dicens: quia non est hic Iudæus, qui palam uidetur, neque illa circumcisio, quæ in carne sit, sed circumcisio cordis, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est; et non horum Iudæorum rex Iesus,

7 hystoria 19 iudeorum *et sic semper*.

qui ex operibus apud homines gloriantur, sed quorum gloria apud deum propter spem gratiæ eius est. uide enim apostolum dicentem, quorum sit gloria apud deum. si enim, inquit, Abraham ex operibus iustificatus est, apud homines habens gloriam, ad quid credit in eum, qui iustificare impium potest, et gratuitam misericordiam dei sperat? habet gloriam, sed non apud deum.

3. Iudæorum itaque rex Christus, quorum gloria non ex hominibus, sed ex deo. denique et hic psalmus significanter ait: dominus est portio hereditatis meæ. funes ceciderunt mihi in ipsis potentissimis; etenim hereditas mea perquam maxima est. quæ est ergo hereditas domini, nisi hæc, de qua scriptum est: posce a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam? peccatores autem ex gentibus credunt in eum, qui iustificare impium potest. et si gloria eorum non ex hominibus, sed ex deo est, et istorum Iudæorum rex Christus. non enim hic Iudæus, qui palam uidetur, neque illa, quæ in aperto in carne fit, circumcisio. sed quid ait? numquid ex illa circumcisione non plurimi crediderunt? uerum est, quia crediderunt, sed et ipsi ad exemplum gentium reducti, ut prius se confiterentur peccatores et sic misericordiam mererentur, sicut Paulus ad Galatas scribens docet: si tu, inquit, cum Iudæus sis, gentiliter uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? nos natura Iudæi et non ex gentibus peccatores; scientes, quod non iustificatur omnis caro ex lege. itaque uolens lucrifieri in Christo inuentus est peccator, quia Christus uenit non iustificatos uocare, sed peccatores. itaque et qui ex circumcisione manu facta crediderunt, ad confessionem peccatricum gentium humiliati crediderunt, ut essent omnes hereditas Christi: non in his, qui ex operibus suis iustificabuntur, sed in his, qui per gratuitam gratiam dei iustificantur. et hæc est tituli inscriptio, quod sit Christus rex Iudæorum. itaque narrat hic psalmus, quorum Iudæorum rex Christus esse uideatur et quam habeat rationem tituli inscriptione; qui non eorum Iudæorum, qui palam uiderentur et quorum esset aperta in

22 galathas 33 xp̄c.

carne circumcisio, sed potius illorum Iudæorum, qui in secreto Iudæi, quibus circumcisio cordis, quorum gloria non ex hominibus, sed ex deo est. uideamus denique psalmi textum, si ad hæc, quæ diximus, attinet.

4. Custodi me, inquit, domine, quoniam in te speraui. qui debitum petit, non sperat; nam si debetur mihi aliquid, iure id reposco. quod si quis mihi ex uoluntate tribuat, non ex oblatione, de hac consuetudine eius beniuolentiam eius sperabo. itaque hic, qui non ex operibus iustitiam magnificabat, sed gratuitam dei gratiam introducebat: custodi me, dixit, domine, quia in te speraui. dicam domino: deus meus es tu. potestas enim domini in eo est, ut faciat in seruum, quod uult, non quod necesse habet. si autem operibus merces debetur, id mihi retribuet, quod necesse habuerit, non quod uoluerit. si enim operatus fuero, uelit nolit, debetur mihi merces et euacuabitur per hæc gratia dei, sicut apostolus ait: nam qui operatur, merces illi accepta fit per debitum, non per gratiam; sed qui se non ex operibus suis, sed ex gratia dei saluum fieri uult, sicut oportet nos omnes credere, hic sperans in deum constituet sibi bonum, quod uoluerit deus, non quod necesse habuerit; ac per hoc significanter ait: dixi domino: deus meus es tu. neque enim umquam dominus gratias agit seruo, si fecerit, quod iusserit: sed per hæc omnia expectari uolet beniuolentiam suam et gratiam, sicut et dominus docet dicens: quis ex uobis habet seruum arantem aut pascentem? numquid, cum uenerit domum, dicit ei: transi et recumbe? sed dicit: transi et ministra mihi, et tunc manducabis. numquid agit dominus illi gratias seruo, quia sic fecerit? amen dico uobis, quia non agit. sic et uos cum omnia feceritis, quæ iussero uobis, dicite: serui inutiles sumus: quod necesse habuimus, fecimus. igitur qui agnoscit se deum habere, talem exhibere debet seruitutis humilitatem. sed hæc confessio non est operum, sed fidei. itaque noui testamenti bene annuntiator ait: dixi domino: deus meus es tu. et quid post hæc dicit?

29 agit *ex* ait *corr. m. 1 et sic infr.* 35 annunciator.

5. Quoniam bonorum meorum non indiges; sanctis, qui sunt in terra. quid tam consequens erat quam quod ait bona sua necessaria non esse sanctis terræ, neque ea bona domini ad usum esse sanctorum terræ habitatorum? quæ autem sunt bona Christi, quæ bona noui testamenti nisi gratia gratuita, nisi peccatorum remissio? hæc bona sanctis terræ necessaria non sunt. non egent, qui sani sunt, medico, sed qui male habent. et proprie illos, qui se in operibus suis iustificant, sanctos non cæli, sed terræ appellauit; ex hominibus enim laus eorum, non ex deo est: quales fuisse eos dominus notat iustificantes se in conspectu hominum, quibus reprehendentibus, quod cum publicanis conuiuaret: non ueni, inquit, iustos saluos facere, sed peccatores. igitur gratia gratuita et remissio peccatorum iustis necessaria non est, sed utique iustis, qui se iustos putant; nam uere iustus ex fide uiuit. isti itaque sancti non indigent bonorum filii sui. itaque infra ait: non congregabo synagogas eorum de sanguine meo. non est enim talibus redemptio per sanguinem meum necessaria, qui se iustos esse arbitrantur..

6. Sed quare ait: ipsi miras fecerunt uoluntates tuas in se; multiplicatæ sunt infirmitates eorum: post hæc accelerauerunt? tractat hunc locum apostolus plenissime ad Romanos, quod lex introiuit, ut amplificaretur peccatum. ubi amplificatum est peccatum, ibi gratia abundauit. postquam enim repudiantes gratiam dei inuenti sunt in operibus legis, infirmis mira facta est uoluntas dei, qua ad gratiam suam prouocabat eos. quicumque ergo uult saluus esse, oportet ut gratia dei liberari uelit. itaque bene psalmus ait: ipsi miras fecerunt uoluntates tuas in se; multiplicatæ sunt infirmitates eorum: post hæc accelerauerunt. cum enim multiplicatæ sunt infirmitates eorum, qui se in operibus iustificari uolebant, miræ factæ sunt uoluntates dei, quæ ad fidem gratiæ uocabant. horum igitur synagogas, ait, non aggregabo de sanguine meo, id est non redimam eos, qui redemptionem meæ gratiæ non requirunt. nec memorabor, inquit, nomina

5 gr̃a gratuita 11 quib; 22 accerauerunt.

eorum per labia mea. qui enim in operibus suis uult saluus esse, hic beneficium meum non confitetur; et qui non confessus me fuerit coram hominibus, nec ego confitebor illum coram patre meo, qui est in cælis. quod si hos tales non fuerat congregaturus, supererat, ut ostenderet, quos in hereditate accepturus esset. itaque ordine subiungit:

7. Dominus portio hereditatis meæ et calicis mei: tu es, qui custodisti mihi hereditatem meam. si enim eos, qui ex operibus iustificantur, repudiabat, eos utique, quos deus per gratiam saluos faciebat, habere malebat. itaque significanter ait: dominus portio hereditatis meæ. cum enim dominus gratia sua saluos fecerit illos, quos ille in hereditatem dedit, uere dominus est portio hereditatis eius. seruauit autem obsequium filius, ut hereditatem suam non in sanguine suo quæsitam prædicaret, sed per deum donatam sibi diceret a deo, ut et calicis sui, id est passionis dominum portionem esse confiteatur. etenim si passione domini redemptæ sunt gentes de peccato, ipsa tamen passio domini uoluntas patris fuit, sicut testatur in euangelio dicens — ut homo loquitur, quem suscepit —: pater, transeat calix iste a me: uerumtamen, non quod ego uolo, sed quod tu. igitur si uoluntatem domini consideres, ipse confessus est dicens: si fieri potest, transeat iste calix a me. unde etiam redemptio gentium non in uoluntate filii, sed in uoluntate patris recipienda est. non enim quod ego uolo, inquit, sed quod tu. igitur hanc ipsam gratiam, qua per mortem eius redemptæ sunt gentes, non sibi filius, sed patri assignat. itaque et hereditatis suæ et calicis portionem dominum esse asserit.

8. Funiculi, inquit, ceciderunt mihi in ipsis potentissimis: etenim hereditas mea maxima est mihi. fuit enim consuetudo uetus, ut et fines possessionum in funiculo mensurarentur; ideoque hic, cum de hereditatis suæ portione loqueretur, funiculi, inquit, ceciderunt mihi in ipsis

10 iustificatur 14 *fort.* illi 16 quesitam 20 *in marg. m. 1 add.*: parenthesis.

potentissimis. accipimus autem rei huius testimonium ex cantico Moysi, ubi scriptum est: cum dispersit deus filios Adæ et statuit fines gentium secundum numerum angelorum dei, et facta est portio domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius. et merito hic, qui portionem hereditatis suæ deum esse dixerat funiculos possessionis suæ in ipsis potentissimis cecidisse dicebat. quid enim nisi potentissimi sunt, quos dominus iustificat, quos dominus honorificat? quis accusabit electos dei? deus, qui iustificat. quis damnauit? igitur qui in talibus hereditatem suam futuram esse dicebat, merito ait: funiculi ceciderunt mihi in ipsis potentissimis. quod autem ceciderunt ait, nemo sic accipiat, quasi deteriorem factam hereditatem suam dicat, quia omne, quod cadit, deterius fiat, sed usus est proprio uerbo et necessario. ubi enim quis non propter meritum eligitur, ibi quasi quædam sors cadit gratiæ; sicut et in assumptione apostoli, qui subrogatus est in locum Iudæ, scriptum est, quia sors cecidit super Matthiam· itaque quia non nisi ex gratia domini talis sibi hereditas sorte contigerit, significanter ait: funiculi ceciderunt mihi in ipsis potentissimis: etenim hereditas mea maxima mihi est. hic nouus Adam loquitur.

9. Benedicam dominum, qui intelligere me fecit: nihil enim scit filius, nisi quæ uidit et audiuit a patre. itaque benedicit eum, qui intelligere se fecit. et uere hic intellectus non ex homine, sed ex deo est. nam quis hominum duabus positis hereditatibus, quarum altera sit in operibus magnifica et diues, altera pauper et egens, eligat eam, quæ aliena egeat misericordia? uerum filius edoctus a patre mauult in his hereditatem, qui in deum sperent, quam qui in operibus suis iustificantur. itaque pulchre ait: benedicam dominum, qui intelligere fecit me: adhuc autem et sicut in nocte erudierunt me renes mei. quid eum erudierunt renes sui? scilicet, ait, intelligere eum fecerunt, melius esse sperare in domino, quam in suo opere iustificari. nam et ipsum dominum nonne renes sui quasi in nocte erudierunt sperare in deum?

10 dāpnauit 31 itaq;

nam et contristata est anima eius usque ad mortem. didicit sperare in deum; et hoc est, quod ait in hunc se intellectum eruditum esse a renibus quasi in nocte. et sequentia enim ostendunt de passione eum sua dicere, cum subiungit:

10. Prouidebam dominum in conspectu meo semper. quia a dextris est mihi, ut non commouear. propter hoc iucundatum est cor meum, et exultauit lingua mea, insuper et caro mea habitabit in spe: quia non derelinques animam meam in infernum neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem. et textus quidem hic et ordo manifestus est; sed quod renes nominauit, et quasi in nocte, ait, erudierunt me, ne obscuriora uideantur, interrogemus. deus scrutator dicitur renum et cordis, in quibus quasi duobus locis hominis secreta teneantur. sed in corde quidem secretum animæ, in renibus uero secretum carnis est: quas subinde inter se diuersitates interioris et exterioris hominis etiam apostolus docet, cum ait: consentio legi secundum interiorem hominem; sed uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. et alio loco: igitur ego ipse quidem mente seruio legi dei; carne autem legi peccati. talem ergo quandam et dominus noster Iesus sentire se refert dissensionem, ubi ait: spiritus promptus, caro autem infirma: secundum interiorem enim hominem consentiebat legi patris, ut pateretur; secundum exteriorem autem, ut ipse testatur, in carne trepidabat. itaque quia renes secreta continent carnis, quæ infirmabatur in tempore passionis, eruditum se renibus suis ait, ut intelligeret ipse, licet esset filius, sperare in deum. quod similiter de eo et epistola, quæ scribitur ad Hebræos, sentit. quamquam enim, ait, esset filius dei. didicit ex his, quæ passus est, obaudientiam: et perfectus factus est omnibus obaudientibus causa salutis æternæ. sic enim renes erudierunt eum, ut prouideret deum a dextris suis semper, ut non moueatur. scilicet de uoluntate spiritus promptus est, sed caro infirma. et proprie

6 qui a *sed cf. p. 887, 13* 7 iocundatum 30 hebreos.

sic eruditum se esse dixit renibus suis quasi in nocte; non dixit in nocte, sed quasi in nocte. non enim penitus contenebrati sunt sensus eius de timore mortis, qui dicebat: uerum non quod ego uolo, sed quod tu. sed tamen non erat sine quadam perturbatione, qui infirmitatem et tristitiam fatebatur. nam si alibi Dauid ait: metus mortis cecidit super me, timor et tremor occupauerunt me et operuit me tenebra, recte hæc tenebra ex timore mortis ueniens, quam minimam fuisse in filio dei conuenit, non nox, sed quasi nox appellatur. itaque significanter dicitur: adhuc autem quasi in nocte erudierunt me renes mei. quid autem erudierunt? scilicet quod sequitur infra, ut prouideret deum in conspectu suo semper, quia a dextris eius est, ut non commoueatur.

11. Pro hoc, ait, iucundatum est cor meum, et exsultauit lingua mea, adhuc autem et caro mea habitabit in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem. notas fecisti mihi uias uitæ: implebis me lætitia cum uultu tuo: delectationes in dextera tua. ergo et iucunditates in dextera dei, quibus cunctis repletus est filius. in dextris enim habebat deum. prouidebam dominum, inquit, in conspectu meo semper, quia a dextris meis est. ascendens autem in cælum ipse in dextris patris factus est. in dextris eius: quæ sit istius dextræ sinistra, interrogemus. nouit ergo quodam loco apostolus arma iustitiæ dextra et sinistra, gloriam quidem et ignobilitatem. dextra formam iustitiæ puto, ignobilitatem autem et infamiam sinistra. attamen utraque iustitiæ arma sunt. sed ut perueniamus ad dextra arma iustitiæ, in sinistris prius militandum est. suscipienda est uero in hoc mundo ignobilitas, infamia, infirmitas, stultitia et cetera his similia, ut perueniamus ad nobilitatem, ad gloriam, ad uirtutem, ad sapientiam: quæ omnia accipiemus, cum peruenerimus illic, ubi Christus est in parte dextra dei sedens. seminamur autem in ignobilitate, ut resurgamus in gloriam;

2 in noctem sed 9 minima 15 iocundatum *et sic semper* 24 qui a.

seminamur in mortalitate, ut resurgamus in æternitatem. itaque dominus noster passus in tempore passionis flagellorum ludibria atque sputaminum, cum accusaretur quasi blasphemus, cum intra latrones deputaretur, positus in tanta ignobilitate et infamia, quid nisi in sinistris armis iustitiæ militabat? itaque tunc in sinistra dei positus prouidebat eum a dextris suis, ut non commoueretur. at uero posteaquam resurrexit et ascendit in cælum, perueniens ad dexteram, ad palmam iustitiæ, ad gloriam, ad nobilitatem impletur lætitiæ cum uultu dei et habet delectationes in dextris eius. a quibus nos spe cohortatur apostolus dicens: quia non sunt condignæ præsentis temporis passiones ad illa uentura bona, quæ adaperientur in nobis. propter quod et nos libentius in infirmitatibus nostris gloriemur, ut protegat nos uirtus dei. et nunc quidem sit nobis ipsis pater in dextris, ut non moueamur, translaturus nos postmodum in dextris suis, in diuitias domini nostri Iesu Christi, cui est gloria. amen.

9 laetitie 17 Explicit de psalmo XV° explanatio incipit de psalmo XXXI°.